Digitized by Google

A. Vol. L. 1430

(Vol I)

Digitized by Google

76. H.

<36625992550017 S

<36625992550017

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

CVM

INTERPRETATIONE ET NOTIS INTEGRIS

IOHANNIS HARDVINI

ITEMQVE

CVM

COMMENTARIIS ET ADNOTATIONIBVS

HERMOLAI BARBARI PINTIANI

RHENANI GELENII

DALECHAMPII SCALIGERI SALMASII

IS. VOSSII I. F. GRONOVII

ET VARIORVM

*VOLVMEN PRIMVM*

RECENSVIT

VARIETATEMQVE LECTIONIS

ADIECIT

IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS

---

LIPSIAE

IMPENSIS GVILIELMI GOTTLOB SOMMERI

A. C. MDCCLXXVIII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

# LECTORI
# HISTORIAE NATVRALIS
## STVDIOSO

S.

## IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS
AA. M. ET MEDIC. BACCAL.

Ad edendos Plinii hiſtoriae naturalis libros, *Harduini* reliquorumque doctorum virorum animaduerſionibus adiectis, nobis potiſſimum auctor ſuaſorque extitit VIR CELEBERRIMVS ATQVE DOCTISSIMVS IOH. ERID. FISCHERVS, quem ob doctrinae elegantioris copiam amplitudinemque omnes litterarum elegantiorum veraeque eruditionis amantes laudibus celebrant ornantque, et cui nos grauiſſimis de cauſſis nempe ob fidem et praeſtantiam inſtitutionis, qua animum imbuere noſtrum, locupletare ac politiorem reddere permultos ante ſtuduit annos, tum etiam ob fauoris, quo nobis frui licuit et adhuc licet,

integritatem et conſtantiam, obſtrictiſſimos deditiſſimosque nos eſſe ſentimus. Maximopere etiam laetamur noſtrum conſilium VIRO MAGNIFICO AC SVMME VENERABILI IOH. AVGVSTO ERNESTI, praeceptori aeque noſtro venerando non diſplicuiſſe, eumque adeo praefationem addendo maiorem libro conciliare voluiſſe commendationem; cui ſane rei feciſſet ſatis, niſi laborum grauiſſimorum moleſtiae, munerum ampliſſimorum rite atque exacte obeundorum ſtudium, atque ſenilis aetatis infirmitates, laborioſiſſimi quondam vitae generis, quo reipublicae litterariae atque adeo vniuerſo orbi terrarum quam late patet omnem ſuam dicauit operam, comites atque ſociae, grauiſſima ipſi obiecerint impedimenta. Vnde illius prouinciae adminiſtratio nobis inter mercatus autumnalis ſtrepitus ac ſtridores, Muſis infeſtos ac horrendos illos hoſtes conceſſa commiſſaque, vt flagitantibus operis, de finiendo primo volumine iam ſollicitis, reſponderemus foetuique Pliniano in lucem educendo manus admoueremus obſtetricias, vtcunque perferenda erit. Quam quidem rem alacriori ſane omnique ſepoſita formidine aggredi conaremur animo, ſi tantummodo a nobis certiſſima impetrare hoc poſſemus perſuaſione, nos ita hac re eſſe defuncturos, vt nullam aut ſaltem leuem incurriſſe in reprehenſionem, a nobisque removiſſe ſuſpicionem videamur, illotis quod aiunt manibus, neque ſatis firmo et aduerſus vitupe-

ratio-

rationes armato munitoque animo hoc opus ſuſcipere, tractare, denique peragere auſos fuiſſe. Veniam autem a lectoribus eo magis nos conſecuturos eſſe ſperamus, quo magis et ipſius rei grauitas, cui opponere vires minus pares nos ſentiamus, excuſandos nos eſſe fatetur, et lectorum beneuolentia et humanitas, quarum praeclara iam erga noſtros extant labores documenta, bono nos animo eſſe iubent.

De duabus autem ante omnia rebus exponendum eſt, videlicet de conſilio noſtro editionum *Gronouii* et *Harduini* coniungendarum, deinde de ratione, qua vſi ſumus in adornanda hac ad vſus hiſtoriae naturalis amicorum editione. Ad primum quod attinet, id ſpectauimus potiſſimum, vt his duabus editionibus in vnam conflatis atque coniunctis Plinium paulo perfectiorem quoad interiorem formam, commodiorem vere quoad externam faciem redderemus. Igitur *Harduini* editionem formae maximae in minorem reduximus, pictores quaſi imitando qui ad exemplum maius nitidiſſimam atque minimam deſcribunt imaginem. At ingenue profitemur non hanc editionem ita eſſe comparatam, vt Criticorum promereatur in vniuerſum aſſenſum: ſiquidem veriſſima eſſe intelleximus, quae S. V. Ernesti * ſcribit. „Item et illud clarum eſt, nondum habere nos exemplum, quod plane Criticae artis perfectionem attingat: eſtque omni-



* v. Fabricii Bibl. Lat. Tom. II. L. II c. 13. p. 200.

no difficile aliquid perfecti praeſtare, in tanto, tamque variae doctrinae, opere, quod etiam ab auctoris ingenio proprias difficultates habeat. Interea legamus ea quae habemus, et inde diſcere, quae poſſumus, curemus. In primis multis ſaepe obfuit et Codd. ſcriptorum et edd. parum diligens vſus.“ Hoc tamen non obſtante vix exiſtimamus noſtrum qualecunque ſtudium, quod huic dicauimus auctori, prorſus irritum ſuperuacuumque videri poſſe, praeprimis cum comparatis duabus his editionibus et notis ſubiunctis omnibus haud parum praeſidii ad emendandum textum intelligendamque orationis Plinianae ſtructuram, rerumque explicationem curatiorem, inveniſſe nos videamur. Nam, ſi non egregie fallimur, cuilibet editioni ſua laus eſt decernenda, et maiori voluptatis afficimur ſenſu nos in delectu editionum grauiſſimi viri auctoritate atque ductu non fuiſſe infelices.

Age tibi L. B. quaſi in tabula viuidis coloribus deſcribamus, qualis quaeque ſit editio. Optime hoc officio defuncti cenſebimur, ſi tibi ante oculos ponamus quae totam rem conficiunt, neque vlteriore commendatione egere videntur, verba ſcilicet VIRI CEL. ERNESTI * ſic ſcribentis: „Sed hanc quoque ſuperauit quarta, (locutus paulo ante erat de editione *Iob. de Laet*, quam emendatiſſimam appellauerat) quam *Iob. Fr. Gronouio* tribuere ſolent,

* v. Fabric. Bibl. Lat. L. II. c. 13. p. 197.

ſolent, quod notis eius maxime nobilitata eſt, quae in hac editione ad ſuperiores acceſſere, inde a L. XX. vſque ad finem, egregiae illae, ſed vt appareat, non hoc egiſſe tum virum doctiſſimum, vt textum accurate excuteret, et interpretem, qui proprie dicitur, egiſſe, ſed quae ipſe antea in margine exempli ſui habuiſſet notata, ea condonaſſe librariis tum, cum iam ad librum vigeſimum veniſſent." De *Harduini* opera ſic: „Apparet in magna illa multitudine editionum et virorum doctorum, qui earum curam ſuſcepiſſent, nullam tamen factam ad id tempus vſque fuiſſe, quae Critico erudito ſatis et ſeuero ſatisfaceret. Talis editionis conſilium cepiſſe videtur *Iob. Harduinus*, cum editionem Plinii in vſum Delphini pararet, quam abſoluit primum ediditque Pariſiis 1685. 4. Vol. 5. repetita opera tum plenius tum ſplendidius a. 1723. fol. Vol. 2. quod exemplum et Baſileae, ſed minus pulcre et valde vitioſe, repetitum eſt a. 1741. eadem forma. Ad textum conſtituendum quindecim Codd. ſcr. lectionibus vſus eſt, ſed in his tantum octo ab ipſo collatorum: ceterorum lectiones iam ante ab aliis excerptae extabant. Forma operis eſt ea, quae in illo genere in Vſum Delphini inſtituta erat. Notae ſub textu pertinent ad intelligenda verba et res: Criticae ad calcem libri cuiusque ſunt reiectae. Boni vtique multum ineſt, inprimis per comparationem Plinii cum locis ſcriptorum, e quibus profecit atque hauſit ſua, numos multos ad illuſtrandum al-

latos etc.“ Neque contemnendum eſt iudicium *Iob. Georgii Graeuii* * affirmantis: „inficiari non poſſum, multa egregia illum (*Harduinum*) cum in Plinio, tum in Geographicis ex numiſmatibus illuſtratis obſeruaſſe, Plinioque illius primas deberi, non ſolum inter Scriptores, in vſum Delphini editos, ſed inter editiones omnes Plinii etc.“ Nihilo tamen ſecius multi fuere, qui atro notare carbone operam *Harduini* minime veriti fuerint. Noſtrum non eſt copioſius commemorare, quae aduerſus virum doctiſſimum prolata fuere, quaeque vberius in *Fabricio* legi poſſunt, at virum illum propter operis magnitudinem et laboris vtique excuſationem magis, ſi peccauerit vlla in re, mereri, quam ex rigore iuris condemnationem, neque leues quaedam maculae hinc vel illinc aſperſae laudem eius imminuere poterunt. Hae laudes, haecque editionum praeſtantia effecit, vt perſuaſi eſſemus per vnam facile ſuppleri emendarique poſſe, quae alteri deeſſent vel minus recte in ea prodita viderentur. In votis quidem habuimus, vt nobis vti liceret *Diſquiſitionibus Plinianis* auctore ANTONIO IOSEPHO COMITE A TVRRE REZZONICI ** Parmae 1763 fol. Tom. I. et 1767 Tom. II.

* In epiſt. ad Ioh. Clericum data 13. Maii 1687. quam laudat *Cel. Erneſti* ad Fabr. Bibl. Lat. l. c. p. 198.

** Plura de illuſtri *Rezzonico* eiusque Diſq. Plin. v. in Cel. *Iob. Bernoullii* Additament. ad noua Itineraria Italiae ſecund. ordinem a Volkmanno V. Conſ. in ſuis Relat. de Italia ſeruatum, lingua germanica editis, Lipſ. 1777. p. 113. et 114. vbi ſimul relatum legimus Ill. Com. de

II. vulgatis, elegantiſſimis ſane et omni eruditionis genere refertiſſimis, ſed dolemus huius egregii operis nobis copiam nondum factam fuiſſe; interim tamen non omnem ſpem abiicimus fore, vt in manus noſtras aliquando veniant, quo tandem fiet, vt in emendationibus et Animaduerſionibus vltimo volumini adiiciendis (omnes autem Plinii Libros ſex comprehendi voluminibus poſſe credimus) eas in vſum trahamus et maiorem, vti ſperamus certoque confidimus, operi ipſi conciliamus adiungamusque ſummo annuente numine vtilitatem. Accedent quoque Indices copioſiſſimi, in quibus potiſſimum in eo elaborabimus, vt nomina herbarum rerumque naturalium a Plinio commemoratarum cum Linnaei ſyſtemate comparata lectionem atque intelligentiam huius auctoris maxime iuuent, lectorumque magis magisque alliciant inſtigentque in perſcrutandis Plinianis commentariis diligentiam. Nec ab hac noſtra editione aberunt Index auctorum praecipuorum, qui in Plinianis notis citantur, illuſtrantur, emendantur, et editio-



de *Rezzonico* tunc temporis harum Diſquiſitionum gratia duas epiſtolas, alteram ad V. S. V. *Erneſti*, alteram ad Vir. Doct. *de la Lande* Pariſiis degentem miſiſſe, quae Parmae quaternis typis exſcriptae ſunt. cf. quoque Viri Conſ. D. I. I. *Volkmanni* Relationes hiſtorico criticas de Italia lingua vernacula conſcriptas Tom. I. p. 379. iterum 1777. recenſitas et inſigniter auctas. At *Bernoullii* et *Volkmanni* commentarii, doctrinae copia referti, quam plurimum et adiuuabunt et oblectabunt quoque Plinii lectores, praeprimis quae ad Geographiam Italiae ſpectant.

latos etc.“ Neque contemnendum eſt iudicium *Iob. Georgii Graeuii* * affirmantis: „inficiari non poſſum, multa egregia illum (*Harduinum*) cum in Plinio, tum in Geographicis ex numiſmatibus illuſtratis obſeruaſſe, Plinioque illius primas deberi, non ſolum inter Scriptores, in vſum Delphini editos, ſed inter editiones omnes Plinii etc.“ Nihilo tamen ſecius multi fuere, qui atro notare carbone operam *Harduini* minime veriti fuerint. Noſtrum non eſt copioſius commemorare, quae aduerſus virum doctiſſimum prolata fuere, quaeque vberius in *Fabricio* legi poſſunt, at virum illum propter operis magnitudinem et laboris vtique excuſationem magis, ſi peccauerit vlla in re, mereri, quam ex rigore iuris condemnationem, neque leues quaedam maculae hinc vel illinc aſperſae laudem eius imminuere poterunt. Hae laudes, haecque editionum praeſtantia effecit, vt perſuaſi eſſemus per vnam facile ſuppleri emendarique poſſe, quae alteri deeſſent vel minus recte in ea prodita viderentur. In votis quidem habuimus, vt nobis vti liceret *Diſquiſitionibus Plinianis* auctore ANTONIO IOSEPHO COMITE A TVRRE REZZONICI ** Parmae 1763 fol. Tom. I. et 1767 Tom. II.

* In epiſt. ad Ioh. Clericum data 13. Maii 1687. quam laudat *Cel. Erneſti* ad Fabr. Bibl. Lat. l. c. p. 198.

** Plura de illuſtri *Rezzonico* eiusque Diſq. Plin. v. in Cel. *Iob. Bernoullii* Additament. ad noua Itineraria Italiae ſecund. ordinem a Volkmanno V. Conſ. in ſuis Relat. de Italia ſeruatum, lingua germanica editis, Lipſ. 1777. p. 113. et 114. vbi ſimul relatum legimus Ill. Com. de

II. vulgatis, elegantiſſimis ſane et omni eruditionis genere refertiſſimis, ſed dolemus huius egregii operis nobis copiam nondum factam fuiſſe; interim tamen non omnem ſpem abiicimus fore, vt in manus noſtras aliquando veniant, quo tandem fiet, vt in emendationibus et Animaduerſionibus vltimo volumini adiiciendis (omnes autem Plinii Libros ſex comprehendi voluminibus poſſe credimus) eas in vſum trahamus et maiorem, vti ſperamus certoque confidimus, operi ipſi conciliamus adiungamusque ſummo annuente numine vtilitatem. Accedent quoque Indices copioſiſſimi, in quibus potiſſimum in eo elaborabimus, vt nomina herbarum rerumque naturalium a Plinio commemoratarum cum Linnaei ſyſtemate comparata lectionem atque intelligentiam huius auctoris maxime iuuent, lectorumque magis magisque alliciant inſtigentque in perſcrutandis Plinianis commentariis diligentiam. Nec ab hac noſtra editione aberunt Index auctorum praecipuorum, qui in Plinianis notis citantur, illuſtrantur, emendantur, et editio-



de *Rezzonico* tunc temporis harum Diſquiſitionum gratia duas epiſtolas, alteram ad V. S. V. *Erneſti*, alteram ad Vir. Doct. *de la Lande* Pariſiis degentem miſiſſe, quae Parmae quaternis typis exſcriptae ſunt. cf. quoque Viri Conſ. D. I. I. *Volkmanni* Relationes hiſtorico criticas de Italia lingua vernacula conſcriptas Tom. I. p. 379. iterum 1777. recenſitas et inſigniter auctas. At *Bernoullii* et *Volkmanni* commentarii, doctrinae copia referti, quam plurimum et adiuuabunt et oblectabunt quoque Plinii lectores, praeprimis quae ad Geographiam Italiae ſpectant.

num, vt loca laudata facilius inueniri queant, aeque ac Index auctorum qui a Plinio in Indice L. I. vel in ipsa naturali historia laudantur, quique Tomo I. *Hard.* praemissi sunt. Vnicuique volumini aliquam commentationem praemittemus, quae libris Plinii adiectae sunt, vt Vol. II. *Pauli Cigalini* de Plinii Patria lectionem primam. et de fide et auctoritate lectionem alteram, quae in *Gronouii* editionis Tomi I. limine conspiciuntur, reliquis *Harduini* disquisitionem de situ Paradisi terrestris ad calcem Libri VI., de numis antiquis Vrbium et Populorum, praeponere animus est, quae abesse iussimus a primo volumine ob citatum mercatus autumnalis aduentum et ne in nimiam excresceret molem. De editionibus autem Plinii, earum copia ac virtute, non est vt plura referamus, quin potius nostros lectores ablegandos esse censemus ad exquisitum operosumque caput XIII. L. II. Bibliothecae Latinae *Fabricii* Tom. II. vbi fusius disertiusque ac summa cum ἀκριβείᾳ omnes ita commemoratae atque recensitae sunt, vt a Viro artis Criticae nostri saeculi peritissimo exspectari poterat. Quo etiam in capite de variis versionibus, quae non contemnendum adiumentum ad intelligentiam librorum Plinii conferre poterunt, et quas quidam homines nostro potissimum seculo, vbi quamplurimi cupiditate vertendi tenentur ac flagrant, auide arripiunt libentissimeque euoluunt, iudicium limatissimum ac curatissimum legere licet.

Verum

Verum enim vero pauca adhuc de altero, posteaquam nostrum consilium proposuimus, addenda sunt, vt nostra potissimum constet fides, qua vt nos liberemus omnibus enitendum est viribus. Textum ipsum curauimus ad exemplum *Harduini*, optime de Plinio meriti, exhiberi, nihilque mutauimus, ne mutilus truncatusque euaderet: at lectionum varietatem cum ex *Harduini* editione ad calcem libri adiecta, tum ex *Gronouii* ad oram paginarum accurate indicata adiectis MSS. et Auctorum nominibus, textui ipsi seorsim supposuimus, vt quilibet perspicere atque existimare posset, quas in diuersissimas interdum abeant sententias codices exarati, et qua in re *Gronovius* ab *Harduino* dissentiat. Monendus tamen est lector de variis lectt. quibus appositis verba: *Sic ex MSS. em. Hard.* eas depromtas esse ex MSS. Vatic. Reg. Colb. Thuan. Paris. Lugd. Rigaltii etc. quos in subsidium vocatos esse ad calcem libri in Emend. asserit *Harduinus*. Reliquis voluminibus alias adhuc addere placet humanissime nobis a VIRO. EXC. nobisque amicissimo. CHRIST. FRID. LOESNERO Philolog. S. P. P. et in hac Academia de elegantioribus literis bene merenti, communicatas. Ceterum non ausi sumus decernere, quaenam sigillatim sit praeferenda lectio, potius optioni atque arbitrio lectorum paullo doctiorum, quorum iudicio perplurimum tribuendum confidendumque est, hoc relinquendum esse censuimus: noluimus siquidem audaciae ac temeri-

meritatis criticae nos efficere reos, in contemtum, reprehenſionem ac condemnationem apud perplurimos incurſuros.

Animaduerſiones *Dalecampii*, *Pintiani*, *Gelenii*, *Harduini*, aliorumque textui appoſitis nominibus non ſubiunximus ſolum, ſed et criticas obſeruationes ab *Harduino* ad calcem vnius cuiusque libri reiectas et nomine Notarum Emendationumque notatas numeriſque Romanis inſignitas cum iis coniungere tutius commodiuſque nobis viſum eſt, vt videlicet lector, ſi aliqua ipſi in legendo oboriretur dubitatio aut difficultas naſceretur, abſque vlla operoſa taediique plena euolutione ac reuolutione, obſeruationes ſuis quibuſque locis inſertas collocataſque conſulere, earumque dubitationum agmen et difficultatum molem perrumpere et propellere poſſet. Perparum de meo addidi, quoniam, ſi per temporis rationem vitae valetudinisque vires fieri poterit, hoc in fine operis maiori cum otio facere conſtitui, haec autem a me in praeſentia rerum adiecta ſine vlla nominis mentione nude oculis lectorum obuerſari volui.

Haud exiguam quoque varietatem nobis circa capitum diſtinctiones inſcriptionesque animaduertere licuit, quae grauiſſimas ſane difficultates maximaque incommoda producere faſtidiumque procreare ſolent conſulturis Plinium, ſi hunc vel illum librum, hoc vel illud caput ab aliquo auctore laudatum euoluere atque de eo certiores eſſe cupiant. Proſpiciendum

dum itaque nobis quoque fuit, vt et vtilitati inſeruiremus et commoditati lectorum adiumentis praeſidiisque firmioribus conſuleremus. Quare diuerſas diſtinctiones iuxta ſe poſitas cum inſcriptionibus primi libri indici adponendas curauimus, vt eo facilius diuerſae Plinii editiones illisque adaptati loci laudati comparari euolutioque accelerari poſſet. Verum cum hac ratione nondum omnem difficultatem ſublatam cerneremus, nobis viſi ſumus haud leuem ab amicis hiſtoriae naturalis promereri gratiam, ſi et in ipſo hanc diuerſitatem textu notatam indicemus. Quo quidem officio ita ſumus defuncti, vt numerum capitum apud *Harduinum* nudis ſignaremus numeris maiuſculis et quidem ſemper in fronte vniuscuiuſque capitis: e contra capitum diſtinctio in *Gronouii* editione occurrens, vel ab initio capitis numeris maiuſculis, ſed vncinis incluſis, vel in medio eadem ratione ſeruata, notata eſt, exceptis tantummodo capitibus, quibus conſenſio conſpiratioque inter *Gronouium Harduinumque* deprehenditur; ibi enim Gronovianorum capitum notam omiſſam videbis, quod facile ab attento lectiore animaduerſum iri perſuaſſimi ſumus.

Curam praeterea omnem noſtram in eo poſuimus, vt collatis his ambabus editionibus Plinius emendatior correctiorque euaderet. Quam ob rem in lapſibus et erroribus quantum fieri potuit tollendis multi ac fere toti fuimus; quare vt facilius

multo

multo nobis hic labor fieret Exemplo Pariſienſi editionis *Harduini* de A. 1723. (non Baſileenſi tot tantisque inquinatum mendis) vſi ſumus, atque nos felices in multis fuiſſe locis laetamur: quamquam non inficiamur multa adhuc eſſe, quae paulo curatius ſint inquirenda, emendanda atque limatiora reddenda, multo plura quae noſtram attentionem fugerint oculisque noſtris ſeſe penitus ſubduxerint. Quare ſperamus, confidimus, atque rogamus aequos doctoſque lectores, vt benigne ac liberaliter de omni noſtra opera Plinio conſecrata iudicent, peccatiſque noſtris aeque ac operarum ignoſcant, cogitantes nos eſſe homines, nihilque humani a nobis alienum eſſe; ſperentque Plinium multo accuratius poſterioribus temporibus edendum reſeruari, cum ſtudium hiſturiae naturalis in dies maiora incrementa capiat, et amor harum literarum ita augeatur, vt ſane perfectiſſimum opus aliquando ſit exſpectandum. Scripſi Lipſiae in autumnali mercatu, A. R. S. MDCCLXXVII.

Sere-

# SERENISSIMO DELPHINO LVDOVICI MAGNI FILIO

## IOHANNES HARDVINVS

### E SOCIETATE IESV

Immenſas rerum naturae opes tibi offero, SERENISSIME DELPHINE: quas cum Veſpaſiani filio maiori natu Plinius Secundus olim dicaret, dignum Imperatoria patris maieſtate, dignum vtriuſque faſtigio donum dediſſe viſus eſt. Credi aliis vtique naturae diuitias nefas omnino eſt, quam quos tutores curandis populorum bonis, locupletandiſque mortalibus, naturae parens ac auctor inſtituit. Quod ſi naſcentem primo hunc Plinii partum dicari potiſſimum idcirco Tito a. oportuit, cuius illa fertur inter Palatinos ſuos vox plena numinis, diem ſe perdidiſſe, quo die neminem beneficio deuinxiſſet: quanto nunc idem eſt potiori iure, cum deterſo ſqualore nitidus iterum, vt olim emergit, tibi, vel Patri nuncupandus b: quorum beneficia, (quod eſſe ſummum poteſt Principis aeque ac ſubditorum votum) et numero tam multa ſunt, vt iis nullus non dies plenus excurrat: et genere ſuo tam illuſtria, vt eadem vbique praeſtita radient? Quid enim aſſerta per patrem magno proborum omnium applauſu religio, qua nihil eſt in omni bonorum genere praeſtantius? quid euerſa in regni viſceribus tot impietatis delubra? quid ſacra tot in oppidis, ſiue ſubiectis, ſiue foederatis, atque in arce ipſa haereſeos, reſtituta? quid nuper remiſſa ſponte ſemel iterumque vectigalium pars haud exigua? quid tot nobilium turmae, hoc eſt, ſpes Gallici nominis ac roboris, ad ſubſidium

a. Suet. in Tito, c. 8. b. Caſſiod. III. ep. 11.

dium belloruu, ad pacis ornamentum, regiis largitionibus altae et educatae? Quid inter grauiſſima bella, Batauicum, Belgicum, Germanicum, Sequanicum, Siculum, Hiſpanienſe, Algerianum, Americanum, aliaque ſine vlla offenſione confecta, ſumma interim Galliae tranquillitas? quid felicitas publica de LVDOVICO MAGNO credi aliud ſinit ac iubet, quam etſi is omni regia dote pollet, tum maxime tamen communis omnium parentis Dei vicarium agnoſci, cum et ſe patriae parentem approbat, et in deliciis ſubditos, ceu liberos, habet? Dum tu interim, DELPHINE OPTIME, ingentibus veſtigiis patris inſiſtis: ac triſtes alioqui futuras hac tempeſtate Camenas reſpiciens, fouens, ſuſtentans, vt facis, nos eo veluti proludio ad maiorum etiamnum ſpem rerum excitas, quibus patrem, quantus quantus eſt, tuo pariter ſaeculo repraeſentes. Delicias enimuero generis humani c., literarum alumnum, ac nutritorem bonarum artium, nunc ſi quis appellet: an Titum is indicaſſe magis, quam te, exiſtimetur: cui has appellationes, tot dotes egregiae, tot eximia in orbem vniuerſum promerita aſſerunt? Vt candor ille animi, vt illa ſuauitas morum, tam apte conveniens cum hac Sereniſſimi appellatione, quae tui legitima praefatio eſt, dum Maieſtatis nomen perſeuerat in patre: vt haec inquam, decora atque inſignia, hanc ſempiternam fore, qua veſtro nunc beneficio fruimur, pacem ſerenitatemque, haud dubie adpromittunt! vt palam haec faciunt haud te magis ad Galliae praeſidium, quam terrarum orbi ad amorem, ad delicias, ad venerationem, caeleſti munere ac conceſſu datum! Ecquandò iam literae, quando hae pacis artes vel arreptae auidius, vel

cultae

c. Suet. in Tito, c. 1. et 3.

cultae laborioſius, vel glorioſius dotatae atque locupletatae, quam cum inſtitutioni tuae ſeruierunt? Teſtes antiqui tot ſcriptores, quos in Palatium ipſe deduxiſti, quos triumphare in purpura voluiſti, poſtquam in puluere diu iacuerant: in quibus verſandis diligens in primis aſſiduusque viſus es: vt deinceps ſorderent priuato nemini, qui Principi placuiſſent. Haec videlicet immortalia beneficia ſunt: non vni conceſſa Galliae, ſed orbi terrarum vniuerſo: nec ad breuem temporis moram, ſed ad perennitatem aeui ſempiterni manſura: quae nullo non die auctorem ſuum ingerent et inculcabunt: in animo ſemper, quia in vſu futura. Atqui nihil in iis volumnibus, quae tibi dicata ante hunc diem ſparſum occurrit propemodum, quod non in iſto praediuite rerum omnium penu, quem in praeſenti ſiſtimus, multo ſit vberius ſplendidiuſque collectum. Siue Latini ſermonis elegantiam, ſiue ſententiarum maieſtatem, ſiue ſtili acumen, ſeu rerum denique vberem copiam deſideres, vnus omnium vicem praeſtare Plinius iure poſſit. Quare quin tibi placeat vehementer, aut quin abs te gratiam impetret, quam reliquis haud conferendis cum eo praeſtitiſti, omnino non diffidimus. Nos vero certe delectet in primis neceſſe eſt argumentum multiplex in quo verſatur: quod tuarum paternarumque virtutum ſuauiſſimam nobis ſubinde ac iucundiſſimam recordationem iniiciat. Quid enim? Sempiterni nos ſtellarum curſus, occultaeque ſiderum vires, primo operis huiuſce limine ad ſui *admirationem* trahunt? Aufert illico retrahitque *animum felix* imperii paterni curſus, ac Solis efficientiae veſtra conſimilis in ſubditos benignitas: digrediique ſubito cogit caelo haud diſparis in terris miraculi contemplatio. Terrae deinde ipſae luſtrantur: ac

gentium, populorum, vrbium, veluti nomenclatura quaedam cenſuſque peragitur? Occurſat ſubinde veriſſima haec cogitatio, vtrumque tot populis orbi huic vtrumque regendo parem, ex quo ſub grandi paternarum virtutum magiſterio Delphinus adoleuit. Medendi denique vires percenſentur. quas herbis, frugibus, ſiluiſque ipſis, inenarrabili benignitate natura inſeruit? Ecquis tum non animo reputat, quemadmodum omnibus malis humanis, quod precabatur olim Auguſto Valgius d. vna Principis noſtri medeatur maieſtas? Ecquis non ſimul hanc perſeueraturam in herede filio felicitatem ſpe praecipit, in quem a patre tum virtutes reliquae innumerae, veluti ex montium iugo flumina, profluxerunt: tum ea in primis, quae hic vna dominatur, ceteraſque vna complectitur, beneficentiſſima indoles, caritasque patriae? Vides hinc autem, SERENISSIME DELPHINE, quo inſtructum apparatu, quibus copiis ornatum hoſpitem Plinium ſis excepturus; quem vel eo nomine acceptus tibi, quam iucundus nobis, non eſſe ille omnino non poſſit. Quare dum tuas ille fores pulſat, admiſſionis huius auctorem factum eſſe me vehementer laetor: quod cum mihi muneris aliquid eſſet optandum, quod Societatis noſtrae nomine ac vice offerrem: quae eſt innumeris maximiſque LVDOVICI MAGNI beneuolentiae obſtricta vinculis: Mundus ipſe, quem ſuo Plinius eſt complexus opere, ſua ſponte oblatus eſt: in quo nos mundi alterius cuiusdam, hoc eſt, innumerabilium virtutum veſtrarum ſymbola adumbrataſque effigies: tu laetitiae publicae, ac priuatim noſtrae, argumenta recognoſcas.

d. Plinius, L. XXV. f. 11.

PRAE-

# PRAEFATIO IOH. HARDVINI LECTORI.

Feſtiuum illud quidem, ſed et veriſſimum eruditorum effatum eſt, in Plinianum opus cadere illum aptiſſime de naue ac muliere Comici a. vatis iocum:

*Negotii ſibi qui volet vim parare,*
*Nauem ac mulierem, haec duo comparato.*
*Nam nullae magis res duae plus negotii*
*Habent, forte ſi occeperis exornare.*
*Neque vmquam ſatis hae duae res ornantur,*
*Neque vlla eis ornandi ſatis ſatietas eſt.*

Annon enim prodigii ſimile eſt, rem tot tractatam curis ac vigiliis, minimam vſque adhuc conſummationem habuiſſe? vt quamuis priorum interpretum nonnulli terſum ſe et integrum exhibere Plinium iactitarint, Lucinam eos, quod ille ait, inclamaſſe fetu nondum concepto euentus edoceat? nihil vt ad hunc diem opere illo deprauatius, nihil inquinatius in lucem exierit: et in Pliniano adhuc agro.

*Interque nitentia culta,*
*Infelix lolium, et ſteriles dominantur auenae?*

Quare Pliniani operis emaculandi, explanandique prouincia depoſita fere ab eruditis eſt, quorum in animis ſcilicet inſedit penitus ea perſuaſio, vel quantacumque diligentia, vel quam longiſſimo aeuo, vel quam diuturnis vigiliis, exhauriri vix vmquam hunc laborem poſſe.

Nos igitur, ſi quod ambuſtum hactenus, truncum, mutilumque exſtitit, nunc id terſum opus omni ex parte ac nitidum, atque integritati ſuae poſt



a. Plaut. in Poenulo.

tot ſecula, poſt tot eruditorum ſudores, veluti poſtliminio reſtitutum: ſi emendatiſſima, quae mendoſa hactenus: ſi explanata omnia, quae tetris adhuc obducta tenebris credebantur, hoc operis huiuſce limine profitemur: quis non arrogantius, ambitioſiuſque dictum, quam verius, putet? Atque id tamen ipſum niſi maxime ex parte ſit praeſtitum, quis non noſtram inaniter collocatam operam, ac ſpem deinde eruditorum deluſam exclamet? Plane vt ſi plura polliceri videar, quam tot ingeniorum lumina videre potuerint, fides: vel ſi minus praeſtem, quam ſit hominum exſpectatio, fama hic noſtra periclitetur, exiſtimatioque operis.

Dicam tamen, nihil reprehenſionem veritus, aut iactantiae notam; quanto ſum illis, qui ante me in hac arena deſudarunt, ingenio induſtriaque inferior, tanto me plus laboris et diuturnae curae, quae in hoc ſtudiorum genere potiſſimum dominatur, tanto plus adeo opis ad operis huius abſolutionem attuliſſe. Facere itaque id ſum adgreſſus, quod ante me nemo, vt ſiluam hanc literariam, quanta quanta eſt, totam percurrerem, luſtra ſcrutarer, monſtraque errorum omnia, quibus ea ſcateret, minora quidem quam Herculea, ſed multis longe partibus plura, profligarem.

Debet huius operis ſuſcipiendi expoliendique conſilium literarum reſpublica Excellentiſſimo Viro CAROLO SANCTAMAVRAEO, Duci Montauſerii, non ciuili modo, militarique prudentia inclyto, qua praeter claritatem generis viam ſibi ad gratiam Principis et ſummos honores fecit: ſed literatae etiam ſapientiae alumno ac patrono: cui ſe ille ſic addixit, vt iam ſtudia et humanitatis artes per ipſum in Gallia patriam, ſanguinem, ſpiritumque receperint: qui cum eſſet ab Chriſtianiſſimo Rege LVDO-

VICO

VICO MAGNO Sereniſſimi Delphini inſtitutioni praepoſitus, vt ei veterum monumenta omnia pernoſcendi cupiditatem afflauit, ſic priuata illius ſtudia vt in publicam ſimul orbis totius redundarent vtilitatem, auctor fuit. Acceſſit etiam viri illuſtriſſimi IACOBI BENIGNI BOSSVETII, Condomenſis olim, nunc vero Meldenſis Epiſcopi, auctoritas: quem virum cum diuinis pariter humaniſque literis perpolitum inter doctiſſimos eloquentia, inter eloquentiſſimos doctrina excellere toties LVDOVICVS MAGNVS per ſe didiciſſet, quoties e ſacris pulpitis perorantem audierat, Gallia interim vniuerſa non concionibus modo, ſed ſcriptis quoque plurimis ad coercendam haereſim voluminibus applaudente, eum LVDOVICO filio Praeceptorem adſciuit. Nec minus fouit induſtriam noſtram humanitate ſua. Vir clariſſimus PETRVS DANIEL HVETIVS Alnetanus Abbas, quem ſingulare acumen ingenii, mira ſuauitas morum, omne doctrinarum genus, librorum quos publici iuris fecit, copia et eruditio, commendauit orbi, et qui maximum orbis iudicio calculo pondus adiecit, intelligentiſſimo Principi LVDOVICO MAGNO, a quo vocatus in partem tanti muneris, moderandorum Sereniſſimi Principis ſtudiorum.

Nos igitur tantorum virorum, quibus ſuas publicaſque ſpes LVDOVICVS MAGNVS commiſit, auctoritati paruimus, conſiliis morem geſſimus: vt quantum id oneris eſt in Plinio illuſtrando fidenti animo ſubiremus, et ſpartam hanc, quanta quanta eſt, exornandam aggrederemur.

Non fraudabimus tamen merita laude priores, quorum aliquae fuere in hoc ipſo negotio partes: et quamquam haud tritae ab ipſis orbitae inſiſtimus, ſingulos tamen cum honoris praefatione iuuat hoc

operis aditu appellare: vt quid ab illis primo praeſtitum, quid a nobis deinde ſit adiectum operae, quibus gradibus ad hanc operis abſolutionem perventum ſit, palam fiat. Sunt videlicet veterum ſcriptorum libri, ac Plinii inprimis, eodem quo arua fato: niſi cura verſentur ſaepius diligentium virorum, ſentes alunt et monſtra, quibus tollendis e medio Herles non vnus ſit ſatis. Itaque quid illi primum, quid nos deinde profecerimus, et quibus vſi ſimus adiumentis, breuiter commonſtrandum.

Vt primum diuino munere typis edendi libros ars eſt conceſſa mortalibus, publicandi ſtatim Pliniani operis mentem viris cum nobilitate, tum omni virtutum ac doctrinarum genere clariſſimis Numen iniecit. Quamquam alias nemo tam obſcurus fuit, quin illuſtris eſſe coeperit, poſteaquam huic operi manus admonit. Vulgauit igitur illud omnium primus JOHANNES ANDREAS Alerienſis Antiſtes in Corſica. Hunc ille primus omnium agrum arauit; ſed ſentibus, vt ita dicam, adhuc reliquit, rubiſque pleniſſimum: quos exſtirpare deinde conatus eſt, nec infelici omnino exitu, vir genere, opibus, dignitate, ingenio, eruditione inſignis, HERMOLAVS BARBARVS, Patriarcha Aquileienſis, idemque poſtea in numerum Purpuratorum Patrum adlectus. Is quidem anno MCCCCXCII. primum, iterumque adiectis anno ſubſequente Caſtigationibus ſecundis, lucubratione viginti duorum fere menſium, circiter quinquies mille craſſiora ſanaſſe ſe gloriatur vulnera b. Sed poſt meſſem adeo vberem, praediuiti adhuc et ampliſſimo ſpicilegio locum reliquit, ſi qui ſagacius indagare vellent: et ipſe in iis quae attigit, ſaepe nimium coniecturae, memo-

b. In Epiſt. ad Alex. VI. Pont. Max.

memoriae etiam plus quam hominem deceat, tribuit: vti paulo acerbius eam ob rem inuectus in eum Pintianus olim exprobrauit. Sed conceſſa facile venia μνημονικῶν ἁμαρτημάτων, quod minus mirum ſit memoriam excidere aliquarum rerum, quam conſtare omnium c.: at non venia dignus aeque, cum neglectis veterum exemplarium veſtigiis, et priſcarum ante ſe editionum ſecurus, plurima pro arbitrio, erudite magis quam caute ac vere, mutauit, vel plane peſſumdedit: cum plurima ex iis quae caſtigauit, non errata illa ſint, ſed parum intellecta: Tantum nihilominus auctoritati Barbari ſubſecuta aetas, eruditionique tribuit, vt coniecturas illius, ceu tot idem κυρίας δόξας in contextum inſeruerit, vnde eliminandae a nobis variis argumentis fuere. Senſit iam dudum hanc labem operi Pliniano illatam auctor Epigrammatis alias haud perelegantis, in Commentarios a Stephano Aquaeo editos, de quibus agendum mox erit. Sic enim ille:

*Dum facere Hermoleos medicinam Barbarus optat*
*Non paucis lacero vulneribus Plinio:*
*Perlaeſum grauius coniecta vulnerat arte:*
*Nec minus incauta plurima turba manu.*
*In tantum vt Latio iam deploratus abiret,*
*Ob multa in Stygias vulnera feſſus aquas:* etc.

Felicior aliquanto SIGISMVNDVS GELENIVS, qui vno dumtaxat archetyporum praeſidio, collatis inter ſe exemplaribus, non pauca reſtituit, quae Hermolao latuerant, ediditque caſtigationum volumen haud contemnendum, anno MDXXXV. Vetuſtorum is auctoritati codicum ac fidei tantum tribuit, quantum detrahere iiſdem viſus eſt Hermolaus. Hic enim ſua profert in medium, ductis ex multigena le-



c. In obſeru. Plinian. ad L. XXII. c. 2.

ctione coniecturis: Pliniana Geleniūs ex conditiuis duobus libris reuocata affert, nec multa illa tamen, sed satis proba.

Gelenii methodum ac rationem imitatus deinde anno subsequente RHENANVS, cui praenomen BEATO, vel BILDIO fuit. Is e mendis pariter et ruinis veterum exemplarium germanam eruere scripturam quibusdam in locis conatus est, hoc est, aurum colligere ex stercore; atque in Pliniana praefatione, prioribusque libris quatuordecim, opellam suam quantulamcumque passim commodauit.

Quadriennio post STEPHANVS AQVAEVS (vulgo apud suos *De l' Aigue*, *de Beauvais*,) Biturico Galliae agro oriundus, vir nobilis in primis, ac militia quoque exacta egregie sordidus, Commentarios scripsit in omnes libros: sed mole magis quam eruditione insignes. Nec vero emendationes vllas habet, quam quas a Rhenano mutuatus est: et ea fere in quibus salebrarum est aliquid aut ambagis, sofet is, ceu foueam, securus praetergredi.

Anno MDXLIV. FERDINANDVS NVNNEZ DE GVZMAN, ex perilluſtri Guzmanorum familia, patre Praefecto aerario Regis Hispaniarum, PINCIANVS a patria Salmantica scilicet, quae et Pincia dicta, cognominatus, Obseruationibus suis, qua MSS. codicum fide, qua veterum auctorum lectione vniversum Plinii opus, praeter librum postremum, reddere limatius aggressus est: ac si Lipsio credimus, *per Plinii sexcentas salebras et aestuantia vada peruasit, felici quodam ingenii et iudicii vento.* Vsus est MSS. duobus, Salmanticensi et Toletano: probatis illis quidem, sed mutilis magna ex parte, ac truncis. Contulit cum Plinio e priscis auctoribus aliquos: sed ita vt neque Graecos sua lingua consuluerit, (id quod de Dioscoride in primis animaduertimus,) et

ad

ad ceterorum mentem Plinïana saepe scripta torqueat, textumque plane inuertat, cum expedire se aliter nequit: nodumque scindat, cui soluendo se non esse parem intelligit, audaci magis quam laudando conatu. Fateri tamen illum necesse est, vel paulo, quam Barbarus fuit, religiosiorem fuisse: qui coniecturas suas Pliniano operi sponte non inseruerit: vel haud aeque instructum ab amicis, quibus inuenta sua sic probaret, vt ea in contextum adderent.

Fuit modestiae aut sortis non omnino absimilis IACOBVS DALECAMPIVS, Cadomensis e Neustria, non infimae notae aeuo suo medicus: qui cum duplicis generis notas in Plinium ederet, alteras emendandi causa, alteras illustrandi: priores margine libri coercuit, iussitque intra eos fines continere sese, nec irrumpere in contextum. Et sunt sane omnes audaciusculae coniecturae, nec vllae omnino sunt felices, *Dalecampius*, aiebat olim nonnemo d., *vir alioqui bene doctus, Plinium emendandum et excudendum suscepit: sed qua est audacia, omnia inuertet et corrumpet: quia, quod multi solent, si hoc illudue non arridet, statim immutat, ac saepe in deterius.* Vates fuit, nec pauciores idcirco cum eo fere, quam cum amanuensibus, qui Plinium corrupere, conserendae nobis pugnae fuerunt. Animaduertimus etiam postmodum quas ille tamquam ex *Vet.* seu veteri exemplari, vel ex M. hoc est, manuscripto codice profert varias lectiones, non aliud eas iure videri, quam eruditi cuiuspiam vnius alteriusue ad oram libri appositas coniectationes.

Quod ad posterioris generis Notas ab eo editas attinet, nec perpetuas illas fecit, nec satis argu-



d. Scaliger in Scaligerianis.

mento accommodatas, et pleraſque etiam plenas inanitatis ac falſitatis. Nam neque Coſmographica omnino, neque Geographica fere attigit, quae pars operis iſtius haud minima, niſi vt corrumperet obiter falſis oppidorum ac regionum interpretationibus. Ex Hadriano Iunio deinde, Caelio Rhodigino, Alexandri ab Alexandro Genialibus diebus, atque iſtiuſmodi ſectae hominibus, vbi ſe vel minima aura offert, multa congerit ac confercit, quae ad eruditionis famam aucupandam valeant aliquid ſane, ſed ſint eadem a Pliniani operis illuſtratione aliena quam maxime. In re deinde herbaria, vir alioqui in eo genere, vt prae ſe tulit, exercitatus, qui volumina duo ingentia hoc de argumento effudit, mirum quot in errores ipſe inciderit, quot Plinio idem obiecerit, quorum expertem eum et immunem eſſe ſuis locis docturi ſumus. Sed incredibile dictu eſt, quot in re medica, hoc eſt, in ea arte in qua excellere potiſſimum illum decuit, σφάλματα admiſerit: ſiue cum medicamenta a Plinio propoſita perperam accipit: ſiue cum allatis variorum codicum lectionibus, incerta ea remedia facit: ſiue cum ex iisdem correcto, vel corrupto potius Plinii contextu, medicamenta falſa pro veris obtrudit: ſiue denique cum praepoſtera interpretatione Pliniana placita ad genus morbi transfert plane diuerſum ab eo quem Plinius intellexit: et interpunctione peruerſa remedia permiſcet permutatque, nimium ſane quam periculoſe. Atque haec tamen opera eſt, in qua ſudaſſe ſe et anhelaſſe, aerumnamque decennalem perpeſſum eſſe, in praefatione operis conteſtatur.

At non omni ex parte nihilominus aſpernandus viri labor. Debemus enim ei antiquiſſimi codicis, qui Chiffletii fuit, medici Veſontini, varias lectiones, quas ſumma fide ac diligentia margini ſuae editio-

ditionis attexuit: alteriusque, qui Cuiacii fuit. Et ambos vtique, vbi opus erit, in testes aduocabimus adstipulatoresque Emendationum nostrarum.

Hi fere sunt qui totum opus percurare quoquo modo aggressi sunt: ceteri, quorum est ingens turba, vel locos duntaxat aliquos saltuatim ex toto opere delibatos, ac veluti in transcursu attigere, vel particulam aliquam ex tam immani corpore resectam delegere, in qua elaborarent.

Priorum e numero familiam ducit PHILIPPVS BERCALDVS qui notulas breues editioni Parmensi subiunxit, tribus ferme pagellis comprehensas.

Adnotationum Centurias duas, pauciſſimis quibusdam librariorum mendis velut in transcursu subnotatis, conscripsit M. ANTONIVS COCCEIVS SABELLICVS, Bibliothecae, quam Venetiis Bessarion publicarat, Praefectus: in quibus sunt admodum pauca scite animaduersa: cetera coniecturae omnino infelicis.

ROBERTVS DE VALLE, Rotomagensis, Compendium, siue Excerpta e Plinio et Plinianorum difficilium in Naturalis Historiae explicationem, ad Renatum Carnotensem Episcopum inscripsit, anno MD. opus nullius eruditionis, nulliusque fructus, aut pretii.

Adde his RAPHAELEM VOLATERRANVM, in libris de Geographia: GVILIELMVM BVDAEVM, in libris quos de Pandectis inscripsit, HADRIANVM TVRNEBVM in Aduersariis, aliosque Criticos, qui suas animaduersiones, miscellaneas obseruationes, racemationesque, vel vna aliqua in Plinium obiter adiecta nota nobilitari, symbolamque suam dare in hanc veluti coenam decori sibi esse duxerunt. Adde iterum, si lubet, ANTONIVM NEBRISSENSEM, quem in obscuriora Plinii loca; et IOHANNEM ANDREAM STRANEVM, quem in omnes Plinii libros; et CHRISTOPHORVM LONGOLIVM, quem in vnde-

cim

cim priores exaraſſe Annotationes aiunt: ſed eas hactenus ineditas, vt quidem remur: vti et DIGVILI Grammatici excerpta ex Solino et Plinio, quae in membranis exſtare Salmaſius ait, in Exercit. ad Solin. p. 4. D. DE AYLVA ſimiliter (forte, de Sylua) Friſii medici, Commentarios in Plinium, quos laudat Muntingius, opere ſingulari de herba Britannica, p. 121. nec vidimus, nec vulgatos putamus. Denique Nicolaum Beraldum, ſiue *Beraud*, quem nonnemo nuper prodidit aliquid in Plinium exaraſſe, prorſus nec vidimus, nec nouimus.

Iam qui partem huius operis aliquam ſibi ſumſere, vt in ea potiſſimum elaborarent, hi fere ſunt:

*In Praefatione ad Titum.* MARINVS BECICHEMVS Scodrenſis, anno MDXIX. NICOLAVS PEROTTVS Epiſcopus Sipontinus, auctor Cornucopiae: quo opere ea elucubratio continetur, p. 1033. cum CORNELII VITELLII in eamdem Plinii Epiſtolam annotationibus. FRANCISCVS DE VILLALOBOS, Gloſſam Naturalem edidit in Plinii Hiſt. Nat. I. et II. Librum, Compluti, apud Mich. de Equia, MDXXIV. *in folio.* Nec ſcriptoris huius, nec trium ſubſequentium lucubrationes in manus noſtras adhuc peruenere. MARTINVS DE FIGVEREDO, Commentum in Plinii Naturalis Hiſtoriae Prologum, Oliſipone, MDXXIX, *folio.* ANTONIVS FERRARIENSIS, laudatus a Pictorio in ſcholiis ad Marbodei l brum de gemmis fol. 38. quem librum Piſtorius edidit, anno MDXXXI. ANTONIVS FLAMINIVS, ſunt qui Lucii praenomen fuiſſe ei velint; in Plinii prooemium Naturalis Hiſtoriae commentariolum ſcripſiſſe perhibetur. HADRIANVS TVRNEBVS, qui ſuas in Praefationem Plinii notas debere ſe viro Cl. Guil. Pellicerio Monſpeſſuli Epiſcopo profitetur. POLYCARPVS PALER-

MVS

MVS Veronenſis, L. III., De vera C. Plinii Secundi patria; eaque Verona ſcilicet, ſcripſit, ad eum praefationis Plinianae locum, *Catullum conterraneum meum:* quibus Pauli Caligani medici Nouocomenſis, et aliorum, ſententia confutatur. Veronae, MDCVIII. 4.

*In librum ſecundum.* GEORGIVS VALLA, Venetiis MDII. in 4. Neque huius Commentarium videre adhuc licuit. IACOBVS ZIEGLERVS Bauarus, Baſileae MDXXXI. *in folio.* Addita eodem volumine GEORGII COLLIMITII, et IOACHIMI VADIANI in eumdem librum ſecundum ſcholia quaedam. IACOBVS MILICHIVS, Mathematum Profeſſor, in ſchola Wittenbergenſi, anno MDXXXIV. in 4. RODOLPHVS GOCLENIVS, Marpurgi Cattorum, MDCXII. in 12.

*In librum ſeptimum.* EDVARDVS FERNANDEZ paraphraſin edidit Hiſpali ad hunc Plinii locum, c. 50. *Atque etiam morbus eſt aliquis per ſapientiam mori.* Et Apologiam deinde pro ſua illa paraphraſi, aduerſus Ioh. de Luna Vega, doctorem medicum. FRANCISCVS XIMENEZ GIVILLEN, *Quid ſit per ſapientiam mori* apud Plinium, Hiſpali quoque publicauit, cum Apologia pro ſua expoſitione, aduerſus Iohannem de Luna. IOHANNES DE PINEDA, e Societate Ieſu, *De C. Plinii loco inter eruditos controverſo, Atque etiam morbus eſt aliquis per ſapientiam mori.*

*In librum nonum.* FRANCISCVS MASSARIVS Venetus, in librum Plinii nonum Naturalis Hiſtoriae, de natura Aquatilium Commentarium edidit. Prodiit Baſileae primum anno MDXXXVII. 4. Scholia in Plinium et Oppianum de Piſcibus CAESARIVS edidit Argentorati, MDXXXIV. 4.

*In librum undecimum.* NICOLAVS RIGALTIVS, in laudem Card. Barberini, cuius in ſtemmate gentili-

tilitio viſuntur apes, huius libri particulam, eam quae de apum natura agit, ad fidem MSS. codicum emendatiorem edidiſſe perhibetur, haud illa tamen adhuc viſa nobis.

*In librum decimum tertium.* Caput illud quod in papyri Aegyptiacae explicanda natura ac forma eſt, ſingulis commentariis, MELCHIOR GVILLANDINVS et IOSEPHVS SCALIGER proſecuti ſunt, inter ſe conuitiis etiam digladiantes de vero loci eius intellectu: quem neuter plane eſt aſſecutus, vt ſuo loco dicemus.

*In librum decimum nonum et ſubſequentes, de re herbaria.* NICOLAVS LEONICENVS libellum edidit de falſa quarumdam herbarum inſcriptione a Plinio, Argentorati MDXXXVI. Quo volumine comprehenſa quoque PANDVLPHI COLLINVTII defenſio aduerſus Nicolaum Leonicenum Pliniomaſtigem.

*In librum viceſimum ceterosque ſubſequentes libros.* IOHANNES FRIDERICVS GRONOVIVS in aliquot poſteriorum librorum loca Notas edidit MDCXLVIII. orſus a libri viceſimi capite decimo ſexto: miſcellaneas quoque fere duodenas animaduerſiones in libros priores. Sunt omnes eae numero quidem paucae, aliquando etiam prolixiores: at pleraeque certe felici coniectura, quibus noſtras eſſe ſimiles vniverſas optamus. Quamquam nec conſuluiſſe fontes Graecos fere is videtur, in quibus ſingulare ſubſidium ineſſe ad hoc opus, lectori non omnino harum rerum rudi palam fore confidimus.

Sed viciſſe omnes exiſtimare voluit vegrandi mole duorum voluminum, quibus Plinianarum Exercitationum in Solinum nomen fecit, CLAVDIVS SALMASIVS. Quo in opere vt ſint quam plurima ſane dicta erudite: quis enim id neget? at ſunt aliena tamen ab inſtituto, hoc eſt, a Plinio illuſtrando pleraque, et quaecumque in Plinio ſunt difficilioris

paulo

paulo explicatus, quae ſunt propemodum infinita, praetermiſſa interim ab eo, ac ne leuiter quidem delibata: quicquid demum boni ac probabilis, quod ad Plinium quidem attineat, ea lucubratione continetur, id fere totum ex alienis hortis ſubreptum, quos ſuis locis indicabimus: quidquid de ſuo primum excogitauit ac protulit, quod eodem ſpectet, ei fere oportuit theta nigrum a nobis praefigi: id quod ſine vlla tamen acerbitate facturi ſumus, a quo longiſſime noſtri mores abſunt.

Libellum is praeterea edidit, quem inſcripſit *De Plinio Iudicium*, et *De Homonymis*. vbi Plinio dicam ſcribit, quod ſub diuerſis nominibus easdem omnino plantas diuerſis locis deſcribat: perinde quaſi non idem Galenus vſurparit, libris de facultate ſimplicium medicamentorum inſcriptis, in Aſtere Attico, et Bubonio, aliisque. Sed ſunt et alia eius libri *παραδόξα*, quae ſuis locis notabuntur.

Itaque poſt tot ſummorum virorum lucubrationes, ſi quis roget quid ab iis effectum ſit tot curis, tot vigiliis, tot ſudoribus, quid deinde laboris ſuperſit: Dicam audacter, quod eſt apud eruditos in confeſſo: plus vni mihi deinde ſuperfuiſſe, quam quantum a ſingulis iam exhauſtum ſit, plus etiam quam quantum ab omnibus. Nam et vix partem operis milleſimam attigere vniuerſi: et retractandae nihilominus ſingulorum lucubrationes, diſcrepantes codicum lectiones ſimul excutiendae, vt quae ſincerae forent diiudicaremus, quaeque adulterinae.

*Γεωγραφικὰ*, vt appellant, hoc eſt, terrarum ſitus, quam in partem maxime negligentia librariorum atque imperitia carnificinam exercuit, reſtituendus ac ſanandus fuit: truncata, diuulſa, confuſa, conflataque nomina, quae tamen fere ceu genuina, Ortelii Lexica ceterorumque admiſere, ſuo

ſuo primum nitori, ſuoque deinde loco ac ſitui, vnde peruerſa interpunctione exciderunt, reddenda: quod quanti faſtidii fuerit, vix ii intelligent, ad quos nulla pars taedii, ſed operis vtilitas vna perveniet. Hiſtoricas deinde narrationes, placitaque propemodum innumera, in quibus lapſum errore Plinium vulgus credit, idoneis probatiſſimorum ſcriptorum teſtimoniis conſtabilienda: Diſcutiendae item curationes medicae, et ſuis quaeque aptandae morbis, non alienis adſcribendae, quibus praepoſtera interpunctio remedia ſaepe aliena affinxit: Fides denique integerrimo vbique reſtituenda ſcriptori, fama eiusdem et exiſtimatio ſarcienda. Quod quidem quibus adiutus praeſidiis praeſtare ſim conatus, qua tandem via et arte id effecerim, quod ſpondeo; vt non multo emendatior modo prodeat, quam hactenus fuit, ſed et politior, nitidior, integrior, quam ceterorum vllus Latinorum ſcriptorum, nunc tandem aperire operae pretium eſt.

Accurata primum ac diligens MSS. codicum collatio adhibita, et quidem plurimorum. E Bibliotheca primum Regia, cui nunc vir clariſſimus, nobisque coniunctiſſimus amicitia, Thevenotivs praeeſt, duos praeſertim vtendos habuimus: alterum annorum octingentorum, quingentorum alterum, qui fere cum Chiffletiano ſuperius laudato a me codice congruit. E Bibliotheca deinde Viri illuſtriſſimi Iohannis Baptistae Colberti, qui nuper in Suprema Aerarii Regii Praefectura obiit, omnino quatuor: quorum perhumaniter, vt ſolet, copiam nobis fecit Vir Cl. Stephi. Balvzivs. In his codicibus quatuor Thuanaeus eſt, quem Salmaſius ſaepe teſtem aduocat in Exercitationibus Plinianis. Itaque vſi ſumus iis exemplaribus, quae tam publici iuris eſſe poſſunt, quam noſtri fuerunt:

ne

ne publicae credulitati ignota laudando: nec satis certo loco delitentia, imponere videremur.

Vsi praeterea et altero optimae notae codice, quem Parisiensem nuncupamus, quod sit is in ea vrbe in qua sumus, et in Bibliothecae, quam curamus, scriniis reconditus.

Aduocauimus interdum in partes Chiffletiani exemplaris fidem, et Fuxensis, vetustique item alterius, quorum discrepantem ab aliis scripturam Dalecampius in sua editione exhibuit. Item Toletanum et Salmanticensem, quos Pintianus laudat. San-Victorinum quoque, etsi nunc amissum audio: cuius lectiones variae in libros Plinii aliquot, eruditi cuiuspiam viri manu exaratae in Bibliotheca nostra asseruantur.

Fecit et amicorum comitas, vt aliorum praeterea exemplarium fidem atque auctoritatem, etsi procul abessent, in consilium adhibuerimus interdum de difficilioribus locis. E septem Vaticanis codicibus sumta testimonia Petro Possino debemus, qui tum Romae agebat, viro e Societate nostra, editorum operum copia et multiplici doctrina celebratissimo. E Lugdunensi, P. Charonerio, Bibliothecae eius Collegii Praefecto. Ex alio denique, qui olim S. Michaelis fuit, nunc est Coenobii Rhedonensis, P. Mavro Avdrenio, e Benedictina familia.

Contulit praeterea nonnihil opis, etsi perpusillum, Illustrissimi Viri Gvilielmi Pellicerii Episcopi Monspeliensis, qui literarum aeuo suo, et idem ordinis sui decus et ornamentum fuit, gemina lucubratio, manu ipsius exarata, qua Bibliothecam ipse nostram donauit: altera, quae constat variantibus, vt aiunt, lectionibus plurimorum codicum, ad oram libri adnotatis: altera prolixior paulo, no-

tis et coniecturis in libros Geographicos, cum ſparſis ſubinde veluti floſculis in librum octauum, qui de animalium natura agit: tum nonnulla quoque ex parte in librum ſeptimum, et nonum, vbi facto demum fine conquieſcit. Verum in Geographicis ille, coniecturis modo et MSS. non vtique probatiſſimis vtitur: Graecum ſcriptorem, qui de ſitu terrarum egerit, laudat ſequiturque neminem: in octauo, Ariſtotelem vnum: Quoties tamen ex eo profecerimus, non ſolum confitebimur, ſed et praedicabimus: hominem, vt par eſt, cum honoris praefatione appellantes: atque vbi refellere opus erit, id ſalua tanti viri reuerentia ſimiliter facturi ſumus, ſaepe etiam ne de nomine quidem tum appellato.

Poſteriores haſce Pellicerii obſeruationes, marginalesque alias eiusdem manu ſcriptas in decem priores libros, de quibus inferius dicturi ſumus, vidit NICOLAVS RIGALTIVS, ſelectasque ex iis quamplurimas in oram libri ſui transuexit. Inſpectae illae ſunt enim obiter a nobis et curſim, ante annos quinque, facta vix eius libri quaſi per tranſennam inſpiciendi copia. Vidit et Rondeletius, qui ſuum de Piſcibus librum ex iiſdem annotationibus concinnauit, Thuano teſte, L. XXXVII.

Verum nec vnicum fuit, nec praecipuum in codicibus MSS. vt priſtinam ad ſpeciem nitoremque Plinii ſcripta reuocaremus, ſubſidium praeſidiumque: nedum ad illuſtrandum. Codices manuſcripti, ſiue quos ipſi tractauimus, ſiue vnde ad nos miſſae ſunt variae lectiones, reipſa non excedunt annos ſexcentos. In his malitia deſcribentium notae Chronologicae plurimae ſunt corruptae, nec vna ratione, diſſentientibus inter ſe velut ex compoſito exemplaribus. Non habet hoc opus, vt alia

lia plurima, lacunas, aliquas, quae ſuppleri debeant coniectura: integrum ad nos peruenit: nec detrahendo, ſed addendo potius quaedam, graſſata in eo interpolatorum audacia eſt: at ſunt ea perpauca; et a nobis quidem aut aperte reprehendentur, et certis reiicientur argumentis, aut quibuſdam ſignis appoſitis eſſe ea temere infarta admonebit ipſe orationis contextus.

Euoluenda vero fuere volumina ſexcenta, tum priſca, tum recentia, tum Graece ſcripta, tum Latine: neque euoluenda ſolum, ſed et diligenter conferenda alia cum aliis, cum Plinio ſingula: vt vel ſic ſincera loci emendatio, germanuſque intellectus non pateret modo, ſed et ita communiretur, vt conuelli deinceps non poſſet vlla vi criticaue cenſura. Et illuſtrando quidem Pliniano operi cetera, emendando vero eorum in primis ſcripta profuere, vel per quos profeciſſe ſe Plinius fatetur; qui ſunt numero propemodum infiniti, mole librorum ac difficultate inſignes: vel qui Plinium tranſcripſere ipſi olim: vel denique qui ex iisdem fontibus hauſerunt, vnde ſuos Plinius hortos rigauit.

Hic demum Lydius lapis eſt, haec obruſſa: ad horum ſcripta Plinianae ſcripturae veritas metienda: quid in eo mendoſum tinniat, quid ſubaeratum, quid adulterina forma percuſſum. Nam in vetuſtis exemplaribus haereas modo, cum ipſa inter ſe ſaepe diſſideant, cum ſint inquinata aeque eruditorum coniecturis, atque librariorum inſcitia, cum verbis aliouerſum acceptis pro genuino auctoris ſenſu falſam ac deprauatam interpretis ſententiam recipere ſaepe cogamur: quis demum litium finis eſt futurus, niſi probatiſſimis codicibus adſtipulatorem quempiam e grauiſſimis auctoribus adhibeas, cal-

culumque eius adiungas, cuius ope ſua demum orationi Plinianae ſententia integritasque conſtet?

Horum nos teſtimonia ſi proferimus ſaepe in medium, ſi conſenſum proponimus antiquitatis totius cum Plinio, ſi rempublicam ingeniorum vadem pro eo ſiſtimus: vt minus iucundum id nonnullis eſſe videatur, quis vtile inficietur? aut quis iure ſuccenſeat, cum iuſti commentarii vice ea ipſa loca ſint, quibus Plinii ſententia emendatur, defenditur, intelligitur? Emendatur porro ſic, vt nullus deinde ſuperſit alteri coniecturae locus: ita defenditur, vt tot ſuffragiis auctornm communitus nihil iam extimeſcat, ſed ſit extra maledicentiae tela poſitus: ſic demum intelligitur, vt ne noſtrae quidem interpretationis lucem fere deſideret. Sed quantae praeter haec voluptatis fore putandum eſt, deprehendi ſtatim, quae et vnde mutua Plinius acceperit, expreſſis indicatisue locis, quae ſecutus ſit? Eiusdem ſimul errata coargui, ſi quae ſunt, iisdem inter ſe collatis? Interdum in Dioſcoridis concedere ſententiam, (placet enim in hoc exemplum ſtatuere) ne mentitus: abire nonnunquam diuerſum, ne mutuatus ab eo quae affert, exiſtimetur. Potuiſſe enim equidem non diffiteor eum appellare inter ceteros per quos profecit, (ſi tamen; quod multi verius negant, vetuſtior Plinio Dioſcorides fuit:) noluiſſe autem, tum quod ipſos prae manibus auctores haberet, ex quibus ſuam Dioſcorides epitomen conſarcinauit: tum quod iure aſpernari potuit Dioſcoridem Plinius, hoc eſt, homo Romanus externum hominem, quem ſui quoque populares vel inſcitiae ſaepe coarguant, vt is, qui poſt annos aliquos vixit, vir iudicii in eo genere limatiſſimi Galenus e.: ac deinde

e. Galen. L. VII. de facult. ſimpl. medic. p. 194. et L. XI. p. 301.

deinde Photius f.: vel certe negligunt, vt Athenaeus: qui cum in Graecis auctoribus appellandis minime alias parcus ſit, Dioſcoridem ne ſemel quidem laudarit.

Haec igitur ſubſidia, haec laboris noſtri adiumenta fuerunt: quibus in ſingulis conquirendis quantum laboris inſumtum ſit, facile ii aeſtimaturi ſunt, qui hoc genus ſtudiorum quam ſit faſtidii taediique plenum per ſe ipſi norunt. *Veneficia mea, Quirites, haec ſunt*, inquiebat ille, g. qui cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex ampliſſimis vicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis: *Nec poſſum*, adiecit idem, *vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigilias, et ſudores.*

Ne vero inaniter noſtra collocata opera exiſtimetur, ſcito bis mille amplius a nobis ſublata flagitia, propter quae eximium opus non pauci tanquam ſenticetum, aut peſtilens lemuribuſque infame domicilium deuitabant. Horum praecipua tum ex eorum indice intelliges, tum ex Emendationibus fuſioribuſque Notis, quas Lipſium imitatus ad Tacitum in calcem cuiuſque libri conieci: vbi plenis velis vectus omnia latius inflatiuſque exponerem, totoſque, vt ita dicam, rudentes laxarem, ac ſtilo liberius indulgerem. Quod in multis fieri ſuit neceſſe: nam et Emendationum ratio pluribus verbis reddenda, et altercationes dirimendae, et innumera vberius explicanda, quae vel difficultatem haberent, vel nouitatem. Fuit illud interim ſimplicis ingenii: quod menda multa ſine vllo verborum fuco expun-

 ximus,

f. Phot. cod. 178.

g. Apud Plin. L. XVIII. f. 8.

ximus, procul omni pompa ac venditatione, praefationibus ſummotis omnibus, diſſimulatoque etiam in pleriſque rebus inueniendis labore, ne mirari noſtra videremur, ac legentem defatigare prius, quam paſcere.

*A noſtris procul eſt omnis veſica libellis:*
*Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet.* h.

Iuuabit interim ſcriptorum veterum menda plurima, quae nos primi ſuſtulimus, animaduertere: recentium vero, qui de ſitu terrarum (Geographos appellant) quique de animalium, piſcium, auiumque natura, et qui de re herbaria medicaque, volumina concinnarunt, errata non pauca, quae nos indicabimus, intelligere. Neque enim nos diffitemur ab Ortelio, Holſtenio, Aldrouando, Bellonio, aliiſque, a Lexicographis quoque ipſis ſaepenumero diſſidere, in locorum, et animalium, herbarumque vernaculis nominibus ſignandis: ſed grauiſſima fuere diſſentiendi argumenta, ingenteſque cauſae, de quibus iudicium faciet omnis eruditorum Senatus.

In Geographicis quidem vetuſtos auctores, Tabulas nauticas, Itineraria veterum recentiumue ſcriptorum, Inſcriptiones antiquas, Notitias eccleſiaſticas Graecas pariter ac Latinas, veteres nummos, aliaque ſimilia adiumenta adhibuimus, quae prioribus aut latuere omnino, aut difficiliora viſa ſunt explicatus, moleſtique faſtidii. Sed et viros praeterea, qui loca ea luſtrarunt, Aſiae maxime Graeciaeque, Syriae ac Meſopotamiae, in hac parte, indices locorum habuimus, et operis adiutores.

In animantium deinde natura explicanda, quantum eſt auctorum veterum ac recentium, qui ſunt in eo argumento verſati, adſciuimus. In re herba-

h. Martial. L. IV. ep. 49.

herbaria, non eos modo qui de ea commentati ſunt, ſed et eam, quae hic maxime ac prope ſola dominatur αὐτοψίαν: quod et Plinius in ſuo hoc opere concinnando feciſſe gloriatur. Paucae ſunt enim ex herbis iis, quas Plinius attigit, quae non fuerint a nobis in Horto Regio animaduerſae diligenter; tum maxime cum ſingulari cura is coleretur, totidem fere herbarum genera reapſe exhiberet, quod in indice typis edito, anno MDCLXV. continentur. Sunt ſingulae, inquam, ibi praeſertim, aliisque in hortulis, a nobis exploratae, omnibusque fere notis congruere cum Pliniana delineatione deprehenſae.

Denique in re medica, et eos diligenter cum Plinio ſcriptores contulimus, a quibus ille mutuum accepit, et qui ab eodem deinde pariter mutuati. Horum autem omnium, vbi res poſcit, verba proferimus: iisdem interdum, breuitatis ſtudio, ſuperſedemus: deſignari locum ſatis eſſe rati; tamquam ſi non doceamus ibi, ſed admoneamus docturos.

Vt multa vero ſint ea animaduerſuri ſumus in Notis, non eſt verendum tamen, vti remur, ne prolixiores videamur iis, qui nihil de faece, quod aiunt, haurire nos facile paterentur. Neque enim trita aut ante pedes poſita afferemus: non congeremus fere praemiſſa a ceteris, nec hortum quem colimus, alienis irrigabimus riuulis: nec denique, quod noſter monet, diligentiam affectabimus in ſuperuacuis. Quamobrem ſi diffuſum id nimis opus cuipiam nihilominus videatur, id reſponſi feret, quod repoſuiſſe acute Plinius i. alter perhibetur, cum villam aliquam perelegantem particulatim ami-



i. Plin. L. V. ep. 6.

co depingeret: *Non epiſtolam quae deſcribit, ſed villam quae deſcribitur, magnam eſſe, qui facit quod inſtituit: ſi materiae immoratur, non eſſe longum: non excurſum hunc, ſed opus ipſum eſſe.*

Ac frontem quidem ipſam Pliniani operis multo politiorem nitidioremque, quam fuit hactenus, exhibemus: priore libro integro, qui ceterorum index eſt, quem priorum editorum negligentia abdicarat, ad fidem MSS. codicum, Reg. 1. 2. Colb. 2. et Thuanaei, nunc primum in lucem prolato: ablegato interim altero, quem imperiti audaculique viri ex officina ſua, et ex lemmatibus capitum, quae confinxerant ipſi quoque pro arbitratu, pro vero ac genuino, concinnatum obtruſerant. At vbi nihilominus in eo ipſo quem repraeſentamus, qui nec Plinium ipſum fortaſſis auctorem ſapit, excidiſſe quidpiam licuit ſuſpicari, lacunam ibi ex coniectura ſuppleuimus: diuerſoque, hoc eſt, Italico pingendi charactere edi curauimus. Additi denique numeri, qui ſectionibus reſponderent, in quas ſingulorum librorum poſtea eſſet ſubſecanda materia.

Subiunximus deinde Auctorum Syllabum, qui toto opere a Plinio appellantur. Horum plerisque non ſua modo nomina, detrita ante, truncata, corrupta, ignota, ſed et famam quoque ſuam reſtituimus: vt iam et ipſi qui ſint, et quae aetas, quae patria, quae ſcripta denique, non omnia quidem, id enim nec noſtri eſt inſtituti perſequi, et eſt infiniti laboris: ſed ea modo per quae profeciſſe videri Plinius noſter poſſit, manifeſta ſint. Quoties autem appelletur eorum quisque a Plinio, ex Indice ſingulari, quem in calce operis ſubtexemus, nullo negotio ſtatim conſtabit.

E re-

E reliquo opere titulos seu lemmata capitum plane sustulimus: et quod Plinium ea non habent auctorem, et quod nihil insulsius dici aut videri potest, quam praeposterus plurimorum lemmatum situs, vt suis locis commonstraturi sumus. Quid quod et recepta hactenus capitum sectio, qua totum Plinii opus diuisum ac dissectum est, in antiquioribus paulo ac melioris notae libris nulla est: et alia in peruetustis editionibus in sequentibus alia: in vtrisque saepe digna risu, vbi multa perperam distracta a superioribus, quibuscum ea cohaerere oportuit: diuulsaeque saepenumero sententiae integrae, parte sua praecedenti capiti haereant, altera faciant subsequentis initium? Atqui veterum quicumque lectos a se Plinii libros commemorant, Tertullianus, Augustinus, Gellius, Macrobius, aliique, librum quidem ii indigitant, designantque: minutias capitulorum, nemo. Singulis enim libris continuata rerum series continetur, quamobrem et historia vocitatur: sic vt aliae res nexae ex aliis, narrationis serie copulatae, et omnes inter se aptae colligataeque sint: nullum vt pateat interstitium, fallente transitu, vt in historiarum Herodoti, Thucydidis, et Liuii libris. Nos nihilominus in totidem particulas secuimus, quas sectiones eam ob causam libuit appellare, quod signatas ab ipso Plinio in indice intelligere licuit: et priscos tamen numeros capitum, qui fu re in vsu hactenus, asseruari in margine voluimus, vt citata in libris ad hunc diem Plinii loca per capita in hac quoque editione nostra vel sic occurrant.

Indicis denique facta accessio, non qualis primum a Iohanne Camerte e sacra Minorum familia viro religioso et erudito, concinnatus est olim Viennae Pannoniae, anno MDXIV. etsi is deinceps in

omnibus fere Plinii editionibus eſt adoptatus: ſed verborum plane ſingulorum: quoniam bona pars Latinae linguae hoc vno continetur opere, in quo et vocum occurrit propemodum copia infinita, et ſignificatio ſingularis.

Hanc porro rationem in explanando tam erudito tamque diffuſo opere ſecuti ſumus, vt ne ſaepius a nobis eadem dicerentur: vt ſemel tantum, propter inſtitutam rationem breuitatis, abſtruſiores paulo voces, et propriae locorum, animalium, agricolationis, vindemiae, morborum, herbarum, ceterorumque eiusmodi, explanarentur: quo autem loco, intelligendum ex indice: priore enim fere loco ac numero res ea deciditur: de qua, ſi quoties occurrit ea, diſceptandum foret, in ingentem molem Commentariorum iſtud volumen excreſceret. Sic tamen interim habeto, nullam a nobis eſſe praetermiſſam voculam, cui difficultatis aliquid ſubeſſe ſuſpicio foret: nullam intentatam, indictamue: ſic vt cum paucae quaedam incerti nobis ſignificatus eſſent, quas in tanta rerum bonarum copia praeterire, non modo ſine vllo famae diſpendio liceret, ſed etiam tutum eſſet: vel dictante prouerbio, *Quae dubites, ne feceris*: maluerimus tamen id ingenue profiteri, ac minus callidi in nos exiſtimationemque noſtram, minusque aſtuti videri, quam minus ingenui ac ſimplices.

Quanta nihilominus rei litterariae ex hiſce noſtris lucubrationibus vtilitas acceſſura ſit, aliis aeſtimandum relinquimus: quanta vero ex hoc ſingulari opere, nunc ſcilicet ad amuſſim emendato caſtigatoque, emolumenta ſperanda ſint, fecere iam pridem iudicium eruditi viri. In infinita prope veterum librorum non iactura, ſed naufragio, non clade, ſed interitu, *non ſumus omnino ſuperis odioſi*, inquie-

inquiebat olim Hermolaus ad Picum Mirandulae Comitem, *quando ſuperſtes eſt Plinius. Suſtentat ille nos vtcumque mutilus, decurtatus, lacer. Niſi exſtaret, actum eſſet, tunderemus aquam omnes: ſi eadem, quae ceteros, ademiſſet eum nobis calamitas, profligata ſpes omnis eſſet Latinae rei conſtituendae. Nunc eo duce, quamquam ſemianimi et exſangui, viuimus: et niſi ipſe mihi blandior, videtur in dies proficere, habetur in manibus, celebratur, colitur. Cenſetur indoctus, qui Plinium non legit: indoctior, qui lectum contemnit: indoctiſſimus, cui non ſapit. Debet aetati noſtrae plus, quam ſuae, Plinius: ſed nos ei magis, qui per illum maxime ſubſiſtimus. Alii rem Latinam iuuerunt, ille ipſe nobis Latium.* Atqui id eo aeuo pronunciare ſi vere licuit, ſi in vno hoc libro Latinae rei puppis et prora verſari merito exiſtimata eſt, cum tot adhuc ſalebris horreret, tot mendis ſcateret, ſeu verius monſtris: quid iis feliciter profligatis, quid deterſo eo opere, pergurgatoque iam, vti confidimus, ac reſplendeſcente, ſentiendum, aut quid omnino non ſperandum putemus?

Eſt operis certe per ſe ipſius ſuſceptio, diſpoſitio, conformatioque, grandis et capacis ingenii opus: idque eo grandius et magnificentius exiſtimari par eſt, quod nemo vmquam ex omni aeuo praeter eum repertus eſt, ne apud Graeculos illos quidem loquaces et otioſos, qui vniuerſam Naturae hiſtoriam vnius laboris et operis monumento conſignarit. Ex orbe doctrinae, quem ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, quam ſibi quisque particulam delegerit, Auctorum Index, quem ſubtexemus, priori libro declarabit. Nemo vnus attigit vniuerſam. Nemo, vt noſter, theſaurum, vel mundum verius rerum omnium cognitu dignarum, ſpirans ingenii ſui monumentum, reliquit. Quare Plinium haud immerito, etſi nouo

more

more loquendi', *Naturae Bibliothecarium* Langius: Heinſius *Primum omnium Secundum, et ſecundum nemini*, appellarunt: ceteri eruditi opus hoc vnum ceterorum e Latio ſcriptorum, ſi ita neceſſe ſit, iactura emendum pronunciarunt: ciuitates ipſae nobiliſſimae, Brixienſis Iohanni Taberio anno MDVIII. Salmanticenſis Pintiano, aliaeque aliis, Plinii in publico Gymnaſio interpretandi prouinciam impoſuerunt, ſalario etiamnum largiſſime ex aerario perſoluto. Vt iam ſuae petulantiae pudere neceſſe ſit eos, qui puerili παρωνυμία Plinium Planium hactenus appellarunt, (quod viri nomen eſt apud Ciceronem; Lib. IX. Famil. Epiſt. 13.) planum, hoc eſt, mendacem volentes intelligi.

Nam quod multa Plinium attuliſſe in medium criminantur aliqui, quae falſa ſint, quae commenta ſapiant, Magorumque vanitates, nihil id vtique habet iuſtae reprehenſionis. Nam quo eum argumento mendacii arguas, qui nihil comminiſcatur, nihil afferat quod haberi pro certo ac confeſſo velit, quin ſit illud idem ab aliis ſcriptoribus, extra omnem mendacii ſuſpicionem poſitis, quos quidem ſuis locis appellaturi ſumus, proditum ſimiliter? qui dubia ſe ſuis reddere profiteatur auctoribus, quorum ad fidem prouocat, ac legentes ablegat? qui denique Magorum commenta eo recitat, quod prae ſe fert ipſe haud obſcure paſſim, vt eorumdem obiter coarguat vanitatem: quae ſub Nerone Principe, quod k. is hanc exercuerat artem, videri poterat in ipſa Vrbe auctoritatem accepiſſe?

Fuit auctori praenomen CAIVS, nomen PLINIVS, cognomen SECVNDVS: *Plinius* ex patre; *Secundus*, ex matre: quam ob rem Pomponius Secundus

k. L. XXVII. ſ. 14. et alibi paſſim.

dus vates affinis ei fuit, natus similiter ex Pomponio patre, et matre Secunda, Plinii Secundi matertera. Et ea causa fuit, cur Plinius Pomponii Secundi vitam retulerit, vt ipse prodidit, L. XIV. ſ. 6. Patria Pliniae genti proinde, vt Pomponiae, Roma fuit. Enimuero ſe ipſe Romanum vbique fere profitetur, *Vrbemque noſtram* Romam, *Leges noſtras*, quae ſunt XII. Tabularum, *Annales noſtros*, quos Romani ſcripſere, *Conditores noſtros* Romulum Remumque; *auos maioresque noſtros*, *et magiſtratus noſtros*, paſſim Romanos appellitat: et *noſtrum mare*, quod Campaniam alluit. Nec temere ſane in Campania villam ei fuiſſe ex eo colligas, quod L. XV. ſ. 30. *Duracena ceraſa Campaniam* dicit *Pliniana* appellare. Denique L. XXII. ſ. 19. *Nos iſta*, inquit, *Romana grauitate non vt medici, ſed vt iudices ſalutis humanae, diligenter diſtinguemus.* Et L. XXV. ſ. 105. *Nos eam Romanis experimentis digeremus.* Alibi etiam, *noſter Sulpicius*, *Seneca apud nos*, *apud nos Cicero.* Quid eſt Romanum ſe profiteri, ſi hoc non eſt? Nouocomenſem quidem eum Hieronymus facit, ſed a ſcriptore vitae Plinianae impulſus in fraudem, quem Tranquillum eſſe Suetonium vulgus, ſed falſo, putat. Ex eadem Pliniorum gente fuit is, qui Byzantii Scriba fuit, temporibus Seueri Alexandri Imp. teſte nummo antiquo, qui fuit in Cimelio D. Fovcavlt, hac epigraphe: ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΓΡ. ΠΛΙΝ. CEKOYNΔOY. Γραμματέως Πλινίου τοῦ Σεκούνδου, Byzantiorum nummus ſub *Scriba Plinio Secundo.*

Fuit ēt alter C. PLINIVS SECVNDVS CAECILIVS, ſcriptor epiſtolarum et Panegyrici Traiano dicti. Ex geminis vnicum viri alias eruditi conflarunt: Euſebius in Chronico, Hieronymus in Iſaiam et Ezechielem: Vincentius Bellouacenſis, et Antoninus.

Quin

Quin et tertium ab vtroque, vel cum seniore certe perperam nonnulli confundunt, qui de re medica volumen scripsit, quinque omnino libris comprehensum, cui cognomen Valeriani fuit, patria Comum, vti vetustae aliquot inscriptiones docent. Sed is multo recentior exstitit, quippe qui Galenum aliosque laudet inferioris aeui. De reliquo genere vitae eius, et obitus, de scriptis ab eo voluminibus, quae scire licet, ea cognoices ex vnius Plinii iunioris epistolis duabus, quas huc praefationi subtexemus, cum Notis.

Vir fuit hic noster sane magni laboris ac studii, quod eius opera arguunt: sed magister idem ἀθεότητος, coecitate ingenti, quod mirere, cum fuerit is, vt scripta testantur, castis integerrimisque moribus: dum penitius Naturae scrutatur arcana, Naturae ipsius auctoris obitus.

PRAE-

# PRAEFATIO TYPOGRAPHI EDITIONI GRONOVII PRAEFIXA CANDIDO LECTORI.

Quum iam ab aliquot annis, Benigne Lector, apud nos depositae essent quaedam in C. PLINIVM SECVNDVM lucubrationes Clariss. p. m. Viri, Corn. Schreuelii, qui multa nobis et rei literariae vtiliter praestitit; idemque, fato functus, sui nobis desiderium reliquisset: diu multumque dubii haesimus, vtrum in lucem auctorem hunc praestantissimum ederemus, an vero tenebris eum damnaremus, quod non temere tanti operis magnitudo, et difficultas haud vulgaris, tanquam grauis quaedam aduersaria, sese nobis obiiceret. Vicit tandem potior sententia, suasitque alacri opus animo aggredi; idque in detexenda tela feliciter prouenit. Exegimus igitur, Benigne Lector, praeclarum hoc opus, quod vides ita nitidum et elaboratum, vt maiorem ab homine diligentiam repetere bono iure nemo debeat. Quid vero in hac editione a nobis praestitum sit, paucis habe. Verba Plinii, quae in plerisque Edd. (praesertim Francof. A. MDCVIII. a Manio) adeo distorta, deprauata, et hiulca vidimus, vt nihil supra, omni ratione, et cum optimae fidei Editionibus instituta collatione, emendauimus, restituimus, concinnauimus.

*Dalecampii* Commentarios, verum longe emendatiores, damus integros, passim insertis suo loco Doctissimorum nostri seculi Virorum annotationibus, ex Italis *Hermolai Barbari*, ex Hispanis *Pintiani*,

*ni*, ex Germanis *Gelenii*, ex Gallis *Turnebi*, *Scaligeri*, *Cl. Salmaſii*, et aliorum; (vt latius ex ſerie Auctorum hnic Tomo praefixa patet) nec non Clariſſimi Celeberrimique Viri, non ſine honoris praefatione nominandi, *Ioh. Friderici Gronouii*, I. C. Graecae Linguae et Hiſtor. Profeſſoris meritiſſimi, qui nos pro ingenuo animi condore, vacillantes, et alioqui oneri ferundo impares, conſilio, et re iuuare haud dedignatus eſt, et exquiſitiſſimae eruditionis Notas in aliquot libros calci Operis adiecit. Et ne quid, Benigne Lector, Operi deeſſet, quod inveſtigantibus moleſtiam pareret, de nouo vnicuique Tomo tres accuratiſſimos et locupletiſſimos ſubiecimus Indices: Primus continet Res et verba memorabilia: alter ad Geopraphiam pertinentia; tertius denique memoratu digna, quae in Commentariis occurrunt. De Chartae nitore, Typorum elegantia, quae omnium oculis conſpicua, aliquid addere, ſuperuacaneum iudicamus, vtpote de quibus (hac noſtra Editione cum aliis collata) aequus Lector, ſepoſito partium ſtudio, facile iudicare poterit. Haec ad te praeſari viſum fuit, Candide Lector, nec moramur diutius, niſi, vt haec eadem fronte, qua noſtra omnia, accipias, et indies plura molientibus nobis faueas, oremus. Vale.

---

IACO-

# IACOBI DALECAMPII PRAEFATIO AD CANDIDVM LECTOREM.

Permultos equidem miraturos prospicio, in medicina facienda mihi occupatissimo quid venerit in mentem, Plinium vt tractare vellem scriptorem, ob rerum quas mandauit literis varietatem ac obscuritatem, paucis familiarem, opera mea vt is emendatior prodeat, et quae ad posteros transmisit, ductu meo cunctis sint clariora et faciliora: praesertim cum iam plures insignes eloquentia, doctrina, iudicio, ex Italis Barbarus, ex Hispanis Pintianus, Gelenius ex Germanis, Turnebus ex nostratibus laborem susceperint, illoque strenue ac feliciter defuncti sint. Inceptum profecto meum vel prorsus abrumpere, vel tardare saltem et labefactare debuit tantorum hominum, qui suo tempore summa cum laude floruerant, propositum exemplum. Ab illis enim speranda omnia fuerant, quae in hac commentationum et studiorum ratione optare ac expectare consueuimus, vt de iis merito dici queat, quod olim de Commentariis Caesaris iactatum est, omnibus illum scribendi cupiditatem excitasse, facultatem vero cunctis praeripuisse. Ego me Hercule quamuis stultissimum foret cum illis aeui nostri luminibus, vel ingenio vel eruditione me conferre, non ideo tamen discedendum ab eo putaui quod destinaram, multis de causis non solum adductus, verum etiam accensus, quas hic commemorare, be-

qui, nec parere libuit, quod mea, qualiacunque ſint (hoc citra τὴν φιλαυτίαν dictum eſto) poſteris non vana et infructuoſa fore mihi perſuadeam: et quamuis non tantum praeſtem, quantum fortaſſis de me ſibi literatorum ſenatus et conſeſſus promittit: in illis tamen ſaepiuſcule feſtinatis meis perſcriptionibus, emendationibus, adnotationibus reor aliquid fore, quod etiam delicatorum palato et auribus placeat, hoc meo foetu maturiore ac ſeriore; ſed mihi ſi dexter Apollo vocatus adſit, ceteris meis omnibus magis vitali. Vale.

TESTI-

# TESTIMONIA SELECTA VETERVM DE C. PLINIO SECVNDO.

## C. PLINII CAECILII IVNIORIS EPISTOLAE II.

In quibus de Vita Plinii auunculi ſui diſſerit.

### LIB. III. EPIST. V.

C. PLINIVS CAECILIVS MACRO 1 SVO S.

Pergratum eſt mihi, quod tam diligenter libros auunculi mei lectitas, vt habere omnes velis, quaeraſque qui ſint. Fungar indicis partibus: atque etiam, quo ſint ordine ſcripti, notum tibi faciam. Eſt enim haec quoque ſtudioſis non iniucunda cognitio. a. De 2 iaculatione equeſtri, vnus. Hunc, cum praefectus b. alae militaret, pari ingenio, curaque compoſuit. De c. vita Q. Pomponii Secundi duo, a quo ſingulariter amatus, hoc memoriae amici, quaſi debitum munus, exſoluit. Bellorum d. Ger-



1. *Marco. Gr. et Al.* 2. *Librorum Plinianorum catalogus.*

a. *De iaculatione)* Laudatur id opus ab ipſo Plinio ſeniore, L. VIII. ſ. 65. H.

b. *Praefectus alae)* Equitum ordinibus, quibus ab alarum ſimilitudine nomen indirum eſt, quod circum legiones dextra ſiniſtraque locabantur. Hinc apud Liuium cohortes alariae, Equites alarii. H.

c. *De vita Q. Pomponii)* Meminit eius operis ipſemet Plinius, L. XIV. ſ. 6. H.

d. *Bellorum Germaniae viginti)* Tacit. Annal. L. I. p. 32. *Tradit C. Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor, ſteriſſe*, Agrippinam, etc. Symmachus, L. IV. ep. 18. iam aetate ſua id opus minime obuium fuiſſe innuit: *Enitar*, inquit, *ſi fors votum iuuet, etiam Plinii Secundi bella conquirere.* Spectauit illud et Tranquillus in Caio Caligula, c. 8. Illud eſſe ſuſpicor, cuius

Germaniae viginti, quibus omnia quae cum Germanis geſſimus bella, collegit. Inchoauit, cum in Germania militaret, ſomnio monitus. Adſtitit enim ei quieſcenti Druſi Neronis effigies, qui Germaniae latiſſime [1] victor ibi periit. Commendabat memoriam ſuam, orabatque, vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret. Studioſi e. tres, in ſex volumina propter amplitudinem diuiſi, quibus Oratorem ab incunabulis inſtituit, et perficit. Dubii f. ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone nouiſſimis annis, cum omne ſtudiorum genus paulo liberius et erectius, g. periculoſum

1. *Latiſſimae. Gr.*

cuius mentio in indice librorum nondum editorum, confecto a Scipione Tettio Neapolitano quem Labbeus noſter edidit in Noua Bibliotheca librorum MSS. p. 167. hoc lemmate: *Plinii ſenioris hiſtoriarum* L. XX. H.

e. *Studioſi tres)* Hoc eſt, de Studioſo, ſiue de Oratore, libros tres condidit. Quo nomine inter oratoriae artis Magiſtros a Quinctiliano cenſetur, L. III. c. 1. Studioſorum libros inſcriptos fuiſſe Gellius ait, L. IX. c. 16. H.

f. *Dubii ſermonis)* Siue de Grammatica, quibus in verbis ineſſet loquendi ambiguitas. Laudant hoc Plinii opus ſaepiſſime Priſcianus ac Diomedes, inſcribuntque modo *Artium*, modo *Artis Grammaticae*, modo *de dubio ſermone*. Eiusdem mentio eſt in praefatione ad Titum. Iohannes Aretinus Tortellius, qui grande ſcripſit de Orthographia volumen, vixitque anno fere 1450. aſſeuerat fragmenta eius operis ad ſe peruenisſe. H.

g. *Periculoſum ſeruitus feciſſet)* Quod Nerone Principe ſuſpecta erant praeclara ingenia, non auſus eſt tum eiuſdem vel ſuorum temporum hiſtoriam publicare, aut vitas conſignare virorum praeſtantium, aliudue eiusmodi, quod libero erectoque ingenio dignum foret: ſed ad Grammaticum opus ſe demiſit: explicuitque libris octo ea, de quibus inter homines etiam doctiſſimos quaeri ſoleret hocne an illo modo loqui aut ſcribere oporteret. Simile eſt illud Phaedri in Prooemio L. III. —— —— *Seruitus obnoxia Quia quae volebat, non audebat dicere, etc.* H.

loſum ſeruitus feciſſet. A h. fine Auſidii Baſſi, XXXI. i. Naturae [1] hiſtoriarum XXXVII. opus diffuſum, eruditum, nec minus varium, quam ipſa Natura. Miraris, quod tot volumnia, multaque in iis tam ſcrupuloſa, homo occupatus abſoluerit? Magis miraberis, ſi ſcieris illum aliquandiu cauſas actitaſſe, deceſſiſſe k. anno VI. et L. medium tempus diſtentum [2] impeditumque qua officiis maximis, qua amicitia principum egiſſe. Sed erat acre ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia. Lucubrare l.



1. *Naturalium.* 2. *Diſtrictum. Gr.*

h. *A fine Auſidii)* Ab iis temporibus orſus hiſtoriam, in quibus Auſidius Baſſus deſierat. His libris Veſpaſianorum res geſtas complexus, vt quidem dicitur in Praefatione ad Titum. *Nos quidem omnes, patrem, re, fratremque diximus, opere iuſto, temporum noſtrorum hiſtoriam orſi a fine Auſidii Baſſi.* Etiam et Neronis, ſupremi imperii annis. L. II. ſ. 85. *Non minus mirum oſtentum et noſtra cognouit aetas, anno Neronis Principis ſupremo, ſicut in rebus eius expoſuimus.* Et ſect. 106. *Amnes retro fluere, et noſtra vidit aetas, Neronis principis annis ſuprenis, ſicut in rebus eius retulimus.* H.

i. *Naturae hiſtoriarum)* Illud ipſum quod habemus prae manibus. Eius epitome a Raynaldo quodam ſcripta exſtare Oxonii dicitur, in Bibliotheca Collegii Ballionenſis, ita referente Voſſio, L. I. de hiſt. Lat. c. 29. H.

k. *Deceſiſſe anno* VI. et L.) Poſt annum, quam libros publicauit Hiſtoriae Naturalis: quod factum a ſe anno poſt V. C. DCCCXXX. plurimis locis ipſe teſtatur, vt in decurſu operis indicaturi ſumus. Incidit igitur natalis eius in annum A. V. C. DCCLXXIV. Tiberio imperante, poſt Chriſtum natum anno viceſimo. Obitus in annum, vt videtur, Vrbis DCCCXXXI. Errat Serenus Samonicus, apud Macrob. Satur. L. II. c. 12. qui vſque ad Traiani Principis tempora vixiſſe eum aſſeuerat. H.

l. *Lucubrare)* Cum hieme (verbis Mureti vtor, L. XVIII. Var. Lect. c. 13.) propter longitudinem noctium, homines ſtudiis dediti, et veſpe-

a Vulcanalibus [1] incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi, ſtatim a nocte multa: hieme vero ab hora ſeptima, vel cum tardiſſime, octaua, ſaepe ſexta. Erat m. ſane omni parciſſimi, nonnumquam etiam inter ipſa ſtudia inſtantis, et deſerentis. Ante lucem ibat ab Veſpaſianum Imperatorem: nam ille quoque noctibus vtebatur: inde ad delegatum ſibi offi-

1. *a. d.* VI. *Kal. Sept. vti habent omnes faſti vet. non autem* X. *vt notarum ignorantia perperam putat Cranaeus.*

veſperi lucubrare et mane, multo ante auroram radiorum ardentum indicem, librum cum lumine poſcere ſoleant: aeſtate tamen non multi reperiuntur, qui non illas breues et contractas noctes integras dormiant. Idem veteres videlicet facitabant: neque antelucanam lucubrationem fere incipiebant, niſi ſub finem autumni. Iuuenalis: — — *At nunc Poſt finem autumni media de nocte ſupinum. Clamoſus iuuenem pater excitat: Accipe ceras, Scribe puer.* Erat quidem in conſuetudine poſitum, vt de menſe Auguſto, Vulcanalibus lucubrare inciperent: ſed id tantum ἀΦοσιώσεως χάριν plerique faciebant: eodem plane modo, quo Kalendis Ianuariis ſuas quiſque artes modice attingebant, auſpicandi cauſa: Ouidius: *Quiſque ſuas artes, ob idem delibat agendo: Nec plus quam ſolitum teſtificatur opus,* Columella, L. XI. c. 2. *Per hos quoque dies* (ineuntis Ianuarii) *abſtinent terreuis operibus religioſiores agricolae: ita tamen vt ipſis Kalendis Ianuariis auſpicandi cauſa omne genus operis inſtaurent: ceterum differant terrenam molitionem vſque in proximas Idus.* Ita Plinius iunior illum parciſſimum temporis diſpenſatorem, auidiſſimum librorum helluonem, auunculum ſuum laudans, *Lucubrare,* inquit, *a Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi.* Negat eum ita feciſſe, vt ceteri ſolebant, qui tunc dicis tantum cauſa, incipiebant lucubrare: ac deinde id differebant ad finem autumni cum *Iam Phoebus breuiore via contraxerat ortum Lucis, et obſcuri creſcebant tempora ſomni.* At illum vere ac ſerio a Vulcanalibus incipere ſolitum aſſeuerat. H.

m. *Erat ſane ſomni*) Praefatio ad Titum: *Cum ſomno valetudinem computamus.* H.

officium. Reuersus domum, quod reliquum temporis, studiis reddebat. Post cibum saepe, quem interdiu leuem et facilem veterum more sumebat, aestate, si quid otii, iacebat in Sole: liber legebatur, adnotabat, excerpebatque. Nihil enim vnquam legit, quod non excerperet. Dicere etiam solebat, nullum esse librum tam malum, vt[1] non aliqua ex parte prodesset. Post Solem plerumque frigida lauabatur. Deinde gustabat, dormiebatque minimum. Mox quasi alio die, studebat in coenae tempus. Super hanc liber legebatur, adnotabatur, et quidem cursim. Memini quemdam ex amicis; cum lector quaedam pronuntiasset perperam, reuocasse, et repeti coegisse: huic auunculum meum dixisse, Intellexeras nempe? quum ille annuisset, Cur ergo reuocabas? decem amplius versus hac tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parsimonia temporis. Surgebat n. aestate a coena luce, hieme inter primam noctis, sed tamquam aliqua lege cogente. Haec inter medios labores vrbisque fremitum. In secessu solum balinei tempus studiis eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus o loquor. Nam dum distringitur, tergiturque, audiebat aliquid aut dictabat. In itinere, quasi solutus ceteris curis, huic vni vacabat. Ad latus notarius cum libro et pugillaribus: cuius manus hieme manicis muniebantur, vt ne caeli quidem asperitas vllum studiis tempus eriperet. Qua ex causa Romae quoque sella vehebatur. Repeto me correptum ab



1. *Qui.*

n. *Surgebat aestate)* Aestiuis diebus finem coenae faciebat adhuc lucente die: hibernis, intra primam noctis horam, coenam absoluerat. H.

o. *De interioribus loquor)* De locis balinei secretioribus. H.

eo, cum ambularem: Poteras, inquit, has horas non perdere. Perire enim omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. Hac intentione tot iſta volumina peregit: p. electorumque [1] commentarios CLX. mihi reliquit, opiſthographosq. quidem, et minutiſſime ſcriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipſe, potuiſſe ſe, cum r. procuraret in Hiſpania, vendere hos commentarios. Lartio [2] Licinio CCCC. t. millibus nummum, et tunc aliquanto pauciores erant. Nonne videtur tibi recordanti quantum legerit, quantum ſcripſerit, nec in officiis vllis, nec in amicitia Principum [3] fuiſſe? Rurſus cum audis quid ſtudiis laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis, nec legiſſe? Quid eſt enim, quod non aut illae occupationes impedire, aut haec inſtantia non poſſit efficere? Itaque ſoleo ridere, cum me quidam ſtudioſum vocant: qui, ſi comparer illi, ſum deſidioſiſſimus. Ego autem tantum, quem [4] partim publica, partim amicorum officia diſtringunt? [5] Quis ex iſtis qui tota vita

1. *Electa.* 2. *Al. Lacrtio. Largio. G.* 3. *principis.* 4. *quantum.* 5. *non abundant, (tantum vaco.)*

p. *Electorumque commentarios)* Hoc eſt, ex variis auctoribus, quae Graecis ἐκλογαὶ, *collectiones*, appellantur. H.

q. *Opiſthographos)* Ὀπισθογράφους, a tergo ſcriptos, ἀπὸ τῦ ὄπισθεν καὶ γράφω. De hac voce multa erudite congeſſit in Lexico Robertus Conſtantinus, quem conſule. H.

r. *Cum procuraret)* Cum eſſet Caeſaris in Hiſpania procurator. Fuiſſe et in Africa, haud dubie cum ſimili praefectura, aut militari imperio, ipſe prodit, L. XVII. ſ. 3. H.

s. *Lartio Licinio)* Dicemus de eo L. XIX. ſ. 11. H.

t. *CCCC millibus nummum)* Siue ſeſtertiorum. Aeſtimatione Gallicae monetae, librae ſunt, vt aiunt, ſiue floreni 40000. H.

vita literis assident, collatus illi, non quasi somno et inertiae deditus erubescat? Extendi epistolam, quamuis [6] hoc solum, quod requirebas, scribere destinassem, quos scilicet libros reliquisset. Confido tamen haec quoque tibi non minus grata, quam ipsos libros, futura, quae te non tantum ad legendos eos, verum etiam ad simile aliquid elaborandum, possunt aemulationis stimulis excitare. Vale

6. *quam.*

## LIB. VI. EPIST. XVI.

### C. PLINIVS TACITO SVO S.

Petis vt tibi auunculi mei exitum ſcribam, quo verius tradere poſteris poſſis. Gratias ago. Nam video morti eius, ſi celebretur a te, immortalem gloriam eſſe propoſitam. Quamuis enim pulcherrimarum clade terrarum, vt populi, vt vrbes, memorabili caſu, quaſi ſemper victurus occiderit, quamuis ipſe plurima ſcripſerit, plura tamen perpetuitati eius ſcriptorum tuorum aeternitas addet. Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda: beatiſſimos vero, quibus vtrumque. Horum in numero auunculus meus et ſuis libris et tuis erit. Quo libentius ſuſcipio, depoſco etiam, quod iniungis. Erat[1] Miſeni, claſſemque imperio praeſens regebat: Cal. u. Nouemb. hora fere ſeptima, mater mea indicat ei apparere nubem inuſitata et magnitudine, et ſpecie. Surgit ille, vt[2] e Sole ſolebat, frigida guſtata: iacens enim ſtudebat. Poposcit[3] ſoleas, aſcendit locum, ex quo maxime miraculum illud conſpici poterat. Nubes incertum procul intuentibus ex quo monte (Veſuuium[4] fuiſſe poſtea cognitum eſt) oriebatur: cuius ſimilitudinem et formam non alia magis arbor, quam pinus expreſſerit. Nam longiſſimo velut trunco efflata in altum, quibuſdam ramis diffundebatur. Credo, quia recenti ſpiritu euecta, dein ſeneſcente eo

*1. Plinii ſenioris acta vltima. 2. e ſole vt. 3. poſcit. 4. Veſenum: al. Veſubium.*

u. *Cal. Noubr.)* Codicum hic mira inconſtantia, Palermo teſte, L. I. c. 1. aliis VIII. *Cal. Septemb.* aliis, III. *Non. Nouembr.* praeferentibus. H.

eo deſtituta, aut etiam pondere ſuo victa, in latitudinem [1] vaneſcebat, candida interdum, interdum ſordida et maculoſa, prout terram cineremue ſuſtulerat. Magnum id, propiuſque noſcendum, vt eruditiſſimo viro, viſum eſt. Iubet liburnicam aptari: mihi, ſi venire vna vellem, facit copiam. Reſpondi ſtudere me malle: et forte ipſe, quod ſcriberem dederat. Egrediebatur domo: accepit codicillos. x. Retinae [2] claſſiarii, imminente periculo exterriti (nam villa [3] ea ſubiacebat: nec vlla, niſi nauibus, fuga:) Vt ſe tanto diſcrimini eriperet, orabant. [4] Vertit ille conſilium, et quod ſtudioſo animo inchoauerat, obit maximo. Deduxit quadriremes, aſcendit ipſe, non Retinae modo, ſed multis (erat enim frequens amoenitas orae) laturus auxilium: properat illuc, vnde alii territi fugiunt, rectumque curſum, rectaque gubernacula in periculum tenet; adeo ſolutus metu, vt omnes illius mali motus, omnes figuras vt deprehenderat oculis, dictaret, enotaretque. Iam nauibus cinis inciderat; quo propius accederet, calidior et denſior: iam pumices etiam, nigrique et ambuſti et fracti igne lapides: iam vadum ſubitum, ruinaque montis litora obſtantia. Cunctatus [5] paulum, an retro flecteret, mox gubernatori vt ita faceret monenti, Fortes, inquit, fortuna iuuat: Pomponianum y. pete. Stabiis

1. *Altitudinem.* 2. *Retinere amici, imminenti periculo exterrere.* 3. *eius. Verba haec non ſunt vncinis incluſa in edit. Gr.* 4. *orabat. Gr.* 5. *Cunctantique.*

x. *Retinae claſſiarii)* Retina villae nomen eſt. Claſſiarii milites comparati ad tutandam claſſem. Vſus hac voce Tacitus: Pliniuſque ſenior L. VII. f. 35. *Bellq Siculo Gabienus Caeſaris claſſiarius*, etc. H.

y. *Pomponianum pete)* Plinio ex intimis familiaribus, qui tum Stabiis morabatur. De Stabiis, L. III. f. 9. H

biis [1] erat, diremtus [2] sinu medio. Nam sensim circumactis curuatisque litoribus mare infunditur. Ibi quamquam nondum periculo appropinquante, conspicuo tamen, et cum creseeret, proximo farcinas contulerat in naues, certus fugae, si contrarius ventus resediſſet. Quo tunc auunculus nidus secundiſſimo inuectus complectitur trepidantem, consolatur, hortatur: vtque timorem eius sua securitate leniret, deferri se in balineum iubet: lotus accubat [3], coenat, atque hilaris: aut quod aeque [4] magnum est, similis hilari. Interim e Vesuuio monte pluribus locis latissimae flammae atque incendia relucebant, quorum fulgor et claritas tenebras noctis excipiebat [5]. Ille agrestium trepidatione igni relictas desertasque villas per solitudinem ardere, in remedium formidinis dictitabat. Tum se quieti dedit, et quieuit veriſſimo quidem somno. Nam meatus animae, qui illi propter amplitudinem corporis grauior et sonantior erat, ab iis, qui limini obseruabant [6], audiebatur. Sed area, ex qua diaeta adibatur, ita iam cinere mixtisque [7] pumicibus oppleta surrexerat, vt si longior in cubiculo mora esset, exitus negaretur. Excitatus procedit, seque Pomponiano, ceterisque qui peruigilarant, reddit. In commune consultant, intra tecta ne subsistant, an in aperto vagentur: nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant, et quasi emota sedibus suis, nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur. Sub dio rursus, quamquam leuium exesorumque pumicum casus metuebatur [8]: quod tamen malorum [9] collatio elegit. Et apud illum qui-

1. *Iuxta hic erat:* 2. *peruenerarque. Gr.* 3. *discumbit.* 4. *e. ae. m.* 5. *pellebat.* 6. *obuersabantur. Gr.* 7. *missisque.* 8. *metuebant.* 9. *periculorum.*

quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. Ceruicalia capitibus impoſita linteis conſtringunt. Id munimentum aduerſus incendia [1] fuit. Iam dies alibi, illic nox omnibus nigrior denſiorque: quam tamen faces multa variaque lumina ſolvebant. Placuit egredi in litus, et ex proximo adſpicere quid iam mare admitteret, quod adhuc vaſtum et aduerſum permanebat. Ibi ſuper adiectum linteum recubans ſedit, atque iterum frigidam poposcit, hauſitque. Deinde flammae, flammarumque praenuntius odor ſulphuris, alios in fugam vertunt: excitant illum, qui innixus ſeruis [2] duobus aſſurrexit et ſtatim concidit (vt ego coniecto [3]) craſſiore caligine ſpiritu obſtructo, clauſoque ſtomacho, qui illi natura inualidus, et anguſtus, et frequenter intus aeſtuans erat. Vbi dies redditus is, ab eo, quem nouiſſime viderat, tertius, corpus inuentum integrum, illaeſum, opertumque vt fuerat indutus. Habitus corporis quieſcenti, quam defuncto, ſimilior. Interim Miſeni ego et mater. Sed nihil ad hiſtoriam. Nec tu aliud, quam de exitu eius, ſcire voluiſti: finem ergo faciam. Vnum adiiciam: omnia me, quibus interfueram, quaeque, ſtatim, cum maxime vera memorantur, audieram, perſecutum. Tu potiſſima excerpes. Aliud eſt enim epiſtolam, aliud hiſtoriam, aliud amico, aliud omnibus ſcribere. Vale.

*1. incidentia. Gr. 2. innitens, Plinii ſenioris interitus. 3. colligo.*

DE

# VITA PLINII

HAEC IN EDITIONE HARDVINI

LEGVNTVR.

## C. PLINII VITA

INCERTO AVCTORE.

C. *Plinius Secundus* Veronenſis, natus ſub Tiberio, patre Celere, matre Marcella, omnibus liberalibus diſciplinis operam dedit: vnus omnium mirifice ſtudioſiſſimus. Nam perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. Opera edidit, in quibus multa ſcrupuloſa abſoluit: et nihilominus cauſas aliquando actitauit. Augur fuit: officia publica adminiſtrauit: etiam Procurator in Hiſpania. Floruit maxime ſub Impp. Veſpaſianis, Tito non mediocriter carus, cui Libros Naturalis hiſtoriae dicauit: opus diffuſum, eruditum, varium, ſtilo duriuſculum. Fuit opinioni Epicureae nonnumquam adſtipulator: vbique tamen vitiorum acerrimus inſectator. Periit ſub Tito, anno aetatis ſexto et quinquageſimo, Kal. Nouembr. cum Miſeni claſſem imperio regeret, ſpiritu obſtructo, clauſoque ſtomacho, (inualidus enim illi et anguſtus erat:) ex caligine nubis ortae e Veſuuio monte, et ad quam noſcendam propius acceſſerat.

# CAII PLINII VITA

## EX SVETONII, VT VVLGO CREDITVR

### LIBRO

## DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

*Plinius Secundus, Nouocomenſis,** equeſtribus militiis induſtrie functus, procurationes quoque ſplendidiſſimas atque continuas, ſumma integritate adminiſtrauit: et tamen liberalibus ſtudiis tantam operam dedit, vt non temere quis plura in otio ſcripſerit. Itaque bella omnia, quae vnquam cum Germanis geſta ſunt, viginti voluminibus comprehendit. Item Naturalis Hiſtoriae triginta ſeptem libros abſoluit. Periit clade Campaniae. Nam cum Miſenenſi claſſi praeeſſet, et flagrante Veſeuo, ad explorandas propius cauſas, Liburnicas praetendiſſet: neque, aduerſantibus ventis, remeare poſſet: vi pulueris ac fauillae oppreſſus eſt; vel, vt quidam exiſtimant, a ſeruo ſuo occiſus: quem deficiens aeſtu, vt necem ſibi maturaret, orauerat.

### A GELLIVS

*Noctium Atticar. L. III. c. 10.*

Viſum eſt non praetereundum, quod in *Plinii Secundi* libro ſeptimo Naturalis Hiſtoriae legimus. Id autem quia extra fidem eſſe videri poteſt, verba ipſius Plinii poſuimus: M. ſurius auctor eſt, etc. *Nempe e L. VII. ſect. 4. et 5.*

*Idem,*

* In veris codicibus vox ea *Nouocomenſis* abeſt, et abeſſe vtique debet.

*Idem*, L. IX. c. 4.

Libitum tamen eſt in loco hoc miraculorum notare id etiam, quod *Plinius Secundus*, vir in temporibus aetatis ſuae, ingenii dignitatiſque gratia, auctoritate magna praeditus, non audiſſe, neque legiſſe, nec ſcire ſeſe atque vidiſſe, in libro Naturalis Hiſtoriae ſeptimo ſcripſit: etc. *ſect. 3. ſcil.*

*Idem*, c, 16. libri proxime appellati.

*Plinius Secundus* exiſtimatus eſt eſſe aetatis ſuae doctiſſimus. Is libros reliquit, quos Studioſorum inſcripſit, haud medius fidius vſquequaque aſpernandos. In his libris multa varie ad oblectandas eruditorum hominum aures ponit. Refert etiam pleraſque ſententias, quas in declamandis controuerſiis, lepide arguteque dictas putat: etc.

*Idem*, L. X. c. 12.

*Librum* eſſe Democriti nobiliſſimi Philoſophorum de vi et Natura chamaeleonis, eumque ſe legiſſe *Plinius Secundus* in Naturalis Hiſtoriae viceſimo octauo refert: etc. *Et poſt pauca:* His portentis atque praeſtigiis a *Plinio Secundo* ſcriptis non dignum eſſe cognomen Democriti puto, etc.

*Idem*, L. XVII. c. 15.

Sed elleborum ſumi poſſe tutiſſime in inſula Anticyra *Plinius Secundus*, in libris Naturalis Hiſtoriae ſcripſit, etc. L. XXV. ſ. 21. *et* 25.

AVGVSTINVS

*de Ciuit. Dei L. XV. c. 9.*

*Plinius Secundus*, doctiſſimus homo, quanto magis magiſque praeterit ſaeculi excurſus, minora corpora Naturam ferre teſtatur. L. VII. ſ. 16.

ALCVINVS,

*Epiſtola V. ad Dauid regem, hoc eſt, ad Carolum Magnum.*

Quid acutius, nam quod *Naturalium rerum deuotiſſimus inuentor Plinius Secundus* de caeleſtium ſiderum ratione expoſuit, inueſtigari valet?

*Plinius Secundus*, idem Orator et Philoſophus, in libro ſecundo Naturalis Hiſtoriae: *Sol autem*, inquit, *ipſe quatuor differentias habet*, etc.

PETRVS QVIQVERANVS

*Epiſcopus Senecenſis, L. I. de laudibus Prouinciae.*

C. Solinus laborum ſuorum iactura, otioque ſuo iam olim abuſus, nobis aliisque quibus *C. Plinii* copia eſt, importunus illudit. Nec id vnum, cum *Plinium* quoque, per quem totus profecit, ne nominis quidem mentione dignetur, etc. *Et mox paucis interiectis.* Hic deprehendere eſt quorumdam medicorum procacitatem, qui tabifico liuore pertacti, C. Pliniique maieſtatem ſugillare aggreſſi, (licet enim viri manibus de mortaliuni republica bene meriti paucula haec verba dare:) Dioſcoridis auctoritatem, veluti Pythagorici ſuum αὐτὸς ἔφα, nude obtendunt: vt interim non ignotum docto aeſtimatori ſit, vnum ex eorum numero praeſtantiſſimum Leonicenum, arguente Nemeſi Dea, ſub finem libri ſui teſtatum, lites illas ſuas furore animi (quod facile fidem facit) ſe ſuſcitaſſe. Nam niſi *C. Plinium* lippitudine laboraſſe, vt pleraque alia, mentiantur vel coeco fit manifeſtum, illum non paulo tranquillius, atque exin diligentius ſtirpium lineamenta deſpexiſſe, moxque fidelius nomina prodidiſſe, adiuuante in ea opera Antonio Caſtore, viro in eo prudentiae genere ſummo, quem Anazarbeum

beum iſtum vagum, turbidum, merentem hinc inde ſtipendia, etc. *Iterumque poſt pauca:* Nec deſunt qui Grammaticum vocitent, rhetorem alii, hi hiſtoricum: omnia non citra imperitiam, multo liuore, maiore impudentia, et quod mirere, cuncta vere. Nam et in Grammatica lex ipſa, oratione inimitabilis: in omnifaria hiſtoria, rite donatus. De Mathematicis vero iudicium an quiquam ei viro denegabit, tam multa arduaque tam breuibus comprehendenti? - - - Iam quiuis modo non medicellus non abſtulerit ſtirpium cognitionem accuratam, quarum figuram tanto otio, tam rara tranquillitate, tanto ſub iudice rimari licuerit? Magna hic medicinae fundamenta. Ceterum quae ad eiuſdem perfectiorem curam faciunt, ſi non intolerabili aegrotantium paedore vſque perferendo addidicit: at e probatioribus, certioribuſque veterum medicorum monumentis excerpſit, additis inſuper, ſi quae poſtea probata ſciret experimentis, ne non etiam candore commendetur. De metallica hic Romanorum ſolus. De agricultura neſcio quid mirere magis, adeo in tanta breuitate nihil omiſſum. Porro in Coſmographia, animalibus, rerum miraculis, vt nihil ornatius, luculentius, ita et venia digniſſima ſunt, ſi quae ex huiusce aetatis nauigationum certiſſima fide ſecus in iis prodita deprehendantur. Qua in re mihi ſane fidem eiurare certum eſt: nam cum credulitatem meam obſtrinxerim, cum ſuam ille tradendo non obſtringat? cum fidem in auctores releget? famaeque velut famam ſuam impingat? In ſumma, ea eſt viri auctoritas, vt a doctioribus concuti potuerit, conuelli nuſquam: ea maieſtas, vt quam decentiſſimum foret, non citra acerbiſſima flagra ab huiuſmodi nebulonum genere ſubpungi: ea denique in omni doctrinarum cumulo eminentia,

vt

vt multo minore cum risu hunc audias artes omnes a Minerua edoctum, quam Ciceronem. Quare impudenter omnino tentata *C. Plinii* amplitudo ab eo hominum grege, qui nec viuentis splendorem probe tulissent oculis, etc.

## TERTVLLIANVS
### *et alii.*

Tertullianus *praeterea multa transcripsit a Plinio, dissimulato eius nomine, vt in operis decursu suis locis indicaturi sumus.*

Hieronymus *in Ieremiam Plinium cum Theophrasto et Aristotele, quod memoriae ii prodiderint*, hanc perdicis esse naturam, vt oua alterius perdicis, id est, aliena furetur et eis incubet, foueatque: cumque fetús adoleuerit, auolare ab eo et alienum parentem relinquere. *Sed memoria lapsum necesse est: cum apud veteres omnes rerum Naturalium scriptores nihil tale occurrat, et esse id falsissimum multis constet argumentis: de quibus Bochartum consule, part. 2. lib. I. de animal. c.12. p. 85. et seq.*

*Similis et Seruii error in Notis ad librum primum Georgicorum Maronis:* Plinius, *inquit*, in Naturali historia dicit coruos obliuiosos esse, et plerumque minime ad nidos suos reuerti, etc. *Fallit autem Seruius, aut fallitur: cum neque apud Plinium, neque apud vllum, qui Seruium aetate praecesserit, dignum fide scriptorem, simile quidquam legatur.*

*Versum pariter Maronis explicans idem, e libro Aeneidos. III.*

*Et iuncti currum dominae subiere leones.*

*Fabulam de Hippomene et Atalanta recitat, quae omnibus nota est, subiicitque ista deinde:* Vnde irata Dea, *(Deum mater)* in leones eos conuertit, et suo cur-

currui ſubiugauit, et praecepit ne ſecum vnquam leones coirent. Nam et *Plinius* in Hiſtoria Naturali dicit leonem cum parda, et pardum cum leaena concumbere. *Quibus verbis non ſolum rem falſiſſimam pro vera affert, ſed etiam a Plinio proditam mentitur.*

### *Codices Manuſcripti, quibus vſus eſt Harduinus in Plinio perpurgando.*

E Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca codex primus annorum amplius DCCC. aetate Caroli Calui exaratus, vt aiunt, *Numero.* 74. *R.* vel *R.* 1.

Regius codex alter, quingentorum fere annorum, Numero 191. *R. vel Reg.* 2.

Ex Bibliotheca Viri Illuſtriſſimi D. *Iohannis Baptiſtae Colberti*, Supremi nuper Aerarii Regii Moderatoris, codices tres: primus annorum amplius quadringentorum, *Num.* 45. alter quadringentorum, *Num.* 29. quingentorum tertius, *Num.* 2417. *Colb.* 1. 2. 3.

Thuanaeae olim, nunc Colbertinae proxime laudatae Bibliothecae codex, octingentorum annorum, vt creditur, *Th.* vel *Thuan.*

Pariſienſis, in Bibliotheca, Collegii noſtri huius Pariſienſis aſſeruatus codex annorum circiter 600. *Par.*

Chiffletianus, ſatis probatae notae, cuius diſcrepantia a libris vulgatis loca notauit in margine editionis ſuae Iac. Dalecampius. *Chiffl.*

Fuxenſis, et alter Vetus, quorum pariter variantes, vt vocant, lectiones idem Dalecampius adnotauit. *Fux. et Vet. Dalec.*

E Lugdunenſi Bibliotheca Collegii Societatis Ieſu. *Lugd.*

E Vaticana ſeptem, *num.* 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 3533. 9939. *Vatic.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

E Bi-

E Bibliotheca ſ. Victoris, in ſuburbio Pariſienſi. *Victor.*

E Coenobio Rhedonenſi, Ordinis S. Benedicti, qui codex olim Monaſterii fuit S. Michaelis fuit.

EDITIONES PLINIANAE PRAECIPVAE
*quarum collatione Harduini editio emendatior prodiit.*

Romana, accurante Ioh. Andr. Alerienſi Epiſcopo, MCCCCLXX. *in folio.*

Veneta, eiuſdem, MCCCCLXXII. *in folio.*

Parmenſis, MCCCCLXXVI. *in folio.*

Taruiſana, MCCCCLXXIX. *in folio.*

Parmenſis altera, MCCCCLXXXI. *in folio.*

Veneta altera, MCCCCLXXXIII. *in folio.*

Brixienſis, MCCCCXCVIII. *in folio*, e caſtigationibus Hermolai Barbari, cum notulis quibuſdam marginalibus manu Guil. Pellicerii, Epiſc. Monſpelienſis paſſim exaratis, in decem fere priores libros.

Veneta tertia, MDXIX. *in folio.*

Baſileenſis 1. MDXXXV. *in folio*, cum annotationibus Sig. Gelenii, et notis marginalibus Guil. Pellicerii Ep. Monſpelienſis manuſcriptis, quam vidit et citat Carol. Dati, libro conſcripto Italice, De vitis Pictorum.

Veneta 4. apnd Ald. Manutium *in octauo*, *voluminibus quatuor*, MDXXXVI.

Baſileenſis 3. *in folio*, MDXXXIX.

Pariſienſis, *in folio*, MDXLIII.

Baſileenſis 4. accurante Frobenio, MDXLV, *in folio.*

Veneta 5. a Paulo Manutio emendata, cum caſtigationibus Sig. Gelenii MDLIX. *in folio.*

Lugdunenſis, opera Iuntarum, *in* 16. MDLXI.

Lugdunenſis altera, *in folio*, MDLXIII.

Leydenſis, Petri Santandreani typis, MDLXXXII.

Lugdu-

Lugdunenſis 3. apud Honoratum, ex recognitione Iac. Dalecampii, Medici Cadomenſis, cum eiuſdem caſtigationibus, et variis lectionibus, *in folio* MDLXXXVII.

Francofordienſis, *in folio*, MDXCIX cum annotatiunculis nonnullis ad Dalecampii notas adiectis ab incerto auctore.

Leydenſis altera, Elzeuirii typis, e Salmaſii caſtigationibus, accurante Iohanne Latio, ſiue *De Laet*, *in 24.* tribus voluminibus MDCXXXV.

Leydenſis tertia, cum Variorum vt aiunt, commentariis, ſeu verius cum Dalecampii et Pintiani notis, *in octauo*, volumine triplici, MDCLXIX.

*Plinianae verſiones, quae in Harduini manus venere.*

*Italica Hiſtoria naturale volgarizzata da Chriſtoforo Landino*, Venetiis MCCCCLXXVI. *in folio.*

Gallica. *Hiſtoire Naturelle de Pline traduite par Antoine du Pinet, Seigneur du Noroy*, Lugd. MDLXII. *in folio.*

Germanica, *Hiſtoriae naturalis libri decem priores.* Francof. MCLXXI. *in folio.*

Hiſpanica, *Hiſtoria natural traducida per Geron. de Huerta, con eſcolios y annotaciones*, Matriti, MDCXXIV. *in folio.*

Anglice quoque redditam accepimus a Ph. Hollando Medico, in quem illud exſtat Oweni Epigramma: *Plinius eſt longus, quia multa: breuis quia multum Scripſit: at Hollandus* a. *longior, et* b. *breuior*

Acceſſere Emendationes partim ex MSS. codicum fide, Vatic. Reg. Colb. Thuan. Pariſ. Lugd. Rigalt. Chiffl. Dalec. Tolet. et Salmantic. partim ex vett. auctorum collatione, qui ſunt in eodem argumento verſati: partim ex certiſſima coniectura, vt ſuis Hard. oſtendit locis.

a. quia plenior. b. quia planior.

C. PLI-

# C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

## LIBER I.

## PRAEFATIO.

C. Plinius Secundus [1] Veſpaſiano a) ſuo S.

Libros b) Naturalis Hiſtoriae, nouitium [2] Camoenis Quiritium tuorum opus [3], natum apud me proxima fetura [4], licentiore epiſtola [5] narrare c) conſtitui tibi, iucundiſſime Imperator d): (ſit enim e) haec tui praefatio veriſſima,

1 *D. Tito Veſpaſ. Alii.* 2 *Quirit. tuor. op. Camoe. nat. Dal.* 3 *natos. M* 4 *Gron. dat, foetura.* 5 *Sacrare. Alii. nuncupare. Vet.*

a. *Veſpaſiano*) T. Veſpaſiani F. Vide Notas et Emend. inferius poſitas, ad praefationis huius calcem num. III. *Hard.* in noſtra edit. *not. 1.*

b. *Nouitium*) A nemine Romanorum adhuc tentatum. *Hard.*

c. *Narrare*) Hiſtoricae narrationis filo contexere, ſine vllis dicendi oratoriis ornamentis. Qui *nuncupare* hoc loco ſubſtituunt, genuinam lectionem, nullo ſuffragante codice, de ſuo marte interpolant. *Idem.*

d. *Imperator*) Vide Notas et Emend. N. IV. *Hard.* in noſtra ed. not. h.

e. *Sit enim*) Vna opera patri ac filio adulatur: ceteras quaslibet, ſiue Optimi, ſiue Maximi, ſiue Fortiſſimi appellationes,

riſſima, dum [1] maximo f) conſeneſcit in patre). g) Namque tu ſolebas [2] meas h) eſſe aliquid putare nugas,

1 *Maxime. Alii. Herm. maximo. Alii. quibuscum conſentit Hard. maximi. Gron.* 2 *Noſtras. Vet.*

nes, vtrique eorum communes eſſe indicans, dum iucunditatis tantummodo praefationem, vt propriam Tito adſcribit: quae quidem naturae lege florentis aetatis eſt, non ſenescentis. Simul et ad Titi cognomen alludit, *Amor ac deliciae generis humani*, vulgo dicti, vt eſt apud *Tranquillum*. Veriſſima porro praefatio dicitur, appellatio homini conuenientiſſima. Nam praeter communem ſignificatum huius vocis, *verum*, eſt et alter a communi paulo remotior, pro eo quod rectum et aequum eſt. Vt apud *Ciceron. pro Muraena* num. 74. *de Catone: Negat verum eſſe allici benenolentiam cibo. Virgil.* L. XII. *Aen.* — — *Me verius vnum Pro vobis foedus luere, et decernere ferro.* Apud *Horat.* L. I. Ep. *I.* ad Maecen. *Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt. Hard.*

f. *Dum maximo*) Ita veteres editiones omnes, quas et *Turnebus* probat. *Plinius*, L. II. ſect. 5. *Hac nunc caeleſti paſſu cum liberis ſuis vadit maximus omnis aeui rector Veſpaſianus Auguſtus. Idem.*

g. *Conſeneſcit*) Aptari, ſeu accommodari patri tuo iam deſiit, ob aetatis maieſtatiſque reuerentiam. Ea voce vſus *Cicero*, L. II. *ad Attic.* Ep. 13. *Quanto in odio noſter amicus Magnus? cuius cognomen vna cum Craſſi Diuitis cognomine conſeneſcit.* Hic *conſeneſcit*, vt palam eſt, idem valet atque *vſurpari deſiit, deſiit eſſe fere in ore ac ſermone vulgi.* Vt vel inde liqueat, ſi proxime antea, *dum Maximi conſeneſcit in patre*, ſcripſiſſet auctor, (quod aliqui libris inuitis omnibus conditiuis volunt,) quam inepte Tito adularetur, cuius patrem appellari Maximum deſinere tum diceret! quam ſecum ipſe pugnaret, qui maximum aeui rectorem, vt diximus, Veſpaſianum appellat, idque eximii, vt eſt, praeconii loco! *Idem.*

h. *Namque tu ſolebas meas, etc.)* In Catullo eſt, *Cui dono lepidum meum libellum, Arida modo pumice expolitum? Corneli, tibi. namque tu ſolebas Meas eſſe aliquid putare nugas.* Viſus autem legere *Plinius*, *Corneli, tibi. tu putare namque* (vel, *namque tu putare*) *Nugas eſſe aliquid meas ſolebas.* quod profecto durius et aſperius fuit. *Dalec.*

h. *Namque tu*) Rogas autem, inquit, quae me cauſa impulerit, vt licentiore epiſtola tibi libros meos dicarem? Ea in promptu eſt. Nam cum tu ſoleas meas eſſe aliquid

aliquid putare nugas, induxi animum Catullum imitari: cuius ego quidem exemplum, (vt verbo castrensi vtar, quod tu probe agnoscis,) obiicere moliar, hoc est, veluti pro scuto opponere, si cui confidentia nostra reprehendenda videatur. Ille enim, vt scis, in setabis suis, sine sudariis, scite venditandis passim iactantior, atque in repetendis duriusculus videri haud veritus est, cum permutatis illis atque sublatis, supposita essent viliora. Quid enim? Erantne illa tanti per se? minime sane: sed aestimari ea volebat ex Veranii et Fabulli benevolentia et aestimatione, a quibus ea dono acceperat. *Marrucine Asini*, inquiebat ille carmine 12. —— —— —— *manu sinistra Non belle vteris in ioco atque vino: Tollis lintea negligentiorum . . . Quare aut hendecasyllabos trecentos Exspecta, aut mihi linteum remitte: Quod me non mouet aestimatione, Verum est μνημόσυνον mei sodalis. Nam sudaria setaba ex Iberis Miserunt mihi muneri Fabullus. Et Veraniolus: hoc amem necesse est, Vt Veraniolum meum et Fabullum.* Et carmine 25. *Remitte pallium meum mihi, quod incolasti, Sudariumque setabum . . . . . Inepte, quae palam soles habere, tanquam auita*, etc. Catulli igitur exemplo, si libros meos tanti nunc esse duco, vt tibi offerri putem posse epistola paulo licentiore, desine id porro mirari: pretium iisdem iudicio tuo ac voluntate ipse fecisti. Simul et haec mea petulantia fiet. etc. Vide Notas et Emendat. N. I. (quas hoc loco exhibemus,) Torsit hic locus eruditorum ingenia, neque se ex eo expedire satis feliciter potuerunt. In libris hactenus editis sic legitur: *Vt obiter emolliam Catullum conterraneum meum. Agnoscis et hoc castrense verbum. Ille enim, vt scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit, quam volebat existimari a Veraniolis et Fabullis.* Quam lectionem secuti sunt *Turnebus*, *Dalecampius*, et *Pelicerius* in notis MSS. inducti scilicet in fraudem a *Sigismundo Gelenio*, qui vetere neglecta scriptura, *vt obiicere moliar*, quam et codices manu exarati, et veteres editiones, Parm. Venet. 1. 2. Brix. Venet. 3. atque adeo *Hermolaus* ipse retinuit, nouam hanc excudit, insigni licentia. Atque illi deinde, vt suo quisque ingenio, in varias, vt emendarent ea, quae antecedunt, abiere partes. *Dalecampius* Catullum scripsisse sic autumat: *Tu putare namque Nugas esse aliquid meas solebas. Turnebus* contra *Plinium* sic emendat: *Nugas esse aliquid meas putare. Pelicerius: Putare esse aliquid meas nugas*, secutus editionem Venetam 1519 et Brix. Alii denique; *Nostras esse aliquid putare nugas.*

gas, vt [1] obiicere i) moliar Catullum conterraneum meum k). Agnoscis et hoc castrense verbum

1 *Obiicere moliar. Vet. sic quoque Hard. obice remolliam. Turn. Obiter emolliam Gron.*

*gas.* Vt vel resoluto scilicet carmine, vel sic immutato, Catullum emolliat, qui duriusculus alioqui videtur: quod in prima sede eius verficuli, contra Phaleuciorum leges, (sic enim statuunt) obstrepat iambus: Atque id aiunt esse, syllabas permutari; quod vereor, vt satis Latine dicatur, permutari syllabas, cum pes pro pede ponitur, aut syllaba pro longa breuis. Pedes enim, aut tempora, non syllabam, mutari tum dicimus. Sed et Catullum ita scripsisse, vti hodie legitur, neque obstrepere in prima sede positum iambum, discere ex *Terentiano* illi potuere, lib. *de metris*, p. 2440. *Nec peccat*, inquit, *pede natus ex Iambo*, etc. atque ex ipso Catullo, qui iambos carmini multos praefigit, Epigr. 3. et 33. et 36. etc. At sunt qui mutatas carminis huiusce leges post Catullum somnient, Martialis ac Domitiani aeuo. An igitur, et Vespasiani patris? Quo vero id argumento probent? Sed vt vt est, miror id sane *Terentiani Mauri*, Grammatici in primis accurati, qui longe post tempora ea vixit, fugisse diligentiam, quod nostri illi acutiores viderint. Adde his, rogari merito interpretes posse, si prioribus in syllabis duriusculum se *Catullus* fecit, cur has tandem velint esse priores, *Meas esse aliquid*? occurrunt enim illae legenti prius, *Namque tu solebas*. In his igitur vitium omne, si quod est, latere necesse est, non in illis: in quibus tamen vnis obstinato omnes fere animo haerent. Sed *setabis* certe, non *syllabis Plinius* scripsit, vt ex *Catulli* locis duobus a nobis allatis perspicuum est: Nam quae ille setaba priore carmine, nempe duodecimo, a Veranio et Fabullo data, ab Asinio furtim permutata repetit, haec *priora setaba* Auctor recte nuncupat: quod ea vtique posteriora intelligeret, quae carmine altero, hoc est, quinto et vicesimo; idem reposcit a Thallo sublata. Neque vero ita sui, neque ita decori oblitus est, cum haec scriberet, vt in primo statim epistolae limine, in ipso salutationis aditu, Grammaticum ageret, in eoque esse ibi vellet, vt duriusculum emendaret versiculum, et ad normam legesque reduceret, ac in nugis eiuscemodi principem detineret. *Hard.*

i. *Vt obiicere*) Vt factum meum defendam exemplo Catulli. *Idem.*

k. *Conterraneum*) Ex eadem terra

bum l): Ille enim, vt scis, permutatis prioribus setabis, [1] m) „duriuſculum ſe fecit n), [2] quoniam volebat o) aestimari ea a [3] Veraniolis [4] ſuis [5] et Fabullis p). Simul



1 *Gron. edidit ſyllabis.* 2 *Quam Gron.* 3 *Magis quam. Dal.* 4 *Vernaculis tuis et famulis. M. Veraniis ſuis et Fabullis. Gron. Fabulis.* 5 *Tuis. Turn.*

terra et patria. Veronenſem fuiſſe *Plinium* colligunt ex hoc verbo, *Polycarpus Palermus*, ſingulari opere de *Plinii patria*, et *Scaliger* in *Euſeb. Chron.* p. 190. Sed iiſdem tamen haud aſſentior, neque *Turnebo*, *Pellicerio*, *Paſſeratio*, aliiſque, qui ſecuti *Camertis* indiculum Plinianum, re haud ſane ſatis expenſa, pronunciant illud *Conterraneum*, eſſe quod *Plinius* vocet caſtrenſe verbum. Tum nouitas autem vocis illius, aliarumque ſimilium, tum vero multo magis ingens ac manifeſta ſtili ingeniique diſparitas, et ſat frequens pugna ſententiarum cum ipſo corpore Hiſtoriae Naturalis, etiamnum ſuadent, quod iam olim affirmauimus, non eſſe hanc Praefationem vere *Plinii* fetum, ſed ſuppoſitum; aeque atque adtextum ei Indicem ſubſequentem, de quo id ipſum in priori ipſa iamdudum probauimus editione. *Hard.*

l. *Agnoſcis — verbum*) Haec verba vncinis incluſa in ed. *Harduini* ſunt.

m. *Setabis*) Setaba, ſudaria ſunt e lino ſetabo, quod a Setabi Hiſpaniae oppido nomen accepit, vt dicemus L. XIX. *ſect.* 2. Setaba auctor ſimpliciter appellat, quae Catullus ſudaria ſetaba. Vt Cadurcum dixere *Iuuenalis*, et alii, pro *Cadurca culcita*. *Hard.*

n. *Duriuſculum ſe fecit*) Subiratus, offenſus, amarioris ingenii voluit videri. *Plinius alter*, L. I. *Ep.* 16. de *Pompeio Saturnino*: *Praeterea facit verſus, quales Catullus meus aut Calvus. Quantum illis leporis, dulcedinis, amaritudinis, amoris inſerit? Sane, ſed data opera molliuſculos, leuiuſculoſque, duriuſculos quoſdam; et hoc quaſi Catullus meus, aut Calvus.* Vt vocem eam *duriuſculum*, non ad numeros, vt viſum eſt hactenus eruditis, ſed ad acerbitatem carminis et acrimoniam pertinere manifeſtum ſit. *Hard.*

o. *Quoniam volebat*) Ita repoſuimus ex veſtigiis veterum codicum, cum in editis prius legeretus, *quam volebat*. Dalecampius adiungi cupiebat, *magis quam* volebat. In Colb. 3. *quia volebat*. *Hard.*

p. *Veraniolis ſuis et Fabullis.*) Catullus ſaepe ſcribit ad amicos et familiares ſuos Fabullum et Veranium, quem ὑποκοριστικῶς blandiens nonnunquam vocat Veraniolum, vt hoc verſu, *Et Veraniolum meum, et Fabullum*. *Dalec.*

vt hac mea petulantia fiat, quod proxime non fieri queſtus es in alia procaci epiſtola noſtra, [1]vt in quaedam acta [2] exeant q), ſciantque omnes quam ex aequo r) tecum viuat [3] imperium ſ). Triumphalis t) et Cenſorius tu, [4] ſexieſque Conſul, ac Tribuniciae

1 *Vt in acta quidem exeat.* 2 *Exeant. et ſic Hard. M. exeam. Vet.* 3 *Imperium triumphale et cenſorium. Turn.* 4 *Sextumque. Vet. ſeptimumque. Ver. Chaldeic.*

*A Veranialis)* Propter Veraniolum et Fabullum, *quos diligebat, a quibus ea acceperat. Hard.*

q. *Acta exeant*) Exeant in acta libri Naturalis Hiſtoriae. Altera haec ratio eſt, qua permotum ſe *Plinius* ait, vt Tito hos libros dicaret: exiſtimatio ſcilicet ac pretium illud, quod eis ex tam inſigni nuncupatione acceſſurum intelligeret: quandoquidem quae Principi nuncupata exeunt, publica et ipſa quodammodo fieri, et quandam actorum publicorum prae ſe ferre ſpeciem videntur: ideoque non ſimpliciter *vt in acta exeant* dixit, ſed *vt in quaedam acta.* Ceterum non videtur conqueſtus fuiſſe Titus, hos libros non in acta exire, ſed minime ad ſe mitti, hoc eſt, dicari. At quae dicantur, pro actis haberi videntur publicis. Ita fere *Pellicerius.* Similis iſti loquendi formulae haec eſt *Plinii* gemini, L. XI. ſect. 36. *Ne ſemina exeant in fruges e terra. Hard.*

r. *Ex aequo*) Quam aequo nobiſcum iure viuas, cum te nihil magiſtratus, nihil honores efferant. Tamen *Solinus* c. 55. p. 86. *Concorditer vivere Parthos cum Scythis* ait. *Plinius* ex quo *Solinus* hauſit, L. VI. ſect. 29. *ex aequo degere. Imperium* autem pro iis accipe qui ſubſunt imperio. Sic *Plinius alter* in *Panegyrico* num. 20. *Aſſueſcat Imperator cum imperio calculum ponere*, etc. *Id.*

ſ. *Sciantque omnes quam ex aequo, etc.*) Sic legend. *Sciantque omnes quam ex aequo tecum vivat Imperium, Triumphali, et Cenſorio ſexieſque Conſule, ac Tribuniciae poteſtatis participe, et quod his nobilius feciſti, dum illud patri pariter, et equeſtri ordini praeſtas Praefecto praetorio eius, omniaque haec Reipublicae. Et nobis quidem qualis in Caſtrenſi contubernio. Imperium* vocat *Plinius* homines qui ſub Imperio ſunt. Vt ſciant, inquit, omnes, quam ex aequo viuat Imperium, id eſt, illi qui tibi ſubiecti ſunt, quam pari iure tecum viuant, qui Triumphalis es, et cenſorius, et ſexies Conſul. Vide *Salmaſ.* 1197. b. et 1198. a.

t. *Triumphalis* etc.) Ex bello Iu-

niciae poteſtatis particeps: et quod his nobilius feciſti, dum illud patri pariter, et equeſtri ordini u) praeſtas, Praefectus praetorio eius: omniaque haec x) Reipublicae: et nobis quidem qualis in caſtrenſi contubernio. Nec quicquam in te mutauit fortunae amplitudo, niſi vt prodeſſe tantundem poſſes [1],



1 *Vt. M. et Gron. quantum. Chald. ac Alii.*

lo Iudaico. Vide Notas et Emendationes n. III. (quas hic exhibemus) Quot verba, tot argumenta ſunt, quibus vulgo creditur, Titum Imperatorem deſignari, et in titulo intelligi; non vt quidam opinati ſunt, Domitianum fratrem. Nam de Tito eadem omnino *Suetonius* in *Eius* vita *cap.* 6. p. 107. *Non deſtitit participem*, inquit, *imperii agere: Triumphauit cum patre, Cenſuramque geſſit vna: eidem collega, et in Tribunicia poteſtate, et in ſeptem Conſulatibus fuit: Praefecturam quoque Praetorii ſuſcepit, nunquam ad id tempus niſi ab Equite Rom. adminiſtratam.* Adde, ſi lubet, Parmenſem, et alias editiones veteres, Ven. 1. et 2 quae diſerte ſic inſcriptum exhibent huius praefationis titulum T. VESPASIANO SVO S. ſatis ſane familiariter: Nam cur non ſaltem CAESARI? Mitto feſtiuam lectionem codicis Regii 4763. *Plinius Secundus Diuo Veſpaſiano Auguſto Salutem*: et iſtam editionis Romanae, anni 1470. *C. Plinius Secundus Nouocomenſis Domitiano ſuo ſalutem.* Quinque porro Conſulatus ordinarios geſſerat Titus, cum Plinius haec commentaretur: ſextum nondum inierat: Domitianus quatuor tantum. In hoc contextu omnia *Salmaſius* immutat p. 1197. et 1198. ſed eum nihil in praeſenti moror, cum omnes ei aduerſentur libri, et MSS. codices: nobis omnia ſuffragentur. *Cenſorius* autem cur alteruter Veſpaſianus, pater filiuſue dicitur, qui Cenſuram adhuc gerebat? Nam id muneris ex quo accepit vterque, non depoſuit. *Cenſorius* autem, vt Conſularis, is eſt, qui magiſtratu abierit, quo fuerit perfunctus. *Hard.*

u. *Equeſtri ordini*) Ordinem ornaſti, cum ordinis magiſtratum decoraſti: Antea Equitum tantum erat Praefectura Praetorii: tu ius illius ordinis, et Magiſtratus dignitatem aſſumendo auxiſti. v. Notas et Emend. n. III. *Hard.* in hac ed. anteced. obſeru.

x. *Omniaque haec)* Omnia haec, inquit, Reipublicae praeſtas: nobis vero nunc talis es, qualis in caſtrenſi contubernio fuiſti. Germanico enim bello ſub Tito Plinius militarat. *Plinius Iunior ep.* 5. L. III. *Hard.*

vt velles y). Itaque cum ceteris in [1] venerationem tui pateant omnia illa, nobis ad colendum te familiarius audacia sola supereſt. Hanc igitur tibi imputabis, et in noſtra culpa tibi ignoſces. Perfricui faciem z), nec tamen profeci: [2] quoniam alia via occurris ingens, et longius etiam [3] ſubmouēs ingenii faſcibus. Fulgurat in nullo vnquam verius dicta vis eloquentiae a), Tribuniciae poteſtatis facundia. Quanto tu ore patris laudes tonas? [4] quanto fratris amas b)? quantus in poëtica es? O magna fecunditas

1 *Vene ationc. M.* 2 *Quoniam M. quoque, quando Gron.* 3 *Summoves. M.* 9 *Quantum fi atrem. M.*

y. *Vt Velles)* Hoc eſt, quantum velles. *Plinius Iun.* in *Panegyrico* p. 71. *Vt enim felicitatis eſt, quantum velis poſſe: ſic magnitudinis, velle quantum poſſis.* Sic apud *Tertullianum* Chriſtiani carmen olim Chriſto ceciniſſe dicuntur, *et Deo.* Vbi iam pridem eruditi viri legi *vt Deo* oportere, ex *Plinii* epiſtola ad *Traianum* intellexere: *Euſebio* pariter ſcribente: Χρίσον Θεοῦ δίκην ὑμνεῖν. *Hard.*

z. *Perfricui.)* Perfricare faciem, in prouerbium abiit, quo pudorem depulſum ſignificamus: de quo *Eraſmus* eſt conſulendus. *Seneca*, L. V. *ep.* 40. *Perfrices frontem oportet. Cicero*, L. III. *Tuſc. Cum os perfricuiſti.* Translata item eſt altera illa oratio, *ingenii faſcibus*, a lictoribus nimirum, qui ante magiſtratum incedentes, turbam ſubmouent. Si faſces, inquit, magiſtratuum et honorum tuorum nihil me terrent, nec ſubmouent: at ſubmouet ingenium et eloquentia *Hard.*

a. *Vis eloquentiae.)* *Suetonio* Titus Latinae Graecaeque linguae vel in orando vel in fingendis poematibus promptus et facilis fuit, vel vſque ad extemporalitatem. *Dalec.*

b. *Quanto fratris)* Quanto, inquit, ſtudio fratris tui laudes aemularis, quem poetica arte ſcimus eſſe eximium? Domitianum enim in condendis verſibus exercuiſſe ſeſe, teſtantur *Suetonius* in *Eius Vita* c. 2. *Silius*, *Martialis*, aliique: *Valerius Flaccus* in primis, ſcribens ad Veſpaſianum Imperatorem L. I. Argon. v. 21. — *Verſam proles tua pandit Idumen, Namque poteſt, Solymo nigrantem pulvere fratrem, Iactantemque faces, et in omni turre furentem.* Titum vero etiam in fingendis poematis promtum et facilem fuiſſe, vel vſque ad extemporalitatem, idem *Tranquillus* eſt auctor. *Hard.*

ditas animi: quemadmodum [1] fratrem quoque imitareris, excogitasti. Sed haec quis possit intrepidus aestimare, subiturus ingenii tui iudicium, praesertim lacessitum? Neque enim similis est conditio publicantium, et nominatim tibi dicantium. Tum possem c) dicere, quid ista legis Imperator? Humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opificum turbae, denique [2] studiorum otiosis d): quid te iudicem facis? Cum hanc operam condicerem, [3] non eras in hoc albo e). Maiorem te sciebam, quam vt descensurum huc putarem. Praeterea est quaedam publica etiam eruditorum reiectio f). Vtitur illa et M. Tullius, extra omnem ingenii aleam positus, et (quod miremur) per aduocatum g) [4] defenditur. [5] Nec doctissimis h): [6] Manium Persium haec legere nolo, Iu-

 nium

1 *Frater quoque imitaretur.* 2 *Studiosorum. Alii. otii studiosis. Alii.* 3 *Quam hanc operam cum dicerem, naenias in hoc albo. Turn. haud satis feliciter.* 4 *Defensus. Alii.* 5 *Nec doctissimis: Manium Persium legere nolo (sic et M.) Iunium Congium volo. Turn. legit, et Hard. et Iunium Congium. Herm. Nec doctissimum Persium legere nolo, Laelium Decimum volo. Gron.* 6 *Omnium Pers. M.*

c. *Tum possem*) Si publicassem, et edidissem tantum, nec tibi nominatim dicassem, reiicerem te lectorem ac iudicem: atque haec a me tibi scripta pernegarem. *Hard.*

d. *Studiorum otiosis*) Iis qui vacant a studiis. *Idem.*

*Studiorum ot.*) Hoc est eis, qui semoti sunt a studiis, propter negotia, quibus distinentur: non tibi, Imperator, qui licet negotiis maximis et operosis implicatus, abundare tamen otio et studio videris: ita, vt tuam, ante ceteros, reuereri censuram oporteat. *Idem.*

e. *In hoc albo*) Non eras in eo numero et concilio iudicum, a quibus aequo ferrem animo mea scripta lectitari ac diiudicari. Legit hoc loco *Turnebus, cum dicerem naenias in hoc albo*, haud satis sane feliciter. *Idem.*

f. *Reiectio*) Hoc sumtum est a iudicum reiectione, quorum reus iudicium reformidat. Hunc reiectionem in iudiciis subsequebatur olim aliorum iudicum dicta subsortitio. *Idem.*

g. *Per aduocatum.*) Defensorem aduocat Lucilium *Cicero*, qui sua aduocatione et patrocinio solitus est alios defendere. *Idem.*

h. *Nec doctissimis.*) Hoc est,

nec

nium Congum volo. Quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili nasum i), dicendum sibi putavit:

nec a doctissimis sua Licinius legi volebat, nec ab indoctissimis: sed a non doctissimis. Vide Notas et Emend. n. IV. *Hard.* (in hac ed. not. proxime sequ.)

*Nec doctiss.*) Habent aliter libri typis excusi: sic nimirum: *Haec doctissimum Persium legere nolo, Laelium Decimum volo.* Nos secuti sumus veterum codicum fidem, quos *Barbarus, Rhenanus, Turnebus, Dalecampius* et quos ipsi vidimus, Reg. 1. et 2. etc. Videntur porro haec afferri ex praefatione *Ciceronis* in libros suos *de Republica*, quos scriptor huius praefationis respicere se plane mox significat. Inde Lucilianí versus, qui trochaicus est, finis citatur, *Nec doctissimis*, vt subintelligatur, haec scribo: quem alter trochaicus integer mox sequatur, *Manium Persium haec legere nolo, Iunium Congum volo.* Vbi metri causa in *Manio Persioque* iota coit. Idem fere *Tullius*, L. II. de Orat. p. 347. rursum ex Lucilio recitat: sed pro Iunio Congo Laelium Decimum ponit. *Nam vt C. Lucilius*, inquit, homo *doctus et perurbanus, dicere solebat, ea quae scriberet, neque ab indoctissimis, neque ab doctissimis legi velle: quod alteri nihil intelligerent: alteri plus fortasse, quam ipse de se: quo etiam scripsit: Persium non curo legere: (hic enim fuit, vt noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus:) Laelium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum, et non illiteratum, sed nihil ad Persium*, etc. Atque ex hoc quidem Tullii loco, ausi sunt editores, contra codicum omnium auctoritatem hunc locum refingere: ac pro Iunio Congo, quem illi conspirante consensu exhibent, Laelium Decimum substituere. Perinde quasi hac semel duntaxat vsus sit Lucilius forma loquendi, ac de Laelio Decimo vno cogitarit is, quem ex eodem *Tullio* scimus, L. I. *de Finibus* num. 7. nec Laelium, nec Iunium adduxisse alias in exemplum hominum non doctissimorum, sed Cosentinos populos, ac Tarentinos. *Nec vero*, inquit, *vt noster Lucilius, recusabo quominus omnes mea legant: Vtinam esset ille Persius: Scipio vero et Rutilius multo etiam magis: quorum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait se et Cosentinis, et Siculis scribere. Facete is quidem, sicut alias*, etc. *Hard.*

i. *Stili nasum.*) Qui primus apud Latinos satyrae mordacis et pungentis reprehensionem, irrisionemque condidit: qui primus stilum acrem in homines distrinxit *Martialis* L. I. Epigr. 42. *Non cuicumque datum est habere nasum:* Hoc

vit: si Cicero mutuandum, praesertim cum de Republica scriberet: quanto nos k) causatius ab aliquo iudice [1] defendimus l)? Sed haec ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione, quoniam plurimum [2] refert, sortiatur aliquis iudicem, an eligat: multumque apparatus interest m) apud invitatum hospitem, et oblatum. Cum apud Catonem illum ambitus hostem, et repulsis tanquam honoribus [3] ineptis n) gaudentem, flagrantibus o) comitiis

1 *Defendimur M. et Vet. defendimus, diffidimus.* Gronov. 2 *Refert. M. et Hard. Gron. interest.* 3 *Inemptis V. ineptis. Turn. indeptis. Gron.*

Hoc est, dicacitatem. De Lucilio *Quintilianus* L. X. Institut. c. 1. p. 748. *Satyra quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius*, etc. Hoc ipsum testatur *Horatius*, L. I. *Sat.* 10. v. 48. *Hard.*

k. *Quanto nos.*) Quanto meliore causa ab aliquo iudice nos defendimus, *ne de nobis nostrisque iudicet? Idem.*

l. *Defendimus.*) Vett. codices omnes, editique libri, vel *defendimus* exhibent, vel vti nos edimus, ex Reg. 1. 2. Colb. 2. *defendimus.* Recens est confictaque lectio, *diffidimus.* Codex Palatinus habet, referente nobis *Iohanne Georgio Graeuio, Quanto nos excusatius? Idem.*

m. *Apparatus interest.*) Differt ab apparatu conuiuii apparatus. Hospes forte oblatus parabilem ac vilem cibum aequi boni solet consulere: inuitatus, nisi laute et opipare accipiatur, conqueri merito solet. *Idem.*

n. *Honoribus ineptis.*) Ita R. 1. et 2. Colb. 2. et vetustae editiones omnes: quas et *Turnebus* sequitur. Sensus est, Catonem repulsis gauisum, tanquam honores inepti essent, ac contemnendi. Simile illud est, quod de eodem Catone, nempe Vticensi, *Seneca* tradit *Lib. de Consolat. ad Helu.* c. 13. *Quis ignominiam putet M. Catonis fuisse duplicem in petitione Praeturae et Consulatus repulsam? Ignominia illa Praeturae et Consulatus fuit, quibus ex Catone honor habebatur.* Fuit aliquando tamen cum *inemptis* scribendum putarem, hoc est, non suffragiorum corruptione emptis: Vel *indeptis* retinendum, quod libri recens excusi praeferunt: vt sensus esset, repulsis populi plebisque ventosae gauisum perinde Catonem, ac si honores ipsos, quos sequi videbatur, esset adeptus. *Idem.*

o. *Flagrantibus.*) Cum magna contentione peteretur, magno-

tiis pecuniis deponerent p) candidati, hoc se facere pro innocentia q) (quod in rebus humanis summum esset) profitebantur. Inde illa nobilis M. Ciceronis suspiratio: O te felicem, M. Porci, a quo rem improbam petere nemo audet! Cum Tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus r), inter quos erat Gracchus:

magnoque ambitu. Simile est illud *Ciceronis*: *Sequere me in campum*: *ardet ambitus*. Et *Martialis* istud, L. II. Epigr. 64. *Fora litibus omnia feruent.* Et illud etiam *Tullii*, *Calent iudicia. Hard.*

p. *Pecunias deponerent candidati.*) Qui honores a populo petebant, solebant coram captandae gratiae causa per centurias certam pecuniae summam pronunciare, eamque praesentem apud aliquem virum grauem deponere, ne clanculum furtiua largitione populum corrupisse suffragiaque emisse crederentur. Vide *Sueton. in Iulio* cap. 19. *Operas campestres Cicero* pro *Plancio* sequestros eos vocat. Deponebantur vero apud illos a candidatis pecuniae, vt iis multarentur, si ambitus aut corruptorum suffragiorum conuicti damnatique fuissent, quia in Campo Martio ad honores petendos deferendosque destinato coiret populus. *Dalec.*

*Pecunias.*) Vti declararent innocentiam suam, Catonem iudicem eligendo, cuius iudicio nullus vnquam nocens est absolutus. Vel vti se eius tantum arbitratu petere testarentur: qui contra faceret, pecunia, quantam deposuerat, multaretur. Hanc rem narrat *Cicero* L. II. *Epist. vlt.* ad Q. *Fratrem* p. 625. *Res ardet inuidia: Tribunicii candidati compromiserunt* HS. D. *in singulos apud M. Catonem depositis, petere eius arbitratu, vt qui contra feciſſet, ab ea deponeretur. Quae quidem comitia, gratuita si fuerint, vt putantur, plus vnus Cato fuerit, quam omnes leges terrae. Hard.*

q. *Pro innocentia.*) Seneca Epistol. 3. lib. I. *candidatos* omnes publico nomine bonos viros appellari scribit. *Dalec.*

r. *L. Scipio Asiaticus.*) L. Scipio Asiaticus deuicto Antiocho repetundarum accusatus, cum a Senatus judicio sibi timeret, Tribunos plebis appellauit, tametsi Gracchum, qui tum eum magistratum gerebat, inimicissimum esse sibi cognosceret ac infensissimum. Nec spe falsus est. Prohibuit enim Gracchus ne in carcerem et vincula traheretur. *Eutropius.*

*L. Scipio.*) Florus in epitome *Liuii* L. XXXVIII. *L. Scipio Asiaticus frater Africani, eodem peculatus crimine accusatus damnatusque, cum in vincula et carcerem duceretur, Tiberius*

chus: hoc atteſtabatur, vel inimico ſ) iudici ſe [1] probari poſſe. Adeo ſummum quiſque cauſae ſuae iudicem facit quemcunque, [2] cum eligit t), vnde prouocatio appellatur. Te quidem in excelſiſſimo humani generis faſtigio poſitum, ſumma eloquentia, ſumma eruditione praeditum, religioſe adiri etiam a ſalutantibus ſcio. [3] Et ideo ſubit cura, vt quae tibi dicantur, te digna ſint. Verum [4] et diis lacte ruſtici multaeque gentes ſupplicant, et mola tantum u) ſalſa litant, qui non habent thura: nec vlli

1 *Gron. ſic*: *Se vel inimico iudici approbari poſſe. probari M.* 2 *Iudicem fecit, quemcunque elegit. Gron. eligit M.* 3 *Et ideo euraui vt quae, etc. Et ideo curaui, quae tibi dicantur, condigna ſint. Vet. et ideo immenſa praeter caeteras ſubit cura. Gronou.* 4 *Et, in M. d. et mox, ſupplicant.*

*berius Sempronius Graechus Trib. pl. qui antea Scipionibus inimicus erat, interceſſit: et ob id beneficium Africani filiam duxit. Hard.*

ſ. *Vel inimico.*) Etiam Graccho. Adeo magna vis eſt veritatis. *Idem.*

t. *Cum eligit.*) Vide Notas, et Emend. N. V. (hic ſubiunctas.) Ita Reg. 1. 2. Vulgo in editis, *quemcunque elegit.* Sic paulo ante, *ſic probari poſſe*, ex iiſdem codd. et antiquis editionibus, Parm. Venet. 1. 2. etc. At paulo infra, *Et ideo ſubit cura*, ex iiſdem MSS. et Colbert. ac vet. Dal. et Tolet. etiam ac Murbac. teſte *Schotto* L. V. in quibus tria illa verba abſunt, *immenſa praeter ceteras*, quae his adiunxerant editores, nos expunximus. Sed illud maioris eſt momenti, quod recte mihi coniecisſe *Schottus* videtur loco cit. haec verba, *vnde vocatio appellatur*, aſſutum purpurae pannum videri, et ex ora in ſeriem irrepſiſſe: aut certe rectius ſcriptum iri, *vnde prouocatio expellatur.* Verum conſentientibus MSS. omnibus, editiſque libris, quidquam inducere vel immutare, nobis religio eſt. *Idem.*

u. *Mola tantum.*) Sic far toſtum aſperſum ſale vocabatur, quod eo molito hoſtiae adſpergebantur. Lacte vero non vni Deo ſupplicatum olim. Nam teſte *Horatio* L. II. Ep. I. *Syluanum lacte piabant. Naſone* L. IV. *Faſtorum. Siluicolam tepido lacte precare Palem. Feſto*: *Sobrium vicum Romae dictum putant . . . . quod in eo Mercurio lacte, non vino, ſupplicabatur. Idem.*

vlli fuit vitio deos colere, quoquo modo posset. Meae quidem temeritati accessit hoc quoque, quod leuioris operae hos tibi dedicaui libellos. Nam nec ingenii sunt capaces, quod alioquin nobis perquam mediocre erat: nec admittunt excessus aut orationes, sermonesue, aut [1] casus mirabiles, vel euentus varios, non alia iucunda dictu, [2] aut legentibus blanda, sterili materia x) Rerum natura, hoc est, vita narratur y), et haec sordidissima sui parte, [3] vt plurimarum rerum aut rusticis vocabulis aut externis, imo barbaris, etiam cum honoris praefatione ponendis. Praeterea iter est, non trita z) auctoribus via, nec qua peregrinari animus expetat. Nemo apud nos, qui idem tentauerit; nemo apud Graecos, qui vnus omnia ea [4] tractauerit. Magna pars studiorum amoenitates quaerimus. Quae vero tractata ab aliis dicuntur immensae subtilitatis, obscuris rerum tenebris premuntur. Iam omnia attingenda, quae Graeci τὰς ἐγκυκλοπαιδείας a) vocant, et tamen ignota, aut incerta ingeniis facta. Alia vero ita multis prodita, vt in fastidium sint adducta.

1 *Causas. M.* 2 *Ac leg. M. Gron. sic interpungit: aut legentibus blanda. Sterili materia rerum natura, etc.* 3 *Vt, in M. d. vt plurimum.* 4 *Tract. inueniuntur. Ver.*

x. *Sterili materia.*) Est, inquit, haec, vt ait *Mela Pomponius*, in *praef. operis sui*, p. 1. *Facundiae minime capax, et longa magis quam benigna materia. Hard.*

y. *Vita narratur.*) Quia omnia, inquit *Turnebus*, in rerum natura ad aliquem hominum vsum et commodum referuntur, et ex omnibus homines in vita aliquid capiunt vtilitatis, ideirco vitam dixit rerum naturam. *Idem.*

z. *Non trita.*) Simile est illud *Lucretii* L. I. v. 924. *Auia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo. Idem.*

a. ἐγκυκλοπαιδείας) Orbem doctrinae sic Graeci vocant. Ad Encyclopaediam pertinent omnes artes liberales et ingenuae. *Idem.*

ducta. Res ardua, vetuſtis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam, et naturae ſuae [1] omnia. Itaque etiam non aſſecutis, voluiſſe, abunde pulchrum atque [2] magnificum eſt. Equidem ita ſentio; peculiarem in ſtudiis cauſam eorum eſſe, qui difficultatibus victis, vtilitatem iuuandi praetulerunt gratiae placendi: idque iam et in aliis operibus ipſe feci: et profiteor mirari me T. Liuium, auctorem celeberrimum, in hiſtoriarum ſuarum, quas repetit ab origine Vrbis, quodam volumine b) ſic orſum: Satis iam ſibi gloriae quaeſitum: et [3] potuiſſe ſe deſinere, ni animus inquies paſceretur opere. Profecto enim populi gentium victoris, et Romani nominis gloriae, non ſuae compoſuiſſe illa decuit. Maius meritum eſſet, operis amore, non animi cauſa perſeueraſſe: et hoc populo Romano praeſtitiſſe, non ſibi. Viginti millia rerum dignarum cura, ([4] quoniam, vt ait Domitius Piſo, theſauros oportet eſſe, non libros) ex lectione voluminum circiter duum millium, quorum pauca admodum ſtudioſi attingunt, propter ſecretum materiae, ex exquiſitis auctoribus centum, incluſimus triginta [5] ſex c) voluminibus, adiectis rebus plurimis, quas aut ignoraverant priores, aut poſtea inuenerat vita. Nec dubitamus, multa eſſe, quae

1 *Vim. M.* 2 *Magnum Vet.* 3 *Potius ſe deſiderare vt animus inquiete M. potuiſſe deſiderare. Turn.* 4 *Quarum. Alii.* 5 *Septem. Alii.*

b. *Quodam volumine.*) Non exſtat. An vero Latinum, aut Plinianum eſt, *auctorem* pro ſcriptore dici; quod in iſta praefatione ter legitur; et in ſequente Indice ad ſingulos libros? *Hard.*

c. *Triginta ſex*) Quem nunc primum Hiſtoriae Plinianae librum vocamus, hic non numeratur: quod ſit operis index. *Hard*

quae et nos praeterierint. Homines enim ſumus et occupati officiis: [4] ſubciſiuiſque d) temporibus iſta curamus, id eſt, nocturnis, [5] ne quis veſtrum putet his ceſſatum horis e). Dies vobis impendimus: cum ſomno valetudinem f) computamus: vel hoc ſolo praemio contenti, quod dum iſta (vt ait M. Varro) [1] muſinamur g), pluribus horis viuimus. Profecto enim vita vigilia eſt. Quibus de cauſis h) atque

*1 Sic quoque Turneb. ſucciſiuiſque Gron. 2 Sic M. ne quid noſtris. Vet. nè quid veſtris puteis ceſſatum horis. 3 Muſſitamus. V. Apud Cicer. lib. 16. Epiſt. ad Attic. quae incipit, Nouis muginamur. Ex hoc loco ille corrigendus, vel ex illo hic Chiſl. muginamur. Feſtus, nugamur, et tarde conamur.*

d. *Subciſiuiſque*) ſic ea vox ſcribenda, vt eſt in vtroque Cod. Reg. et Colb. 2. et in vet. inſcriptione apud *Grut.* p. 1081. *Hard.*

e. *Ne quid veſtris putetis ceſſatum horis.*) Nouerat *Plinius* a *Theophraſto* dictum χρόνον εἶναι πολυτελὲς ἀνάλωμα: praeterea breuem acutamque hanc ſententiam, fuiſſe hominum ſapientum, χρόνε φείδε. *Victorius* cap. 19. 11. *Dal.*

*His ceſſatum horis.*) Hoc eſt, nocturnis. At *Turnebus* aliter: Ne quis veſtrum, inquit, putet me his horis quibus haec ſcripſi, ceſſaſſe, et officio meo defuiſſe. Satis et illud appoſite. In editis prius legebatur, *Ne quid veſtris putetis ceſſatum horis. Cicero* L. II. *ad Attic.* ep. 7. p. 50. *Denique aliquid exſtabit, ne tibi plane ceſſaſſe videamur. Hard.*

f. *Valetudinem*) Somnum valetudine metimur. *Idem.*

*Valetudinem*) Quaſi ſubducto calculo cum ſomno, tantum dormio, quantum eſt valetudini ſatis. Vel, tantum abeſt, vt interdiu quidquam officiis detrahamus, vt ne valetudini quidem niſi noctu ſeruiamus: itaque eam cum ſomno computamus. *Idem.*

g. *Muſinamur*) Commentamur otioſe. *Idem.*

*Muſinamur*) Commentamur lente, otioſe ſcribimus: verbo, inquit *Turnebus*, a Muſis deducto. Ita quidem ſcribitur in Colb. 2. At apud *Feſtum*, et *Nonium*, c. II. n. 543. *Muginamur, Feſtus: Muginari, eſt nugari, et quaſi tarde conari.* Et *Cicero* L. XVI. *ad Attic.* ep. 12. p. 506. *De Ocella, dum tu muginaris, nec quicquam reſcribis, cepi conſilium domeſticum. Idem.*

h. *Quibus de cauſis.*) Cum ipſe de me, inquit, promitte-

re

que difficultatibus nihil auſo promittere, hocipſum tu praeſtas quod ad te ſcribimus. [1] Nec fiducia operis haec eſt, ſed indicatura i). Multa valde pretioſa ideo videntur, quia ſunt templis [2] dicata. Nos quidem omnes, patrem, te, fratremque diximus opere iuſto, temporum noſtrorum hiſtoriam orſi a fine Auſidii Baſſi. Vbi ſit ea quaeres? iam pridem [3] peracta ſarcitur k): et alioquin ſtatutum erat haeredi [4] mandare, ne quid ambitioni l) dediſſe vita iudicaretur. [5] Proinde occupantibus locum faveo

1 *Haec fid. op. eſt, haec ind. V. Herm.* 2 *Dicatura. V.* 3 *Pacta V. peracta ſancitur. Gr.* 4. *Mand. vt publicaret, ne quid amb. ſtuduiſſe vi. iud.* 5. *Perinde vero occupantib. V. Chal. Perinde vero vt occup. loc. ego faueo, ſic et poſt.*

re nihil auſim, tu hoc ipſum praeſtas, vt multa promittam, quia ad te ſcribo: Cum enim homines cenſeant nihil tibi dicari, niſi perfectum opere et omnibus partibus abſolutum, hoc ipſo quod tibi haec nuncupo, magna quaedam edere ac polliceri videor. *Hard.*

i. *Indicatura.*) Indicium pretii et aeſtimationis. *Idem.*

*Sed indicatura.*) Nota, aeſtimatio, pretium. Sic. L. XXXVII. Sect. 7. *Nec eſt hodie murrhini alterius praeſtantior indicatura*, hoc eſt, nota. Non certa, inquit, operis noſtri fiducia nitimur: ſed nuncupatione, et hac nominis tui inſcriptione opus commendatum, et pluris aeſtimatum iri intelligimus. De hac voce, *indicatura*, dicemus plura opportunius, L. XXIX. ſect. 8. *Idem.*

k. *Peracta ſarcitur.*) Hoc eſt, accuratius elimatur, caſtigatur. V. Notas et Emend. Num. VI. (hic ſubiunctas) Hoc eſt reuocatur, retractatur, accuratius elimatur, ad polituram ſarcitur: vti de araneae tela *Plinius* ipſe loquitus, L. XI. Sect. 28. Prius in editis legebatur, *ſancitur*: quae vox impeditam habet, violentamque ſententiam. Nos literulae vnius immutatione planam fecimus. Meminit porro huius operis, libris vno et XXX. comprehenſi, hiſtoriarum a fine Auſidii Baſſi, *Plinius Iunior*, L. III ep. 5. Laudat et *Tacitus* paſſim, vt L. XIII. *Annal* p. 204. etc. Librorum Auſidii Baſſi, de bello Germanico, mentio apud *Quintilianum* L. X. c. 1. p. 750. *Idem.*

l. *Ambitioni.*) Magis quam veritati ſeruiiſſe. *Idem.*

veo m): ego vero et posteris, quos scio nobiscum decertaturos, sicut ipsi fecimus cum prioribus. Argumentum huius stomachi n) mei habebis, quod in his voluminibus auctorum nomina praetexui. Est enim benignum (vt arbitror) et plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris: non, vt plerique ex iis, quos attigi, fecerunt. Scito enim conferentem auctores me deprehendisse a iuratissimis o) et proximis veteres transcriptos ad verbum, neque nominatos: non illa Virgiliana p) virtute, vt certarent: non Ciceroniana simplicitate, qui in libris de Republica Platonis se comitem profitetur: [1] in Consolatione filiae, Crantorem q), inquit, sequor: item Panaetium [2] de Officiis: quae volumina eius edisscenda, non modo in manibus quotidie habenda, nosti. Obnoxii r) profecto animi, et infelicis ingenii est,

1 *Et in. Turn.* 2 *In Offic.*

m. *Fauco.*) Neque iis invideo, qui eiusdem argumenti historiam edere ante me occupabunt *Hard.*

n. *Stomachi.*) Candoris, indolis, ingenuique animi. *Idem.*

o. *A iuratissimis.*) Ab iis qui sua se scribere quouis sacramento iurarent, nec aliena se pro suis venditare praedicarent: quos religiosissimos et sanctissimos putes. Rhenanus legit, *a furacissimis*, hoc est, ab iis qui nomine auctoris suppresso, furati sunt opera: vt Graecinus fecit, qui ad verbum omnia sumsit ex Celso, vt *Plinius* refert L. XIV. *sect.* 4. vt Macrobius ex Gellio multa, Solinus ex Plinio. Sed absit vt coniecturae faueam, cui codex nullus probatae fidei fauet. *Idem.*

p. *Virgiliana.*) Bucolica mutuatus est Maro a Theocrito: ab Hesiodo Georgica: ab Homero, Ennioque, Aeneida: sed ita tamen, vt cum iis certaret: non dissimularet furtum, sed agnosceret mutuum. *Idem.*

q. *Crantorem.*) Librum *de Consolatione* scripserat, vt auctor est *Cicero* L. I. *Tusc.* p. 336. vel vt potius reor, inscriptum, περὶ πένθους, vt ait *Laertius in Eius Vita* p. 103. de luctu minuendo, *Cicero* dixit L. XII. *ad Atticum ep.* 21. An vero Plinius diceret, *consolationem filiae*, pro consolatione de obitu filiae? *Idem.*

r. *Obnoxii.*) Hoc est, imbecilli, abiecti, iciuni, seruilis

ac

eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere f), cum praeſertim ſors fiat t) ex vſura u). [1] Inſcriptionis apud Graecos mira felicitas x): κηρίον y) inſcripſere, quod volebant intelligi fauum: alii κέρας z) ἀμαλθείας, quod Copiae cornu: vt vel a) lactis

B 2

1 *Inſcriptionum.*

ac ſibi diffidentis: qui vbi quod aliis debitum eſt, tribuit, ſuum illud eſſe damnum aliquod interpretetur. Vide quae de hac voce dicturi ſumus abunde, L. XIV. ſect. 4. *Hard.*

f. *Mutuum reddere.*) Reddit enim mutuum in ſcriptis, qui quod mutuatus eſt, a quo id acceperit, fatetur, eum nominando. Sic enim ſuum non facit: ſed quod accepit, hoc reddere ipſum auctori ſuo ſe profitetur. *Idem.*

t. *Sors fiat.*) Cum ſors ipſa acquiratur, ſoluto eo quod vſurae ac fenoris nomine exigitur. *Idem.*

*Sors fiat*) Praeſertim, inquit, cum vtendo ſcriptis alienis arbitratu ſuo, ſi candide atque ingenue mutuum agnoſcis, ſcriptoris ſa quo acceperis, nomine appellato, id quod vnum a te, fenoris et vſurae nomine exigitur; iam ſors ipſa, ac ſumma rei tua tum fiat, contexto ac conſarcinato, ſine vllo reprehenſionis metu, ex alienis operibus tuo. *Idem.*

u. *Cum praeſertim ſors fiat ex vſura.*) Cum praeſertim libris alienis vtendo non ſolum nihil nobis depereat, aut detrimenti accedat, vt iis qui pecuniam ad vſuram et foenus ſumpſerunt, ſed etiam lucri multum adquiratur. *Dalec.*

x. *Mira felicitas.*) Forte ſcribendum, *feſtinitas*, *Gellius* enim ex Plinio colorem hunc mutuatus, in praefatione, *feſtinitates inſcriptionum* dixit. *Hard.*

y. Κηρίον) *Gellius* in praefatione, κηρία, fauos. *Idem.*

z. *Alii* κέρας) Vide Notas et Emend. N. VII. (hic ſubiunctas) Cornu copiae, in quo videlicet omnis generis doctrinae arteſque tractarentur. *Gellius* L. I. c. 8. p. 135. *Sotion*, inquit, *ex Peripatetica diſciplina haud ſane ignobilis vir fuit. Is librum multae variaeque hiſtoriae refertum compoſuit: eumque inſcripſit*, Κέρας Ἀμαλθείας: *ea vox hoc ferme valet, tanquam ſi dicas, Cornucopiae.* Phocion Φωκίων Peripateticus ἐν τῷ κέρατι τῆς Ἀμαλθείας laudatur a *Scholiaſte Ariſtophanis in Pluto*, p. 16. vbi eandem hiſtoriam ex Phocione recitat, de Laide et Demoſthene, quam *Gellius* ex Sotione. Vt ex eo Gellius ſit emendandus, apud quem temere *Henr. Stephanus*, *Sotium* pro *Phocion* repoſuit, cum in priore edit. Lugdun. Gryph. 1539. recte Phocion legatur. *Hd.*

a. *Lactis gallinacei.*) *Lac gallinaceum* de ſumma felicitate

lactis gallinacei [1] sperare possis in volumine haustum. [2] Iam Musae b), παυδέκται c), [3] ἐγχειρίδιον d), λει-

1 *Spectare. Turn.* 2 *Iam iam nos. Turn.* 3 *Encheiridia. M.*

tate olim vsurpabatur. *Strabo* lib. XIV. eos, qui Sami foecunditatem laudabant, ei prouerbium accommodatse tradit, quo aiunt Φέρειν ὀρνίθων γάλα. *Dalec.*

a. *Lactis gallinacei.*) Prouerbium de re singulari, et admodum rara. *Petronius in fragm.* p. 130. *Omnia domi nascuntur, lana, creta, piper: lac gallinaceum, si quaesieris, inuenies.* Vide *Suidam* p. 589. Γάλα ὀρνίθων. Meminit huius adagii *Mnesimachus* Comicus apud *Athen.* L. IX. p. 387. Vide etiam *Erasmum, Chiliad.* I. *cent.* 6. *adag.* 3. p. 179. Legi hic etiam commode potest, *velut lactis gallinacei* etc. Ita *Lucianus*, in *Dramate de mercede conductis* p. 243. Καὶ ἔξοις τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. *Hard.*

b. *Iam Musae.*) Suos libros *Musas* et *Prata* veteres inscripsisse testatur etiam *Aul. Gellius. Dalec.*

*Iam Musae.*) Opus suum inscripsit *Herodotus* apud Graecos, nouem Musarum nominibus: apud Latinos, *P. Aurelius Opilius*, vti ex *Suetonio*, L. *de illustr. Gram.* c. 6. p. 120. *Gellioque* constat L. I. c. 25. Bion quoque Rhetor, apud *Laertium* in *Bione* aliique. Vide Notas et Emend. N. VIII. (Iam sequentes) Regii codicis 2. et veterum editionum lectio est, quam et *Barbarus* probat, *Iam iam Musae*: In Colbert. 3. *Iam iam mos*: vnde fortasis sincera emendatio fuerit, *Iam ἴα, Μοῦσαι, παυδέκται*, etc. Sic enim erant omnes inscriptiones Graecae scriptae. Sunt autem ἴα violae: accommodatus sane titulus florum suauium referto operi. Ἀνθηρῶν *floridorum* inscriptionem refert *Gellius* in *praefat. Hard.*

c. Παυδέκται) Quasi rerum omnium receptacula. *Tullius Tiro*, de variis quaestionibus libros composuit, quos παυδέκτας inscripsit, teste Gellio, vti dicemus in Auctorum indice. *Dororbei Pandectae* citantur a *Clemente Alex.* L. I. *Strom.* p. 334. Horum exemplo veteres Iurisconsulti volumen legum, Pandectarum nomine vocauere. *Hard.*

d. Ἐγχειρίδιον) Manuale, quod in promtu, paratumque foret. *Gellius* in praef. ἐγχειρίδια dixit. Sic *Epicteti* liber inscribitur. Glossae *Isidori*: *Manuale liber ad gerendum aptus, qui Enchiridion dicitur. August. in Enchir. ad Laur.* c. 5. *Tu autem Enchiridion*

λειμῶν e), πίναξ f), σχέδιον g), inſcriptione: propter quas vadimonium h) deſeri poſſit. At cum intraveris, dii deaeque, quam nihil in medio inue-

 nies!

*ridion a nobis poſtulas, id eſt, quod manibus poſſit adſtringi, quod armaria poſſit onerare. Idem.*

e. Λειμῶν) *Gellius* λειμῶνας *prata* ſcripſit. *Pamphilus* Alex. Grammaticus, apud *Suidam* Tom. II. p. 415. hunc libro ſuo titulum praefixit, quaſi variarum rerum collectanea, varios pratorum flores referentia: ἔγραψε λειμῶνα. ἔστι δε ποικίλων περιοχή. *Idem.*

f. Πίναξ.) Ita reſtituimus ex Reg. 2. cod. cum prius legeretur, πιναχίδιον. Quanquam et ea vox tolerari hoc quoque loco poteſt: cum apud *Theodorum Studitam, Catechesi* XLIII. e maioribus codicillos pugillares ſonet: qua forma et μειρακίδιον Graeci pro prima adoleſcentia, auctore *Feſto*, dixere. Proſtat eo nomine Κέβητος πίναξ, *Tabula Cebetis*, eius, qui Socratis diſcipulus fuit, qua humanae vitae pictura proponitur. Inſolentiore certe ſignificatione acceptam hanc vocem oportuit ab illis ſcriptoribus, quos auctor hic ſuggillat. Cum enim libri tantum indicem ſignificat, in quo rerum multarum capita continentur, vel nomina: quo ſignificatu hoc loco accipi a *Plinio Salmaſius* putat, in *Proleg. ad Solin.* p. 27. nihil habet ea vox alienum, aut affectatum, nihil accerſiti fucatique decoris, quod reprehendi queat. *Aurelii Opilii* Πίναξ a *Suetonio* etiam laudatur, *Lib. de illuſtr. Gramm.* c. 6. p. 120. Nihilo minus πιναχίδιον nunc magis placet, quae accepta vox etiam a *Iulio Firmico*, in indice capitum operis ſui; vt et Elenchi vox, pro librorum ſyllabo. *Hard.*

Πίναξ.) Πίναξ, nauium aſſamentum: tabula cerata, pugillar, in quo ſtylis ſcribitur: vas cui cibus ac potus imponitur: operis alicuius et libri index, qua ſignificatione hic vſurpatur. *Guillandinus.*

g. Σχέδιον.) Haec vox modo telum ſignificat, haſtamue, qua cominus pugnatur: modo tumultuarium, et ſubitarium, ac veluti extemporale opus. Opuſculum ſic inſcripſit *Himerius Sophiſta*, apud *Photium*, in *Biblioth.* cod. CLXV. *Hard.*

h. *Vadimonium.*) Tam multa pollicentur inſcriptiones huiuſcemodi, vt ad librorum lectionem fruendam vel vadimonium ipſum deſerere, in quo de fortunis ageretur, in lucro ponas. At cum intraueris, etc. *Idem.*

nies! Noſtri craſſiores i), Antiquitatum, Exemplorum, [1]Artiumque k): [2]Facetiſſimi, Lucubrationem l), vt qui Bibaculus m) erat et vocabatur: Paulo

1 *Artiumque. Facetiſſimi lucubrationem, puto, qui, vt Bibaculus erat, e vocabatur paulo minus Alij. etc. M. Lego, artiumque. Facetiſſimus Bibaculus paulo minus. Lucubrationum, qui, puto, vt erat, vocabatur, etc. Artiumque quam facetiſſimi. Lucubrationem, puto, qui Aut as ciuis erat et vocabatur, Valerius primus aſſerit: Varro in Satyris ſuis Seſculixem et Flexibulas. Gron.* 2 *Facundiſſimi. Alii.*

i. *Noſtri craſſiores.*) Qui craſſiore Minerua e Latinis egerunt, libros ſuos inſcripſerunt modeſto plane, ſimplicique titulo: *Antiquitatum*, vt *Varro*: *Exemplorum*, vt *Valerius Maximus*: *Artium*, vt alii. Qui autem feſtiuiores videri voluerunt, haud lepidiorem titulum captarunt, quam vt *Lucubrationem* appellarent: quod *Furius* ille fecit, qui Bibaculus et reapſe erat, et cognominabatur. Quam titulorum facetiam *Varro* quoque viſus eſt aliquando conſectari: atque ea re pauluhum quiddam de priore modeſtia, de ingenii ſui morumque gravitate remittere. Satyras tum ſcribebat ſcilicet, quibus inſcripſit haec nomina feſtiuiora, *Seſquiulyſſem*, et *Flexabula*. Ita gradatim, triplici quaſi paſſu Pliniana procedit oratio: a craſſioribus, Varrone, Valerio, aliiſque, ad facetiſſimos: ab his deinde, ad Varronem quidem ipſum, ſed iam paulo minus quam antea ſerio agentem. *Hard.*

k. *Artiumque.*) Vt Muſica, Grammatica, etc. *Dalec.*

l. *Lucubrationem.*) *Nonius* Attam citat in *Lucubratione*, c. 7. num. 748. *Hard.*

m. *Vt qui Bibaculus.*) Grammaticum fuiſſe Furium Bibaculum ſignificat, *Lib. de illuſtr. Gram.* c. 4. p. 120. Hunc inter Catulli et Horatii aeuum *Quinctilianus* collocat, L. X. Inſtit. c. 1. p. 748. Ciceronis aliorumque veterum iocos et dicta ab eo collecta teſtatur *Macrobius*, L. II. Saturn. c. 1. p. 321. Laudat *Chariſius*, c. 1. p. 102. Denique *Hieronymus in Chronic.* ad Olymp. 169. an. 3. *M. Furius poeta, cognomine Bibaculus, Cremonae naſcitur.* Carmina eius aliquot *Petr. Pithoeus* colligit, Epigrammata, poematiaque varia, p. 36. Vide Notas et Emend. n. IX. (hic adnexas) Hanc lectionem nos ita primi in integrum reſtituimus, ex veſtigiis veterum exemplarium, praeſertim Reg. 2. et vet. Dalec. qui ſic habent: *Artiumque facetiſſimi lucubrationem puto*

Paulo minus ſerio, Varro in Satyris ſuis Seſculyſſem n) et Flextabula. Apud Graecos deſiit nugari Diodorus, et Βιβλιοθήκης hiſtoriam ſuam inſcripſit. Apion o) quidem Grammaticus, hic quem Tiberius Caeſar cymbalum mundi vocabat, quum publicae famae tympanum potius videri poſſet, immorta-



*puto quia vinaculus erat, et vocabatur paulo minus asserit Varro in Satyris suis sustulit et flaxtabula.* Quam lectionem agnoſcit et *Hermolaus* in ſuis MSS. et ante illum editiones veteres. Donec *Rhenanus* excogitauit hanc nouam, *Lucubrationem puto, qui Antias cuius erat et vocabatur, Valerius primus asserit: Varro in Satyris*, etc. Quas emendationum nugas mirari ſatis non poſſum adeo temere inexplorata re ab editoribus Plinianis ſtatim arreptas, contra omnium exemplarium fidem. Non poſſum etiam admirabilem de hoc loco *Salmaſii* coniecturam praeterire ſilentio, qui in *Prolegom. ad Solin.* p. 17. locum hunc ita corrigit, an corrumpit? *Facetiſſimi lucubrationum, a lucubro, qui vt facula cerata, et vocatur punos vel phanos: Asserit Varro in Satyris Seſquiulyſſe, et Flaxtabulis.* Et hac emendatione nihil certius eſſe pronunciat: Lucuber videri dixiſſe *Plinium* pro lucubrum, vt candelaber pro candelabrum: Φανὸς et παγὸς Graecis antiquis faculam eſſe: denique vocem illam *Lucubrationum*, quia obſcurior eſſet, verbis illis Graecanicis, Latiniſque obſoletis, exponere *Plinium* fategiſſe. Cui, amabo, quidquam horum emunctae naris viro probauerit? *Idem.*

n. *Seſculiſſem et Flextabula.*) Flexabulas et Seſquiulyſſem Nonius multis locis legit. *Dalec.*

*Seſculyſſem.)* Quaſi Seſqui-Vlyſſem, ſiue Vlyſſem vnum integrum, et dimidium: pro ſumme aſtuto, ac veteratore plane expolito. Seſqui-Vlyſſem Varronis citat *Nonius*, c. 2. n. 481. et alibi ſaepe. Eundem in Flextabulis laudat, c. 1. n. 109. et 113. et c. 3. n. 171. Inde feſtiuum illud apud Gallos adagium. *A trompeur, trompeur et demi*: quod ſic latine reddas haud inconcinne: Suus Vlyſſi ſeſqui-Vlyſſes opponetur. *Hard.*

o. *Apion quidem Grammaticus.*) Πλησονίκης, vel πλεισονίκης, et πολυΐστωρ, infra cap. 5. L. XXXVII. Vt ait *Seneca Epiſt.* 89. tota circumlatus Graecia ſub C. Caeſare. *Dalec.*

*Apion.*) De eo dicemus in Auctorum ſyllabo. *Hard.*

litate donari a se scripsit, ad quos aliqua componebat. Me non poenitet nullum festiuiorem excogitasse titulum. Et ne in totum videar Graecos insectari, ex illis [1] nos velim intelligi pingendi fingendique p) conditoribus, quos [2] in libellis his inuenies, absoluta opera, et illa quoque quae mirando non satiamur, pendenti titulo q) inscripsisse: [3] vt Apelles faciebat r), aut Polycletus: tanquam inchoata semper arte et imperfecta: vt contra iudiciorum varietates supereſſet artifici regressus s) ad veniam, velut emendaturo quicquid [4] desideraretur, si non esset interceptus t). Quare plenum verecundiae illud est, quod omnia opera tanquam nouissima inscripsere, [5] et tanquam singulis fato adempti. Tria non amplius, vt opinor, [6] absolute traduntur inscripta, [7] Ille fecit u), quae suis locis reddam: quo apparuit,

1 *Mox vel intel. pingique condit. Turn.* 2 *In tabulis suis inuen.* 3 *Aut.* 4 *Disideraretur. V.* 5 *Tanquam aliquid singul. fato sit ademptum. M. V.* 6 *Traduntur, quae absolute inscripta ille fecit. M.* 7 *Apelles fecit.*

p. *Pingendi fingendique.*) Pictoribus, qualis Apelles fuit: et statuariis, qualis Polycletus. *Turnebus* hunc locum corrigendo deprauat, cum ait legi oportere, *Ex illis nos velim intelligi pingique conditoribus. Quintilianus*, L. XII. c. 10. p. 894. Euphranorem laudat, quod pingendi fingendique idem mirus artifex fuit. *Hard.*

q. *Pendenti titulo inscripsisse.*) Dubio et ambiguo: vel pendulo, suspenso, affixo. *Dalec.*

*Pendenti titulo.*) Non dubio, vel pendulo, vt Dalecampius interpretatur: sed qui nondum absolutum opus significaret, verum adhuc pendere, velut imperfectum: vt *Maro* cecinit: *Pendent opera interrupta. Hard.*

r. *Vt Apelles faciebat.*) Vide *Politianum* cap. 47. *Miscel. Dalec.*

s. *Regressus.*) Vt si quid peccasset, id corrigeret, velut opere nondum perfecto. *Hard.*

t. *Interceptus.*) Fato. Sic paulo post: *tanquam singulis fato adempti*, hoc est, tanquam fato praerepti absolvere non potuerint. *Idem.*

u. *Ille fecit.*) Non Apellem intelligit, vt plurimi ante nos censuere: sed alios pictura insignes, quorum modo nomi-

na

ruit, [1] ſummam artis ſecuritatem auctori placuiſſe, et ob id magna invidia fuere omnia ea. Ego plane meis adiici poſſe multa confiteor: nec his ſolis, ſed et omnibus [2] quae edidi: vt ob id x) caueam iſtos Homeromaſtigas y): Ita enim verius dixerim z): [3] quoniam audio et Stoicos a), et Dialecticos, Epicureos quoque (nam de Grammaticis [4] ſemper expectaui) parturire aduerſus libellos, quos de Grammatica edidi b), et ſubinde abortus facere iam

 decem

1 *Summa artis ſecuritate.* 2 *Quos. M.* 3 *Quam. Alii. Nam. M. quam Stoic. et dialecticos, Epicureos quoque. Nam Grammaticos audio, quodque ſemper expectaui, etc.* 4 *Id ſemper. Alii.*

na reticet. Hoc illud eſt quod barbari ſic efferre ſolent, *Talis fecit.* Ac prior illa quidem loquendi ratio in Formulis Veterum perquam eſt vſitata: qualis eſt illa *Marculfi* IX. p. 19. *Glorioſo illi Regi in Dei nomine ille Rex.* Quae vero opera tria ſic inſcripta, ILLE FECIT, ſuis loci reddenda auctor recipit, ea ipſa libro quinto ac triceſimo reddit, exſoluitque fidem, ſectione 10. et 39. vt iis locis dicturi ſumus. *Idem.*

x. *Vt ob id.*) Quia multa meis operibus deeſſe intelligo, id vltro contitendo, depellam a me inuidos reprehenſores. Forte legi hoc loco ſatius, *vt obiter. Idem.*

y. *Homeromaſtigas.*) Qualis Zoilus Amphipolites fuit. *Idem.*

*Homeromaſtigas.*) Zoili Macedonis poetae Homeromaſtigis ſcitu dignam hiſtoriam, vide apud *Vitruuium* praefat. lib. VII. Dalec.

z. *Ita dixerim.*) Haec verba in Edit. *Hard.* vncinis incluſa ſunt.

a. *Stoicos.*) Recte Stoicos a Dialecticis diuerſos facit, vti et *Priſcianus*, L. I. c. *de Oratione* p. 574. *Partes orationis ſunt ſecundum Dialecticos duae, ſecundum Stoicos vero quinque ſunt. Cicero* tamen Dialecticos et Stoicos pro iiſdem ſaepenumero videtur accipere: quod nimirum Stoici, et quicumque alii Dialecticarum captionum amantes, Dialecticorum etiam plerumque appellatione cenſebantur: quanquam ſecta Dialectica fuit, propria ac peculiari nomenclatione appellata, cuius Clitomachus Carthaginienſis princeps exſtitit, vt auctor eſt *Laertius* in prooem. p. 5. *Hard.*

b. *De Grammatica.*) Quos *Dubii ſermonis* inſcripſerat, libros

decem annis, cum celerius etiam elephanti pariant. Ceu vero [1] nesciam, aduersus Theophrastum c) hominem in eloquentia tantum, vt nomen diuinum inde inuenerit, scripsisse etiam feminam d), et proverbium inde natum, suspendio arborem [2] eligendi e). Non queo mihi temperare, [3] quo minus ad hoc pertinentia ipsa Censorii Catonis verba ponam: vt inde appareat etiam Catoni de militari f) disciplina [4] commentanti, qui sub Africano, immo vero et sub Hannibale didicisset militare, et ne Africanum g) quidem ferre potuisset, qui Imperator tri-

1 *Seu vero. Gron.* 2 *Eligendum. M.* 3 *Quin ad hoc. M.* 4 *Comminanti. Turn.*

libros octo, nouissimis Neronis temporibus exaratos, vt ait *Plin. Iun.* L. III. ep. 5. quae huic est praefixa operi. *Idem.*

c. *Theophrastum.*) *Cicero* L. I. *de Nat. Deor.* p. 40. *Istisne fidentes somniis, non modo Epicurus, et Metrodorus, et Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt: sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa-sit? scito illa quidem sermone, et Attico: sed tamen tantum Epicuri hortus habuit licentiae,* etc. *Idem.*

d. *Feminam.*) Leontium meretriculam. *Dalec.*

e. *Suspendio arborem eligendi.*) De re vehementer indigna, nec vllo pacto toleranda. Vide *Erasmi* Chiliades. Veteris legis carmine arbor infelix dicebatur e qua suspendio strangulatus aliquis fuisset. *Rhodig. cap.* 7. 10. *Hard.*

*Suspendio.*) Suspendio iam quaerere mortem oportere homines vitaeque renunciare, cum tantum licentiae, vel feminae, vel imperiti homines sumant, vt in doctissimos scribant. *Idem.*

f. *De militari.*) Libros *de militari disciplina* scripsisse *Catonem* hunc *Maiorem* siue *Censorium*, auctores sunt praeterea *Fl. Vegetius*, L. I. c. 8. p. 10. et *Priscianus* L. VII. p. 760. Non est igitur *Turnebus* audiendus, qui hoc loco legit, *De militari disciplina comminanti*: libris praesertim omnibus praeferentibus, *commentanti. Idem.*

g. *Ne Africanum.*) Liuius L. XXXVIII. p. 485. *Morte Africani creuere inimicorum animi, quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui viuo quoque eo allatrare eius magnitudini solitus erat. Idem.*

triumphum reportaſſet h), paratos fuiſſe iſtos, qui obtrectatione alienae ſcientiae famam ſibi aucupantur. Quid enim [1] ait in eo volumine? *Scio ego quae ſcripta ſunt, ſi palam proferantur, multos fore* [2] *qui vitilitigent: ſed ii potiſſimum, qui verae laudis expertes ſunt. Eorum ego orationes* [3] *ſino praeterfluere.* Nec Plancus i) illepide, cum diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, quae ab ipſo aut liberis poſt mortem Planci ederentur, ne reſpondere poſſet: *Cum mortuis non niſi larvas luctari* k). Quo dicto ſic repercuſſit illas, vt apud eruditos nihil impudentius iudicetur. Ergo ſecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis et litigatoribus compoſuit, (quid enim illi aliud quam litigant, aut litem quaerunt?) [4] exſequemur reliqua propoſiti. [5] Quia occupationibus tuis publico bono parcendum erat, quid ſingulis [6] contineatur libris huic epiſtolae ſubiunxi: ſummaque cura, ne perlegendos eos haberes, operam dedi. Tu.per hoc et aliis praeſtabis ne perlegant: ſed vt quiſque [7] deſideraverit aliquid, id tantum quaerat et ſciat quo loco inue-

1 *At te in eo. Turn.* 2 *Qui ita re probent vt eligant. Turn. M. vt vellicent. Rhenanus.* 3 *Sibi praetereo. Turn. M. ibi. Alii. ſilentio praetereo. Alii.* 4 *Exequamur, M.* 5 *Quia viro occup. M. et V.* 6 *contineretur. M.* 7 *deſiderabit. M.*

h. *Reportaſſet.)* Vide *Livium*, L. XXXIV. p. 417. *Idem.*

i. *Nec Plancus.)* L. Munatius Plancus, orator, et idem Ciceronis auditor, qui cum Caeſare in Gallia militauit. De *Aſinio Pollione* dicemus inferius in Auctorum Indice. *Idem.*

k. *Cum mortuis non niſi larvas luctari.)* Apud *Rhodig.* c. 32. 21. Philoſtratus Aeliano Sophiſtae mortui Ginnidis accuſationem paranti, miraturum ſe dixit ſi viuum accuſaſſet. *Dalec.*

inueniat. Hoc ante me fecit in literis noſtris l) Valerius Soranus m), in libris, quos ἐποπτίδων inſcripſit.

l. *In literis noſtris.*) Apud Latinos. Fuit huic Valerio Sorano praenomen Quintus. De eo *Gellius*, L. II. c. 10. p. 135. *Epoptides* ſcripſerat, hoc eſt, vt *Turnebus* quidem interpretatur, de Grammatica libros: tanquam de myſteriis literarum et doctrinae. Erant enim ἐπόπται, qui ad inſpicienda ſacra occulta admittebantur. Q. et D. Valerios Soranos, familiares ſuos, doctos et Graecis literis et Latinis appellat *Cicero*, L. *de Claris Orator.* p. 564. *Hard.*

m. *Valerius Soranus.*) Q. Valer. de quo *Varro IV.* de Ling. Lat. et poſthac lib. III. cap. 5. *Idem.*

C. PLI-

# C. PLINII SECVNDI HISTORIARVM MVNDI ELENCHOS, a)

LIBRORVM OMNIVM TRIGINTÀ SEPTEM LIBER VNVS,

QVI PRIMVS

Summatim haec insunt Libris singulis.

| | |
|---|---|
| 1 Primo, Praefatio operis ad Titum Vespasianum Caesarem. Item auctorum nomina, ex quibus desumpsit ea, quae persequitur libris sex et triginta, capita rerum singularum attingens, | *Libros.* |
| Secundo de mundo, et elementis et sideribus, | *Mundum.* |
| Tertio, primus et secundus Europae sinus, | *Hactenus.* |
| Quarto, tertius Europae sinus, | *Tertius.* |
| Quinto, describitur Africa, | *Africam.* |
| Sexto, Asiae descriptio continetur, | *Pontus.* |
| Septimo, de homine, et rebus ab homine inventis, | *Mundus.* |
| Octauo, terrestrium animalium genera, | *Ad reliqua.* |
| Nono, aquatilia, | *Animalium.* |
| Decimo, volucrum genera, | *Sequitur.* |
| Vndecimo, insecta animalia, | *Restant.* |
| Duodecimo, plantae odoratorum, | *Animalium.* |
| Decimo tertio, plantae arborum peregrinarum, | *Hactenus.* |
| Decimo quarto, plantae vitium, | *Externa.* |
| Decimo quinto, plantae arborum frugiferarum, | *Oleam.* |
| Decimo sexto, plantae arborum siluestrium, | *Pomiferas.* |
| Decimo septimo, plantae satiuarum, | *Natura.* |
| Decimo octauo, natura frugum et cerealium, ac studia agricolatoris. | *Sequitur.* |

Deci-

1 *Quae hinc sequuntur ad vsque lib. 2. in M. d. neque in Hard. leguntur editione.*

a. *Elenchos.*) Index iste in nullo exemplari manuscripto est integer: et qui locupletissimus ex iis repertus est, a nobis nihilominus augendus multis locis fuit, id quod Italico charactere fecimus. Ex eo autem indicio apparet, iure non videri esse hunc *Plinii*, hoc est, scriptoris perquam accurati fetum. *Hard.*

| | |
|---|---|
| Decimo nono, linum, ſpartum, et hortenſia, | *Siderum.* |
| Viceſimo, quae cibis et medicinae in plantis ſatiuis conueniant, | *Maximum.* |
| Viceſimo primo, flores et coronamenta, | *In hortis.* |
| Viceſimo ſecundo, coronae et medicinae ex herbis, | *Compleſſe.* |
| Viceſimo tertio, medicinae ex vino et arboribus vrbanis, | *Peracta.* |
| Viceſimo quarto, medicinae ex arboribus ſilueſtribus, | *Ne ſiluae.* |
| Viceſimo quinto, medicinae herbarum ſponte naſcentium, | *Ipſa quae,* |
| Viceſimo ſexto, noui morbi, et medicinae quarundam herbarum per morbos, | *Senſit,* |
| Viceſimo ſeptimo, herbae aliae quaedam et medicinae, | *Creſcit.* |
| Viceſimo octauo, medicinae ex homine et animalibus magnis, | *Dictae erant.* |
| Viceſimo nono, de medicinae auctoribus, et medicinae ex reliquis animalibus, | *Natura.* |
| Triceſimo, magia, et medicinae quaedam per membra, | *Magicas.* |
| Triceſimo primo, medicinae ex aquatilibus, | *Aquatilium.* |
| Triceſimo ſecundo, reliqua ex aquatilibus, | *Veterum.* |
| Triceſimo tertio, metalla auri et argenti, | *Metalla.* |
| Triceſimo quarto, metalla aeris et plumbi, et artifices aerarii, | *Proxime.* |
| Triceſimo quinto, pictura, coloreſque et pictores, | *Metallorum.* |
| Triceſimo ſexto, marmora, et lapides, | *Lapidum.* |
| Triceſimo ſeptimo, gemmae, | *Vt nihil.* |


# LIBRO II.

## Continetur 1 de mundo et 2 elementis.


| *Ordo et inſcr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inſcr. cap ap. Gron.* |
|---|---|
| I. An finitus mundus et an vnus. | I. An finitus 3 ſit mundus et an vnus. |
| II. De forma eius. | II. De forma eius. |
| III. De motu. Cur mundus dicatur. | III. De motu eius. |
| IV. De elementis, et planetis. | IV. Cur mundus dicatur. |
| V. De Deo. | V. De quatuor elementis. |
| | VI. De |


1 *In M. deſunt.* 2 *De mundo et coeleſtibus, et terreſtribus, et aeriis. Gron.* 3 *Infinitus M.*

*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

VI. De siderum natura. *De planetarum motu.*
VII. De Lunae et Solis defectibus.
VIII. De magnitudine siderum.
IX. Quae quis inuenerit in obseruatione coelesti.
X. Quando recurrant Solis et Lunae defectus.
XI. De Lunae motu.
XII. Errantium motus, et luminum canonica.
XIII. Quare eadem altiora, alias propiora videantur
XIV. Cur motus dissimiles eadem habeant.
XV. Catholica siderum.
XVI. Quae ratio colores eorum mutet.
XVII. Solis motus, et dierum inaequalitatis ratio.
XVIII. Quare fulmina Ioui assignentur.
XIX. Interualla siderum.
XX. De sideribus, Musica.

1. De mundo, Geometrica.
II. De repentinis sideribus, seu cometis.
III. Natura, et situs, et genera eorum.
IV. Hipparchea, de sideribus.

*Ordo et inscr. cap. ap. Gron.*

VI. De septem planetis.
VII. De Deo.
VIII. De natura siderum errantium, et eorum ambitu.
IX. De natura Lunae 1.
X. De defectu 2 solis, et Lunae et de nocte.
XI. De siderum magnitudine.
XII. Quae quis inuenerit in obseruatione coelesti.
XIII. De defectibus.
XIV. De Lunae motu.
XV. Errantium motus, et luminum canonica.
XVI Quare eadem alias altiora, alias inferiora videantur.
XVII. Catholica siderum errantium.
XVIII. Quae ratio colores eorum mutet.
XIX. Solis motus, et dierum inaequalitatis ratio.
XX. Quare Ioui fulmina assignentur.
I. Interualla siderum.
II. De siderum Musica.
III. De mundi Geometria.
IV. De repentinis sideribus.
XXV. De

1 *De Lunae natura M.* 2 *Defectibus. M.*

| *Ordo et inscr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inscr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| XXV. De coelestibus prodigiis, per exempla historica. Faces, lampades, bolides. | XXV. De cometis 1, et coelestibus prodigiis, natura et situ 2, et generibus eorum. |
| VI. Trabes coelestes, chasma coeli. | VI. Hipparchea 3 de sideribus, per exempla historica, faces, lampades, 4 trabes, bolides, et chasma coeli. |
| VII. De coeli coloribus et flamma coelesti. | VII. De coeli coloribus. |
| VIII. De coronis coelestibus. | VIII. De flamma coeli. |
| IX. De circulis repentinis. | IX. De coronis coelestibus. |
| XXX. Solis defectus longiores. | XXX. De circulis repentinis. |
| I. Plures Soles. | I. Plures Soles. |
| II. Plures Lunae. | II. Plures Lunae. |
| III. Dierum lux noctibus. | III. Dierum lux nocte. |
| IV. Clypei ardentes. | IV. Clypei ardentes. |
| V. Ostentum coeli semel notatum. | V. Ostentum coeli. |
| VI. De discursu stellarum. | VI. De discursu stellarum. |
| VII. De stellis, quae in terris, marique existunt. | VII. De stellis Castoribus. |
| VIII. De aere. | VIII. De aere. |
| IX. De statis tempestatibus. | IX. De statis tempestatibus. |
| XL. De Caniculae ortu. | XL. De vi 5 Caniculae. |
| I. Vis temporum anni stata. | I. Sidera 6 in aliis signorum partibus et temporibus alias influere. |
| II. De incertis tempestatibus et imbribus, et quare lapidibus pluat. | II. Imbrium, ventorum et nubium causae. |
| III. De tonitribus et fulgetris. | III. De tonitruis et fulguribus. |
| IV. Ventorum origo. | IV. Qua ratione echo reddatur. |

XLV

1 *Et de coelest. M.* 2 *Generatim M.* 3 *Hipparchi M.* 4 *Et coelestes lamp. trab. et bol. M.* 5 *De Caniculae exortu M.* 6 *Pro his in M. leguntur haec: Vis temporum anni statuta. De incertis tempestatibus. De Imbribus. Quare lapides pluunt. De tonitr. etc.*

| *Ordo et inscr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inscr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| XLV. Ventorum obseruationes diuersae. | XLV. De ventis iterum. |
| VI. Ventorum genera. | VI. Naturae et obseruationes ventorum. |
| VII. *Ventorum tempora.* | VII. Ventorum genera. |
| VIII. Naturae ventorum. | VIII. De repentinis flatibus. |
| IX. Ecnephias et Typhon. | IX. Alia prodigiosa genera tempestatum. |
| L. Turbines, presteres, vortices, et alia prodigiosa genera tempestatum. | L. Quibus in terris fulmina non cadant. |
| I. De fulminibus: quibus in terris non cadant, et quare. | I. Fulgurum genera et miracula. |
| II. Genera fulgurum, et miracula. | II. De [1] obseruationibus. |
| III. Etrusca obseruatio in his, et Romana. | III. De fulminibus euocandis. |
| IV. De fulminibus euocandis. | IV. Catholica fulgurum. |
| V. Catholica fulgurum. | V. Quae non feriantur fulmine. |
| VI. Quae nunquam feriantur. | VI. De prodigiosis pluuiis, lacte, sanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis. |
| VII. Lacte pluisse, sanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis. | VII. De crepitu armorum et tubarum de coelo audito. |
| VIII. Armorum crepitum, et tubae sonitum de coelo auditum. | VIII. De lapidibus e coelo cadentibus. |
| IX. De lapidibus coelo cadentibus. Anaxagorea de his. | IX. De arcu coelesti. |
| LX. Arcus coelestis. | LX. De grandine, niue, pruina, nebula, rore. |
| I. Natura grandinis, niuis, pruinae, nebulae, roris nubium. | I. De nubium imaginibus. |

LXII.

[1] *Obseruatione Thuscorum.*

*Ordo et inſcr. cap. ap. Hard.*

LXII. Proprietates coeli in locis.
III. Natura terrae.
IV. De forma eius.
V. An ſint Antipodes.
VI. Quomodo aqua terrae innexa
VII. An circumdatus terrae Oceanus.
VIII. Quae portio terrae habitetur.
IX. Mediam eſſe mundi terram.
LXX. De obliquitate Zonarum.
I. De inaequalitate climatum.
II. Vbi eclipſes non appareant, et quare.
III. Quae ratio diurnae lucis in terris.
IV. Canonica de eadem re.
IV. Vbi et quando nullae vmbrae.
VI. Vbi bis anno; vbi in contrarium vmbrae ferantur
VII. Vbi longiſſimi dies, vbi breuiſſimi.
VIII. De primo horologio.
IX. Quomodo obſeruentur dies.
LXXX. Differentia gentium ad rationem mundi.
I. De terrae motibus.
II. De terrae hiatibus.

*Ordo et inſcr. cap. ap. Gron.*

LXII. De proprietatibus coeli in locis.
III. De natura terrae.
IV. De forma terrae.
V. De antipodibus an ſint, et aquae rotunditate.
VI. Quomodo ſit aqua terrae innexa.
VII. De nauigatione maris et flum.
VIII. Quae portio terrae habitetur.
IX. Mediam eſſe mundi terram.
LXX. De ſiderum ortus inaequalitate, et de eclipſi, et vbi, et quare.
I. Quae ratio diurnae lucis in terris.
II. Gnomonica de eadem re, et horologio primo.
III. Vbi et quando nullae vmbrae.
IV. Vbi bis anno vmbrae, et vbi in contrarium.
V. Vbi longiſſimus dies, et vbi breuiſſimus.
VI. Item de horologio.
VII. Quomodo dies [1] obſerventur.
VIII. Differentiae gentium [2] ratio.
IX. De motu terrae.
LXXX. De terrae hiatibus.
I. Signa motus futuri.
II. Auxilia contra motus futuros.

LXXXIII.

[1] *Obſeruantur. M.* [2] *Et rat. M.*

| *Ordo et inscr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inscr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| LXXXIII. Signa motus futuri. | LXXXIII. Portenta terrarum semel visa. |
| IV. Auxilia contra motus futuros. | IV. Miracula terrae motus. |
| V. Portenta terrarum semel tradita. | V. Quibus locis maria 1 recesserint. |
| VI. Miracula terrae motus. | VI. Ratio insularum enascentium. |
| VII. Quibus locis maria recesserint. | VII. Quae et quibus temporibus enatae sunt. |
| VIII. Insularum enascentium ratio. | VIII. Quas terras interruperint maria. |
| IX. Quae et quibus temporibus enatae sint. | IX. Quae insulae continenti adiunctae. |
| XC. Quas terras interruperint maria. | C. Quae terrae in totum mari permutatae. |
| I. Quae insulae continenti adiunctae sint. | I. Quae terrae ipsae se sorbuerunt. |
| II. Quae terrae in totum mari permutatae. | II. Quae vrbes haustae sunt a mari. |
| III. Quae terrae ipsae se sorbuerunt. | III. De miraculis terrarum. |
| IV. Vrbes haustae mari. | IV. De terris semper trementibus. |
| V. De spiraculis terrarum. | V. De insulis semper fluctuantibus. |
| VI. De terris semper trementibus: et de fluctuantibus insulis. | VI. Quibus in terris non pluat, et aceruata terrarum miracula, et ceterorum elementorum. |
| VII. Quibus locis non impluat. | VII. Qua ratione aestus maris accedant et recedant, et vbi aestus extra rationem. |
| VIII. Aceruata terrarum miracula. | VIII. Miracula maris. |
| IX. Qua ratione aestus maris accedant et recedant. | IX. 2 Potestas *Lunae terrena* et marina. |
| C. Vbi aestus extra rationem idem faciant. | C Quae Solis et quare saltum mare. |



1 *Recesserunt. M.* 2 *Quae potestas. M.*

*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

CI. Miracula maris.
II. Quae potentia Lunae ad terrena, et maria.
III. Quae Solis.
IV. Quare salsum mare.
V. Vbi altissimum mare.
VI. Mirabilia fontium et fluminum.
VII. Ignium et aquarum iuncta miracula.
VIII. De maltha.
IX. De naphtha.
X. Quae loca semper ardeant.
XI. Ignium per se miracula.
XII. Terrae vniuersae mensura.
XIII. Harmonica mundi ratio.

*Ordo et inscr. cap. ap. Gron.*

CI. Item de natura Lunae.
II. Vbi altissimum mare.
III. Miracula aquarum, fontium et fluminum.
IV. 1 Ignium et aquarum iuncta miracula, et de maltha.
V. De naphtha.
VI De semper ardentibus locis.
VII. Ignium per se miracula.
VIII. Terrae vniuersae mensura, longitudo et latitudo.
IX. Harmonica mundi ratio.

Summa, res, et historiae, et obseruationes 2 CCCCXVII.

*Ex Auctoribus*:

M. Varrone, Sulpicio Gallo, Tito Caesare Imperatore, a) Q. Tuberone, Tullio Tirone b), L. Pisone, T. Liuio, Cor. Nepote,

1 *De Maltha. M.* 2 *Quadringentae decem et septem. M. CCCCXVIII. Gron.*

a. *T. Caesare.*) In cod. MSS. *T. Caesare Imp.* quod imperiti de Tiberio acceperunt, atque ita in libris ediderunt, qui hactenus sunt typis impressi. Vide quae dicturi sumus L. II. sect. 22. In veteribus nummis et inscriptionibus, T. Titum, Ti. Tiberium significat. *Hard.*

b. *Tullio Tirone.*) Ita quidem MSS. quos vidi. At Parmensis editio, aliaeque vett. *Tullio Cicerone*: id quod fortassis sincerius est: Plurima certe quidem in Tullianis libris similia esse hoc operis Pliniani secundo volumine, sumus ostensuri saepissime: quid a Tirone acceperit, difficile est coniicere, praeter locum fortassis vnum, quem Sect 39. huius libri indicaturi sumus. *Hard.*

Nepote, Statio Seboſo, Caelio Antipatro, Fabiano, Antiate, Mucia no, Caecina qui de Hetruſca diſciplina ſcripſit, 1 Tarquitio qui item, 2 Iul. Aquila qui item, Sergio Paulo.

*Externis:*

Platone, Hipparcho, 3 Timaeo, Soſigene, Petoſiri, Necepſo, Pythagoricis, Poſidonio, Anaximandro, Epigene Gnomonico, Euclide, Coerano 4 Philoſopho, Eudoxo, Democrito, Critodemo, Thraſyllo, Serapione, Dicaearcho, Archimede, Onaſicrito, Eratoſthene, Pythea, Herodoto, Ariſtotele, Cteſia, Artemidoro Epheſio, Iſidoro Characeno, Theopompo.

## LIBRO III.

Continentur ſitus, gentes, maria, oppida, portus, montes, flumina, menſurae, populi qui ſunt aut fuerunt.

| *Ordo et inſcr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inſcr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| I. *Europae in vniuerſum fines ac ſitus praemittuntur.* | I. De Europa: |
| II. *Tum Hiſpaniae totius.* | II. Baeticae longitudo, et latitudo. |
| III. Baeticae. | III. Hiſpania citerior. |
| IV. Hiſpaniae citerioris. | IV. Narbonenſis prouincia. |
| V. Narbonenſis prouinciae. | V. Italia, Tiberis, Roma, Campania. |
| VI. Italiae. | VI. 5 De Corſica. |
| VII. *Nona Italiae regio.* | VII. De Sardinia. |
| VIII. *Septima Italiae regio.* | VIII. De Sicilia. |
| IX. *Prima Italiae regio:* Tiberis, Roma. | IX. De Lipara. |
| X. *Tertia Italiae regio.* | X. De Locris Italiae fronte. |
| XI. Inſularum LXIV. In his, Balearium. | XI. Secundus Europae ſinus. |
| XII. Corſicae. | XII. Regio Italiae quarta. |
| XIII. Sardiniae. | XIII. Quinta regio. |
| XIV. Siciliae. | XIV. Sexta regio. |



1 *Tarquinio Macrob. lib. 3 vlt. Saturn. ſed perperam monente Bet. Pithaeo aduerſar. 1. c. 20. Verba qui item. omiſit Gron.* 2 *L. Iulio Aquilaque, item Sergio Paulo. M L. Aqu. Gr.* 3 *Timarcho. M.* 4 *Ceramo Gr.* 5 *Corſica, Ebuſus. Colubraria. M.*

| *Ordo et inscr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inscr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| XV. *Magna Graecia.* A Locris. | XV. Octaua regio. |
| XVI. *Secunda Italiae regio.* | XVI. De Pado flumine. |
| XVII. *Quarta Italiae regio.* | XVII. De Italia 1 transpadana, regio XI. |
| XVIII. *Quinta Italiae regio.* | XVIII. Venetia decima regio. |
| IX. *Sexta Italiae regio.* | XIX. De Istria. |
| XX. *Octaua Italiae regio*: De Pado. | XX. De Alpibus et gentibus Alpinis. |
| I. *Vndecima Italiae regio*: Italia trans Padum. | I. Illyricum. |
| II. *Decima Italiae regio.* | II. Liburnia. |
| III. Istriae situs et populi. | III. Macedonia. |
| IV. Alpium, et gentium Alpinarum. | IV. Norici. |
| V. Liburniae, et Illyrici. | V. Pannonia, Dalmatia. |
| VI. Dalmatiae. | VI. Moesia. |
| VII. Noricorum. | |
| VIII. Pannoniae. | |
| IX. Moesiae. | |
| XXX. Insularum Ionii, et Adriatici maris. | Insularum Ionii et Adriatici |
| Summa: Oppida et gentes: Flumina clara: Montes clari: Insulae: Quae intercidere oppida aut gentes a). | Summa: Oppida 2 Gentes XXVI, Flumina clara. Montes praeclari. Summae insulae. Quae intercidere, oppida et gentes. |
| | Summa res, et historiae, et obseruationes CCCXXVI. |

*Ex Auctoribus*:

3 Turannio Gracile, Cor. Nepote, T. Liuio, Catone Censorio, M. Agrippa, M. Varrone, Diuo Augusto, Varrone Atacino, Antiate, Hygino, L. Vetere, Mela Pomponio, Curione patre, Caelio, Arruntio, Seboso, Licinio Muciano, Fabricio Tusco 4, L. Atteio Capitone, Verrio Flacco, L. Pisone, C. Gelliano b), Valeriano.

*Exter-*

1 *Trans Padum. M.* 2 *Et gentes.* 3 *Terrannio Gracculo. M. Graccula Gron.* 4 *Thusco. Idem. Sic vbique hoc nomen.*

a Deest numerus in omnibus MSS. *Hard.*

b. *Gelliano.*) In libris editis hactenus perperam legebatur, *C. Aeliano*: In Regio 1 et 2 *Celliano.* Citatur Gellianus Sect. 17. Vide Auctorum Indicem, sub libri huius calcem additum. *Hard.* (In hac edit. sub finem Operum.)

*Externis:*

Artemidoro, Alexandro Polyhiſtore, Thucydide, Theophraſto, Iſidoro, Theopompo Metrodoro Scepſio, Callicrate, Xenophonte Lamptaceno, Diodoro Syracuſano c), Callipha-ne, Timagene.

# LIBRO IV.

## Continentur ſitus, gentes, maria, oppida, portus d), montes, flumina, menſurae, populi qui ſunt aut fuerunt.

| *Ordo et inſcr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inſcr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| I. Epiri. | I. Epirus. |
| II. *Acarnaniae* | II. Aetolia. |
| III. *Aetoliae.* | III. Locri. |
| IV. *Locridis, et Phocidis.* | IV. Peloponneſus. |
| V. *Peloponneſi.* | V. Achaia. |
| VI. Achaiae. | VI. Arcadia. |
| VII. *Meſſeniae.* | VII. Graecia et Attica. |
| VIII. *Laconiae.* | VIII. Theſſalia. |
| IX. *Argolidis.* | IX. Magneſia. |
| X. *Arcadiae.* | X. Macedonia. |
| XI. Atticae. | XI. Thracia. |
| XII. *Boeotiae.* | XII. Inſulae inter eas terras, inter quas Creta, Euboea, Cyclades, Sporades 1 Helleſponti, Ponti, Maeotidis, Daciae, Sarmatiae, Scythiae. |
| XIII. *Doridis.* | XIII. Inſulae Ponti. |
| XIV. *Phthiotidis.* | XIV. Germaniae. |
| XV. Theſſaliae. | XV. Inſulae in Gallico Oceano. |
| XVI. Magneſiae. | XVI. Britannia, et Hibernia. |
| XVII. Macedoniae. | XVII. Gallia. |
| XVIII. Thraciae. *Aegaei maris.* | XVIII. Lugdunenſis Gallia. |
| XIX. Inſularum ante eas terras: inter quas. | XIX. Aquitania. |
| XX. Cretae. | XX. Citerior Hiſpania. |
| I. Euboeae. | I. Luſitania. |



1 *Maeotis, Helleſpontus. M.*

c. Gron. addit Nymphodore.

d. montes, portus *Gron.*

*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

XXII. Cycladum.
III. Sporadum.
IV. Hellesponti, Maeotidis.
V. Daciae, Sarmatiae.
VI. Scythiae.
VII. Insularum Ponti: *Insularum Oceani Septentrionalis.*
VIII. Germaniae.
IX. Insulae in Gallico Oceano XCVI. quas inter,
XXX. Britanniae.
I. Belgicae Galliae.
II. Lugdunensis Galliae.
III. *Aquitanicae Galliae.*
IV. Citerioris Hispaniae, ab Oceano Gallico.
V. Lusitaniae.
VI. Insularum in mari Atlantico.
VII. Vniuersae Europae mensura.

*Ordo et inscr. cap. ap. Gron.*

XXII. Insulae in Oceano.
III. Vniuersae Europae mensura.

Summa: Oppida et gentes. Flumina clara: Montium e) clari, Insulae, Quae intercidere, oppida et gentes 1.

Res, historiae, et obseruationes.

*Ex Auctoribus:*

M. Varrone, Catone Censorio, M. Agrippa, Diuo Augusto, Varrone Atacino, Cor. Nepote, Hygino, L. [Vetere, Pomponio Mela, Licinio Muciano, Fabricio] Tusco, Atteio Capitone, Atteio, Philologo.

*Externis:*

Polybio, Hecataeo, Hellanico, 2 Damaste, Eudoxo, Dicaearcho, Timosthene, Ephoro, Cratete Grammatico, Serapione Antiochense, Callimacho, Artemidoro, Apollodoro, Agathocle, Eumacho Timaeo Siculo, Myrsilo f), Alexandro Polyhistore, Thucydide, Dosiade, Anaximandro, Philistide Mallote g), Dionysio,

1 *Numerus deest in omnibus MSS. Hard.* 2 *Damasceno.*

e. Clara Gron.

f *Eumacho.*) in editis hactenus legebatur, *Eumache Siculo Musico.* In R. 1. 2. *Timaeo Siculo Musseio.* In Colb. 2. *Timaeo Siculo Mursilo.* Vnde nos sinceram lectionem eruimus. Vide Indicem Auctorum. *Hard. Gron.* Eumacho Siculo Musico.

g. Gron. Philistide, Mallote, diuisis nominibus tanquam diuersis auctoribus.

sio, Aristide, Callidemo, Menaechmo, Agloſthene h), Anticlide, Heraclide, Philemone, Xenophonte i, Pythea k), Isidoro, Philonide Xenagora, Astynomo, Staphylo l), Metrodoro, Cleobulo, Posidonio.

# LIBRO V.

## Continentur situs, gentes, maria, oppida, portus, montes, flumina, mensurae; populi, qui sunt aut fuerunt.

*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

I. Mauritaniarum.
II. Numidiae.
III. Africae.
IV. Syrtium.
V. Cyrenaicae.
VI. *Libyae Mareotidis.*
VII. Insularum circa Africam.
VIII. Auersorum Africae.
IX. Aegypti et Thebaidis.
X. Nili.
XI. *Vrbium in Aegypto.*
XII. Arabiae, quae est ad mare Aegyptium.
XIII. Syriae.
XIV. Idumaeae, Palaestinae, Samariae.
XV. Iudaeae.
XVI. *Decapoleos.*
XVII. Phoenices.
XVIII. Syriae Antiochiae.
XIX. *Reliquae Syriae.*
XX. Euphratis.

*Ordo et inscr. cap. ap. Gron.*

I. De Mauritania.
II. Tingitana prouincia.
III. Numidia.
IV. Africa.
V. Cyrene.
VI. Libya Mareotis.
VII. Insulae circa Africam, et ex aduerso Africae.
VIII. Aethiopes
IX. De Asia.
X. Alexandria.
XI. Arabia.
XII. Syria, Palaestina, Phoenice.
XIII. Idumaea, Syria, Palaestina, Samaria.
XIV. Iudaea, Galilaea.
XV. Iordanis.
XVI. Asphaltites.
XVII. Gens Essenorum.
XVIII. Decapolis.
XIX. Tyrus et Sidon.
XX. Mons Libanus.



h. *Agloſthene.*) Ita restituimus, cum prius legeretur *Aedoſthene*. Vide Ind. Auct. *Hard.* Aedosthene ed. Gron.

i. *Xenophonte.*) Lampsaceno scilicet, cuius mentio apud *Plinium* libri huius Sect. 27. et in Indice priors et subsequentis libri. In editis hactenus corrupte legitur, *Menephonte*. *Hard.* Menophonte quoque *Gron.*

k. Pythia, Gron.

l. Aristoerito addit Gron.

| *Ordo et inscr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inscr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| XXI. *Syriae ad Euphratem.* | XXI. Syria Antiochena. |
| II. Ciliciae, et adiunctae gentes. | II. Casius mons. |
| III. Isauricae, et Homonadum. | III. Coele Syria. |
| IV. Pisidiae. | IV. Euphrates. |
| V. Lycaoniae. | V. Palmyra. |
| VI. Pamphyliae. | VI. Hierapolis. |
| VII. Tauri montis. | VII. Cilicia, et adiunctae gentes, Pamphylia, Isauria, Homonadum, Pisidia, Lycaonia, Taurus mons, Licia. |
| VIII. Lyciae. | VIII. Indus fluuius. |
| IX. Cariae. | IX. Laodicea, Apamia, Ionia, Ephesus. |
| XXX. *Lydiae.* | XXX. Aeolis Troas, Pergamus. |
| I. *Ioniae.* | I. Insulae ante Asiam, Pamphylium mare, Rhodus, Samus, Chius. |
| II. Aeolidis. | II. Hellespontus, Mysia, Phrygia, Galatia, Nicea, Bythinia, Bosphorus. |
| III. Troadis, et adiunctae gentes. | |
| IV. Insularum ante Asiam CCXII. In his, | |
| V. Cypri, | |
| VI. Rhodi, | |
| VII. Sami, | |
| VIII. Chii, | |
| IX. Lesbi. | |
| XL. Hellespontus; et Mysia. | |
| I. Phrygia. | |
| II. Galatia, et adiunctae gentes. | |
| III. Bithynia. | |
| IV. *Insulae in Propontide.* | |

Summa: Oppida et gentes: Flumina clara: Montium 1 clari: 2 Insulae CXVIII. Quae intercidere oppida a) aut gentes. 3

Res, historiae, et obseruationes.

*Ex,*

1 *Clara. Gron.* 2 *CXVIII. M. CXVII. Gron.* 3 *Desunt ap. Gron.*

a) Numerus deest in omnibus MSS. Numerus insularum CXVIII. manifesto in mendo cubat. Forte CCCXVIII. *Hard.*

*Ex Auctoribus:*

Agrippa, Suetonio 1 in Paulino, M. Varrone 2, Varrone Atacino, Corn. Nepote, Hygino, L. Vetere, Mela, Domitio Corbulone, Licinio Muciano, Cl. Caesare, Arruntio, 3 Liuio filio, Seboso, Actis triumphorum.

*Externis:*

Iuba rege, Hecataeo, Hellanico, Damaste, Dicaearcho, Baetone a), Timosthene, Philonide, Xenagora, Astynomo, Staphylo, Aristotele, Dionysio, Aristocrito, Ephoro, Eratosthene, Hipparcho, Panaetio, Serapione Antiocheno, Callimacho, Agathocle, Polybio, Timaeo Mathematico, Herodoto, Myrsilo, Alexandro Polyhistore, Metrodoro, Posidonio qui *περίπλουν* aut *περιήγησιν*, Sotade, Periandro, Aristarcho Sicyonio 4, Eudoxo, Antigene, Callicrate, Xenophonte Lampsaceno, Diodoro Syracusano, Hannone, Himilcone, Nymphodoro, Calliphane 5, Artemidoro, Megasthene, Isidoro, Cleobulo, Aristocreonte.

## LIBRO VI.

Continentur situs, gentes, maria, 6 oppida, portus, montes, flumina, mensurae, populi qui sunt aut fuerunt.

| *Ordo et inscr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inscr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| I. Ponti et Maryandinorum: | I. Pontus Euxinus, antea Axenos. |
| II. Paphlagonum: | II. Gens Paphlagonum et Cappadocum. |
| III. Cappadocum. | III. Cappadocia. |
| IV. Themiscyrena regio, et in ea gentes. | IV. Themiscyrae regionis gentes. |

V)

1 *Suetonio Paulino distinctis nominibus ed. Gron.* 2 *Deest ap. Gron.* 3 *Aruntio Gron.* 4 *Aristarcho Sicyonio distinxit Gron.* 5 *Calliphone Gron.* 6 *Deest apud Gron.*

a. *Baetone)* Ita restituimus ex R. 1. 2. et Colb. 2. pro *Bione*. In Indice libri seq. rursum Dicaearcho, vt hic, Baeto subiungitur. *Hard.* *Bione* legitur quoque ap. *Gron.*

*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

V. Regio Colchica, et gentes Achaeorum, et ceterae eodem tractu gentes.
VI. Bosphorus Cimmerius.
VII. Maeotis, et gentes circa Maeotim.
VIII. *Cappadociae situs.*
IX. Armenia maior et minor.
X. Cyrus fluuius et Araxes.
XI. Albania, Iberia et iunctae gentes.
XII. Portae Caucasiae.
XIII. Insulae in Ponto.
XIV. Gentes a Scythico Oceano.
XV. Caspium et Hyrcanum mare.
XVI. Adiabene.
XVII. Media, et Portae Caspiae.
XVIII. Gentes circa Hyrcanum mare.
XIX. Scytharum gentes, et situs ab Oceano Eoo.
XX. Seres.
I. Indi.
II. Ganges.
III. Indus.
IV. Taprobane.
V. *Gedrosi et adiunctae satrapiae.*
VI. Nauigationes in Indiam.
VII. Carmania.
VIII. Sinus Persicus, et Arabicus.

*Ordo et inscr. cap. ap. Grou.*

V. Regio Colchica, Achaei et ceteri eodem tractu.
VI. Bosphorus Cimmericus, Maeotis.
VII. Gentes circa Maeotin.
VIII. Armeniae duae.
IX. Armenia maior.
X. Albania, Iberia.
XI. Portae Caucasiae.
XII. Insulae in Ponto.
XIII. Gentes in Scythico Oceano.
XIV. Media, Caspiae portae.
XV. Gentes circa Hyrcanum mare.
XVI. Item aliae gentes.
XVII. Scytharum gentes.
XVIII. Fluuius Ganges.
XIX. Gentes Indiae.
XX. Indus fluuius.
I. Arii, et iunctae gentes.
II. Taprobane 1 insula.
III. Capissene, 2 Carmania.
IV. Sinus Persicus et Arabicus.
V. Cascandrus insula, Parthorum regna.
VI. Media, Mesopotamia, Babylon, Seleucia.
VII. Flumen Tigris.
VIII. Arabia, Nomades, Nabathaei, Omani, Tylos et Ogyris insulae.

IX.

1 *Insula: nauigationes in eam insulam. M.* 2 *Dariaene, Carm. M.*

*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

XXIX Parthorum regna.

XXX. Mesopotamia.

I. Tigris.

II. Arabia.
III. Sinus maris Rubri.

IV. Troglodytice.
V. Aethiopia.
VI. Insulae Aethiopici maris.
VII. De Insulis Fortunatis.
VIII. Terrae per mensuras comparatae.
IX. Digestio terrarum in parallelos, et vmbras pares.

*Ordo et inscr. cap. ap. Gron.*

XXIX. Sinus maris Rubri, Troglodytici, et Aethiopici.

XXX. Multiformes et mirae hominum effigies.

I. Insulae Aethiopici maris.
II. De fortunatis insulis.
III. Terrae per mensuras computatae digestio.
IV. Digestio terrarum in parallelos et vmbras pares.

Summa 1: oppida, MCXCV. 2 Gentes, DLXXVI. 3 Flumina clara, CXV, 4 Montes clari, XXXVIII. Insulae, CVIII. Quae intercidere oppida aut gentes XCV. 5

Res historiae, et observationes M MCC XIV. 6

*Ex Auctoribus.*

M. Agrippa, M. Varrone 7, Varrone Atacino, Cor. Nepote, Hygino, L. Vetere, Mela Pomponio, Domitio Corbulone, Licinio Muciano, Claudio Caesare, Arruntio, Seboso, Fabricio Tusco, Tito Liuio, Seneca, Nigidio.

*Externis.*

Iuba rege a), Hecataeo, Hellanico, Damaste, Eudoxo, Dicaearcho, Baetone, Timosthene, Patrocle, Demodamante, Clitarcho, Eratosthene, Alexandro Magno, Ephoro, Hipparcho, Panaetio, Callimacho, Artemidoro, Apollodoro,

1 *Summa, semel tantum toto hoc commate legitur in M.* 2 *CXCV. Gron.* 3 *DLXVI. Idem.* 4 *CXC. Idem CXV. M.* 5 *XCV. Id.* 6 *MCCXIV. Gr. et M.* 7 *Deest ap. Gron.*

a. *Iuba)* Ita R. 1. 2. In editis hactenus libris, *Polybio, Hecataeo:* male, cum Polybius iterum inferius repetatur. *Hard.* Polybio quoque *Gron.*

ro, Agathocle, Polybio, Eumacho b) Timaeo Siculo c), Alexandro Polyhiſtore, Iſidoro, Amometo, Metrodoro, Poſidonio, Oneſicrito, Nearcho, Megaſthene, Diogneto, Ariſtocreonte, Bione, Dalione d), Simonide minore, Baſile, Xenophonte Lampſaceno.

## LIBRO VII.

### Continetur hominum generatio et inſtitutio, atque inuentio artium e)

*Ordo et inſcr. cap. ap. Hard.*

I. *De homine.*
II. Gentium mirabiles figurae.
III. Prodigioſi partus.
IV. De homine generando: pariendi tempora perilluſtria: Exempla a menſibus VII. ad XIII.
V. Signa ſexus in grauidis pertinentia ante partum.
VI. Monſtroſi partus.
VII. Exciſi vtero.
VIII. Qui ſint vopiſci.
IX. De conceptu hominum et generatione.
X. Similitudinum exempla.

*Ordo et inſcr. cap. ap. Gron.*

I. Gentium mirabiles figurae.
II. De Scythis, et aliarum diverſitate gentium.
III. De prodigioſis partubus.
IV. De mutatione ſexus, et geminis partubus.
V. De homine generando et pariendi 1 tempore per illuſtria exempla a menſibus VII. ad XI.
VI. De conceptibus, et ſigna ſexus in grauidis 2 praevenientia partum.
VII. De conceptu hominum et generatione.
VIII. De Agrippis.
IX. Monſtroſi partus exciſi vtero.
X. Qui ſint Vopiſci.

IX.

1 *Tempora. M.* 2 *Pertinentia ante partum. M.*

b. *Eumacho)* Timaeum Siculum rurſus ſuo loco reddidimus ex iiſdem codicibus, cum in vulgatis editionibus legeretur, *Eumacho Siculo. Hard.* Eumacho Siculo retinuit *Gron.*

c. Deeſt ap. Gron.

d. *Dalione)* Ita nos emendauimus, pro *Dialdone.* Laudatur *Dalion* ſect. 35. libri huius. *Hard.* Ap. *Gron. Dialdone.*

e. Continentur gentium mirabiles figurae *Gron.*

| *Ordo et inscr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inscr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| XI. Ad quos hominum generatio. Numerosissimae sobolis exempla. | XI. Exempla numerosae sobolis. |
| XII. Ad quos annos generatio. | XII. Exempla similitudinum. |
| XIII. Mensium in feminis miracula. | XIII. Quae sit generandi ratio. |
| XIV. Quae ratio generandi. | XIV. Item de eodem multiplicius. |
| XV. Historica circa dentes. Historica circa infantes. | XV. De menstruis mulierum. |
| XVI. Magnitudinum exempla. | XVI. Item de ratione partuum. |
| XVII. Praeproperi infantes. | XVII. Insignia corporum. |
| XVIII. Insignia corporum. | XVIII. Exempla variarum figurarum. |
| XIX. Vires eximiae. | XIX. Diuersorum morum exempla. |
| XX. Velocitas praecipua. | XX. De fortitudine et velocitate. |
| I. Visus eximii. | I. De visu. |
| II. Auditus miraculum. | II. De auditu. |
| III. Patientia corporis. | III. Exempla patientiae. |
| IV. Memoria. | IV. Memoriae exempla. |
| V. Vigor animi. | V. Laus C. Iulii Caesaris. |
| VI. Clementia, et animi magnitudo. | VI. Laus Pompeii Magni. |
| VII. Rerum gestarum claritas summa. | VII. Laus Catonis primi. |
| VIII. Tres summae virtutes in eodem, et innocentia summa. | VIII. Item de fortitudine. |
| IX. Fortitudo summa. | IX. [1] De ingeniis, siue laudibus quorundam ab ingeniis. |
| XXX. Ingenia praecipua. | XXX. De Platone, Ennio, Virgilio, M. Varrone, et M. Cicerone. |
| I. Qui sapientissimi. | I. De morum maiestate. |
| II. Praecepta vitae vtilissima. | II. De auctoritate. |

III.

[1] *Diuersae laudes plurimorum. M.*

| *Ordo et inscr. cap. ap. Hard.* | *Ordo et inscr. cap. ap. Gron.* |
|---|---|
| XXXIII De diuinatione. | XXXIII. De diuinitate. |
| IV. Vir optimus iudicatus. | IV. De Nasica. |
| V. Matronae pudicissimae. | V. De pudicitia. |
| VI. Summae pietatis exempla. | VI. De pietate. |
| VII. Artibus excellentes: Astrologia, Grammatica, Medicina. | VII. De artium plurimarum excellentia, Astrologia, Grammatica, 1 Geometria. |
| VIII. Geometria, et Architectura. | VIII. Item mira opera 2 artificis. |
| IX. Pictura, marmoraria, eboraria, caelatura. | IX. De seruitiis. |
| XL. Pretia hominum insignia. | XL De praestantia gentium. |
| I. De felicitate summa. | I. De felicitate summa. |
| II. Raritas continuationis in familiis. | II. Varia exempla fortunae. |
| III. Varietatis exempla mirabilia. | III. De bis proscriptis, L. Sylla, Q. Metello. |
| IV. Honorum exempla mirabilia. | IV. De altero Metello. |
| V. Decem res in vno felicissimae. | V. De Diuo Augusto. |
| VI. Diui Augusti aduersa. | VI. Quos beatissimos dii iudicauerunt. |
| VII. Quos dii felicissimos iudicauerint. | VII. Quem viuentem, vt deum, coli iusserunt. |
| VIII. Quem viuentem vt Deum coli iusserint. | VIII. De spatiis vitae longissimis. |
*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

XIX. Tanos. Chalcosmaragdos.
XX. De beryllis: genera eorum VIII. Vitia eorum.
I. De opalis: genera eorum VII.
II. Vitia et experimenta eorum.
III. De sardonyche.
IV. De onyche: genera eius.
V. De carbunculis: genera eorum, XII.
VI. Vitia eorum, et experimenta.
VII. Anthracitis.
VIII. Sandrastos, siue sandaresus.
IX. Lychnites. genera eius IV.

*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

XXX. Carchedonius.
I. Sarda: genera eius V.
II. De topazio: genera eius II.
III. De callaina.
IV. De prasio: genera eius III.
V. Nilion.
VI. Molochites.
VII. De iaspide: genera eius XIV. Vitia eorum.
VIII. De cyano, genera eius.
IX. Sapphiros.
XL. Amethystus. Genera eius V.
I. Hyacinthus.
II. Chrysolithus; genera eius VII.
III. De chryselectro.

XLIV.

*Ex auctoribus:*

M. Varrone, Actis triumphorum, Mecaenate, Iaccho, Cornelio Boccho.

*Externis.*

Iuba rege, Xenocrate Zenonis, Sudine, Aeschylo, Philoxeno, Euripide, Nicandro, Satyro, Theophrasto, Charete 1, Philemone a, Demostrato 2, Zenoremi 3, Metrodoro, Sotaco, Pythea, Timaeo Siculo, Nicia, Theochresto, Asaruba, Mnasea, Theomene, Ctesia, Mithridate, Sophocle, Archelao rege, Callistrato, Democrito, Ismenia, b. Olympico, Alexandro Polyhistore, Apione, Horo, Zoroastre, c. Zachalia 4.

1. *Theophrasto Carete Gr.* 2. *Democrate Gr. et Al.* 2. *Xenotimo Iid.* 4. *Zactalia Iid.*

a. *Philemone)* Ex sect. XI. 23 et 5 huius libri rescripsimus *Philemone, Demostrato, Zenothemi*, pro *Philomene, Democrate, Xenotimo.* In Reg. cod. 1. *Demostrato legitur*, et sect. XI. ac 23. huius ibri *Hard.*

b. *Olympico)* Forte, *Olympiaco.* Vide Auctorum syllabum. *Id.*

c. *Zachalia)* Ita scribitur sect. 60. num. 10. huius libri. In indice hactenus edito, *Zactalia* perperam. *Id.*

*Ordo et inſcr. cap. ap. Hard.*

XLIV. Leucochryſos: genera eius IV.
V. Melichryſi: Xanthi.
VI. Paederos, ſiue ſagenon, ſiue Tenites.
VII. Aſteria.
VIII. Aſtrios.
IX. Aſtroites.
L. Aſtrobolon.
I. Ceraunia: genera eius IV. Betuli.
II. Iris: genera eius II.
III. Lepor.
IV. De gemmis literarum ordine. 1. Achates. 2. Acopos: medicinae ex ea. 3. Alabaſtrites: medicinae ex ea. 4. Alectoriae. 5. Androdamas, Argyrodamas. 6. Antipathes. 7. Arabica. 8. Aromatites. 9. Aſbeſtos. 10. Aſpiſatis. 11. Atizone. 12. Augitis. 13. Aphidane, ſiue chryſocolla. 14. Aphrodiſiaca. 15. Apſyctos. 16. Aegypulla. a
V. 1. Balanitae. 2. Batrachites. 3. Baptes. 4. Beli oculus. 5. Belus. 6. Baroptenus, ſiue Baripe. 7. Botryites. 8. Boſtrychites. 9. Bucardia. 10. Bronte. 11. Boloe.
VI. 1. Cadmitis b. 2 Callais. 3. Capnitis. 4. Cappadocia. 5. Callaica. 6. Catochitis. 7. Catopyritis. 8. Cepitis, ſiue cepolatitis. 9. Ceramitis. 10. Cinaediae. 11. Ceritis. 12. Circos. 13. Corſoides. 14. Coralloachates. 15. Corallis. 16. Crateritis. 17. Crocallis. 18. Cytis. 19. Chalcophonos. 20. Chelidoniae. 21. Chelonia. 22. Chelonitis. 23. Chloritis. 24. Choaſpitis. 25. Chryſolampis. 26. Chryſopis. 27. Cepionides. c.
VII. 1. Daphnia. 2. Diadochos. 3. Diphyes. 4. Dionyſias. 5. Dracontites.
VIII. 1. Encardia, ſiue ariſte. 2. Enorchis. 3. Exebenus. 4. Eryſtalis. d. 5. Erotillos, ſiue amphicome, ſiue hieromnemon. 6. Eumeces. 7. Eumithres. 8. Eupetalos. 9. Euneus. 10. Eurotias 11. Euſebes. 12. Epimelas.
IX. 1. Galaxias. 2. Galactites, ſiue leucogeus, ſiue leucographias, ſiue ſynophitis. 3. Gallaica. 4. Gaſſidiana. 5. Gloſſopetra. 6. Gorgonia. 7. Goniaea.
LX. Heliotropion. 2. Hephaeſtitis. 3. Hermuredina. e. 4. Hexecontalithos. 5. Hieracitis. 6. Hammitis. 7. Ham-

*Ordo et inſcr. cap. ap. Hard.*



a. In R. 2. Agiſtilla.
b. In R. 2. Calamitis.
c. In R. 2. Ceponides.
d. In R. 2. Eryſtallis.
e. In R. 2. Hermeodes: forte Horminodes.

*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

7. Hammonis cornu. 8. Hormision. 9. Hyaeniae.

LXI. 1. Idaei Dactyli. 2. Ieterias. 3. Iouis gemma. 4. Indica. 5. Ion.

II. 1. Lepidotis. 2. Lesbias 3. Leucophthalmos. 4. Leucopoecilos. 5, Libanochrus. 6. Limoniatis. 7. Lipare. 8. Lysimachos. 9. Leucochrysos.

III. Memnonia. 2. Medea 3. Meconitis. 4. Mithrax. 5. Morochites. 6. Morion, siue pramnium, siue Alexandrinum. 7. Myrrhytis. 8. Myrmecias. 9. Myrsinitis. 10. Mesoleucos. 11. Mesomelas.

IV. 1. Nasamonitis. 2. Nebritis. 3. Nympharena.

V. 1. Olca. 2. Ombria, siue notia. 3. Oritis, siue sideritis. 4. Ostracias, siue ostracitis. 5. Ophicardelos. 6. Obsidiana.

VI. 1. Panchrus. 2. Pangonius. 3. Paneros, siue paederastos. 4. Ponticarum genera IV. 5. Phloginos, siue chrysitis. 6. Phoenicitis. 7. Phycitis. 8. Perileucos. 9. Paeantides, siue gaeanides.

VII. 1. Solis gemma. 2. Sagda. 3. Samothracia. 4. Sauritis. 5. Sarcitis. 6. Selenitis. 7. Sideritis. 8. Sideropoecilos. 9. Spongitis. 10. Synodontitis. 11. Syrtitis. 12. Syringtis.

*Ordo et inscr. cap. ap. Hard.*

VIII. 1. *Trichrus.* 2. *Telirrhizos.* 3. Telicardios, siue muchul. 4. Thracia, genera III. 5. *Tephritis.* 6. Tecolithos.

IX. 1. Veneris crines. 2. *Veientana.*

LXX. 1. *Zantheue.* 2. *Zmilampis.* 3. Zoramea. a.

I. De gemmis quae a membris corporis habent nomina. Hepatitis. *Steatitis.* Adadunephros. Adaduophthalmos. Adadudactylos. Triophthalmos.

II. De gemmis quae ab animalibus habent nomina. Carcina, echitis, scorpitis, scaritis, triglitis, aegophthalmos, geranitis, aetitis, myrmecitis, cantharias, lycophthalmos, taos.

III. *Quae a caeteris rebus.* Ammochrysos, cenchritis, dryitis, cissitis, narcissitis, cyamea, pyren, chalazias, pyritis, polyzonos, astrapias, polytrichos, leontios, pardalios, melichrus, melichlorus, polias, spartopolia, rhoditis, melitis, chalcitis, sycitis, borsicitis, gemitis, anchitis, synochitis, dendritis, etc.

IV. De gemmis repente novis, ac sine nominibus: cochlides.

V. De figuris gemmarum.

VI. Ratio probandarum.

VII. Comparatio naturae per terras. Laus Italiae et Hispaniae.

C. PLI-

a. In R. 2. Zoronisceos. *Hard.*

# C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

## LIBER II.

Mundum a, et hoc 1 quod nomine alio caelum b. appellare 2 libuit, cuius c. circumflexu 3 tegun-

L 4

1. *Hoc quodcunque nomine, etc. M. quocunque V.* 2. *appelluri. M. V.* 3. *degunt. M. dicunt cuncta continere. CH.*

a. *Mundum, et hoc quod alio nomine caelum, etc.)* Duo ſcripta exemplaria, alterum ſeminetus bibliothecae Salmanticenſis Academiae, alterum antiquiſſimum nuper ad nos allatum e templo Diuae Mariae Toletanae, aliter hunc locum legunt, *Mundum et hoc quodcunque caelum appellare libuit.* Cui lectioni ſubſcribit Mela in initio ſuae Geographiae. *Omne*, inquit, *hoc (quicquid id eſt) cui mundi caelique nomen indidimus, vnum id eſt.* Horum exemplarium fide, in his quae ſequentur, vſuro, admonere lectorem in ipſis initiis libuit. *Pintian.*

*Mundum)* Mundum primum appellat, orbem hunc adſpectabilem, earumque rerum vniuerſitatem, quae caeli ambitu continentur: Deinde caelum aliquando ipſum ea mundi appellatione pariter cenſeri nos admonet: id denum quod ex vtroque exiſtit, numen eſſe credi vult, etc. De hoc gemino *Mundi* ſignificatu dicemus in Notis et emend. in calcem huius libri reiectis num. 1. (hic ſubiunctis †) Mela L. I. Geogr. c. 1. *Omne igitur*, inquit, *hoc quicquid eſt, cui caeli mundique nomen indidimus, vnum id eſt, atque vno ambitu ſe cunctaque complectitur* etc. Accepit Mela fortaſſis ex Timaeo Platonis, p. 1047. Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλλις' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω. Sed multo certior auctor vetus interpres Eccleſiaſtici; et idem ipſius Eccleſiaſtici nepos, c. LXIII. 10. „Species caeli gloria ſtellarum, mundum (hoc eſt caelum) illuminans in excelſis dominus.“ † Caelum ipſum mundi appellatione cenſeri, apud Latinos ſcriptores, tralatitium eſt. Apud ipſum Ciceronem legimus L. III. de Vniuerſ. *Omne igitur caelum, ſiue mundus, ſiue quo alio vocabu-*

guntur cuncta, d. numen esse credi e. par est, aeternum,

*cabulo gaudet, hoc a nobis nuncupatum sit.* Et Manilius, L. I. Astron. dum Augustum praedicat caelo dignum, quo iam pater Iulius receptus post mortem putabatur, ita cecinit: *Concessumque Patri mundum Deus ipse mereris.* Nulla magis Plinio nostro familiaris locutio, toto praesertim hoc libro. Et pariter κόσμον pluribus modis Graeci accipiunt: tum vt sit collectum quiddam e caelo, atque terra, et naturis vtroque comprehensis: tum vt sit sola fixarum stellarum sphaera: vt diserte docet Laertius in Zenone L. VII. et Diodorus apud Achill. Tatium in Phaenom. c. 5. p. 129. Quod vt verissimum sit, atque exploratum, haud tamen assentior viri docti coniecturae, existimantis ob id hanc Pliniani operis frontem ita refingendam: *Mundum, hoc est, quod alio nomine caelum appellare libuit:* Neque enim de caelo vno duntaxat, sed de vniversa rerum omnium complexione, toto hoc capite, atque adeo consequentibus, est instituta disputatio: neque reclamantibus libris omnibus quidquam in eo genere temere est audendum. *Hard.*

b. *Caelum)* Vetustissimi Romani caelum *cohum* appellauerunt. Ennius, — *pilam vix Sol mediam, complere cohum terroribus audet.* Dalec.

c. *Cuius circumflexu)* Horum nonnulla ex Arist. lib. 1. de coelo. vide num Plato aliter senserit. *Dalec.*

d. *Teguntur)* Vide Notas et Emend. Num. II. (hic additas) Placet quibusdam legi, *cuius circumflexu reguntur cuncta:* quod caelum inferioribus rebus sic dominari veteres crederent, in primisque Stoici, vt quod ratio et mens est homini, id caelum toti mundo velut quandam caelestem rationem, mentemque diuinam, esse vellent. Quos Manilius secutus L. I. v. 27. caelum appellat, *Mundum, quo cuncta reguntur:* Sed aliena est a Plinii cogitationibus haec emendatio: Tum enim ille dixisset, cuius motu, nutu, sapientia reguntur cuncta, potius quam circumflexu. Haud ita vehementer abhorret a mente scriptoris ea lectio, quam Regius vterque codex praefert, et vetus Dalec. *cuius circumflexu degunt cuncta:* hoc est, intra cuius convexitatem degunt cuncta. Omnium sinceriissima est recepta iam lectio, quam defendit hoc versiculo Ouidius, L. I. Metam. v. 5 *Et quod regit omnia coelum. H.*

e. *Numen esse)* Hoc Pythagorei, hoc Stoici docuerunt,

num, immenſum, neque genitum, neque interiturum vnquam. Huius extera indagare f., nec intereſt hominum, nec capit humanae coniectura mentis. Sacer eſt, aeternus g., immenſus, totus in toto h., imo vero ipſe totum i.;[1] finitus k., et infinito ſimi-

 lis,

1. *Infinitus ac finito ſimilis. M.*

runt, teſte Epiphanio, L. I. adu. haer. haer. 7. p. 21. et in Anaceph. p. 132. Quae ſcholae veteris deliramenta, de diuinitate, atque aeternitate mundi, refutare verboſius, neque eſt otii, neque inſtituti noſtri. *H.*

f. *Huius extera)* Quae ſunt extra mundum poſita. *H.*

g. *Aeternus)* Demonſtrabit vir omni ſcientiarum genere eximie eruditus e ſocietate noſtra P. Ioh. Matthaeus *Ma Houdeau* ex Kalendario Iudaico, quod Moſem, vel Adamum, habet auctorem, creatum eſſe mundum a Deo, anno ante Chriſtum 4008. d. 4. Nouembris Iul. eademque die 1. Octobris Greg. ab antecedente veſpera, die quae nobis eſt Dominica, litera Dom. Iul. G. Greg. A. Quoniam ita ſtatui cogunt notati a Moſe in diluuio et in Exodo dies, quod ex eiusdem Kalendarii legibus per quam accurate adſignauit, in inſigni opere nondum edito de Kalendario Iudaico. *H.*

h. *Totus in toto)* Hoc eſt, extra quod nihil eſt, nec motus, nec tempus. *Dalec.*

*Totus in toto)* Nec corpus vllum, naturam quidem rerum quod attinet. Quid ibi agatur de ſententia Peripateticorum docet Scalig. adverſ. Card. exercit. 365. n. 5. Aliorum autem opiniones recenſet Stat. ſuper Arat. p. 86. G.

*Totus in toto) ſic* totum in ſe toto, *complexus, nihil vt extra ſit. II.*

i. *Ipſe totum) Omnia quae in notitiam noſtram cadere poſſunt, mundus complectitur,* inquit Seneca L. II. Natur. Qu. c. 3. Hoc eſt omnium rerum genera. *Id.*

k. *Finitus)* Finitum eſſe ingenioſis rationibus probat Rhodig. l. II. c. 19. *Dalec. Finitus et infinito ſimilis)* Praedicta exemplaria, et impreſſa, non Romana tantum, ſed caetera omnia, quae ante Hermolai caſtigationes excuſa ſunt, e contrario hunc locum legunt, *Infinitus ac finito ſimilis.* Hermolaus, quia Ariſtoteles et reliqui Peripatetici Mundum finitum eſſe coarguunt, antiquam lectionem inuertit. quaſi vero neſciamus, libere Plinium diſſentire ſolitum, et ab Ariſto-

tele

lis a. omnium rerum b. certus c., et ſimilis incerto, extra, intra d., cuncta complexus in ſe: idemque rerum naturae opus e., et rerum ipſa natura. Furor

tele et a reliqua Philoſophorum caterua, non modo in altioribus naturae myſteriis, ſed in ipſa etiam animalium natura ac proprietate, vt infra conſtabit: et non fuerint Philoſophi, qui mundum infinitum eſſe tradiderint, vt Seleucus, et alii, nec magnitudine tantum, ſed numero quoque infinitos prodiderint, vt fuerunt Democritus, Epicurus, et eorum diſcipulus Metrodorus. Nec Hermolaum quicquam iuuerint verba, quae ſtatim ſequuntur: *Omnium rerum certus, et ſimilis incerto* ſi recte percipiantur. Nihil itaque exiſtimo ex vetere lectione immutandum. *Pintian.*

a. *Et infinito ſimilis)* Quoniam ſi quis rerum omnium, quas mundus complectitur, contemplationem perſequi velit, quantumcunque ille profecerit, reſtare ſibi ſemper maximam partem intelliget, quae adiici ad cumulum poſſit. *H.*

b. *Omnium rerum)* Res omnes certis efficit *et continet legibus: credas* tamen incerto *motu rapi. H.*

c. *Certus)* Habet certos motus, ac ratos, conſtantes ſiderum ortus et occaſus, certas vices occultantium ſeſe, emergentiumque ſtellarum: ea tamen eſt varietas, diſſimilitudoque motuum, vt homini non attente ſingula contemplanti, rapi omnia incerto motu, rotatuque temerario circumagi videantur. *Id.*

d. *Extra, intra)* Cuncta complexus in ſe, *partim* extra, *et ante oculos poſita, partim* intra ſe *abdita. Id.*

*Extra, intra)* Cuncta, inquit, in ſe complexus: quorum pars quaedam eſt extra poſita, atque oculis noſtris patet: pars altera interior eſt, quae latet, eſtque abdita, ſiue terrae viſceribus, ſiue caeli ipſius adytis. Simili vſus forma loquendi, L. VI. ſect. 38. abſoluta terrarum, mariumque ac litorum deſcriptione: *Abunde*, inquit, *orbe terrarum extra, intra indicata*, etc. *Id.*

e. *Naturae opus)* Haec antitheſis conatur probare mundum nec coepiſſe, nec deſiturum eſſe, ſed ſibi eſſe cauſam aeternam. *Dalec.*

*Itemque rerum)* Pergit eo acumine id profiteri, quod nunc piorum exhorreſcant aures: mundum eſſe factum a nemine, ſed ſibi eſſe ipſum ſui cauſam aeternam: nec opus, vt par erat, a factore diſtinguit, vt ait Auguſtin. L. VII. de Ciuit. Dei, c. 28. vbi

ror est a., mensuram eius animo quosdam agitasse, atque prodere ausos: alios rursus occasione hinc sumpta, aut his 1 data b., innumerabiles c. tradidisse

1. *Hinc M.*

vbi hanc impietatem redarguit. *H.*

a. *Furor est)* *Mirum est*, inquit ipse, sect. 21. *quo procedat improbitas cordis humani, parvulo aliquo invitata successu — ausique diuinare solis ad terram spatia: eadem ad caelum agunt, quoniam sit medius sol: vt protinus mundi quoque ipsius mensura veniat ad digitos:* hoc est, caeli ipsius vastitas, immensitasque describatur. *H.*

b. *Aut his data)* Aut his *altercationibus vlterius inuestigandi* occasione data. *H.*

*Aut his data)* His nimium curiosis indagationibus: altera enim opinio alteri occasio fuit. Nam qui mundi prodidere mensuram, cum expedire non possent, ecquid rerum extra eum vndequaque existeret, innumerabiles deinde mundos somniarunt, ne inibi nihil esset: rati cum Metrodoro Epicuri praeceptore, Democrito, aliisque absurdum esse vnicam in ingenti campo spicam produci, vnum in spatio infinito mundum. Vide auctorem libri de histor. Phil. apud Galen. Tom. II. cap. 7. p. 29. Quibus hodie placet Solem, mundi huius centrum obtinere, terramque, quamuis Deo mundi opifice stabilem eam esse in sacris literis saepiuscule affirmante, propria rotari vertigine: coguntur iidem asserere, aut mundos esse extra istum innumerabiles; aut chaos certe iisdem aliquando fingendis aptum infinite extensum, vti de isto prius extitisse ex iis nonnulli impie statuunt. Enimuero ita poni necesse est, vt moles mundi huius aspectabilis in suo orbe consistat: quem nisi infinita vndequaque materia coerceatur, fluitare oporter, et nunc illuc ferri, nunc istuc, aut totum circumagi; cum, quamlibet sit immensus, tamen comparate ad infinitum spatium, instar puncti sit: nec aliquod esse possit in infinito centrum, in quo aliquid conquiescat. *H.*

c. *Innumerabiles etc.)* Ea fuit Democriti opinio apud Aristot. et Valer. Max. et Aeliani Var. hist. lib. V. cap. vlt. Atque adeo et Metrodori apud Plutarch. de plac. phil. lib. I. cap. 5. et lib. II. cap. 1. et Epicuri teste Laert. ex eius epist. ad Pythoc. mihi p. 414. sectatorumque ipsius, Lucr. de nat. rer. lib. II. refutata

diſſe mundos, vt 1 totidem a. rerum naturas credi 2 oporteret: 3 aut, ſi vna omnes b. incubaret, totidem c. tamen Soles, totidemque Lunas, et cetera, vt iam 4 in vno et immenſa et innumerabilia ſidera: 5 quaſi non d. eadem quaeſtione ſemper in termino e. cogitationis occurſura, deſiderio finis alicuius: aut,

1. *Ac ſi. Alii.* 2. *oporteat. Vet.* 3. *aut, ſi vna omnes incubarent. M. aut ſi vni. V.* 4. *Gron. et Hard. et alii, vt iam, auctoritate MSS. nixi, dant, vulgo, etism.* 5. *quaſi non eaedem quaeſtiones ſemper in termino cogitationis ſint occurſurae, ſi deerit finis aliquis. M.*

futata ab S. Auguſt. de ciu. Dei lib. XII. cap. 11. *Dalec.*

a. *Vt totidem)* Vt totidem naturas rerum effectrices credi oporteret, *quot mundi forent*: aut ſi vna *eademque mundos* omnes natura contineret etc. *H.*

b. *Incubaret)* *Incubare* hoc loco *producere* eſt, *fouere, continere.* Mundum proxime ante dixit eſſe naturae opus: nunc preſſius agens, dari ſibi poſtulat eiusdemne, an alterius naturae fetus, partus, opus futura ſit illa mundorum infinitas. Non video cui placere poſſit Turnebiana loci huius emendatio, interpretatioque: „Quod ſi, vnam omnes incubarent, hoc eſt, poſſiderent," inquit ille L. XIV. Aduerſ. p. 835. *H.*

c. *Totidem tamen)* Ab abſurdo monſtrat non plures eſſe mundos ex Ariſt. *Dalec.*

d. *Quaſi non)* Perinde quaſi ea cogitatio et cura moſcendi quid extra mundum ſit, quae cauſa fuit innumerabiles mundos comminiſcendi, non eadem rurſus occurſura ſit, et ſolicitatura perinde animum, poſteaquam tot mundos finxerit, vt expiſcetur adhuc, quid extra illos innumerabiles mundos ſit poſitum: cum mens noſtra ſcire deſideret qua tandem re mundus poſtremus finiatur, ſeu continuetur. Nam, vt acute Tullius vidit, L. I. de Nat. Deor. p. 25. in immenſam magnitudinem ſe iniiciens animus et intendens vt longe peregrinetur, nullam tamen oram vltimi videt, in qua poſſit inſiſtere: ſed vlterius ſemper inquirit: ita tamen vt magis magisque inquirendo deſideret ſemper finem aliquem cogitationis ſuae, in quo acquieſcat, et vltra quem prouehi poſſit ac velit: nec offendat tamen. *H.*

e. *Termino)* Senſus eſt, ſi plures ſint mundi, fore vt nunquam ſciri poſſit, vbi ſit pri-

aut, ſi haec a. infinitas naturae omnium artifici poſſit aſſignari, non illud idem in vno facilius ſit intelligi, tanto praeſertim opere. Furor eſt, profecto furor, egredi ex eo, et tanquam interna eius cuncta plane iam ſint nota, ita ſcrutari extera: b. *quaſi vero menſuram vllius rei* c. *poſſit agere, qui ſui neſciat*: [1] aut mens hominis d. videre, quae mundus ipſe non capiat.

II. Formam e. eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam [2] eſſe, nomen in primis, et conſenſus in eo mortalium, orbem appellantium, ſed et argumenta f. rerum, docent: non ſolum quia talis figura omnibus ſui partibus g. vergit in ſeſe, ac ſibi [3] ipſa toleranda

1. *Aut mereantur homines videre, etc* M. *Aut homines poſſint videre.* CH. 2. *globoſam.* V. 3. *ipſi toleran-dae fert: terram ἀτάλαντον ait Arat. phaenom. vſ.* 22. *hanc vt puto ob cauſam in medio conſiſtere.* S. M.

primus, nec diſputationis ac quaeſtionis finem vnquam futurum. *Dalec.*

a. Aut ſi haec) Quod ſi infinitas illa mundorum eam ob rem excogitatur, quod ea infinitum artificem, naturam nimirum decet: an non illa ipſa artificis infinitas intelligi ac deprehendi facile poteſt vel ex imo hoc mundo: tanto ac tam admirabili videlicet opere, quod vniverſa in ſe rerum genera comprehendit? *H.*

b. *Quaſi vero, etc.)* Corpus nullum extra mundum per naturam eſſe docet Ariſtoteles lib. 3. phyſ. cap. 5. et lib. 1. de coelo cap. 9. Scalig. contra Card. exercit. 365. num. 5. *Dalec.*

c. *Vllius rei)* Forte, illius rei, hoc eſt ſpatii illius immenſi, quod extra mundum late diffunditur, quodque mundus ipſe non capit, cum extra mundum ſit. Sed nihil immutandum verius arbitramur. *H.*

d. *Aut mens hominis)* MSS. Reg. 1. 2. et Colb. *aut miror homines videre. H.*

e. *Formam eius in ſpeciem)* De forma mundi vide Ariſtotelem de Mundo c. 2. Phyſ. lib. VIII. de Caelo lib. II. et Ptolem. μεγαλ. συνταξ. lib. 1. cap. 2. et Papp. Alexandr coll. lib. V. prop. 17. *Dalec.*

f. *Argumenta rerum)* Argumenta ex ipſis rebus petita. Hard.

g. *Vergit in ſeſe)* Hoc eſt,

vt

randa eſt, ſeque includit, et continet, nullarum egens compaginum, nec finem a., aut initium vllis ſui partibus ſentiens: nec quia ad motum, quo ſubinde verti[1] debeat, [2]vt mox apparebit, talis aptiſſima eſt: ſed oculorum quoque [3]probatione: quod convexus b., mediuſque, quacumque cernatur: quum id accidere in alia non poſſit figura.

III. Hanc ergo formam eius aeterno, et irrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, viginti quatuor horae-

1. *Verti mox apparebit. M.* 2. *vt mox apparebit, haec verba vncinis incluſit Gron.* 3. *probatione hoc declaratur. M.*

vt Tullius ait, L. II. de Nat. Deor. p. 97. quia globi ſeu ſphaerae *partes omnes vndique medium locum capeſſentes niuntur aequaliter. Id.*

a. *Finem, etc.)* Apud Philonem Byblium Sanchuniates Berytius antiquiſſimus rerum Phoeniciae ſcriptor, mundum ὁμοιον τῷ τὰ ὠὰ σχήματι eſſe vult. Quam opinionem in caeteris quoque refert tacito auctoris nomine Plutarch. de plac. phil. lib. II. cap. 2. Itaque Initiis et Orgiis ſacris Liberi patris, quum, tanquam imago mundi, religioſiſſime colebatur, auctore Macrobio cap. 17. VII. Saturn. et Plutarcho in Sympoſ. Apud Probum grammaticum Varro in Logiſtorico, Caelum eſt teſta: item vitellum, terra: inter illa duo humor quaſi in ſinum concluſus aeris, in quo calor. Quidam mundum figura literae ω eſſe volunt, in qua extremum lineamentum Oceanum repraeſentat, ζωῆρα κόσμε, vt ait idem Probus, itemque Cyrillus. ὠκεανός τ', ὃ πᾶσα περιῤῥύτος ἐνδέδεται χθών. Had. Iun. cap. 4. 3. Ad formam vero hemiſphaericam, aut vt ipſe ait πνιγέως ſuffocatorii, a Socrate traditum ſuo more calumniatur Ariſtoph. Pluto. Quem tamen poſtea errorem aperte ſecuti ſunt Lactantius et Auguſtinus elegantiſſimi alioquin ſcriptores eccleſiaſtici, vti apud hunc de Ciu. Dei lib. XVII. cap. 9. videre eſt. Conicam quoque a nonnullis mundo affictam figuram: ſuis vero mundis ab Epicuro varias tribui, licet non omnes, notat Plut. de placit. Phil. lib. II. cap. 2. et Diogen. Laert. in vita ipſius pag. 409. *Dalec.*

b. *Conuexus)* Homerus ideo terram ἀπείρονα vocat, propter globoſam, orbiculatam, rotundamque figuram, fine carentem ac initio. *Idem.*

horarum ſpatio circumagi, ſolis exortus et occaſus haud dubium reliquere. [1] An ſit immenſus, et ideo ſenſum aurium [2] excedens a., tantae molis rotatae [3] vertigine aſſidua [4] ſonitus, non equidem facile dixerim; non hercle magis, quam circumactorum ſimul tinnitus ſiderum, ſuosque voluentium orbes: [5] an b. dulcis quidam et incredibili ſuauitate concentus. No-

4. *An autem ſit. M.* 2. *Gr. addit vocem, facile.* 3. *rotata. Vet.* 4. *aſſiduus. M.* 5. *an dulci quidem, etc. Gr. concentu, nobis qui intus agimus, iuxta diebus noctibusque tacitus labatur mundus. Alii. Harduini lectionem etiam habet Ch.*

a. *Excedens.)* Haec fuit ſententia Pythagoricorum: de qua re vide Somn. Scipionis ex Plat. Videitem Ariſt. Phyſ 8. G. *Excedens.)* Vide Macr. ſuper Somn. Scip. lib. II. cap. 1. paulo tamen aliter Manuel Bryen. harmon. lib. I. ſect. 1. ad 7. nimirum planetarum ſphaeras octaua fixarum adiecta: collataque ea Pythagorae octo chordarum lyra, cum heptachordo Mercurii: Adeatur et Boeth. muſ. lib. I. cap. 27. Cenſorin. de die nat. cap. 3. auctor ipſe infra cap. 22. Erroris autem huius cauſſa attingitur ab Ariſt. metaphyſ. lib. I. cap. 5. *Dalec.*

b. *An dulcis quidam.)* Harmonici caelorum motus auctores fuere Pythagorei, inquit Achilles Tatius in Phaenom. c. 6. p. 130. Ridet eorum ſententiam Ariſtoteles L. I. de caelo, c. 9. p. 462. Explicat Cenſorinus a nobis laudandus in Not. et Emendat. N. III. (hic ſubiunctis) *An dulcis quidam.)* Sic Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiſl. etc. Id vero ipſa ſententia poſtulabat. Non equidem facile dixerim, inquit, an ſit immenſo a nobis diſſitus interuallo rotatae caeli molis ſonitus ingens, tinnitusque ſiderum: an dulcis quidam ſuauiorque concentus: Nobis certe, etc. Minus commode prius legebatur, *an dulci quidem*, etc. Adiuuat emendationem Cenſorinus c. 13. p. 81. *Ad haec accedit*, inquit, *quod Pythagoras prodidit, hunc totum mundum muſica factum ratione: ſeptemque ſtellas, inter caelum et terram vagas, quae mortalium geneſes, moderantur, motum habere* εὐρυθμον, *et interualla muſicis diaſtematis congruam ſonitusque varios reddere, pro ſua quamque altitudine, ita concordes, vt dulciſſimam quidem*

conci-

Nobis qui intus agimus, iuxta diebus noctibusque tacitus labitur mundus. Esse a. innumeras ei effigies animalium, rerumque cunctarum impressas, nec VT in volucrum notamus ouis, laeuitate continua lubricum corpus, quod b. clarissimi auctores dixere, rerum

1. *Verba, vt in — ouis, vncinis inclusa leguntur apud Gron.*

*concinant melodiam, sed nobis inaudibilem etc. Hard.*

a. *Esse innumeras)* Error puerilis notatusque iam olim ab Achille super Arat. pag. 105. et Sex. Empir. aduersus mathemat. cap. 21. pag. 105. et Theone super Arat. pag. 110. *Dalec.*

b. *Quod clarissimi auctores)* Martianus, Capella globosum ac tenerum corpus vocat, superni roris leuitate compactum instar speculi praenitentis. Plato in Timaeo, levem esse mundum ait, extrinsecus vndique politum et cum aequalitate summa tornatum. Cicero, *Qui terram tenero circumiectu amplectitur.* Euripides, ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις. ὑγρὸν molle ac tenerum est, quod hic Plinius vocat leuitate lubricum Virg. — *et ipse tener mundi concreverit orbis. Idem.*

Quod clarissimi) Tullius L. II de Nat. Deor. p. 70. agens de figura mundi, siue cali: *Quid enim*, inquit, *pulcrius ea figura, quae sola omnes alias figuras complexa continet, quaeque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil aufractibus, nihil eminens, nihil lacunosum.* Et Plato, a quo Tullius hunc colorem est mutuatus, in Timaeo mundum affirmat esse factum λεῖον καὶ ὁμαλὲν πανταχῆ, laeuem atque omnino complanatum. Plinius contra negat esse leue, lubricum, inoffensum, vt sunt ouorum testae: sed vti vasa sunt pleraque, signis asperum, caelatum imaginibus. Vide Not. et Emend. N. IV. (hic adiectas) *Quod clariss.)* Ita restituimus secuti Pintianum: adductique familiari huic auctori nostro loquendi formula, qua etiam capite priore vsus est: *Argumenta*, inquit, *rerum docent*: quam et apud Tertullianum memini me legere. Plinius iterum L. XII. sect 20. *Apparetque rerum argumentis asperitate aquarum illas ali.* In editis vulgo, *quod clarissimi auctores dixere tenerum, argumentis indicatur.* Quam lectionem vti defendat Dalechampius, gemino vtitur testimonio: Tullii altero, L. II. de Nat. Deor. vbi de aere loquens, *Qui terram tenero,*

[1] rerum a. argumentis indicatur: quoniam b. inde deciduis rerum omnium ſeminibus innumerae, in mari praecipue, ac plerumque confuſis, monſtrificae [2] gignantur effigies. Praeterea viſus probatione, alibi plauſtri, alibi vrſi, tauri alibi, [3] alibi c. literae figura, candidiore medio [4] per d. verticem circulo.

1. *Tenerum argumentis indicatur. Gr. quod clariſſimum auctores dixere terrenorum argumentis iudicatur. CH.* 2. *Generantur. Vet.* 3. *alibi Δ literae. Vet.* 4. *cum Hard. conſentit M. ſuper verticem Gr.*

ro, inquit, *circumiectu amplectitur.* Altero Virgilii, eo verſiculo, *Et ipſe teneri mundi concreuerit orbis.* Quae duo nemo non videt aliorſum ſpectare, quam ad propoſitum Plinianum. *Hard.*

a. *Rerum argumentis indicatur)* Scribendum reor contra omnia exemplaria, *Rerum argumentis indicatur.* ex familiari huic auctori loquendi modo, quo etiam proximo capite vſus eſt, *Sed et rerum argumenta docent.* Nec *ſuper verticem* agnoſcit ſcripta lectio; ſed *per verticem. Pintian.*

b. *Quoniam inde)* Fuit illa veterum quorundam opinio, aſtrorum efficientiam omnem in res ſubiectas, effluuio quodam contineri corporum minutorum, quae ex ipſis deciderent: cuiusmodi fere ſunt ea quae a magnete exſiſtere, ac ſeſe in ferrum inſinuare creduntur: haec eſſe rerum omnium ſemina credebant. Germina ſtellarum vocat Apuleius, L. IV. Aſin. aur. p. 369. Varro L. I. de re ruſt. c. 40. *Primum,* inquit, *ſemen, quod eſt principium gignendi, id duplex: vnum quod latet noſtrum ſenſum: alterum quod apertum. Latet, ſi ſunt ſemina in aere, vt ait Phyſicus Anaxagoras* etc. Eadem habet Theophr. L. I. de cauſſis, c. 5. At illa aſtrorum ἀποῤῥοίαι exploſa iam dudum eſt ab eruditis: neque ſi vera foret, id eo argumento effici neceſſe eſſet, quod tam vehementer Plinius pugnat euincere tales in caelis eſſe oportere effigies, ac figuras, quales in terris gignuntur. *Hard.*

c. *Litterae figura)* Deltoton intelligit, notum aſtronomis ſidus, in ſeptentrionali parte Signiferi, ſub emerſum procedens Arietis. De quo Cicero in Arat. — *Deltoton dicere Graii Quod ſoliti, ſimili quia forma littera claret. Id.*

d. *Per verticem)* Supra verticem noſtrum, ac ſuper-

culo. (IV.) Equidem et conſenſu gentium moveor. Nam quem κόσμον a. Graeci, nomine ornamenti appellauerunt[1], eum nos a perfecta abſolutaque elegantia, mundum. Caelum b. quidem haud dubie caelati c. argumento diximus[2], vt interpretatur M. Varro. Adiuuat rerum ordo, deſcripto circulo

1. *Appellauere. M.* 2. *dicimus. M.*

ne. Quo ſenſu Virgilius L. II. Georg. v. 310. — *Praeſertim ſi tempeſtas a vertice ſuavis Incubuit. Hard.*

a. Κόσμον) Varro in ſatyra Dolio. *Mundus domus eſt maxima omnium: Quam quinque altitonae fragmine zonae cingunt. Per quem limbus pictus bis ſex ſignis Stellimicantibus, alius in obliquo aethere Lunae Bigas acceptat poſthumi, cui ſeplaſia foetet.* Vocatur a caelatura caelum: Graece ab ornatu, κόσμος Ariſtoteles ὠνόμασε τὸν κόσμον ἐκ τῆς τῶν ἀςέρων τάξεως. Latine a puritie mundus dicitur. Vide Popmae frag. Varr. vbi quaedam aliter legit, et Platonem in Gorgia et Plutarch. de placit. phil. lib. II. cap. 1. et Achil. ſuper Arat. p. 86. *Dalec.*

b. *Caelum quidem, etc.* Aerem etiam olim vocarunt τὸ χάος Graeci, vt *inane* Latini. Euripides in Cadmo apud Probum, ἀρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς κενὸς Φωτῶν ἕδος δαιμονίων. τὸ δὲ ἐν μέσῳ ἀρανὲ τε καὶ χθονὸς, οἱ μὲν ὀνομάζεσι χάος. Ariſtophanes in Auibus, διὰ τῆς πόλιος τῆς ἀλλοτρίας καὶ τὲ χάες. Theoc. ἐν πτέρυξιν. ἅπαντα ὅσα ἔρπει δι' αἰθρας χάες τε. Inde etiam fortaſſis veteres *cohum* caelum dixerunt. Vide annot. c. 1. *Idem.*

*Caelum quidam)* Varro L. IV. de ling. lat. p. 9 *Caelum dictum ſcribit Aelius Gallus, quod eſt caelatum,* hoc eſt, ſideribus diſtinctum, ac veluti inſculptum. Et in Satyra Menippea, cui titulum fecit *Dolium*, p. 13. *Mundus domus eſt maxima homulli, et appellatur a caelatura caelum, Graece ab ornatu κόσμος, Latine a puritie mundus.* Alii tamen παρὰ τοῦ κοίλου ἢ τῆς κοιλότητος a concauitate, caelum dici rectius et ſcribi putant. *Hard.*

c. *Caelati argumento)* Imo vero παρὰ τὸ κοίλε ἢ τῆς κοιλότητος. Vnde et priſci Rom. *Coilum* ſcripſere: quod religioſe obſeruat in ſuo Ennio doctiſſ. Merula. De auctoris tamen deriuatione nonnihil et Varro lib. IV. de ling. lat. *Dal.*

culo, qui Signifer vocatur, in duodecim animalium effigies: et per illas Solis 3 curſus d. congruens tot ſeculis ratio.

IV. (V.) Nec de e. elementis video dubitari, quatuor ea eſſe. 4 Ignium f. ſummum: inde tot ſtellarum col-



3. *Solis curſui congruens tot circulorum ratio. M.* 4. *ignem. M. ignitum ſummo. CH.*

d. *Solis curſu)* Exemplar Tolet. *curſus* legit, ſed *curſui* rectius puto. *Pint.*

e. *De elementis)* De elementorum ratione vide Ariſtotelem lib. II. de generatione et corruptione, et de caelo lib. IV. cap. 5. et P. Merulam ſuper Enn. pag. 119. et ſqq. et Sex. Empir. Pyrrhon. hypot. lib. III. cap. 4. Cenſorin. de die nat. cap. 3. Muret. var. 7 cap. 17. Nomen a Platone inuentum monet Simplic. ſuper phyſ. *Dalec.*

f. *Ignium ſummum)* Falſo Plinius putat eandem eſſe materiam ignis et caeli, Epicureos ſecutus. *G.*

*Ignium ſummum)* Imo vero aſtra tantum ignea putarunt Epicurei. Lucr. lib. V. — *Per rara foramina terrae Partibus erumpens primus ſe ſuſtulit aether Signifer, et multos ſecum leuis abſtulit ignes.* Et paulo poſt aetherem cognominat igniferum. Platonem autem in Epinomide Timaeoque caelum ignem dixiſſe notat Theupol. Academ. contempl. lib. VIII. cap. 1. Vide et Plutarch. de plac. phil. lib. II. cap. 11. Et Achill. ſuper Arat. pag. 84. in fin. et Hieron. Mag. de mundi exuſt. l. I. c. 13. vbi Anaxagorae eam opinionem adſcribit: qui eam ob cauſam aetherem παρὰ τὸ αἴθειν dictum voluerit. Ex Ariſtot. Meteor. lib. I. cap. 3. Parmenidi, Heraclito, Stratoni et Zenoni vero Stob. eclog. lib. I. cap. 25. pag. 53. *Dal.*

*Ignium)* Aetheris ac ſiderum. Vide Notas et Emend. N. V. (hic adnexas) *Ignium ſummum)* Alii *ignem*, *ignitum* alii fruſtra reponunt: alii probabilius, *igneum.* De quatuor elementis, illud quod ſummum eſt, contineri ait ſtellis ac ſideribus, tum iis, quae vaga ſunt, tum quae fixa dicuntur: haec eſſe natura flammea, hos aeternos ignes, vt vates ait, L. II. Aeneid. Praeter hos autem aſtrorum ignes, et aetheris in quo ea voluuntur, elementarem quem vocant ignem alium nullum agnoſcit. Stoicorum haec opinio fuit, et Anaxagorae: de qua Plutarchus. L. II. de placitis Philoſoph. c. 13. p. 888. Fuit adeo

lucentium illos oculos. Proximum ſpiritus [1], quem a. Graeci noſtrique eodem vocabulo aera b. appellant. Vitalem hunc, et per c. cuncta rerum meabilem, totoque d. confertum [2]: huius [3] vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Ita mutuo e. complexu diuerſitatis f. effici nexum, et leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent: contraque grauia, ne ruant, ſuſpendi, levibus in ſublime tendentibus. Sic g. pari in diuerſa niſu,

1, *Spiritum. M.* 2. *confertum. M.* 3. *cuius. V.*

et Ciceronis ipſius L. II. de Nat. Deor. p. 87. vbi de aere: *Hunc*, inquit, rurſus *amplectitur immenſus aether, qui conſtat ex altiſſimis ignibus* etc. *Hard.*

a. *Quem Graeci)* Cicero L. II. de Nat. Deor. p. 87. *Hac animabili*, inquit, *ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer: Graecum illud quidem, ſed receptum iam tamen vſu a noſtris: tritum eſt enim pro Latino. Hard.*

b. *Aera appellant)* Hunc αἰθέρα Graeci vocant. Euripides ὁρᾷς τὸν ὕψε τὸν δὲ ἄπειρον αἰθέρα, καὶ γὴν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις; τοῦτον νομίζε ζῆνα, τὸν δ' ἡγοῦ θεόν. Hos verſus ſic Latinos fecit Cic. II. de Nat. Deor. *Vides ſublime fuſum immoderatum aethera, Qui terram tenero circumiectu amplectitur? Hunc ſummum habeto deum, hunc perhibeto Iovem. Dalec.*

c. *Per cuncta rerum meabilem)* Seneca qu. Nat. lib. II. c. 9. *Spiritus non aperta tantum intendens, ſed etiam abdita et incluſa. G.*

d. *Totoque)* Toto inſertum, *intextumque* mundo. H.

e. *Mutuo complexu)* Late hac de re Achill. ſup. Arat. p 83. et Manil. Aſtron. verſ. 168. lib. I. *Dalec.*

f. *Diuerſitatis)* Naturae diſſimilis: terrae, cui grauitas propria: et aeris, cui levitatis plurimum ineſt. *Hard.*

b. *Sic, pari)* Hoc vero ſimilitudine haud penitus aſpernanda explicant Archimedis diſcipuli apud Tatium in Phaenom. 4. p. 126. *Ideo*, inquiunt, interprete Petauio, *aquae terraeque globi conſiſtunt in medio, quod ſi quis omnium grauiſſima corpora, puta plumbum, nec non alia leviſſima velut ſuber, ad pondus aequale capiat, et inuicem alliget, illud accidet, neutrum vt ab altero trahi poſſit. Vt ſi quis in mare iſta proiiciat, neque ſuber in profundum deprimatur a plumbo, neque plumbum*

niſu, vi ſua[4] quaeque conſiſtere, irrequieto mundi h. ipſius conſtricta circuitu: quo ſemper in ſe currente, imam atque mediam in toto eſſe terram, eandemque[5] vniuerſi i. cardine ſtare pendentem, [6] librantem k. per quae pendeat: ita ſolam immobilem circa[7] eam volubili vniuerſitate, eandem ex[8] omnibus l. necti, eidemque omnia inniti. (VI.) Inter hanc caelumque, eodem m. ſpiritu pendent, certis diſcreta

M 3

4. *in ſuo quaeque conſiſtere. M. noſtram lectionem ex MSS. laudat Hard.* 5. *Vniuerſo. M.* 6. *librantemque. M. Vet.* 7. *circa eam volubilem vniuerſitatem. M.* 8. *ex omnibus necti, et eidem omnia innecti. Turn. c. 4. 22. Adv.*

*bum ad ſummam aquam a ſubere poſſit attolli, ſed ex aequo vtrimque tracta, ſuber et plumbum, ſumman inter aquam fundumque ſuſpenſa tencantur. Quamobrem cum ſint elementa quatuor, accidit vt ignis et aer, quae ſunt leuiſſima, ſurſum ſuapte ſponte, naturaeque impetu ferantur*, etc. *Hard.*

h. *Mundi ipſius)* Caeli. Si ſpargeretur in ſublime aer, nullo fine coercitus, ipſa amplitudine ſpatii redderetur infirmior. Nunc vero conſtrictus includente mundo, hoc eſt caelo, cogitur in iuſtum robur, quod ſufficiat terrae innatanti ferendae. *Idem:*

i. *Vniuerſi cardine)* Cum ſit ipſa terra veluti vniuerſi cardo, vt dicetur ſect. 64. *Hard.*

k. *Librantem)* Hoc eſt, continentem circum ſe fuſa corpora, ne ob innatam levitatem ſurſum abeant: dum per eadem interim ſuſtinetur ipſa viciſſim, ne ruat, ob inſitam grauitatem. Ita Lucanus L. I. v. 88. *Dum terra fretum, terramque leuabit aer.* Lucretius L. V. *Aſt alium ſubter, contra qui ſubuebat orbem.* Vbi Lambinus: *Hoc eſt alium eſſe aerem ſub pedibus noſtris, qui caelum extrinſecus ſubuebat, et ſuſtollat: quemadmodum videmus a fluuiis rotas et hauſtra ſubleuari et circumuerſari. Hard.*

l. *Ex omnibus necti)* Aeris et aquae natura terram permeante. *Id.*

m. *Eodem ſpiritu)* Hoc eſt, in aere, ſiue, vt Cicero ait, in aethere, quod et conſuetudo loquendi, et olim Pacuuius caelum interpretabatur, apud eundem Tullium L. II. De Nat. Deor. p. 88. *Hoc quod memoro, noſtri caelum, Graii perhibent aethera.* Ac Tullius ipſe p. 91. *Reſtat vltimus, et a domiciliis noſtris altiſſi-*

ſcreta ſpatiis, ſeptem ſidera, quae ab inceſſu vocamus errantia, quum errent nulla a. minus illis. Eorum medius b. Sol fertur, ampliſſima magnitudine ac poteſtate: nec temporum modo, terrarumque, ſed ſiderum etiam ipſorum, caelique rector. Hunc c. mundi

*altiſſimus omnia cingens et coercens caeli complexus, qui idem aether vocatur, extrema ora et determinatio mundi, in quo cum admirabilitate maxima igneae formae curſus ordinatos definiunt: ex quibus Sol,* etc. At caelum nunc Plinius peculiarem eſſe appellationem putat, domicilii inerrantium ſtellarum. Quam vere de planetarum ſitu ac motu ſenſerit Plinius, dicemus corollarii vice in Notis et Emend. N. VI. hic ſequentibus. *Hard.*

*Eodem ſpiritu)* Quaecunque demum veterum opinio fuit, de caelorum, in quibus planetae voluuntur, ſoliditate, ac concretione, ſi tamen vlla fuit eiuscemodi: id enim excutere diligentius neque eſt otii, neque inſtituti noſtri: ſed ſi fuit illa cuiusquam, ab ea certe abeſt longiſſime Plinius: neque conſiſtentes re ipſa ſiderum errantium orbes informauit animo, quibus illa inter ſtatos continerentur curſus, non ſecus atque in ſtadio ſepta, atque in Circenſibus adduntur euripi, vt coerceantur equi et quadrigae intra finem certum. Nam ſi *ſpiritus* ſpatium totum illud eſt, in quo feruntur, non certe concretioris cuiuspiam naturae eſt. *Si in eo ſpiritu pendent,* propria haec ſeptem ſidera virtute niti oportet, non aliena fulciri. *Si certis diſcreta ſpatiis,* non ea orbibus tanquam clauſtris ſeiuncta ac ſecluſa mutuo, aut intellexit ipſe, aut vero intelligenda ſunt. *Id.*

a. *Quum errent)* Tullius L. II. de Nat. Deor. p. 71. *Maxime vero,* inquit, *admirabiles ſunt motus earum quinque ſtellarum, quae falſo vocantur errantes. Nihil enim errat quod in omni aeternitate conſeruat progreſſus, et regreſſus, reliquosque motus conſtanter, et ratos. Id.*

b. *Medius Sol fertur)* Chaldaei errantia ſidera ad hunc numerum redegerunt: Ptolemaeus vero ac Theon Solem et Lunam inter errantia non recenſent. De Planetarum numero, motu, et ſitu, vide Ariſt. lib. de Mundo, cap. 2. *Dalec.*

c. *Hunc mundi — animum)* Animum, quod rebus hiſce inferioribus per radios, ceu ſpiritus quosdam, vitam impertiat: Mentem, quod conſilio

mundi esse totius a. animum, ac planius [1] mentem: hunc principale naturae regimen, ac numen credere decet, opera eius aestimantes. Hic lucem rebus ministrat, aufertque tenebras: hic b. reliqua sidera occultat [2], illustrat: hic vices temporum, annumque semper renascentem ex vsu naturae temperat: hic caeli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat: hic suum lumen caeteris c.

M 4 quo-

1. *Plane, Quidam.* 2. *occultat, illustrat. M. laudat ex MSS. hanc lectionem Hard. inlustrat. CH. illustrat deest ap. Gr.*

filio, et sapientia, et rata lege coelestia terrenaque regere ac moderari videatur. *Hard.*

a. *Totius animum)* Elegantissimi hac de re Orphei versus, Κλῦθι μάκαρ, πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα, Τιτὰν χρυσαυγὴς, ὑπερίων, ἀέριον Φῶς. Et paulo post: Ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς Φῶς, ὦ ἐλάσιππε, Μάξιγι λιγυρῇ ἄρμα διώκων. Caeteras laudes videbis in Neandri phys. pag. 32. *Dalec.*

b. *Hic reliqua sidera occultat)* Adde, *illustrat*, ex Cod. Tolet. vt sit, *Hic reliqua sidera occultat, illustrat.* Ne: accipio, *illustrat*, quia reliquis sideribus lumen impertiat: hoc enim infra dicet: sed quia praesens obscuret sidera, absens illustret. *Pintian.*

*Occultat)* Vide Notas et Emend. N. VII. (hic loci exhibitas) *Occultat, illustrat.)* Hanc posteriorem vocem addidimus ex Reg. 1. 2. Chifl. etc. sensusque est, non reliquis sideribus a Sole lumen impertiri, hoc enim mox dicendum est: sed quemadmodum vices temporum ex vsu naturae temperat, vt statim subiungit, sic vices dierum alternat, et noctium: cum sidera praesens occultat, illustrat absens. Hinc porro liquet, quam praua sit huius loci lectio, quam Rigaltius in Tertullianum affert, p. 122. *Hic reliqua sidera ocultat. Hard.*

c. *Caeteris, quoque etc.)* Imo vero soli Lunae. Caetera namque sidera de suo lucent, monente Scal. aduers. Card. exerc. 64. *Dalec.*

*Hic suum lumen)* Ceteris nimirum stellis errantibus de suo lumine quiddam accommodat. Vide Not. et Emend. N. VIII. (hic insertas.) *Hic suum lumen)* Hoc loco Plinium Dalechampius arguit: ac cetera, ait, praeter Lunam, sidera, de suo lucere, ita mo-

tum

quoque ſideribus foenerat. Praeclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, vt principi literarum Homero d placuiſſe in vno[3] eo video.

V. (VII.) Quapropter effigiem Dei formamque quaerere, imbecillitatis humanae reor. Quisquis eſt Deus, ſi[4] modo eſt alius e., et quacunque in parte,

3. *Dictio, eo, redundat.* 4. *Si mundo eſt alius aliquis. M. forte ſi a mundo Dal. Si modo eſt alius, haec verba vncinis incluſa ſunt ap. Gr.*

nente Scaligero aduerſus Cardanum Exerc. 64. At certum eſt omnibus Aſtronomorum ſententiis, ſidera omnia, quae vaga dicuntur et errantia, mutuato a Sole lumine, et vt aiunt, reflexo ſplendeſcere. Vide L. V. Aſtron. P. Claud. Dechales p. 469. Ea vero ſidera quae affixa caelo ſunt, negat a ſeipſis habere lumen Metrodorus ap. Plut. L. II. de plac. Philoſ. c. 17. p. 889. cui ſententiae ſuffragari Plinius videtur. Affirmat contra Macrobius, L. I. in Somn. Scip. c. 19. p. 94. cui adſtipulatur e recentiore ſchola vir extra omnem aleam ingenii et eruditionis poſitus, Ricciolus. Neque vero id modo tanti viri auctoritate, ſed et rerum argumentis euincitur, ex incredibili Solis a ſtellis diſtantia petitis: quae dilucide explicat laudatus antea P. Dechales, loc. cit. *H.*

d. *Homero)* In ſolo, inquit, Homero id lego; nec quisquam poſtea adnotauit ita Homerum ſenſiſſe. Solem animatum eſſe tum ibi ſenſit Homerus, tum vero maxime Odyſſ. μ'. 323. in fabula de bobus Solis. Iliad. III. v. 277. Ἠέλιός θ', ὃ ς' πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις. Quod Maro tamen imitatus videtur, L. IV. Aeneid. v. 606. *Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. H.*

d. *Effigiem Dei etc.)* Veterum opiniones de Deo vide apud Ariſt. de Mundo c. 7. et Stob. eclog. in princ. et Plutarch. de placit. phil. lib. I. c. 7. et Neandr. phyſ. et Sex. Empir. Pyrrhon. hypot. l. III. c. 1. et Henr. Steph. phil. poet. et αὐτοσχ. lib. III. ſched. 5. et ſeq. et Iuſt. Martyr. ἐπιτρεπτ. et Lactant. divin. Inſt. lib. I. cap. 5. et ſq. *Dal.*

e. *Si modo eſt alius)* Deus ſit, necne: ac ſi dandum eſt eſſe aliquem, num ille in Sole, num in alia quacunque mundi parte ſedem habeat, ambigit. Deum ratus mundi

te, totus eſt ſenſus, totus[5] viſus, totus auditus, totus f. animae, totus animi, totus ſui. Innumeros quidem credere[6], atque etiam ex virtutibus vitiisque g. hominum, vt Pudicitiam, Concordiam, h. Men-



5. *In Ch. deſunt haec adusque, totus animi.* 6. *tamque ex virtutibus hominum quam vitiis M. atque tam ex virtutibus quam ex vitiis. CH. ex vitiis Pint. atqui haec eſt vera lectio.*

di animam eſſe oportere, de eo id putat inquirendum, quod de hominis anima veteres Philoſophi ſciſcitati ſunt, quanam illa in parte, in cerebrone, an in corde potius, ſedem haberet, vnde tanquam ex arce reliquum corpus moderaretur ac diſpenſaret. Diſcedere aperte non audet a popularium ſuorum Romanorum religione, quae Solem in primis colebat: vt ille, praeter alia, nummus Imp. Aureliani docet, inſcriptus: SOL DOMINVS IMPERI ROMANI. In parte auerſa, AVRELIANVS CONS. *Aurelianus Conſeruator*, eiusdem Romani ſcilicet Imperii. Et alter Fl. Claudii Iuliani Aug. GENIO ANTIOCHENI APOLLONI SANCTO SMN. Sententia eſt: GENIO A (hoc eſt, *primae*) *Narbonenſis, Tutatori Imperii, Odio CHriſtianorum Etiam Nobis Irato, APOLlini Libamentum Obtulit, Numini Iuliani* SANCTO: (hoc eſt Numini ſancto Iuliani Conſeruatori:) *Societas Mercatorum Narbonenſium. H.*

f. *Totus animae)* Animae, ψυχῆς, quae omnibus vita praeditis eam praebet: animi, τοῦ νοῦ, qui quae in vniuerſo fiunt omnia, admirabili ſapientia regit et adminiſtrat. D. Auguſtino *anima* vitae eſt. *animus* conſilii. Animam Virg. VI. Aeneid. *ſpiritum* vocat. *Dalec.*

*Totus animae)* Idem vitae, idem mentis, conſilii, rationisque pleniſſimus; idem totus iuris ſui: vt felicitatis ſuae a ſe vno ſuſpenſas habeat rationes, neque aliunde pendeat. Anima eſt, qua viuimus: animus, quo ſapimus: hoc bruta carent: de quibus Iuuenalis, Sat. 15. v. 148. *Communis conditor illis. Tantum animas: nobis animum quoque. Totus ſui* autem idem eſt, atque propriae qualitatis, ac ſui generis. *H.*

g. *Vitiisque)* Impudentiae fanum, et Contumeliae Athenis factum Cicero ait, Lib. II. Legib. p. 333. *H.*

h. *Concordiam)* Tullius L. II.

lucentium illos oculos. Proximum ſpiritus [1], quem a. Graeci noſtrique eodem vocabulo aera b. appellant. Vitalem hunc, et per c. cuncta rerum meabilem, totoque d. confertum [2]: huius [3] vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Ita mutuo e. complexu diuerſitatis f. effici nexum, et leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent: contraque grauia, ne ruant, ſuſpendi, levibus in ſublime tendentibus. Sic g. pari in diuerſa niſu,

1. *Spiritum. M.* 2. *confertum. M.* 3. *cuius. V.*

et Ciceronis ipſius L. II. de Nat. Deor. p. 87. vbi de aere: *Hunc*, inquit, rurſus *amplectitur immenſus aether, qui conſtat ex altiſſimis ignibus* etc. *Hard.*

a. *Quem Graeci)* Cicero L. II. de Nat. Deor. p. 87. *Hac animabili*, inquit, *ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer: Graecum illud quidem, ſed receptum iam tamen vſu a noſtris: tritum eſt enim pro Latino. Hard.*

b. *Aera appellant)* Hunc αἰθέρα Graeci vocant. Euripides ὁρᾷς τὸν ὕψε τὸν δὲ ἄπειρον αἰθέρα, καὶ γὴν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις; τὸν νομίζε ζῆνα, τὸν δ' ἠγᾶ θεόν. Hos verſus ſic Latinos fecit Cic. II. de Nat. Deor. *Vides ſublime fuſum immoderatum aethera, Qui terram tenero circumiectu amplectitur? Hunc ſummum habeto diuum, hunc perhibeto Iouem. Dalec.*

c. *Per cuncta rerum meabilem)* Seneca qu. Nat. lib. II. c. 9. *Spiritus non aperta tantum intendens, ſed etiam abdita et incluſa. G.*

d. *Totoque)* Toto inſertum, *intextumque* mundo. H.

e. *Mutuo complexu)* Late hac de re Achill. ſup. Arat. p 83. et Manil. Aſtron. verſ. 168. lib. I. *Dalec.*

f. *Diuerſitatis)* Naturae diſſimilis: terrae, cui grauitas propria: et aeris, cui levitatis plurimum ineſt. *Hard.*

b. *Sic pari)* Hoc vero ſimilitudine haud penitus aſpernanda explicant Archimedis diſcipuli apud Tatium in Phaenom. 4. p. 126. *Ideo*, inquiunt, interprete Petauio, *aquae terraeque globi conſiſtunt in medio, quod ſi quis omnium grauiſſima corpora, puta plumbum, nec non alia leviſſima velut ſuber, ad pondus aequale capiat, et inuicem alliget, illud accidet, neutrum vt ab altero trahi poſſit. Vt ſi quis in mare iſta proiiciat, neque ſuber in profundum deprimatur a plumbo, neque plumbum*

niſu, vi ſua[4] quaeque conſiſtere, irrequieto mundi h. ipſius conſtricta circuitu: quo ſemper in ſe currente, imam atque mediam in toto eſſe terram, eandemque[5] vniuerſi i. cardine ſtare pendentem, [6] librantem k. per quae pendeat: ita ſolam immobilem circa[7] eam volubili vniuerſitate, eandem ex[8] omnibus l. nectì, eidemque omnia inniti. (VI.) Inter hanc caelumque, eodem m. ſpiritu pendent, certis diſcreta

M 3

4. *in ſuo quaeque conſiſtere. M. noſtram lectionem ex MSS. laudat Hard.* 5. *Vniuerſo. M.* 6. *librantemque. M. Vet.* 7. *circa eam volubilem vniuerſitatem. M.* 8. *ex omnibus nectì, et eidem omnia innectì. Turn. c. 4. 22. Adv.*

*bum ad ſummam aquam a ſubere poſſit attolli, ſed ex aequo vtrimque tracta, ſuber et plumbum, ſummam inter aquam fundumque ſuſpenſa teneantur. Quamobrem cum ſint elementa quatuor, accidit vt ignis et aer, quae ſunt leuiſſima, ſurſum ſuapte ſponte, naturaeque impetu ferantur*, etc. *Hard.*

h. *Mundi ipſius)* Caeli. Si ſpargeretur in ſublime aer, nullo fine coercitus, ipſa amplitudine ſpatii redderetur infirmior. Nunc vero conſtrictus includente mundo, hoc eſt caelo, cogitur in iuſtum robur, quod ſufficiat terrae innatanti ferendae. *Idem:*

i. *Vniuerſi cardine)* Cum ſit ipſa terra veluti vniuerſi cardo, vt dicetur ſect. 64. *Hard.*

k. *Librantem)* Hoc eſt, continentem circum ſe fuſa corpora, ne ob innatam levitatem ſurſum abeant: dum per eadem interim ſuſtinetur ipſa viciſſim, ne ruat, ob inſitam grauitatem. Ita Lucanus L. I. v. 88. *Dum terra fretum, terramque leuabit aer.* Lucretius L. V. *Aſt alium ſubter, contra qui ſubuebat orbem.* Vbi Lambinus: *Hoc eſt alium eſſe aerem ſub pedibus noſtris, qui caelum extrinſecus ſubuebat, et ſuſtollat: quemadmodum videmus a fluuiis rotas et hauſtra ſubleuari et circumuerſari. Hard.*

l. *Ex omnibus nectì)* Aeris et aquae natura terram permeante. *Id.*

m. *Eodem ſpiritu)* Hoc eſt, in aere, ſiue, vt Cicero ait, in aethere, quod et conſuetudo loquendi, et olim Pacuuius caelum interpretabatur, apud eundem Tullium L. II. De Nat. Deor. p. 88. *Hoc quod memoro, noſtri caelum, Graii perhibent aethera.* Ac Tullius ipſe p. 91. *Reſtat vltimus, et a domiciliis noſtris altiſſi-*

ſcreta ſpatiis, ſeptem ſidera, quae ab inceſſu vocamus errantia, quum errent nulla a. minus illis. Eorum medius b. Sol fertur, ampliſſima magnitudine ac poteſtate: nec temporum modo, terrarumque, ſed ſiderum etiam ipſorum, caelique rector. Hunc c. mundi

*altiſſimus omnia cingens et coercens caeli complexus, qui idem aether vocatur, extrema ora et determinatio mundi, in quo cum admirabilitate maxima igneae formae curſus ordinatos definiunt: ex quibus Sol,* etc. At caelum nunc Plinius peculiarem eſſe appellationem putat, domicilii inerrantium ſtellarum. Quam vere de planetarum ſitu ac motu ſenſerit Plinius, dicemus corollarii vice in Notis et Emend. N. VI. hic ſequentibus. *Hard.*

*Eodem ſpiritu)* Quaecunque demum veterum opinio fuit, de caelorum, in quibus planetae voluuntur, ſoliditate, ac concretione, ſi tamen vlla fuit eiuscemodi: id enim excutere diligentius neque eſt otii, neque inſtituti noſtri: ſed ſi fuit illa cuiusquam, ab ea certe abeſt longiſſime Plinius: neque conſiſtentes re ipſa ſiderum errantium orbes informauit animo, quibus illa inter ſtatos continerentur curſus, non ſecus atque in ſtadio ſepta, atque in Circenſibus adduntur euripi, vt coerceantur equi et quadrigae intra finem certum. Nam ſi *ſpiritus* ſpatium totum illud eſt, in quo feruntur, non certe concretioris cuiuspiam naturae eſt. *Si in eo ſpiritu pendent,* propria haec ſeptem ſidera virtute niti oportet, non aliena fulciri. *Si certis diſcreta ſpatiis,* non ea orbibus tanquam clauſtris ſeiuncta ac ſecluſa mutuo, aut intellexit ipſe, aut vero intelligenda ſunt. *Ll.*

a. *Quum errent)* Tullius L. II. de Nat. Deor. p. 71. *Maxime vero,* inquit, *admirabiles ſunt motus earum quinque ſtellarum, quae falſo vocantur errantes. Nihil enim errat quod in omni aeternitate conſeruat progreſſus, et regreſſus, reliquosque motus conſtanter, et ratos. Id.*

b. *Medius Sol fertur)* Chaldaei errantia ſidera ad hunc numerum redegerunt: Ptolemaeus vero ac Theon Solem et Lunam inter errantia non recenſent. De Planetarum numero, motu, et ſitu, vide Ariſt. lib. de Mundo, cap. 2. *Dalec.*

c. *Hunc mundi — animum)* Animum, quod rebus hiſce inferioribus per radios, ceu ſpiritus quosdam, vitam impertiat: Mentem, quod conſilio

mundi esse totius a. animum, ac planius [1] mentem: hunc principale naturae regimen, ac numen credere decet, opera eius aestimantes. Hic lucem rebus ministrat, aufertque tenebras: hic b. reliqua sidera occultat [2], illustrat: hic vices temporum, annumque semper renascentem ex vsu naturae temperat: hic caeli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat: hic suum lumen caeteris c.



1. *Plane, Quidam.* 2. *occultat, illustrat. M. laudat ex MSS. hanc lectionem Hard. inlustrat. CH. illustrat deest ap. Gr.*

filio, et sapientia, et rata lege coelestia terrenaque regere ac moderari videatur. *Hard.*

a. *Totius animum)* Elegantissimi hac de re Orphei versus, Κλῦθι μάκαιρ, πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα, Τιτὰν χρυσαυγὴς, ὑπερίων, ἠερόεις Φῶς. Et paulo post: Ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς Φῶς, ὦ ἐλάσιππε, Μάξιγι λιγυρῇ ἅρμα διώκων. Caeteras laudes videbis in Neandri phys. pag. 32. *Dalec.*

b. *Hic reliqua sidera occultat)* Adde, *illustrat*, ex Cod. Tolet. vt sit, *Hic reliqua sidera occultat, illustrat.* Nec accipio, *illustrat*, quia reliquis sideribus lumen impertiat: hoc enim infra dicet: sed quia praesens obscuret sidera, absens illustret. *Pintian.*

*Occultat)* Vide Notas et Emend. N. VII. (hic loci exhibitas) *Occultat, illustrat.)* Hanc posteriorem vocem addidimus ex Reg. 1. 2. Chifl. etc. sensusque est, non reliquis sideribus a Sole lumen impertiri, hoc enim mox dicendum est: sed quemadmodum vices temporum ex vsu naturae temperat, vt statim subiungit, sic vices dierum alternat, et noctium: cum sidera praesens occultat, illustrat absens. Hinc porro liquet, quam praua sit huius loci lectio, quam Rigaltius in Tertullianum affert, p. 122. *Hic reliqua sidera ocultat. Hard.*

c. *Caeteris, quoque etc.)* Imo vero soli Lunae. Caetera namque sidera de suo lucent, monente Scal. aduers. Card. exerc. 64. *Dalec.*

*Hic suum lumen)* Ceteris nimirum stellis errantibus de suo lumine quiddam accommodat. Vide Not. et Emend. N. VIII. (hic insertas.) *Hic suum lumen)* Hoc loco Plinium Dalechampius arguit: ac cetera, ait, praeter Lunam, sidera, de suo lucere, ita mo-

tum

quoquo ſideribus foenerat. Praeclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, vt principi literarum Homero d. placuiſſe in vno[3] eo video.

V. (VII.) Quapropter effigiem Dei formamque quaerere, imbecillitatis humanae reor. Quisquis eſt Deus, ſi[4] modo eſt alius e., et quacunque in parte,

3. *Dictio, eo, redundat.* 4. *Si mundo eſt alius aliquis. M. forte ſi a mundo Dal. Si modo eſt alius, haec verba vncinis incluſa ſunt ap. Gr.*

nente Scaligero aduerſus Cardanum Exerc. 64. At certum eſt omnibus Aſtronomorum ſententiis, ſidera omnia, quae vaga dicuntur et errantia, mutuato a Sole lumine, et vt aiunt, reflexo ſplendeſcere. Vide L. V. Aſtron. P. Claud. Dechales p. 469. Ea vero ſidera quae affixa caelo ſunt, negat a ſeipſis habere lumen Metrodorus ap. Plut. l. II. de plac. Philoſ. c. 17. p. 889. cui ſententiae ſuffragari Plinius videtur. Affirmat contra Macrobius, L. I. in Somn. Scip. c. 19. p. 94. cui adſtipulatur e recentiore ſchola vir extra omnem aleam ingenii et eruditionis poſitus, Ricciolus. Neque vero id modo tanti viri auctoritate, ſed et rerum argumentis euincitur, ex incredibili Solis a ſtellis diſtantia petitis: quae dilucide explicat laudatus antea P. Dechales, loc. cit. *H.*

d. *Homero)* In ſolo, inquit, Homero id lego; nec quisquam poſtea adnotauit ita Homerum ſenſiſſe. Solem animatum eſſe tum ibi ſenſit Homerus, tum vero maxime Odyſſ. μ. 323. in fabula de bobus Solis. Iliad. III. v. 277. Ἠέλιός θ', ὃ ς' πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις. Quod Maro tamen imitatus videtur, L. IV. Aeneid. v. 606. *Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. H.*

d. *Effigiem Dei etc.)* Veterum opiniones de Deo vide apud Ariſt. de Mundo c. 7. et Stob. eclog. in princ. et Plutarch. de placit. phil. lib. I. c. 7. et Neandr. phyſ. et Sex. Empir. Pyrrhon. hypot. l. III. c. 1. et Henr. Steph. phil. poet. et αὐτοσχ. lib. III. ſched. 5. et ſeq. et Iuſt. Martyr. ἐπιτρεπτ. et Lactant. divin. Inſt. lib. I. cap. 5. et ſq. *Dal.*

e. *Si modo eſt alius)* Deus ſit, necne: ac ſi dandum eſt eſſe aliquem, num ille in Sole, num in alia quacunque mundi parte ſedem habeat, ambigit. Deum ratus mundi

te, totus eſt ſenſus, totus[5] viſus, totus auditus, totus f. animae, totus animi, totus ſui. Innumeros quidem credere[6], atque etiam ex virtutibus vitiisque g. hominum, vt Pudicitiam, Concordiam, h. Mentem,



5. *In Ch. deſunt haec adusque, totus animi.* 6. *tamque ex virtutibus hominum quam vitiis M. atque tam ex virtutibus quam ex vitiis. CH. ex vitiis Pint. atqui haec eſt vera lectio.*

di animam eſſe oportere, de eo id putat inquirendum, quod de hominis anima veteres Philoſophi ſciſcitati ſunt, quanam illa in parte, in cerebrone, an in corde potius, ſedem haberet, vnde tanquam ex arce reliquum corpus moderaretur ac diſpenſaret. Diſcedere aperte non audet a popularium ſuorum Romanorum religione, quae Solem in primis colebat: vt ille, praeter alia, nummus Imp. Aureliani docet, inſcriptus: SOL DOMINVS IMPERI ROMANI. In parte auerſa, AVRELIANVS CONS. *Aurelianus Conſeruator*, eiusdem Romani ſcilicet Imperii. Et alter Fl. Claudii Iuliani Aug. GENIO ANTIOCHENI APOLLONI SANCTO SMN. Sententia eſt: GENIO A (hoc eſt, *primae) Narbonenſis, Tutatori Imperii, Odio CHriſtianorum Etiam Nobis Irato, APOLlini Libamentum Obtulit, Numini Iuliani* SANCTO: (hoc eſt Numini ſancto Iuliani Conſeruatori:) *Societas Mercatorum Narbonenſium. H.*

f. *Totus animae)* Animae, ψυχῆς, quae omnibus vita praeditis eam praebet: animi, τοῦ νοῦ, qui quae in vniuerſo fiunt omnia, admirabili ſapientia regit et adminiſtrat. D. Auguſtino *anima* vitae eſt. *animus* conſilii. Animam Virg. VI. Aeneid. *ſpiritum* vocat. *Dalec.*

*Totus animae)* Idem vitae, idem mentis, conſilii, rationisque pleniſſimus; idem totus iuris ſui: vt felicitatis ſuae a ſe vno ſuſpenſas habeat rationes, neque aliunde pendeat. Anima eſt, qua viuimus: animus, quo ſapimus: hoc bruta carent: de quibus Iuuenalis, Sat. 15. v. 148. *Communis conditor illis. Tantum animas: nobis animum quoque. Totus ſui* autem idem eſt, atque propriae qualitatis, ac ſui generis. *H.*

g. *Vitiisque)* Impudentiae fanum, et Contumeliae Athenis factum Cicero ait, Lib. II. Legib. p. 333. *H.*

h. *Concordiam)* Tullius L. II.

tem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem a, aut (vt Democrito placuit) duos omnino, Poenam et Beneficium, maiorem ad socordiam accedit. Fragilis et laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suae memor, vt portionibus coleret quisque [1], quo maxime indigeret. Itaque nomina alia aliis gentibus, et numina in iisdem innumerabilia [2] reperimus: inferis b. quoque [3] in genera descriptis, mor-

1. *Sic quoque M. quisquis coleret. Gr.* 2. *inuenimus. M. CH.* 3. *in genera deorum descriptis. M.*

II. de Nat. Deor. p. 75. *Tum autem res ipsa*, inquit, *in qua vis inest maior aliqua sic appellatur, vt ea ipsa vis nominetur Deus: vt Fides, vt Mens; quas in Capitolio dedicatas videmus, proxime a M. Aemilio Scauro: ante autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata. Vides Virtutis templum, vides Honoris a M. Marcello renouatum, quod multis ante annis, erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum*, etc. Plenius autem adhuc in eodem argumento versatur idem Cicero L. III. p. 141. vbi Spem, Victoriam, Concordiamque, hoc loco praetermissas enumerat. De Mente Ouid. L. VI. Fast. v. 241. *Mens quoque Numen habet, Menti delubra videmus*, etc. De Clementia insignis est nummus inscriptus, CLEMENTIAE CAESARIS, cum templo. Argenteus est in Thesauro Regio, et apud Patinum in Famil. p. 131. 6. Caue autem hic continenter legas, *Clementiae Caesaris.* Legendum est enim CLEMENTIAE *Primus Aedem* CAESAR *Imperator sacrauit:* vt plenius ostendimus in Tractatu de nummis Caesaris Dictatoriis, nondum edito. Inter Deos Spem quoque Plautus commemorat, Bacchid. Act. IV. Sc. VIII. v. 52. De diis quibusdam aliis, idem in Amphitr. Prol. v. 40. vbi sic Mercurius: *Mercimus et ego ei pater de vobis et republica. Nam quid ego memorem, vt alios in tragoediis Vidi, Neptunum, Virtutem, Victoriam, Martem, Bellonam, commemorare quae bona Vobis feciſſent: queis benefactis meus pater Deorum regnator, architectus omnibus. H.*

a. *Fidem)* Plaut. in Aul. *Vt te auferam Aula in Fidei fanum, ibi abstrudam probe. Dal.*

b. *Inferis quoque)* Huc pertinent inscriptiones apud Gruterum positae variis locis: DIIS INFERIS. DIIS. STYGIIS. DIIS. MANIBVS.

morbisque a. et multis etiam peſtibus, dum eſſe placatas 4 trepido metu cupimus. Ideoque b. etiam publice

4. *placata. M.*

BVS. ORCO. PEREGRINO. PLVTONI. SVMMANO, etc. Et apud Ciceronem, L. III. de Nat. Deor. p. 135. Eumenides, et furiae ſpeculatrices, vindiceſque ſcelerum inter Deas recenſitae. *H.*

a. *Morbisque.)* De Febri quidem mox dicetur: De Scabie teſtatur Prudentius, in *Apoθεr.* *Par furor illorum, quos tradit fama dicaris Conſecraſſe Deas Febrem, Scabiemque ſacellis. H.*

b. *Ideoque etiam publice Febri fanum, etc.)* Febrem in vrbe cultam fuiſſe conſtat tum apud Auguſtin. lib. IV. de C. D. cap. 15. tum etiam apud Ciceronem III. de Nat. Deorum, cuius verba mox ſubiiciam. De Mala Fortuna eodem etiam loco Cicero. Caeterum de Orbona dea, et apud hos quos dixi ſcriptores, et apud reliquos, quos legerim, altum ſilentium. Quae cauſa varie coniectandi materiam ſubminiſtrauit his, qui ante me in Plinium Annotationes compoſuerunt. Et Hermolaus quidem rem intactam omiſit. Georgius Valla in commentariolo, quem in hunc ſecundum lib. compoſuit, fraudata prima ſyllaba dictione, pro *Orbonae* ſubſtituit *Bonae*: et de Bona Dea Plinium locutum cenſuit. Sabellicus Macrobii verba ſecutus, rationem coniecturamque iniit quandam, haud mihi ſatis probatam: quum interim neque apud ipſum, quem citat, Macrobium, vlla ſuaſit Orbonae vel minima ſuſpicio: neque alium proferat auctorem, qui Orbonae meminerit. Crinitus *Orbonam* et ipſa agnoſcit, ſine auctore tamen, deprauata Plinii lectione deceptus. Quamobrem, cum egregia haec Dea Orbona, orba ſit ſcriptore aliquo, qui eam celebret, nullibique omnino compareat, praeterquam hoc Plinio loco, ſitque in comperto apud omnes, numeroſiſſimas in Plinio dictiones, et interdum verſus ſuperfluere, quae diuinare non ſit, vnde in eius libros irrepſerint: ſic in animum induxi, vt explosis omnium ſententiis, Orbonam hanc tanquam adulterinam et ſuppoſititiam deam, exterminandam e Plinianis finibus putem: vt verba, quae ſequuntur, permutato tantum coniunctionis loco, legantur hoc pacto: *Ideoque etiam publice Febri fanum in Palatio dicatum eſt ad aedem Lariun, et ara Malae Fortu-*

blice [5] Febri a. fanum in palatio dicatum eſt, b. Orbonae ad aedem Larium c, et ara [6] Malae Fortunae Exquiliis.

5. *Sic et CH Febri. Gr. Febri fanum in Palatio dicatum eſt ad aedem Larium, et ara Malae Fortunae Exquiliis. ex Cicerone de Nat. Deor. 6. Et ara Malae Fortunae, etc. Had. Iun. animadu. lib. III. cap. 1. et ex MSS. laudat Hard. Ara et malae Fortunae Gr.*

*Fortunae Aeſquiliis.* Quod ex Cicerone manifeſte deſumptum eſt loco citato. Verba eius ſubiunxi: *Eos enim qui dii appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras deorum. Qui tantus error fuit, vt pernucioſis etiam rebus non nomen ſolum tribueretur deorum, ſed etiam ſacra conſtituerentur. Febris enim fanum in palatio ad aedem Larium, et aram Malae Fortunae Aeſquiliis conſecratam videmus.* Hactenus Cicero: quo in II. etiam de Legg. eadem reperuntur. *Pintian.*

a. *Febri fanum)* Pauorem Hoſtilius atque Pallorem coluit, mox a neſcio quo Febris dedicata. Minutius Felix. Idem D. Cyprianus lib. de idolorum vanitate. Arnobius lib. IV. aduerſus Gent. *Ab erroribus viarum dea Vibialia liberat; in tutela ſunt Orbonae, orbati liberis parentes; in Naeniae, quibus extrema tempora.* Cic. III. de Nat. Deor. *Febris enim fanum in Palatio, et aedem Larium et aram malae Fortunae Exquiliis conſecratam videmus.* Febris fana tria Romae fuerunt, vnum in capite vici longi, alterum in Palatio, tertium iuxta monumenta Mariana. Huic, et Malae fortunae, Poſtuertae, Prorſae, Veioui, Timori, Pallori, Robigo, Auerrunco; apud Lacedaemonios Morti et Timori; apud Gades Paupertati et Senectae aedes, araeque poſitae ſunt: non vt opem ferant, aut quidquam iuuent, ſed ne quicquam obſint, aut noceant. Vnde ἀποτρόπαιοι a Graecis, *auerrunci* ab Latinis dicti. *Dalec.*

*Febri)* Ναὸν καὶ βωμὸν. Febri templum et aram collocatam ait in Palatio Aelianus L. XII. Var. c. 11. Vide et Val. Max. L. II. c. 5. n. 6. p. 102. *H.*

b. *Orbonae)* Orbona eſt orbitatis Dea: Quae vocis originatio miror quemadmodum Pintiano, Vallae, Sabellico, Hermolaoque latuerit. Arnobius L. IV. contra gentes: *In tutela ſunt Orbonae orbati liberis parentes.* Tertull. L. II. ad Nation. c. 14. *Orbona Dea, quae in orbitatem ſemina extinguat. H.*

c. *Et ara)* Vide Tullium L. III. de Nat. Deor. p. 142. *H.*

quiliis. a. Quamobrem maior caelitum populus etiam quam hominum intelligi poteſt, cum ſinguli quoque ex ſemetipſis totidem Deos faciant, Iunones b. Geniosque c. adoptando [1] ſibi: Gentes d. vero quaedam animalia [2] et aliqua [3] etiam obſcoena e., pro

1. *Adoptando. Vet.* 2. *Sic quoque M. ſed MSS. Hard. firmant lect. qui coniicit legendum quoque: alia etiam obſcena.* 3. *et aliqua obſ. Alii.*

a. *Exquiliis)* Mons eſt et vicus Romae, vbi olim arx et excubiae Tulli Regis, vnde nomen. Vide Ouid. L. I. Faſtor. *H.*

b. *Iunones)* Appoſitos ſibi ſtatim ab ortu cuſtodes credebant, quos viri Genios: Iunones feminae vocabant. De vtrisque Tibullus: *Magne Geni, cape thura libens.* Et *Natalis Iuno ſanctos, cape thuris honores.* Et Seneca ep. 110. *Singulis aut Genium, aut Iunonem dederunt. H.*

c. *Geniosque adoptando)* Natalis Deus Genius virorum: ſic natalis mulierum Iuno. Tibullus, *Natalis Iuno ſanctos cape thuris aceruos.* Plaut. in Menaechm. *Teneo dextra genium meum.* Idem in Mercatore, *I hac mecum, vt videas ſimul tuam Alcumenam pellicem Iuno mea.* Minutius Felix praeſtites vocat Genios, quod praeſint hominum actionibus: hominum cuſtodes Heſiodus: manes Seruius. Ammianus lib. XII. ex Menandro, ſtatim in lucem editis hominibus numina ſociata ſic vocat, quae vitae curſum regunt, admodum paucis viſa inſigni virtute viris. Menandri verſus ſunt: Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσατε Εὐθὺς γενομένῳ μυσαγωγὸς τοῦ βίου. *Dalec.*

*Geniosque)* Cenſorinus, L. de die natali c. 3. p. 16. *Genius eſt Deus, cuius in tutela, vt quisque natus eſt, viuit. Hic ſiue quod vt genamur, curat: ſiue quod vna genitur nobiscum: ſiue etiam quod nos genitos ſuſcipit ac tuetur, certe a genendo Genius appellatur ... Nonnulli binos Genios, in iis duntaxat domibus, quae eſſent maritae, colendos putauerunt*, etc, H.

d. *Gentes vero quaedam animalia etiam aliqua obſcoena)* Commutandus rurſus coniunctionis locus, ſcribendumque, *animalia etiam et aliqua obſcoena*, ex vetere lectione. *Pintian.*

e. *Obſcena)* Cotta apud Cicer. L. III. de Nat Deor. p. 132. *Omne fere genus beſtiarum Aegyptii conſecrauerunt.*

pro diis habeant[1], ac multa dictu magis pudenda, per a. foetidos cibos, et[2] alia similia iurantes. Matrimonia quidem inter Deos credi, tantoque aeuo ex his neminem nasci: et alios esse grandaeuos[3] semperque b. canos, alios iuuenes atque pueros, [4] atri coloris c., aligeros, claudos, ouo editos, et alternis diebus viventes morientesque, puerilium prope deliramentorum est. Sed d. super omnem impudentiam, adulteria

1. *Habeant.* CH. 2. *alia et similia. Vet. per foetidas cepas, allia, et similia.* CH. 3. *grandaeuos semper canosque. M.* 4. *Consentit M. atricolores. Gr.*

*runt.* Et p. 136. *Cur barbarorum Deos repudiemus? Boves igitur, et equos, ibes, accipitres, aspidas, crocodilos, pisces, canes, lupos, feles, multas praeterea belluas in deorum numero reponemus.* Addis scarabaeos Arnobius L. I. adu. Gent. num. 19. H.

a. *Per foeditos cibos)* Allia, porrum, cepas Aegyptii. Vide Alex. ab Alex. c. 10. l. V. *Dalec.*

*Per foeditos)* Idem Plinius, L. XIX. sect. 32. *Allium*, inquit, *cepasque inter Deos in iureiurando habet Aegyptus.* Vide quae ibi dicturi sumus. H.

b. *Grandaeuos)* Academici dictum apud Cicer. L. I. de Nat. Deor. p. 36 *Isto enim modo dicere licebit Iouem semper barbatum, Apollinem semper imberbem, caesios oculos Mineruae, caeruleos esse Neptuni. — Claudum igitur habebimus Deum, quoniam de Vulcano sic accepimus,* etc. H.

c. *Atri coloris)* Plutarchus testatur Mortem albi fuisse coloris, Osirim subnigri, Typhona flaui. *Dalec.*

*Atri coloris)* Sic omnes MSS. non *atricolores.* Erebum, Noctemque significat. Vt cum aligeros dicit, Mercurium: ouo editos, Castorem et Pollucem. Vide Hyginum in Astron. H.

d. *Sed super)* Sic etiam Tullius L. I. de Nat. Deor. p. 21. *Nec enim multo absurdiora sunt ea, quae poetarum vocibus fusa, ipsa suauitate nocuerunt: qui et ira inflammatos, et libidine fluentes induxerunt deos; fecerunteque, vt eorum bella, pugnas, praelia, vulnera viderimus: odia praeterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, mortalesque ex immortali procreatos.* Hoc loco Plinius Homerum, quem non

vlteria inter ipſos fingi: mox iurgia et odia, atque etiam furtorum a. eſſe, et ſcelerum b. numina [1], *Deus* c., *eſt mortali iuuare* d. *mortalem*, *et* [2] *haec ad aeternam gloriam via.* Hac proceres iere Romani: hac nunc caeleſti paſſu cum liberis ſuis vadit maximus omnis aeui rector Veſpaſianus Auguſtus feſſis rebus ſubueniens. Hic e. eſt vetuſtiſſimus referendi benemerentibus gratiam mos, vt tales numinibus adſcribant [3]. Quippe et [4] omnium aliorum nomina Deorum, et quae ſupra retuli ſiderum, ex hominum nata ſunt meritis. Iouem quidem aut Mercurium, aliterue alios inter ſe vocari, et eſſe caeleſtem

1. *Numina, At ſi deus eſt. M.* 2. *deeſt in M.* 3. *Sic etiam M. et CH. adſcribantur, Gr.* 4. *in M. non legitur nec in CH.*

non intelligit, deridendum propinat. Vide Tractatum, quem Gallice nuper ſcripſimus, de Iliadis argumento, et Diis Homericis, In hiſtoria naturali et ciuili, omnium profanorum ſcriptorum digniſſimus, cui fides habeatur, Plinius certe eſt habendus: at poeſin coluiſſe, artemue Poeticam calluiſſe, idem omnino non videtur. H.

a. *Furtorum)* Vt Mercurium, quem idcirco κλέπτην Phurnutus, κλῶπα Suidas appellatum dicunt: Alii δόλιον, hoc eſt, doli ac fraudum artificem. H.

b. *Et ſcelerum)* *Quo ex genere;* inquit Tullius L. II. de N. D. p. 75. *Cupidinis, et voluptatis, et Lubentinae Veneris vocabula conſecrata ſunt, vitioſarum rerum, neque naturalium.* H.

i. *Deus eſt)* Hinc nata paroemia, *Homo homini Deus,* Ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. H.

d. *Iuuare mortalem)* Cicero pro Ligario ſcribit homines ad Deos nulla re propius accedere, quam ſalutem hominibus dando: id quod Strabo lib. X. εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτ', ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι θεούς, ὅταν εὐεργετῶσιν. *Dal.*

e. *Hic eſt)* Tullius L. II. de Nat. Deor. 76. *Suſcepit autem vita hominum,* inquit, *conſuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros in caelum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Caſtor et Pollux, hinc Aeſculapius — Hinc etiam Romulus, quem quidam eundem eſſe Quirinum putant,* etc. H.

ſtem [1] nomenclaturam, quis a. non interpretatione b. naturae c, fateatur? Irridendum d. vero agere curam rerum humanarum illud quibquid eſt ſummum. Anne tam triſti atque multiplici miniſterio non pollui credamus [2] dubitemusue? Vix prope eſt iudicare, vtrum magis conducat generi humano, quando aliis nullus eſt deorum reſpectus, aliis pudendus. Externis e. famulantur ſacris f.; ac digitis

1. *caeleſtium nomenclaturam. V. eſſe caeleſtes nomenclaturas. M. caeleſtis nomenclatura quis non interpretationis etc. Pint. forte caeleſtes nomenclatururas. Dal.* 2. *dubitemusue. Ne vix prope eſt iudicari. CH.*

a *Quis non interpretatione naturae fateatur)* Mallem legeres accuſandi caſu, *interpretationem.* Senſus enim horum verborum peti debet ab illis Ciceronianis; *Eos enim qui dii appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras deorum. Pintian.*

*Quis non)* Quis non ad ſignificandas res naturales fingi haec nomina caelitum fateatur? H.

b. *Interpretatione)* Vel *interpretationem.* Vocabulorum, inquit, quae Diis ſunt impoſita, ſi quis voluerit, vim ac notionem diligentius perſcrutari, an non ſentiet longe ſecus ſe rem habere, atque hominum opinio eſt? Intelliget eos profecto, qui Dii appellantur, rerum naturas eſſe, hoc eſt, res eſſe mere naturales, non figuras Deorum, ſiue Deos: rebusque inanimatis atque mutis per quamdam ſignificationem, vt loquitur Cicero, haec tributa nomina. Sic aerem appellatum Iouem, aut Iunonem: mare, Neptunum: terram, eam quae Ceres diceretur. Sic Mercurium dicit mercaturae ac negotiationis Deum, etc. Ita fere Tullius L. I. de N. D. p. 22. H.

c. *Naturae)* Cicero enim ait eos, qui Dii appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras Deorum. *Dalec.*

d. *Irridendum, etc.)* Hic ſibi caueant veri ac pii Chriſtiani, legantque Lactant. Inſtit. d. lib. I. cap. 2. H.

*Irridendum)* Sapiunt iſta Epicuri haram: cuius haec κυρίαι δόξαι, apud Tullium L. I de N. D. p. 37. *Quod beatum et immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.* H.

e. *Externis)* Qualia ſunt Phrygia ſacra Cybeles, Bacchi orgia, Iſiaca, Eleuſinia, etc. H.

f. *Sacris)* Magica intelligit,

tis a. deos geſtant: mouſtra quoque, quae colunt [1] damnant b. et excogitant c. cibos [2]: imperia dira in ipſos, ne ſomno quidem quieto, irrogant [3]. Non matrimonia, non liberos, non denique quidquam aliud, niſi [4] iuuantibus ſacris, deligunt. Alii in Capitolio d. fallunt, ac fulminantem peierant Iouem: et hos inuant ſcelera, illos e. ſacra ſua [5] poenis agunt. Inue-

1. *Ex MSS laudat hanc lect. Hard. Et mouſtra quoque colunt Gron. et Al.* 2. *globos. M.* 3. *inrogant. CH.* 4. *Ex MSS. hanc laudat Hard. niſi iubentibus ſacris, diligunt, M. CH. et Gr.* 5. *ſacramenta. Vet. illis ſacramenta ſua poenas agunt. Alii.*

git, quos noſtri *exorciſmos* vocant, et annulos magica arte formatos oblique ſugillat, quibus vim magnam tribuebant veteres, iis maxime in quibus Cynocephali, vel Harpocratis imago ſculpta eſſet. *Dal.*

a. *Ac digitis)* Anulis, quibus onuſti ornatique digiti. H.

b. *Damnant)* Enecant, vt de api boue dicetur L. VIII. f. 71. H.

c. *Cibos)* Quibus Deos ſuos alant: alicam, carnes anſerinas, aliasque maioris pretii ac ſumptus epulas, de quibus videndus eſt Diodorus L. I. p. 76. Herodotus L. II. p. 114. et Euſeb. Lib. II. de Praepar. p. 51. Hoc vero inter genera pudendi cultus merito reponitur: vt quos Deorum loco habeas, hos per te cibis ſuſtentare vitam putes oportere. Gallicus Plinii interpres, peruerſa huius loci interpunctione deluſus, haec retulit ad delectum ciborum, quem adhiberent in menſis ſuis ſuperſtitioſi cultores deorum. H.

d. *Capitolio)* Vt ſanctiora eſſent pacta et conuenta, cum iurisiurandi religio interpoſita eſſet, in ipſo Capitolio nonnunquam fiebant, velut praeſente et audiente Deo, qui triſulcum in periuros telum gerere cenſebatur. Plaut. in Curcul. Coq. *Namque incubitare ſatius te fuerat Ioui, Tibi qui auxilio in iureiurando fuit.* Cap. *Siquidem incubare velint qui peierauerint, Locus non praeberi potis eſt in Capitolio. Dal.*

e. *Illos ſacra)* Periuris bene eſt: religioſis, male. Illi ſcelere ſuo perfruuntur, rebus ad votum animique ſententiam praeclare cadentibus; illi poſt ſacra rite peracta, infortuniis aguntur atque aerumnis: quamuis ni-

Inuenit tamen inter has vtr: que ſententias medium ſibi ipſa mortalitas numen, quo minus etiam plana de Deo coniectatio eſſet. Toto quippe mundo, et locis[1] omnibus, omnibusque horis omnium vocibus Fortuna a. ſola inuocatur[2]: vna nominatur, vna accuſatur, vna agitur rea, vna[3] cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, et cum conuiciis colitur: volubilis, a plerisque vero[4] et caeca etiam exiſtimata, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorumque[5] fautrix. Huic[6] omnia feruntur accepta: et in tota ratione mortalium, b. ſola[7] vtramque paginam facit. Adeoque c. obnoxiae[8] ſumus ſortis[9], vt

Sors

1. *Omnibus locis. M.* 2. *inuocatur, ac nominatur, vna accuſatur, cum conuitiis colitur. M.* 3. *vna cogitatur, in Tol. d.* 4. *et caeca etiam, in CH. d. etiam, in aliis.* 5. *indignorumque. M.* 6. *Huic omnia expenſa, huic etc. Gr.* 7. *ſola eſt ea, quae vtramque pugnam facit. M.* 8. *obnoxii ſumus ſorti. Alii.* 9. *ſortis, vt pro ſe ipſa ſola pro Deo ſit. M. CH.*

hil niſi iuuantibus ſacris delegerint. H.

a. *Fortuna)* Fortunae varia cognomina vide apud Alex. ab Alex. c. 13. 1. et Plaut. in Pſeud. *Centum doctum hominum conſilia haec deuincit dea Fortuna: atque hoc verum eſt, Perinde vt quisque fortuna vtitur, ita praecellit, atque exinde ſapere eum dicimus.* In Rhetoricis ad Herennium leguntur Pacuuii verſus graues et ſententioſi: *Fortunam inſanam eſſe, et caecam et brutam perhibent Philoſophi. Dal.*

b. *Sola vtramque)* Vtraque *lucri ac damni* pagina Fortunae tribuitur H.

*Sola vtramque)* Quicquid accipimus, Fortunae acceptum referri: quidquid amittimus, id ei pariter expenſum ferri ſolet. Cedunt res feliciter? Laudatur. Secus? inceſſitur ac vituperatur. Translatio ducta eſt a mercatorum libris, ſeu codicillis rationalibus, quos ita complicabant, vt ad ſingulas apertiones duae paginae viderentur: quarum in altera, accepta lucraque; expenſa in altera damnaque paterent. H.

c. *Adeoque obnoxiae)* Eo nati fato infelici ſumus, vt vel Sortem ipſam numinis loco habeamus: quae ſi in Deorum albo ponitur, iam

verus

Sors a. ipſa pro Deo ſit, qua Deus probatur incertus. Pars b. alia et hanc pellit, aſtroque ſuo euentus c. aſſignat, naſcendi [1] legibus: [2] ſemelque d. in

N 2 omnes

1. *Gron. inſerit partic. et.* 2. *ſemelque in omnes futuros, Dei decreto: in reliquum vero otio dato M.*

verus ſit necne Deus aliquis, iure ambigitur. Quod ſortito obtingit, inquit, id Deo adſcribimus, id Dei alicuius nutu factum dicimus: quod ipſummet dictum facit ambigere, an Deus ſit aliquis. Non fuit apud Romanos Dea Sors: quamuis id nonnulli colligunt ex nummo argenteo vetere, qui eſt apud Patinum, in Famil. p. 209. Parte priore Concordiae caput exhibet: poſteriore, M. PLAETOR. CEST. SC. *Marcus Plaetorius Ceſtianus Senatusconſulto.* Deae effigies pectore tenus, impoſita tabellae, in qua ſcriptum eſt, SORS. At effigies prudentiam potius, quam ſortem, refert. Ac ſi ſors ibi intelligenda eſſet, SORTI, non SORS, ſcriberetur. Nos ſic interpretamur, *Salus Orbis Romana ſapientia:* iuxta illud Sapientiae VI, 26. *Multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum.* M. Plaetorii Ceſtiani nomen, ſub Auguſto Caeſare cuſum hunc nummum fuiſſe ſuadet. H.

a. *Sors ipſa pro Deo ſit)* In denario vetuſto Romano percuſſo a quodam Plaetoriae gentis, qui eius templum vel dedicauerat, vel refecerat, Sortis imago impreſſa eſt cum his literis, SORS. M. PLAETOR. CEST. S. C. *Dal.*

b. *Pars alia)* Alia ſententia. Prouidentia e medio ſublata, alterutrum horum ſequebatur: vel fortuna vel ſorte res humanas contingere: vel fatali neceſſitati aſſignandos euentus. Quamobrem datum ab aliquibus Deo eſt, vt ſemel in omnes vnquam naſcituros homines decerneret: conceſſum in reliquum per totam deinde aeternitatem otium. H.

c. *Euentus aſſignat)* Ex opinione Poetarum id ſumptum, qui ſingula nobis attributa ſidera ſcribunt. Papinius, *perpetuis freuis atque vni ſeruiet aſtro:* et alibi, *locum ceruix dabit omnibus aſtris. Dalec.*

d. *Semelque in omnes futuros vnquam Deo decretum)* Sincerior lectio Salmanticenſis codicis, *dei decreto:* vt tres dandi caſus inter ſe conveniant, *Aſtro ſuo, Naſcendi legibus, Dei decreto. Pius*

omnes futuros vnquam Deo decretum: in reliquum vero otium datum. Sedere e. coepit ſententia haec: pariterque[3] et eruditum vulgus et rude in eam curſu vadit. Ecce[4] fulgurum monitus, oraculorum praeſcita, aruſpicum praedicta, atque etiam paruaf. dictu, in auguriis ſternutamenta, et offenſiones pedum. Diuusg. Auguſtus laeuum prodidit ſibi calceum praepoſtereh. inductum[5], quo die ſeditione militari prope afflictus eſt. Quae ſingula improuidam mortalitatem inuoluunt, ſolum vt inter iſta certum ſit, nihil eſſe certi, *nec miſerius quicquam homine, aut ſuperbius.* Caeteris quippe animantium ſola victus cura eſt, in quo ſponte naturae benignitas ſufficit; vnoi. quidem vel praeferendo[6] cunctis bonis, quod de gloria, de pecunia, ambitione, ſuperque de morte non cogitant. Verum in his Deos agere curam rerum humanarum credi, ex vſu vitae eſt: poenasque maleficiis aliquando ſeras occupato Deo in tanta mole, nunquam autem irritas eſſe, *nec ideo proximum illi genitum hominem, vt vilitate iuxta belluas eſſet.* Imperfectae vero in homi-

3. *pariterque et eruditi et rude vulgus. CH.* 4. *Sed ecce. M.* 5. *indutum. V.* 6. *praeferenda. M. et. CH.*

e. *Sedere)* Vigere, inſidere hominum animis. H.

f. *Parua dictu)* Hoc eſt, humilia, vilia, ſpernenda. Hac phraſi vtitur Fabius: *Auidas longe fugare volucres, et paſcere parua dictu animalia.* Eadem ſignificatione vſurpat auctor infra c 53. VII. lib. *friuolum dictu. Dalec.* Haec verba vncinis incluſa ſunt in edit. Gron.

g. *Diuus Auguſtus)* Suetonius in Auguſto c. 92. p. 35. *Auſpicia quaedam et omina pro certiſſimis obſeruabat: ſi mane ſibi calceus perperam, ac ſiniſter pro dextero induceretur, vt dirum: etc.* H.

h. *Praepoſtere)* Dexterum pro ſiniſtro indutum. H.

i. *Vno quidem)* *Maxime* quidem *cum vel illud* vnum dedit, quod cunctis bonis anteponendum eſt, etc. H.

*Vno quidem vel praeferenda cunctis bonis)* Lego, repugnantibus cunctis exemplaribus, praeferendo, non *praeferenda. Pintian.*

homine naturae praecipua ſolatia, ne a. Deum quidem poſſe omnia. Namque b. nec ſibi poteſt mortem conſciſcere, ſi velit, quod homini dedit optimum in tantis vitae poenis; nec c. mortales[1] aeternitate donare, aut d. reuocare defunctos: nec e. facere, vt



1. *Mortalia. Alii,*

a. *Ne Deum quidem poſſe omnia)* Agatho dilaudante Ariſt. Eth. Nicom. l. VI. c. 2. μόνα γὰρ αὐτῆ καὶ θεὸς ςερίσκεται· Ἀγένητα ποιεῖν ὅς' ἂν ἦ πεπραγμένα. Et Plutarch. Conſolat. ad Apol. mihi pag. 199. ſub fin. τὸ μὲν γὰρ γεγενημένον ἀδὲ θεὸν δυνατὸν ἐςι ποιεῖν ἀγένητον. Et ne nimium longi ſimus, Theognis verſ. 583. Et Sophoc. Trachin. Et Pind Olymp. od. 2. Et Sen. de breuit. vitae mihi p. 133. Et Horat. lib. III. od. 29. Et S. Aug. de ciuit. Dei lib. V. c. 10. etc. *Dalec.*

b. *Namque nec)* Stolidum ac nefarium adſciſcit argumentum. Neque enim id potentia eſt, ſed impotentia, vt probat Anſelmus, in Proſologii c. 7. *Quia qui hoc poteſt, quanto magis poteſt, tanto magis aduerſitas et perverſitas poſſunt in illum, et ipſe minus contra illas:* etc. H.

c. *Nec mortales)* Hoc vero geminum caput de communicanda immortalitate, de reuocandis ad vitam fato functis, Chriſtiana nos fides Scripturis, ac certiſſimis armata teſtimoniis, futile ac falſum eſſe perdocet: nec diſputari de eo patitur. Vetat interim dictum illud Plinii credi Romanos adeo deſipuiſſe, in primis viuos Principes, aeternos ſe vt exiſtimarent eſſe vel fore, ſuo adſtrictos corpori: vetat idem igitur etiam illud colligi ex nummo Diocletiani Auguſti, in quo ſic ſcriptum eſt: D. N. DIOCLETIANO AETER AVG. Capite laureato. GENIO POP. ROM. *Genio Populi Romani.* Infra PLC *Primae Lugdunenſis Ciuitates.* Sunt enim re ipſa hae litterae tres totidem vocum primae, titulique haec integra ſententia: *Domino noſtro* DIOCLETIANO, *Arcum* erexit Triumphalem Edua, *Reſtitutori AVGuſto.* In ciuitatibus primae Lugdunenſis ſecundum locum obtinet Edua Auguſta, *Autun.* Eſt hic nummus perpulcher ex aere mediocri, apud P. ALBARET, e Societate noſtra, Furnoni. H.

d. *Aut reuocare defunctos)* Hier. Mag. de exuſt. mund. lib. V. cap. 1. *Dalec.*

e. *Nec facere)* Perinde quaſi id Deum arguat facere non

vt qui vixit, non vixerit: qui honores gessit, non gesserit: nullumque habere in praeterita ius, praeterquam oblivionis: (atque vt f. facetis quoque argumentis societas haec cum Deo copuletur) vt bis dena, viginti non sint, ac multa similiter efficere non posse: per quae declaratur haud dubie naturae potentia [1], idque esse quod g. Deum vocamus. In haec diuer-

1. *Porentiam id esse quod. Vet.*

non posse omnia, quod quae facta sunt, infecta reddere nequeat. At certe alterum ex altero non recte colligi vidit Hieronymus in Epist. *Audacter loquar*, inquit: *Cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam: Valet quidem liberare de poena, sed non valet suscitare corruptam*, etc. Mox in fine huius sectionis, codex vnus MS. habet, *propter vulgatam assidue*, etc. H.

f. *Vt facetis quoque, etc.)* Ita scil. iudicat de his diuinissimis scientiis hoc hominum genus. Quanto vero rectius doctiss. Muret. var. lect. lib. VI. cap. 1. *Dalec.*

g. *Quod Deum vocamus)* Omnem igitur vim diuinam, vt olim Strato physicus, de quo Cicero L. I. de N. D. p 19. in natura sitam esse censet, quae causas gignendi, augendi, minuendiue habeat. Par Senecae impietas L. IV. de Beneficiis, c. 8. *Ergo nihil agis, ingratissime mortalium, qui te negas Deo debere, sed* NATVRAE: *quia nec Natura sine Deo est, nec Deus sine Natura: sed* IDEM EST VTRVMQVE, *nec distat. Officium si quod a Seneca accepisses, Annaeo te diceres debere, vel Lucio; non creditorem mutares, sed nomen; quoniam siue praenomen eius, siue nomen dixisses, siue cognomen, idem tamen ille esset. Sic hunc* NATVRAM *voca,* FATVM, FORTVNAM: *omnia eiusdem Dei nomina sunt, varie vtentis sua potestate.* Et L. II. Natur. Quu. 45. *Eumdem quem nos Iouem* (sapientissimi viri) *intelligunt, custodem rectoremque vniuersi, animum ac spiritum, mundani huius operis dominum et artificem, cui nomen omne conuenit. Vis illum* FATVM *vocare? Non errabis. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia: Causa Causarum. Vis illum prouidentiam dicere? Recte dices. Est enim cuius consilio huic mundo prouidetur, vt inconcussus eat, et actus suos explicet. Vis illum* NATVRAM *vocare? Non peccabis. Est enim ex quo* NATA

diuertisse non fuerit alienum, vulgata[2] propter assiduam quaestionem de Deo.

VI. (VIII.) Hinc redeamus ad reliqua naturae. Sidera, quae affixa diximus mundo, non h. illa, vt existimat vulgus, singulis i. attributa nobis, et clara



2. *Propter vulgatam assidue. M.*

TA *sunt omnia, cuius spiritu viuimus. Vis illum vocare* MVNDVM? *Non falleris. Ipse enim* TOTVM QVOD VIDES, *totus* SVIS PARTIBVS INDITVS, *et se sustinens.* Benigni interpretis eget officio Lactantius, L. de ira Dei, c. 10. *Natura, quam veluti matrem esse rerum putant, si mentem non habet, nihil efficiet vnquam, nihil molietur. Vbi enim non est cogitatio, nec motus est vllus, nec efficacia. Si autem consilio suo vtitur ad incipiendum aliquid, ratione ad disponendum, arte ad efficiendum, virtute ad consummandum, potestate ad regendum et continendum, cur natura potius quam Deus nominetur?* Deum Catholici vocant, non Naturam, siue naturatam, vt vocant, siue naturantem, sed spiritum infinitum, consilio, ratione, arte, ac potestate praeditum infinita, ad producendum quidlibet pro arbitrio, vel e natura rerum euellendum: qui sit vniuersi huius causa efficiens extrinseca, aeque ab opere illo suo distincta ac diuersa, quam differt a domo qui domus est effector. H.

h. *Mundo)* Caelo. H.

i. *Singulis attributa nobis)* Confutat hic Epicureos, qui singulis hominibus singulas tributas esse stellas credebant. In eadem opinione fuit et Manilius poeta. *Dal.* *Singulis attributa nobis)* Imo vero et Manilius communem astrologorum secutus est sententiam, horoscopum seu positum siderum natalium tempore suam cuique homini distribuere sortem lib. III. v. 38. et Epicurus omnia atomorum concursu regi, nilque ab huiusmodi causis pendere ad animi tranquillitatem facere proculdubio putauit: aut si Stobaeo credimus, qui eclog. lib. I. cap. 25. pag. 54. de hac quoque re mentionem facit: τὸ ἐνδεχομένως ἦχος Quamobrem me suasore Plinio credimus, vulgi has fuisse superstitiones: cuiusmodi et aliae olim multae et vtinam nunc omnes desitae. Caeterum de stellarum casu vide Hier. Mag. de exust. mundi lib. III. cap. 3. et 7.

et

diuitibus, minora pauperibus, obſcura defectis, a. ac pro ſorte cuiusque lucentia, adnumerata [1] mortalibus: quia [2] nec cum [3] ſuo quaeque homine orta moriuntur, nec, aliquem extingui, decidua ſignificant. Non b. tanta caelo ſocietas nobiscum eſt, vt noſtro fato mortalis ſit ibi c. quoque [4] ſiderum fulgor. Illa d. nimio e. alimento tracti humoris [5] ignea

1. *Ad munera. Vet.* 2. *M. ſic, quia, deeſt ap. G.* 3. *cum ſuo homine oriuntur. Longol.* 4. *lectionem hanc firmat M. ille quoque Gr.* 5. *humoris cum abundantiam reddunt, tunc decidere creduntur. M. humoris igneam vim abundantia Gr. noſtram ex MSS. laudat Hard.*

et Laert. lib. X. p. 423. vbi Epicuri ea de re opinionem refert. G.

a. *Defectis)* Senio confectis. Sic Columella in Praef. L. I. *defectiſſimum quemque annis et viribus* dixit. H.

b. *Non tanta caelo ſocietas nobiſcum eſt vt noſtro fato mortalis ſit ille quoque ſiderum fulgor)* Non, *ille*, habet exemplar Toletan. ſed *ibi*, venuſtiore proculdubio ſenſu. *Pintian.*

c. *Ibi quoque)* Hoc eſt, in caelo. H.

d. *Ibi nimio)* Epicuri et Zenonis haec ſententia fuit, ſidera marinis terrenisque humoribus longo interuallo extenuatis ali: de qua re Cicero L. II. d. N. D. pag. 68. Ex ipſis cum redundat alimentum, vt in lucernis oleum, ſcintillas quasdam decidere: hasque ſtellas eſſe quas labi caelo putamus. Ex ea opinione Manilius cecinit L. I Aſtron. p. 26. *Praecipites ſtella paſſimque volare videntur. Quum vaga per liquidum ſcintillant lumina mundum. Et tenues longis iaculantur crinibus ignes.* Ridet hanc opinionem merito Seneca L. II. Nat. Quu. c. 14. p. 851. Et vero ca[illegible]a eſt alia ſtellarum diſcurrentium, alia natura. Propius terram hae incenduntur, videnturque diſcurrere, quod aer viſcoſo plenus ſit halitu, qui vbi eſt accenſus, pabuli ſui venam ſequitur: vti apud nos quoque, inquit Seneca L. I. Nat. Quu. c. 1. p. 832. ſtramenta ſulphure aſperſa, ignem ex interuallo trahunt. Interim velut igne continuo totum iter ſignant: quia viſus non ſubſequitur momenta currentis: ſed videt ſimul vnde exierit, non ſubſequitur momenta currentis: ſed videt ſimul vnde exierit, et quo peruenerit: vt ſit in titione circum-

ignea vi abundantiam reddunt, cum decidere f. creduntur: vt apud nos quoque id, luminibus [1] accensis, liquore olei notamus accidere. Caeterum g. aeterna est caelestibus natura, intexentibus mundum,



1. *Lucernis. Aliis.*

cumacto, qui speciem ignei circuli praebet. Adde his ea quae dicturi sumus sect. 36. H.

e. *Nimio alimento etc.)* Cleomedes libris κυκλικῆς θεωρίας, sidera, stellas, astra, oceani, terraeque vaporibus ali credidit, quoniam alimento priuatus ignis statim extinguitur. Virg. *Conuexa polus dum sidera pascet.* λίμνην enim τὴν θάλατταν etiam Homerus vocat. Zeno apud Laertium, ait: τὰ ἄστρα ἔμπυρα τρέφεσθαι, τ�ον μὲν ἥλιον ἐκ μεγάλης θαλάττης, τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποταμίων ὑδάτων, τὰ δ' ἄλλα ἀπὸ τῆς γῆς. Cuius sententiae et alios auctores adducit Hier. Mag. de mundi exust. lib. I. c. 13. et 16. et seq. et Theon. super Arat. pag. 108. ἰσέον δ' ὅτι ἡ τῶ ἀρανῶ κίνησις γίνεται ἔκ τινων ἀναθυμιάσεων καὶ τὸν Φυσικὸν, αἵ τινες ἀναθυμιάσεις ῥυθμῷ τινες αὐτὸν κινέσι. Error ortus ex optices ignorantia, generatimque accuratae Philosophiae. Totum porro hunc locum Plinii lubenter ita legerim: *Hinc redeamus ad reliqua sidera, quae affixa diximus mundo, non illa, vt existimat vulgus, singulis attributa nobis, adnumerataque mortalibus, et clara diuitibus, minora pauperibus, obscura defectis, ac pro sorte cuiusque lucentia, nec cum suo, etc. Dalec.*

f. *Decidere creduntur)* *Saepe etiam stellas vento impellente videbis Praecipites caelo labi, noctisque per vmbras Flammarum longos a tergo albescere tractus.* Ptolemaeus διαθέσιν, stellas discurrere dixit. Paulo post cap. 36. traiectiones eas et emicationes auctor vocat, *discursus.* Ammianus Marcellinus eum fulgorem appellat δίφρε ὁλκὴν, quasi currus orbitam. Transuersas stellas et cadentes, quae praeteruolant et secant aera, Seneca vocat: ἀποῤῥοίχς esse stellarum Graeci putant. G.

*Creduntur)* Caute omnino: neque enim stella labitur, sed vt Naso canit, L. II. Metam. v. 322. opinione quidem vulgi, *Et si non cecidit, potuit cecidisse videri.* H.

g. *Caeterum)* Caeterum aeternum est sideribus natura, quae caelum, *vt venae corpus* intexunt: et quoniam ita intexunt, idcirco concretioris sunt naturae. H.

dum, intextuque [1] concretis: potentia [2] autem ad terram magnopere eorum pertinens: quae propter effectus, claritatemque, et magnitudinem, in tanta ſubtilitate [3] noſci potuerunt, ſicut ſuo a. demonſtrabimus loco. Circulorum quoque caeli ratio b. in terrae mentione aptius dicetur, quando c. ad eam tota pertinet, Signiferi d. modo inuentionibus [4] non dilatis. Obliquitatem e. eius intellexiſſe, hoc eſt, rerum

1. *Intextuque diſcretis. Alii.* 2. *autem eorum ad ter. mag. pertinet. Dal.* 3. *ſublimitate. Vet.* 4. *inuentoribus. C.*

a. *Suo demonſtrabimus loco)* Vide locum ſub finem huius libri. G.

*Sicut ſuo)* In libris de Agricultura, operis huiusce XVII. et XVIII. H.

b. *In terrae mentione)* Hoc eſt, in libris Geographicis, nempe ſub finem libri ſexti. Vide notas et Emend. N. IX. (hic inſertas) *In terrae mentione aptius dicetur)* Quid ſi legas, *in terrae menſione*, hoc eſt menſura? Subiicitur enim ſtatim poſt aequorum ac terrarum menſuram, in calce libri ſexti, haec quam modo pollicetur, circulorum ſphaeralium, ſiue parallelorum explicatio. Et eſt latine recepta *menſio* pro dimenſione, ac Tulliano ore conſecrata vox. Tamen *in caeli mentione* dixit idem L. III. ſect. 6. Itaque nihil moueo. H.

c. *Quando ad eam tota pertinet, Signiferi modo inuentionibus non dilatis)* Sic Vett. codd. leg. ita vt *tota* referatur ad *ratio*, non ad *modulatio*, quae vox in MSS. non eſt: et ſenſus ſit; De vno ſignifero circulo hic ſe dicturum, quod circa eum primi Anaximander et Cleoſtratus obſeruauerint, caeterorum circulorum mentionem cum mentione terrae aptius coniungendam; quod facit in fine libri. *Gelenius.*

d. *Signiferi)* Zodiaci inventoribus nunc ſtatim appellatis. H.

e. *Obliquitatem)* Excogitata quidem multo ante Anaximandrum Sphaera eſt ab Atlante, vt mox dicetur: at ſine obliqui deſcriptione circuli, ſiue ſigniferi, quem Zodiacum vocant. Informata erat circulis parallelis, quos diebus ſingulis in ſuo curſu Sol efficit, inter Tropicos et Aequatorem. Anaximander deinde his tribus limitibus animaduerſis, Aequatore ac duobus Tropicis, per haec tria puncta circulum duxit, quem non potuit non obliquum facere, et appellare. H.

rum 5 f. fores aperuiſſe, Anaximander g. Mileſius traditur

5. *Rerum fortiſſimas fores. M.*

f. *Rerum fores)* Aſtronomicae ſcientiae fores. H.

*Rerum fores)* Hoc eſt, ad totius Aſtronomiae perceptionem aditum feciſſe, viam monſtraſſe. Hac loquendi forma vſus iterum, L. XXXV. ſect. 36. de pictura: *Artis fores*, inquit, *apertas ab Apollodoro Zeuxis intrauit.* Excogitata ſcilicet obliquitate ſigniferi, Cleoſtrato occaſio ea fuit, ſigna in eum circulum transferendi, quorum emerſu et occultatione praedictiones tempeſtatum, aliaque eiusmodi multa ducerentur. Vide Not. et Emend. N. X. (hic adiectas) *Rerum fores aperuiſſe)* Ita Reg. 1. 2. ac vetuſtae editiones omnes: Latius in ſua, ſeu Elzeuiriana, ex veſtigiis Rigaltiani cod. *ſiderum ortus fores* edi curauit; quibus verbis quae ſatis idonea huic loco ſubeſſe ſententia poſſit, fateor me non ſatis intelligere. Eadem emendandi cupiditate paulo poſt legi iubet, *Sphaeram ipſo pandente mundo Atlas*, ſane frigide, vt verbo leuiſſimo vtar. Alio nomine Plinium hoc eodem loco Dalecampius in ius vocat, quaſi μνημονικῷ ἁμαρτήματι, quod Atlanti modo adſcribit, illud ipſum Anaximandro adiudicet, L. VII. ſect. 57. dum ait: *Aſtrologiam Atlas — Sphaeram in eo Mileſius Anaximander.* At hoc poſteriore loco ſphaerae appellatione cenſeri puto non caeleſtem globum, vt aiunt, ſed terreſtrem, in quo ſitus gentium deſcribuntur. Auctor ita coniiciendi Laertius in Anaximandro, ipſo libri II. initio: Καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, inquit, περίμετρον πρῶτος ἔγραψεν, ἀλλὰ καὶ σφαῖραν κατεσκεύασε. *Terrae et maris ambitum primus deſcripſit, et terrenae molis ſimilitudinem globo facto expreſſit:* deſcriptis ſcilicet, atque additis in eo, vti nunc mos eſt, iisdem circulis, qui in caeleſti globo pingi peculiariter ſolent. Primus certe omnium orbem terrarum deſcripſit in tabula, teſte Agathemero, Lib. I. Geogr. c. 1. Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, ἀκουσὴς Θάλεω, πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι. H.

g. *Anaximander)* Pythagorae alii, alii Oenopidae Chio, inuentum hoc aſſignant, vt ſcribit Auctor libri de hiſtor. Philoſ. apud Galenum Tom. II. c. 12. p. 35. De Anaximandro diximus in Auctorum Indice. Erat autem is anno ſecundo huius Olympiadis LVIII. natus annos quatuor et LX. vt refert Laertius, ſtatim initio libri ſecundi. H.

ditur primus, Olympiade quinquagesima octaua. Signa deinde in eo Cleostratus, a. et prima Arietis ac Sagittarii. Sphaeram b. ipsam ante multo Atlas. Nunc relicto mundi c. ipsius corpore, reliqua inter caelum terrasque tractentur. Summum esse, quod vocant Saturni d. sidus, ideoque minimum videri, et maximo ambire circulo, ac trigesimo anno [1] ad breuissima sedis e. suae principia regredi, certum est. Omnium

1. *Anno, cum breuissime ad sedis. Vet.*

a. *Cleostratus)* Tenedius Mathematicus, auctor ὀκταετηρίδος, de qua Petauius L. II. de Doctr. Temp. c. 3. Refert Hyginus L. II. Astron. Poet. c. de Heniocho, fol. 64. hunc Cleostratum hoedos primum omnium inter sidera ostendisse. H.

b. *Sphaeram ipsam, etc.)* Eam Anaximandri inuentum quoque tradit c. 56. l. VII. G.

*Sphaeram ipsam ante multo Atlas)* Lege: *Sphaeram ipso pandente mundo Atlas.* mundus ipse, hoc est, caelum, sphaericum et plane sphaeram sese esse fatetur, et pandit, ipso igitur pandente mundo sphaeram inuenit Atlas, qui primus intellexit caelum vel mundum sphaeram esse. Sequitur, quod sic legendum: *hoc est siderum ortus foris aperuisse.* Vide *Salmas.* p. 832. a. b. G.

*Sphaeram)* Ita Diodorus Siculus L. III. Bibl. p. 192. et L. IV. p. 233. Vide Not. et Emend N. X. h. l. p. 203. f. H.

c. *Mundi ipsius)* Caeli *vltimi, cui affixa sunt sidera.* H.

d. *Saturni sidus)* Saturnus lingua Syriaca siue Aramaea, qua vsi sunt Thusci, latentem significat, ab סתם occuluit sese, latuit, vti monet P. Merula super Enn. p. 94. Inte Latinum vocauerunt, et eius vxorem Latiam, siue Latiam Saturni. *Dalec.*

e. *Sedis suae principia)* Principum vocat, punctum quodcunque Zodiaci, et quasi curriculi metam, vnde stella mouetur: quo Saturni sidus non ante tricesimum fere annum reuertitur. Fere, inquam, vt caute locutus est Tullius, de N. D. p. 72. ὡς ἔγγιστα Gemin. in Elem. Astron. p. 4. παχυμερῶς καὶ πλατικῶς, vt minus accurate et platice dicam, Tatius, c. 18. p. 137. Breuissima porro principia illa seu metas vocat, siderum errantium in signifero limites: quos vbi vnumquodque attigit, non amplius sidus excurrit. Saturno

Omnium autem errantium ſiderum meatus, interque ea Solis, et Lunae, contrarium a mundo agere curſum, id b. eſt, laeuum, illo ſemper in dexteram praecipiti. Et quamuis aſſidua conuerſione immenſae celeritatis attollantur ab eo, rapianturque in occaſum, aduerſo c. tamen ire motu per ſuos quaeque paſſus:

turno Ricciolus annos adſcribit 29. et dies fere 190. Tomo I. Almag. L. VII. p. 500. H.

a. *Contrarium mundo)* Hoc eſt, caelo inerrantium ſtellarum. Hoc vero ſimilitudine quadam explanat Tatius in Phaenom. c. 20. p. 140. Φέρεσθαι δὲ ἡλιόν Φασι τὴν ἐναντίαν etc. *Solem aiunt*, inquit ille Petauio interprete, *contrario ſtellis inerrantibus, ac proprio motu ab occaſu in ortum ferri: interim dum ab inerrantium ſphaera ab ortiuis partibus in occiduas rapitur — Etenim quemadmodum ſi formica in exteriore rotae ambitu, contraria atque illa progreſſione ab occaſu moueatur in orientem, accidet id quidem, vti rotae circuitione ab oriente rapiatur occaſum verſus; ſuopte vero motu ab occaſu in ortum: at nos proprium illius motum, quod leniſſimus eſt, aegre diſcernimus: ob id oculos noſtros effugit formicae progreſſio, quod ſit conuerſio illa rotae citatior. Eodem modo et de Sole cogitandum eſt, vt is formicae inſtar ſit, caelum rotae.* Rem alia ſimilitudine declarat Hygin. in Aſtron. L. IV. de Sole, p 102. H.

b. *Laeuum)* Plinius augurum diſciplinam ſequutus, pronam faciem intuentis in Auſtrum ſpectare voluit: indeque laeuum erit vbi ſol oritur, dextrum vbi occidit. Ariſtoteli mundi dextra ſunt exortiua, laeua occidua: Solino dextra ſeptentrionalia, laeua meridionalia. Ebraeis meridies dexter, ſeptentriones ſiniſtri. In ludis Circenſibus cur Solini ratio obſervata ſit explicat I. Gorop. hierogl. l. III. p. 37. *Dalec.*

*Id eſt, laeuum)* Plinius Latinorum ſententiam ſecutus, quos laudabimus, ſect. 55. ſiniſtram ſtatuit ad ortivas partes, obuerſa ſpectantium facie ad Auſtrum: et Planetas in laeuam ferri ait. Graeci contra in dexteram ire contendunt, vti ex Pindari Scholiaſte, caeterisque ſcriptoribus probat Ioh. Bapt. Bellus, Lib. de Templo Augur. c. 3. p. 61. H.

c. *Aduerſo)* Siderum contrario motu verberatur aer, diuiditur ac finditur. H.

paſſus: ita fieri, ne conuolutus aer eandem in partem aeterna mundi vertigine, ignauo globo torpeat, ſed findatur [1], aduerſo ſiderum verbere diſcretus et digeſtus. Saturni autem ſidus gelidae ac rigentis eſſe naturae, multoque [2] ex eo inferiorem Iouis circulum, et ideo motu celeriori duodenis circumagi annis. Tertium a. Martis, quod quidam Herculis b. vocant, ignei [3], ardentis a Solis vicinitate, binis c. fere annis conuerti. Ideoque huius ardore nimio, et rigore Saturni, interiectum ambobus, ex vtroque temperari d. Iouem, ſalutaremque fieri [4]. e. Deinde

1. *Fundatur. M.* 2. *multoque eo inf. Dal. expuncto, ex multoque ex eo in terris inf. M.* 3. *ignea ardentis Solis vicinitate. M.* 4. *fieri Deum. Inde. Vet.*

a. *Tertium Martis, quod quidam Herculis vocant, ignea ardentis Solis vicinitate, binis fere annis conuerti)* Vetus lectio, *Ignei, ardentis a Solis vicinitate*, quemadmodum et Liuius ſaepe loquitur. Cauſam dedit, non cur biennio circulum abſumat, ſed cur ardens ſit et igneus. *Gelen.*

b. *Herculis)* Ἡρακλέους ἀστέρα dicta Aegyptiis ſtella Martis, inquit Tatius, in Phaenom. c. 17. p. 136. Ita Hyginus etiam in Aſtron. Poet. L. II. p. 76. Apuleius, L. de Mundo, p. 169. Ariſt. de Mundo c. 2. p. 602. et alii. H.

c. *Binis fere)* Cicero L. II. de N. D. p. 72. *Quatuor et XX. menſibus, ſex, vt opinor, diebus minus.* At recentes Aſtronomi, ſpatio vnius anni, decemque menſium, et quindecim fere dierum, ſignifierum luſtrare orbem Martis ſtellam aiunt. Vide Ricciolum, loco ante appellato. H.

d. *Temperari Iouem ſalutaremque fieri Deum)* De ſidere loquitur, non de Deo. Scriba proxime ſequentem particulam, *Deinde*, depravauit in *Deum inde. Gelen.*

e. *Deinde ſolis)* Solis quidem curſus, vt et aliorum planetarum, CCC et LX. Zodiaci partibus, ſiue gradibus, perficitur: ſed illas partes ocyus alii, alii ſerius excurrunt. Sol quidem certe quinque diebus ad annum conficiendum additis, et quarta parte diei, vti obſeruatum eſt ex notis vmbrarum in planitiem horologii cadentium, quas vmbras ad notas easdem anno vertente regredi animaduerſum eſt: quarta autem pars illa diei non

de Solis meatum esse partium quidem trecentarum sexaginta: sed vt obseruatio vmbrarum eius redeat ad a. notas, quinos annis dies adiici, superque quartam partem diei. Quam ob causam quinto b. anno vnus intercalaris dies additur, vt temporum ratio Solis[1] itineri congruat. Infra Solem ambit ingens sidus, appellatum Veneris, alterno c. meatu vagum, ipsisque cognominibus aemulum Solis ac Lunae. Praeueniens quippe et ante matutinum exoriens, Luciferi d. nomen accipit, vt Sol alter, diem maturans: contra ab occasu refulgens nuncupatur Vesper, e. vt prorogans lucem, vicemque Lunae reddens.

1. *Solis itineri facilius. M.*

non nisi post plures annos est deprehensa. Quin etiam huic quartae diei parti, siue horis sex, deesse sensit recentiorum accuratior obseruatio, sexagesimam horae partem, minutam vocant, et fere dimidiam alteram minutam, seu 23. minutas secundas. H.

a. *Ad notas)* Ad easdem lineas *in solari horologio.* H.

b. *Quinto quoque)* Computatis scilicet duobus extremis, primo, et quinto: vtroque enim intercalationem fieri ne agricolae quidem ignorant. H.

c. *Alterno meatu)* Alterno cursu vagum, *modo Solem antegrediens, modo subsequens.* H.

d. *Luciferi nomen accepit)* Lucifernm diurnam stellam vocat Plaut. in Menaechm. *Inde vsque ad diurnam stellam crastinam potabimus cras.* Vesperuginem quidam Veneris esse stellam putauerunt, ac ideo Venerem noctiuigilam appellarunt, vt Plaut. in Curc. aut noctilucam, vt Leuinus: *Venerem igitur almam adorans, siue foemina, siue mas est, ita vti alma Noctiluca est. Dalec.*

e. *Vesper)* Inde Vesperugo, extrema diei pars, et prima noctis, Varro, *Inter Vesperuginem ei lubar dicta nox intempesta* (omitto quaedam) *quam Aelius dicebat, cum tempus agendi est nullum: quod alii concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent.* νυκτὸς vesperuginem Graeci appellare videntur, quod terra luce, carere incipiat, Hom. Iliad. α. Ἦμος δ' ἠέλιος καταδύσετο, καὶ ἐπὶ νυκτὸς ἦλθεν. Vesperi exortum, primam facem Apuleius et Macrobius dixerunt: non quod tunc faces accenderentur et lucernae, quam ob rem Gal. ἡμμένων

dens. Quam a. naturam eius Pythagoras b. Samius primus deprehendit, Olympiade c. circiter XXXII. qui fuit vrbis Romae annus CXIII [1]. Iam [2] magnitudine extra cuncta alia sidera est: claritatis quidem tantae, vt d. vnius huius stellae radii vmbrae reddan-

1. *Circiter XLII. q. f. v. R. a CXLII. Gr. receptam in textum lectionem ex MSS. dat Hard.* 2. *largiori magnitudine. Vet.*

μένων ἄρτι λύχνων horam vespertinam ait, vt meridiem Lucianus, ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, quod ea diei parte maxima sit in foro frequentia, sed quod Vesperi stella post solis occasum prima luceat. *Dalec.*

a. *Quam naturam)* Stobaeus pariter, L. I. Ecl. 53. ex Apollodoro refert a Pythagora primo deprehensum, eumdem esse Luciferum, Vesperumque. Ita etiam Laert. L. VIII. in Pythag. Quamquam alii Parmenidi tribuunt, vti ait idem in huius vitae L. IX. Sed plane Pythagorae hanc laudem asserit nummus antiquus, quem vidimus, in Cimelio Regio, in quo Pythagorae ipsius expressa effigies; baculo stella in globo signantis, cum epigraphe ΠΥΘΑΓΟΡΗC CAMIΟN. H.

b. *Pythagoras Samius)* Pythagorae longam historiam et incredibilium rerum quas gessit miracula, vid. apud Rhod cap. 7. 19. *Dal.*

c. *Olympiade)* Vide Not. et Emend. N. XI. (hic insertas) *Ol.* circiter XXXII. qui fuit Vrbis Romae annus CXIII.) Ita MSS. Reg. num. 191. 4761. 4762. 4763. 4792. 4793. cum Vaticano vno, et Colbertino. Lege permutato literarum situ, *annus* XCIII. In altero Colbertino legitur, Olympiade circiter XXXIII. fortassis rectius; quoniam Olympias XXXIII. tunc proxime appetebat inciditque in annum Vrbis XCIV. Annus autem Vrbis in libris editis hactenus fuit CXLII. corrupto numero ex XCIII. mutatoque primum in XCIII. deinde a librariis in CXLII. Laertius Pythagoram refert L. VIII. in eius Vita p. 225. ad LX. Olympiadem, τὴν ἑξηκοστήν. Clem. Alex. L. I. Strom. p. 302. ad LXII. τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν. Tatianus item, orat. contra Gentes, p. 187. Olymp. LXX. decessisse scribit Eusebius. Et crassius sane ac πλατικωτέρως locutus videtur Dion. Halic. qui L. II. p. 121. post quinquagesimam, μετὰ τὴν πεντηκοστὴν floruisse ait. H.

d. *Vt vnius huius)* Nec tamen toto cursu suo, sed cum minimum distat a terra, Venus

dantur. Itaque et in magno nominum ambitu eſt. Alii enim Iunonis, a. alii Iſidis, b. alii Matris Deum appellauere. Huius natura cuncta generantur in terris. Namque in alterutro c. exortu genitali rore

nus vmbram efficit; quam nos ſaepe Lunari ferme parem mirati ſumus. Keplerus in Opticis, p. 263. diſtincta lumina in pariete a ſe viſa teſtatur, non Veneris modo, ſed Iouis, et Spicae: quod et nos, inquit Ricciolus in Almag. Tom. I. L. VII. ſect. I. c. 7. p. 503. non ſemel in Ioue et Mercurio vidimus. H.

a. *Iunonis)* Ariſt. L. de mundo, c. 2. p. 602. Hygin. in Aſtron. L. II. p. 76. et Apuleius, L. de mundo, p. 170. Lepide Auguſt. L. VII. de Civ. Dei, c. 15. *Luciferum enim quidam Veneris, quidam dicunt eſſe Iunonis: Sed, vt ſolet, Venus vincit. Nam multo plures eam, ſtellam Veneri tribuunt*, etc. H.

b. *Iſidis)* Forte quia Iſidem nonnulli, eamdem eſſe Iunonem putarunt, vt ſcribit Diodorus Sic. L. I. Bibl. p. 22. Mater Deum apud Romanos Natura rerum vel per ſe, vel per Veneris ſtellam, cuius mirifica quaedam vis eſt, magnos excelſosque animos exiſtimata gignere, quales ſunt Principes viri ac feminae; ſed feminae inprimis. Quamobrem et eamdem alii, vt hoc loco Plinius ait, appellauere Iunonem: de qua vide quae nuper diximus ad Homeri Iliadem. De Matre Deum, quae et Mater Magna, paſſim agit Plinius, locis ex Indice repetendis. In nummis antiquis turrito capite pingitur; nam mentem iniecit condendi ciuitates, quibus viri et feminae principes imperant. Vel ipſa deinde leoni inſidet, vel pictum iuxta ſe vnum habet, aut plures: ſymbolum generoſitatis magnorum, quos regit, animorum. Tympanum gerit, quoniam celebres magnis dotibus Principes facit: ſceptrum, quia Principes: Denique eadem eſt Salutaris, et Conſeruatrix Deum, dum valetudinem eorumdem Principum tuetur integram. Hinc crebro in nummis antiquis legas, MATRI DEVM: MATRI MAGNAE: MATRI DEVM SALVTARI: MATRI DEVM CONSERVAT. *Conſeruatrici*. MATRI DEVM CONSERV. AVG. *Conſeruatrici Auguſti*, Commodi nimirum, qui Princeps tenui valetudine fuit. H.

c. *In alterutro)* Siue exortu matutino, cum Luciferum agit: ſiue Veſperum, veſpertino. H.

rore a. conſpergens, non terrae modo conceptus implet, verum animantium quoque omnium [1] ſtimulat: Signiferi autem ambitum peragit trecentis b. et duodequinquagenis diebus, ab Sole nunquam abſiſtens [2] partibus ſex c. atque quadraginta longius, vt Timaeo placet. Simili ratione, ſed nequaquam magnitudine aut vi, proximum illi Mercurii ſidus, a quibusdam appellatum Apollinis d.: inferiore circulo fertur, nouem e. diebus ocyore ambitu, modo ante Solis exortum, modo poſt occaſum ſplendens, nunquam ab eo f. viginti tribus

1. *Omnium naturam ſtimulat M. 2. abſcedens. Vet. 3. duabus. M. V.*

a. *Genitali ſore)* Quemadmodum a Luna Tullius L. II. de N. D. p. 71. aliique aiunt, *multa manare et fluere, quibus et animantes alantur, auges aurque et pubeſcant, matur tatemque aſſequantur quae oriuntur a terra.* De vi prolifica Veneris multa Poetae fabulantur. Vide Lucretium initio Libri I. Porphyrius apud Euſeb. L. III. de Praepar. p. 114. τῆς Ἀφροδίτης ἀξέρα γενεσιάρχην καὶ γονῆς αἴτιον eodem ſenſu appellat. H.

b. *Trecentis etc.)* Aſtronomi omnes veteres in annuum ſpatium fere conſpirant. Recentiores multo accuratius explorata re, Veneris curſum ducentis fere ac viginti quinque diebus, ſeu menſibus ſeptem ac dimidio, confici, omnibus prope ſententiis affirmant. H.

c. *Sex atque)* Immo ſi hodiernis Aſtronomis fides, gradibus XLVII. cum ſemiſſe a Sole interdum remouetur, quantum fere Luna quatriduana: Id qnod ante eos Ptolemaeus vidit, in Almag. L. X. c. 1. p. 234. et L. XII. p. 298. H.

d. *Apollinis)* ſic vocatur ab Apuleio L. de Mundo, p. 169. H.

e. *Nouem diebus)* Igitur diebus CCCXXXIX. Annò prope vertente Balbus dixit, apud Tullium L. II. de N. D. p. 72. a Mercurio Signiferum luſtrari orbem. Noſtri in ſcientia ſiderâh diligentiores, poſt dies octo et LXXX. fere aiunt, ad vnum ex iis punctis reuerti, vnde digreſſus eſt: ac tardo quidem motu ea puncta verſus ortum deferri, adeo vt annis XL. gradu vno promoueantur. H.

f. *Viginti tribus)* Ita rurſum ſect. 14. etſi varient exempla-

bus partibus remotior, vt hic[1] idem et Sosigenes docent. Ideo et peculiaris horum siderum ratio[2] est, neque communis cum supradictis. Namque a. ea et quarta parte caeli a Sole abesse, et tertia: et aduersa Soli saepe cernuntur, maioresque alios habent cuncta plenae conuersionis ambitus, in b. magni anni ratione dicendos. (IX.) Sed omnium admirationem vincit nouissimum sidus, terrisque[3] familiarissimum, et in tenebrarum remedium ab natura repertum, Lunae c. Multiformi haec ambage torsit ingenia contemplantium[4], et proximum ignorari[5] maxime sidus indignantium: crescens semper, aut



sene-

1. *Cresias et Sosigenes. M.* 2. *Statio. M.* 3. *terris. CH.* 4. *contemplantibus. CII.* 5. *Ignorare. CH.*

emplaria in his numeris exprimendis. MSS. quatuor habent, XXII. Astronomi hodie ad XXVIII. gradus a Sole aiunt abscedere longissime. Ptolem. in Almag. L. IX. c. 7. p. 226. ad XXVI. cum semisse. H.

a. *Namque ea)* Tria superiora sidera, quae vocantur errantia. H.

b. *In magni anni)* Tractari, inquit, haec debent ab iis, qui de anni magni ratione ac mensura, instituunt quaestionem. Caue enim putes denotari a Plinio partem aliam historiae suae, quae in hoc argumento versetur: cum in reliquo opere, de magno anno, nec vola, vt aiunt, nec vestigium appareat, nisi obiter, L. X. sect. 2. vbi de phoenicis aeuo, *Magnus annus efficitur*, inquit Cic. L. II. de N. D. p. 72. *cum Solis et Lunae et quinque errantium ad eamdem inter se comparationem, confectis omnium spatiis est facta conuersio. Quae quam longa sit, magna quaestio est: esse vero certam et definitam, necesse est.* Magnum annum varie definiere veteres, quorum opiniones recitat Ricciolus, T. I. Almag. L. III. c. 13. p. 136. et Censorinus ante eum, c. 18. p. 131. H.

c. *Lunae)* Lineam ἐκλειπτικὴν, Lunae orbitam, Tarentina voce *circulum manacum* vetercs appellarunt, quasi maniacum, μανιακὸν: vnde Arabibus Kalendarium Almanach. Vitruuius lib. XI. *Circinatio circuli menstrui agatur, qui Manacus dicitur.* Scalig.

ſeneſcens. Et modo curuata in cornua[1] facie, modo aequa portione diuiſa[2], modo ſinuata a. in orbem: maculoſa, b. eademque ſubito praenitens: immenſa orbe pleno, ac repente nulla; alias pernox, alias ſera, et parte diei Solis lucem adiuuans: deficiens, et in defectu tamen conſpicua[3]: quae c. menſis exitu latet, cum d. laborare non creditur. Iam vero humilis,

1. *Cornua, facie modo aequa, etc. M. cornua modo aequa etc. Gr. receptam lect. ex MSS. Hard. debemus.* 2. *dividua. Vet. ſic et cap. 18.* 3. *conſpicua: ac menſis. M. Alii quin Menſ.*

a. *Sinuata in orbem)* Lego, *ſinuata, in orbe maculoſa, etc.* Nam ſinus in orbe non poteſt intelligi. Vel certe, *ſinuoſa, orbe pleno immenſa ac repente nulla, eademque ſubito praenitens, maculoſa alias, etc* D.

*Modo ſinuata in orbem)* Hunc locum correctionibus ſuis peſſime corruperunt eruditi dum legunt, *ſinuata, in orbe maculoſa.* Nam ſinus, inquiunt, in orbe non poteſt intelligi. inepte. *ſinuari arcus* dicitur, qui curuatur. *ſinuari vela*, quae curuantur, et inflantur. curuari et cavari inuicem ponuntur, vnde et κοιλαίνειν Graeci pro curvare accipiunt, ita et *ſinuare.* Luna igitur *in orbem ſinuata* eſt quae Graecis ἀμφίκυρτος in orbem ſcilicet protumida vndique et in orbem curuata. *Salmaſ.* Exercitat. Plin. p 376.

b. *Maculoſa)* Maculoſam appellat, quae orbe non pleno, ſed ſeminani, extremo ambitu ob maculas obſcuriore eſt, futura orbe mox rotundato praenitens. H.

c. *Qua menſis exitu latet)* Melior meo iudicio lectio, *Quin menſis exitu latet. Pint.*

d. *Cum laborare non creditur)* *Luna* cum plena eſt, inciditque in faſtigium vmbrae noctis, extinguitur, quod veteres *laborare* dixerunt. At vero menſis exitu, quamuis nullum eius lumen ſit, tamen eam laborare veteres non credebant. Credebant etiam veneficarum carminibus et incantationibus deficientem eripi, ſolicitari, affici, ac deduci. Quapropter ne illarum verba exaudiret, clamoribus, et aeris crepitu obſtrepebant. Ambroſius, *Quod cum requirerem quid ſibi clamor hic velit, dixerunt mihi quod laboranti Lunae veſtra vociferatio ſubueniret, et defectum eius ſuis clamoribus iuuaret.* Et iterum, *Tunc, inquam, apud vos turbatur carminibus globus Lunae, quando calicibus turbantur et oculi. Dal.*

Cum

milis[1], et excelsa, et ne id quidem vno modo, sed alias admota caelo, alias contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros deiecta: quae singula in ea deprehendit hominum primus Endymion: a. et ob id amore eius captus fama traditur[2]. Non b. sumus profecto grati ergo eos, qui labore



1. *Humilis, excelsa.* 2. *traditus. M.*

*Cum laborare non creditur)* Id est, interquiescere creditur, eo quod tunc lucere desinat. Vnde quod interlunio fit, aliquoties Plinio *silente Luna* fieri dicitur. *Gel.*

*Cum laborare)* Si cum deficit, conspicua est, inquit, et tamen laborare existimatur, cur eadem in exitu mensis abdita, haud laborare dum creditur? Laborare lunam veteres putabant, cum deficeret: qua de re dicemus sect. 9. H.

a. *Endymion)* Ita ex Platone Anonymus L. de Incredib. c. 12. p 104. ὅτι πρῶτος Ἐνδυμίων, etc. Princeps omnium Endymion siderum contemplationi operam dedit: quamobrem noctu vigilabat, plurimum dormiebat interdiu: atque idcirco eius amore Luna capta esse dicebatur. Ita enim Apollodorus L. I. de Diis p. 29. Tzetzes, Chiliad. 2. v. 877. Fulgent. L. II. Mythol. c. vlt. de Proserp. et Endym. fol. 141. Hesychius, p. 325. Carem fuisse Endymionem scribit, et in Cariae monte Latmo sepultum. H.

b. *Non sumus profecto grati erga eos qui labore curaque)* Scribendum reor, *Ne sumus profectu ingrati erga eos qui, etc.* hoc sensu, mentionem habitam Endymionis, suumque illi redditum, quod ingrati hominis sit, cum literis profecerit, obliuisci eorum, qui primum aditum, primasque fores ad ipsas disciplinas reserauere. Hunc sensum aptiorem esse, magisque e dignitate et grauitate Pliniana, quam is, quem Hermolaus comminiscitur, intelliget, qui verba haec Plinii contulerit cum illis quae mox cap. 15. habentur: *In quibus aliter multa quam priores tradituri, fatemur ea quoque illorum esse muneris qui primi quaerendi vias demonstrauerunt, modo ne quis desperet saecula posse proficere.* Est autem, ni fallor aemulatio Senecae lib. VI. Nat. Quaest. *Noua*, inquit, *omnia erant primo tentantibus. Postea eadem limata sunt. Et, si quid inuentum est, illis nihilominus re-*

*ferri*

curaque lucem nobis aperuere in hac luce [1]: miraque humani ingenii peſte, ſanguinem et caedes condere [2] Annalibus iuuat, vt a. ſcelera hominum noſcantur mundi ipſius ignaris. Proxima ergo cardini, b. ideoque minimo ambitu, vicenis diebus ſeptenisque, et tertia diei parte, peragit ſpatia eadem, quae Saturni ſitus altiſſimum triginta (vt c. dictum eſt) annis. Deinde [3] morata in coitu Solis biduo, cum tardiſſime e [4] triceſima luce rurſus ad eaſdem vices exit; haud ſcio an omnium, quae in caelo per-

1. *Luce. Mira hum. Dalec.* 2. *ſcribere. M.* 3. *deinde aſſecūta ſolem, bīduo remorata in coitu, et cum tardiſſime a triceſima luce, etc. Milichius. Dein commorata. M.* 4. *a. CH.*

*ferri debet acceptum. Magni animi fuit rerum naturae latebras dimouere, neque contentum exteriori eius conſpectu introſpicere, et in deorum ſecreta deſcendere. Pintian.*

*Nos ſumus)* Fruſtra hunc locum ſollicitat Pintianus, dum legit, *Ne ſimus profectu ingrati*, etc. Ac paulo infra, *vt ſcelera numinum.* Nihil eſt hac Plinianā oratione planius, nihil apertius. Grauem continet reprehenſionem eorum, qui inutilia ſtudia conſectantur, neglectis praeſtantiſſimis diſciplinis, ac caeleſtium praeſertim corporum contemplatione: Alius enim ſcribit amatoria, alius tragica, alius hiſtorica: vnde noſcantur ſcelera hominum: mundi ipſius eximia pulchritudine neglecta interim, et craſſis inſcientiae tenebris occultata. H.

a. *Vt ſcelera hominum noſcantur mundi ipſius ignaris)* Scribendum arbitror, *numinum*, non *hominum.* vt ſit ſenſus, tantam eſſe humani animi arrogantiam, vt caelum ipſum ignorantes, profiteantur ſe ſcelera numinum tenere. Confirmant hanc correctionem verba mox ante praecedentia: *In hac luce mira humani ingenii peſte ſanguinem et caedes condere annalibus iuuat.* et quae ſequuntur cap. 12. *Pint.*

b. *Cardini)* Hoc eſt terrae, vt ait ipſe ſect. 64. Certe ex implicatis orbibus ii ſunt breuiores. qui centro ſunt axique omni ex parte propiores. H.

c. *Vt dictum eſt)* Paulo antea hac ipſa ſectione. H.

pernoſci[1] potuerunt, magiſtra: In duodecim menſium ſpatia[2] oportere diuidi annum, quando[3] ipſa toties Solem redeuntem ad principia a. conſequitur: Solis b. fulgore[4] reliqua ſiderum regi: ſiquidem in toto mutuata ab eo luce fulgere, qualem[5] in repercuſſu aquae volitare conſpicimus: Ideo molliore, et imperfecta vi ſoluere c. tantum humorem, atque etiam augere, quem Solis radii abſumant: Ideo[6] et inaequali lumine aſpici: quia ex aduerſo demum plena, reliquis diebus tantum ex ſe terris oſtendat, quantum d. ex Sole ipſa concipiat[7]: In coitu quidem non cerni: quoniam hauſtum omnem lucis auerſi e. illo



1. *pronoſci. CH.* 2. *ſpatia cognitum oport. Dal.* 3. *quando ipſum. M.* 4. *ex MSS. hanc laudat Hard. fulgore vt reliqua ſiderum regi. M. Legit et, regi, Turneb. fulgore eam, vt reliqua ſidera. Gr.* 5. *qualem in repercuſſa aqua. M.* 6. *Ideo autem inaequali lumine abſumi. M.* 7. *conſpiciat. CH.*

a. *Ad principia)* Ad ea puncta vnde curſum incepit, *quae non attingit niſi anno verente*, Luna cum iam duodecies conſecuta. H.

b. *Solis fulgore eam vt reliqua ſidera regi)* Legendum *regi*, non, *tegi*, tum ex cap. 15. vbi dicet, *Poſtea radiorum eius contactu reguntur.* tum etiam ex Toletano codice. *Pintian.*

*Reliqua ſidera regi)* Ob hanc cauſam Graeci poetae Solis filiam vocant. Euripides in Phoeniſſis, ὦ λιπαροζώνε θύγατερ ἡλίε σελαναίᾳ χρυσεόκυλον φέγγος. Heſiodus vero et Virgilius, ſororem: *Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna. Dal.*

c. *Soluere tantum humorem)* Aquas marinas, tantum ſolvere, non autem attollere et auferre, vt dicetur ſect. 104. H.

*Humorem)* Aquas marinas. H.

d. *Quantum ex Sole)* Hoc eſt, pars illa quae terris obvertitur (faciem antea appellauit) tantum fundit ex ſeſe lumen, quantum in eam a Sole deriuatur: Alioqui dimidio ſemper illuminatur orbe, vt phyſici Aſtrologique norunt. H.

e. *Illo regerat)* Beroſus, auctore Cleomede, atque etiam Vitruuius, putauit Lunae corpus pilam eſſe altera parte candentem, altera coeruleam,

regerat, vnde acceperit: a. Sidera [1] vero haud dubie humore b. terreno paſci; quia c. orbe dimidio nonnunquam [2] maculoſa cernatur, c. ſcilicet nondum ſuppetente ad hauriendum vltra [3] iuſta vi: maculas d. enim

1. *Humore vero terreno, vt ſidera, haud dubie paſci. Dal.*
2. *nunquam Dal.* 3. *vltra lucis vi. Chiff.*

ruleam, eiusque mutationes fieri prout magis minusue a Sole corripitur. Vide Vitruv. cap. 4 lib. IX. *Dalec.*

a. *Sidera vero)* Stoiciſſat hoc loco Plinius, vt et Seneca ὁ Στοϊκώτατος, L. II. Quu. Nat. c. 5. qui de terra agens, hinc proferri ait, quo ſuſtineantur tot ſidera, tam exercitata, tam auida, per diem noctemque, vt in opere, ita et in paſtu. Anacreon lepide in eam ſententiam. Πίνει θάλασσα δ' αὔρας, Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν. Scio hac etiamnum aetate Aſtronomos haud obſcuri nominis huic ſententiae patrocinari: Sed dudum eſt quod ridiculam Ariſtoteles appellavit L. II. Meteor. c. 2. p. 551. Διὸ καὶ γελοῖοι πάντες ὅσοι τῶν πρότερον ὑπέλαβον τὸν ἥλιον τρέφεσθαι τῷ ὑγρῷ. H.

b. *Humore terreno paſci)* Sic infra c. 68. huius lib. de Oceano: *Sidera ipſa tot et tantae magnitudinis paſcens.* Eiusdem opinionis fuit et Seneca Quaeſt. Nat. lib. II. cap. 5. *Ex caelo et terra alimenta omnibus animalibus, omnibus ſatis, omnibus ſtellis diuiduntur. Profertur quo ſuſtineantur tot ſidera, tam exercitata, tam auide per diem noctemque, vt in opere, ita in paſtu.* Lucret. *Vnde Aether ſidera paſcit.* Lucan. *Nec non Oceano paſci Phoebumque palumque Credimus. Dalec.*

c. *Quia orbe dimidio nonnunquam maculoſa cernatur)* Minus male legetur commutato negationis loco, *nunquam non maculoſa cernatur*, hoc eſt, nonnihil maculoſa, non in totum, qua ſubiungit ratione. *Pintian.*

*Quia orbe)* Ex Lunae nutrimento effici ait ſimilem eſſe aliorum ſiderum paſtum: Lunae autem cibum eiusdem maculis declarari putat. H.

*Maculoſa)* Vide Not. et Emend. N. XII. (hic adiectas) *Nonnunquam maculoſa)* Sententiam Plinianam perturbat, et omnium exemplarium auctoritati Pintianus aduerſatur, cum legit, *Nunquam non maculoſa.* H.

d. *Maculas enim, etc.)* Poetae fingunt maculas illas eſſe puerum, quem dilectum ſecum Luna ferat, prae pudore faciem celantem. Valerius Cato in Diris: *Sidera per viridem redeunt cum pallida*

da

enim non aliud esse quam terrae raptas cum humore sordes: (X.) Defectus a. autem suos [1], et Solis, rem in tota contemplatione naturae maxime miram, et ostento similem, eorum magnitudinem, vmbraeque indices existere.

VII. Quippe manifestum est, Solem interuentu Lunae occultari, Lunamque terrae obiectu: ac vices reddi, eosdem Solis radios Luna interpositu suo auferente terrae, terraque Lunae. Hac [2] subeunte repentinas obduci tenebras, rursumque illius vmbra sidus hebetari. Neque aliud b. esse noctem, quam terrae vmbram. Figuram autem vmbrae similem metae, ac turbini [3] inuerso; quando mucrone c. tan-



1. *Eius. M. sui, et Solis, quae res in tot. cont. nat. max. et ost. similis, eor. magnitudinem vmbrasque ind. exist. Dal.* 2. *Hac vero. M.* 3. *orbi. Chiff.*

*da mundum, Inque vicem excurrunt, tunc aureus orbis ephebi Luna tui tecum est, cur non est et mea mecum?* Apud Plutarchum Agesianarum Poeta: *περὶ τὸ πρόσωπον ἐμφαινομένην ἐν κύκλῳ τῆς σελήνης, Πᾶσα μὲν ἥδε πέριξ πυρὶ λάμπεται, ἐν δ' ἄρα μέσσῃ Γλαυκότερον κυάνοιο Φαείνεται ὕδατος αὐγή· Ὄμμα; καὶ ὑγρὰ μέτωπα δ' ἐρεύθεϊ ἔνθα ἔοικε. Dalec.*

a. *Defectus autem suos)* Lunae scilicet ac deinde Solis: ex quibus Luna ipsa docuit vtriusque sideris et amborum vmbrae magnitudinem posse intelligi. Haec enim ad illa superioris capitis referuntur, vnde male diuulsa sunt hactenus ab ils qui Plinianum opus in capita digesserunt: *Haud scio an omnium quae in caelo pernosci potuerunt, magistra.* Quare perperam Hermolaus, quem Latius in editione sua est secutus, *suos* inducit, vt *eius* reponat, repugnantibus MSS. et libris editis. H.

b. *Aliud esse noctem, etc.)* Noctis praesidem deum, Nocturnum Plautus appellat in Amphitryone: *Certe aedepol scio, si quicquam est quod credam, aut certo sciam, Credo ego hac nocte Nocturnum obdormisse ebrium.* Idem in Bacchid. *Vulcanus, Sol, Dies, et Luna Dei quatuor, Scelestiorem nullum illuxere alterum.* Dal.

c. *Mucrone tantum ingruae)* Hic monendus est Lector, Plinium sequutum quosdam qui ecli-

tantum ingruat, neque Lunae [1] excedat a. altitudinem [2]: quoniam nullum aliud ſidus eodem b. modo obſcuretur; c. et talis figura ſemper mucrone deficiat. Spatio quidem [4] conſumi vmbras, indicio ſunt volucrum d. praealti volatus. Ergo e. confinium illis eſt aeris f. terminus, initiumque aetheris. Supra Lunam

1. *Non legitur in M. neque in Ch.* 2. *latitudinem. M.* 3. *in mucronem. M. et Gron. cum Hard. ex MSS. conſentit. CH.* 4. *eodem. CH.*

eclipſium rationes non intellexerunt, et ideo cum illis turpiter erraſſe. Haud enim verum eſt vmbram mucrone tantum in Lunam incidere, Hoc enim modo fieret, vt non plus vno puncto de corpore Lunari obſcurare poſſet, quantum videlicet mucro, ſeu acies contineret. Quod falſum eſſe experientia teſtatur: ſiquidem totam Lunam deficere, atque etiam aliquandiu in vmbra commorari, vel rudi vulgo notum eſt. Hac de re vide Iacobi Milichii in hunc ſecundum librum commentaria. *Dal.*

*Quando mucrone)* Cum mucronem audis, caue etiam extremam intelligas illius vmbrae, quae eſt metae ſimilis: ſed partem illam totam, quae in mucronem mox eſt deſitura. H.

a. *Altitudinem)* *Latitudinem* magis probat Hermolaus, quod Latitudinem diſci Lunaris vmbra terrae tegi compertum eſt. Sed *altitudinem* ſcripſiſſe Plinium, et MSS. codicum conſenſus ſuadet, et illud in primis quod proxime ſequitur: *Quoniam nullum aliud* ſupra Lunam *ſidus obſcuretur.* H,

b. *Eodem modo)* Hoc eſt, intercedente terra. Soli enim ex aduerſo eſſe Mercurius Venusque non poſſunt, nec ab eo tam longo, vt dictum eſt, diſſident interuallo. Obſcurari tamen alio modo, Lunae ſcilicet interiectu, quis neget? Mars ipſe etiam delibari fortaſſis vmbra terrae poteſt, vt Keplero viſum. H.

c. *Obſcuretur)* Ratio eſt, quia Venus et Mercurius nunquam tam longe recedunt a Sole vt obſcurari poſſint. *Dalec.*

d. *Volucrum)* Quarum ante abſumuntur vmbrae, quam terram eae pertingant. H.

e. *Ergo)* Ergo vbi vmbra terrae deſinit. *Sole ſub terras exiſtente*, ibi aeris terminus eſt, initiumque aetheris. H.

f. *Aeris terminus)* Igitur in aere volui Lunam putat, reliqua in aethere. Aeri illi aethe-

Lunam pura omnia ac diuturnae lucis plena. A nobis autem per noctem cernuntur sidera, vt reliqua lumina e[1] tenebris. Et a. propter has causas nocturno tempore deficit Luna. Stati autem atque menstrui non sunt vtrique defectus, propter obliquitatem Signiferi, Lunaeque multiuagos, b. vt[2] dictum est, flexus, non c. semper in scrupulis d. partium congruente siderum motu.

VIII. (XI.) Haec ratio mortales[3] animos subducit in caelum: ac velut inde contemplantibus, trium e. maxi-

1. *In tenebris. M.* 2. *vt dictum est, vncinis inclusa haec verba ap. Gr.* 3. *mortalium. Vet.*

aetherique communem esse sanxit *spiritus* appellationem, sect. 4. cum in eodem spiritu pendere septem sidera dixit, quae vocantur errantia. H.

a. *Et propter has)* Cum Luna, inquit, inferior sit ea regione, in qua pura omnia sunt, ac diuturnae lucis plena, in qua etiam per noctem, conspicua sunt sidera, quia ad ea nox ipsa, siue vmbra, minime perueniat, idcirco patitur Luna defectum: quia vmbra, quae causa defectionis est, ad confinium vsque aeris et aetheris, in quo Luna est, pertinet. H.

b. *Multiuagos)* Nunc in aquilonem elata, nunc in Austros deiecta, vt dictum est superiore sectione. H.

c. *Non semper)* Non semper in iisdem gradibus, partibusque graduum, occurrente vtriusque sideris motu. H.

d. *Scrupulis, etc.)* Hoc est in capite et cauda Draconis. *Dalec.*

*In scrupulis)* Non semper mouente se vtroque sidere sub iisdem Ecliptica partibus, siue punctis, vnde Solis defectus oritur: aut in oppositis ex diametro, vnde Lunae deliquium. Scrupuli, nodi sunt, in quibus circuli, quos in suo cursu Sol et Luna efficiunt, se mutuo secant. Hos caput caudamque Draconis Astronomi vocant. H.

e. *Trium maximarum)* Terrae, Lunae, Solis. Aliquod his tribus corporibus maius aliud fuisse aliquando existimatum in rerum natura, negat aperte Plinius: negat inter veteres quemquam aliter sensisse: quod si *fecisset aliquis*, de *more ipse*, vt de mundis innumerabilibus, aliisque nonnullorum quamvis stultis opinionibus iam superius dixit, verbo saltem id indicaret. Ex eo autem fit

maximarum rerum naturae partium magnitudinem detegit. Non poſſet[1] quippe totus ſol adimi terris, intercedente Luna, ſi[2] terra a. maior eſſet quam Luna,

1. *Poſſet quippe. Ia. Milich. ſic legit, Nam poſſet totus ſol adimi terris, intercedente Luna, ſi terra minor eſſet.*
2. *ſi luna maior eſſet quam terra. Dal.*

fit vt veteres Aſtronomos arbitremur in ea fuiſſe ſententia, quae ſola nobis viſa ſemper eſt congruere etiam cum ſacris libris; praeſertim vbi de aquis ſupra caelum ſidereum ad diluuium in primis reſeruatis, ſcriptum eſt praeter alia, *Qui tegis aquis ſuperiora eius:* conditum a Deo in vſum hominum globum terraqueum, maximum omnium corporum eſſe, quae ſunt globoſa, vno Sole excepto. Et hanc ſententiam cum voluptate vidimus Aſtronomice et Optice demonſtratam libro Italice ſcripto, quo oſtendit D. Iohannes Baptiſta Hodierna Raguſanus Archibresbyter in Sicilia, anno 1644. terram eſſe maiorem non modo ſingulis, ſed ſimul omnibus ſideribus ac ſtellis, vno excepto Sole: quem ſoliditatem globi terraquei contineri ait tantis CLXXV. cum triginta et vna ſexageſimis partibus: cum ſoliditas terrae contineat lunae ſoliditatem ſexagies cum quadrante. Inter ſidera autem errantia, maximum cenſet eſſe poſt Lunam Saturni ſidus, tum Iouis, deinde Veneris, poſt Mercurii, Martis vero minimum. At ſecus ſentit Plinius inferius ſect. XXXIX. vbi nullum e ſideribus quae vocantur errantia minus Luna eſſe pronuntiat: quamuis magis ea eſſe vllum non auſit affirmare. Nam quod ſect. VI. ait, *extra cuncta alia ſidera eſſe magnitudine* Veneris ſidus; vt Solem ibi, ſic et Lunam excipit. Auguſtinus autem in ep. CXV. n. 3. *credit* aſtra a Sole magnitudine tantum differre, quantum ſenſibus clarum atque manifeſtum eſt. At Aſtronomi hodierni Solem aiunt magnitudine terram ſuperare ſaltem tantis decies centenis millibus: Lunam vero ſe habere ad terram, vt fere 1. ad 45. H.

a. *Si terra maior, etc.)* Haec in Euclide latius tractata videre poterit ſtudioſus lector. *D.*

*Si terra)* Si tractus ille terrarum, qui tum obſcuratur, maior eſſet quam Luna: En, inquit, quantum illud eſt terrarum ſpatium, cui Sol totus adimitur? Adimi vtique vel ſic non poſſet, niſi Luna ſpatio eo toto, quantum quantum illud eſt, maior eſſet. Vt vel ex eo argumento, etiam

etiam craſſiores intelligant Lunae vaſtitatem, quae tanto terrarum tractui par ſit, atque adeo multis partibus eo maior. Ad ſtadiorum certe millia quatuor, Solem adimi totum terris poſſe, ſcripſit Cleomedes, L. II c. 3. Vide Not. et Emend. n. XIII. (hic ſubiunctas) *Non poſſet quippe totus Sol adimi terris, intercedente Luna, ſi terra maior eſſet quam Luna.)* Vnus eſt hic locus ex iis, in quibus vel ſideralis ſcientiae imperitus, vel improbe fixiſſe crucem Aſtronomis Plinius hactenus viſus eſt. Corruptos illi codices conqueſti ſunt, atque in diuerſas deinde emendando coniiciendoque abiere partes. Zieglerus ſic quidem legit: *Non poſſet quippe totus Sol non adimi terris — niſi terra maior*, vel *ſi terra non maior eſſet, quam Luna.* Dalecampius: *ſi Luna maior eſſet, quam terra.* Salmaſius: *ſi terra minor eſſet, quam Luna.* Milichium is hac parte ſequitur, ita reſcribentem: *Nam poſſet totus Sol non adimi terris, ſi terra minor eſſet, quam Luna.* Plerique pugnantia ſecum locutum eſſe Plinium, et a veritate alieniſſima arbitrati ſunt: quorum falſas coniecturas ſimplici admodum illa quidem, at Plinianae menti, rerumque adeo veritati conſona interpretatione, vt ſane remur, eluſimus. Quid enim? In ea fuiſſe Plinium haereſi volunt, quae toti terrarum orbi, quantus quantus eſt, poſſe ſimul Solis lumen eripi ſtatuat. Quo argumento tandem? Totum ille quidem adimi Solem terris audio, quod et auctoritas, et experimenta magnorum artificum probant: totis adimi terris, non audio. At terram vniuerſam minorem eſſe Luna pronuntiat. Falſum. Hoc negat vnum, vt diximus, partem terrae eam, cui Sol adimitur, quae lunaris vmbrae mucrone tegitur, Luna ipſa quae vmbram emittit in mucronem, poſſe eſſe maiorem. Adeone vero ſtipes ac fungus fuit, vt immemor eorum quae plane modo ſuperiore ſectione dixerat, quaeque iterum hac ipſa mox inculcat, nempe vmbra terrae in conum deſinente obſcurari Lunam: id nunc affirmet, cum quo ſtare hoc poſtremum nequit? Nam ſi terra vniuerſa minor quam Luna fuerit, qui tandem eius vmbrae meta obſcurari Luna poſſit? Sed eam eſſe Plinii mentem, quam diximus, transſcriptor Plinii Martianus declarat: qui cum hunc locum haberet ante oculos, ita reddidit libro octauo cap. *quod Luna minor ſit quam tellus*, p. 290. *Reperi*, inquit, *duodeviceſimam partem terrae, vmbram quam Luna fecerat, continere. Sed quoniam maius corpus eius eſt; quo vmbra me-*

*a-*

Luna. a Tertia[1] ex vtroque vaſtitas Solis aperitur, vt b. non ſit neceſſe amplitudinem eius oculorum argumentis, atque coniectura animi ſcrutari: c. immenſum[2] eſſe, quia arborum in limitibus porrectarum

1. *Sic M. et CH. ex MSS. laudat hanc Hard. Certior ex vtraque Gr.* 2. *immenſum eſſe conſtat, quia Rhodig.*

*meraliter iacitur, quam ipſa vmbra — compertum eſt triplo maiorem eſſe Lunam vmbra ſua.* Quo ſenſu *vmbra ſua* dixit Martianus, hoc ipſo Plinius *terra* dixit, pro ea terrae portione ſcilicet, cui Sol adimitur, quam Lunae vmbra obſcurat, ad vulgi, vt monuimus, ſenſum accommodate. Lunam alioqui terrae magnitudine quadragies quinquies ſuperari, demonſtrant Mathematici. H.

a. *Tertia ex vtroque vaſtitas ſolis aperitur)* codex Tolet. *tertia*, legit, non *certior*. *Pintian.*

*Tertia)* Tertia, inquit, e maximis partibus rerum naturae, hoc eſt, Solis vaſtitas, ex vtraque altera liquido declaratur. Sic L. XIII. ſect. 2. *Tertius inter haec eſt colos*, etc. Plinii ſtilum non ſapiunt ii, vt cetera nunc argumenta mittam, qui pro *tertia* hoc loco *certior* reponunt. H.

b. *Vt non ſit)* Ludit operam, inquit, qui Solis amplitudinem iis argumentis ſcrutatur, quae vulgus iactitat, cuiusmodi iſta ſunt. Immenſum eſſe Solem oportere, quia etc. Praeſertim vbi alia certiora magisque idonea ſuppetunt: qualia ſunt Lunae Solisque defectus, de quibus nunc eſt inſtituta oratio. In Pico Teneriffae (mons hic eſt altiſſimus maximae Canariarum inſularum, ac totius verius orbis, cum ſit millium paſſuum 47812 altitudinis:) in ſummo, inquam, montis cacumine ſolem aiunt videri non niſi maximae ſtellae magnitudine Vide librum inſcriptum, *Melanges d'hiſtoire et de literature* T. I. p 48. 49. 50. Id accidere aiunt ex defectu vaporum, qui nulli ſunt in illo montis vertice, quibus fieri ſolet vt maiora eſſe ſidera errantia oculis videantur. H.

c. *Immenſum eſſe conſtat, quia arborum, etc.)* Verbum *Conſtat*, quod in aliis reperitur, redundat. Refertur enim haec tota oratio ad praecedens verbum, *Aperitur*, et, *Qui arborum* habent veteres codices, non, *Quia*: Scriba, *A.* literam geminauit. *Gelen.*

*Immenſum eſſe)* Sic videlicet *ratiocinando*, Immenſum eſſe Solem *oportere*, quia vmbras arborum, quae ſunt in viarum et agrorum limitibus

*longo*

rum in quotlibet paſſuum millia vmbras paribus iaciat interuallis, tanquam toto ſpatio medius [1]. Et quia per aequinoctium omnibus in meridiana plaga habitantibus, ſimul a. fiat a vertice: item b. quia circa [2] ſolſtitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionem vmbrae cadant, ortu vero ad Occaſum: Quae fieri nullo modo poſſent, niſi multo, quam terra, maior eſſet. Necc. quod [3] montem Idam exoriens latitudine exſuperet [4], dextra laeuaque large amplectens, praeſertim tanto diſcretus interuallo. Defectus Lunae magnitudinem e. eius haud dubia ratio-

1. *medias. M.* 2. *citra. M.* 3. *Hanc lect. firmant MSS. Nec non quod montem idem. M. Et quod montem. Gr.* 4. *exſuperat. M.*

*longo ordine* protectae multis paſſuum millibus, ipſe proiicit, pari longitudine, tanquam toti illi ſpatio par vnus eſſet. H.

a. *Simul fiat)* Simul omnium vertici immineat *hora meridiana, nullasque iaciat vmbras.* H.

b. *Item quia circa)* Eodem ipſo tempore, inquit, quo habitantibus in meridiana plaga; Sol incumbit a vertice iis qui circa vel citra ſolſtitialem circulum incolunt, meridie vmbras ad ſeptentrionem iacit. H.

c. *Nec quod)* Nec multo felicius, inquit, vaſtitas Solis eo argumento comprobatur, quod vel ruſticis ipſis familiare eſt, et ex oculorum etiam experimento acerſitur: quo montem Idam, qui mons ſeſe alte e terra in metae propemodum formam attollit, animaduertimus dextra laeuaque mane colluſtrari, luce ſua large complente Sole vtrumque montis, quantus quantus eſt, latus. H.

d. *Montem Idam exoriens, etc.)* doctiſſ. poeta *Iamque iugis ſummae ſurgebat Lucifer Ida. Dalec.*

*Montem Idam)* Siue Cretae montem intelligat, ſiue Troadis, nihil intereſt. Narrat quiddam de Ida, Troadis monte, Pompon. Mela L. I. c. 18. p. 20. quod Cretenſi Idae Solinus imprudens adſcribit, c. 11. p. 29. Sed aliud longe eſt quam quod hic Plinius refert: quamquam Salmaſius p. 172. in Solin. et Voſſ. in Melam p. 97. hoc ipſum eſſe arbitrati ſunt. Diodorum vide L. XVII. Bibl. p. 492. H.

e. *Magnitudinem eius)* Solis. H.

ratione declarat, ſicut terrae paruitatem a. ipſe [1] deficiens. Namque b. cum ſint tres vmbrarum figurae: conſtetque, ſi par lumini ſit, materia, quae [2] iactat vmbram, columnae effigie iaci, nec habere finem: ſi vero maior materia, quam lumen, turbinis recti, vt ſit imum eius anguſtiſſimum, et ſimili modo infinita longitudo: ſi minor materia, quam lux, metae exiſtere effigiem in cacuminis finem deſinentem: talemque cerni vmbram deficiente Luna, palam ſit, vt nulla amplius relinquatur dubitatio, ſuperari c. magnitudine terram: id [3] quidem et tacitis ipſius naturae indiciis. Cur enim partitis vicibus anni brumalis [4] abſcedit? vt noctium d. opacitate terras reficiat, exuſturus haud dubie, et ſic quoque exurens quadam in parte, tanta magnitudo eſt [6].

IX.

1. *ipſa M.* 2. *iactans. CH.* 3. *hic. M.* 4. *bruma is. M.* 5. *ſic quoque M. et Chiff. capacitate. Gr.* 6. *eius. Dal.*

a. *Ipſe deficiens)* Terrae paruitatem, inquit, ſi cum Sole conferas, declarat Sol ipſe deficiens: tum enim maior lux eſt quam materia quae iactat vmbram, cum ea iacitur metae effigie in cacuminis finem deſinente. Talis autem cernitur vmbra terrae deficiente Luna, Sole ſub terris abdito: ſuperatur a Sole igitur magnitudine terra. Zieglerus et alii, qui *ipſa deficiens* legunt, ad Lunamque referunt, vetuſtis Plinii codicibus aduerſantur, ſententiamque labefactant. H.

b. *Namque cum etc.)* Theon. Praef. ſuper Euclid. optica. Magin. theoric. lib. II. cap. 24. *Dalec.*

c. *Superari)* A Sole. H.

d. *Opacitate)* Vmbra nimirum, ac frigiditate. Vide Not. et Em. N. XIV. (hic poſitas) *Vt noctium opacitate terras reficiat)* Sic codices omnes MSS. et editi ante Dalecampium, qui *capacitate* ſubſtituit, vocem iſto prorſus alienam loco: quamquam Latius in ſuis Notis, capacitatem ait Plinium hic dixiſſe videri, pro longitudine. Nihil occurrit frequentius euolventi veterum ſcripta, quam *noctes opacae, opaca et frigida in ſiluis loca*, etc. Sed Plinianae lectioni fauet in primis Tullius, L. II. de N. D. p. 71. *Primusue Sol — ita mouetur, vt cum terras lar-*

IX. (XII.) Et rationem quidem defectus a. vtriusque, primus Romani generis in vulgus extulit Sulpitius b. Gallus, qui Conſul cum Marcello fuit: ſed tum Tribunus militum, ſollicitudine exercitu liberato, pridie quam Perſeus rex ſuperatus a Paulo eſt, in concionem ab imperatore productus ad praedicendam [1] eclipſim, mox et compoſito volumine. Apud Graecos autem inueſtigauit primus c. omnium Tha-

1, *Praecinendam. V.*

*ga luce compleuerit, easdem modo his, modo illis partibus opacet, etc. H.*

a. *Defectus vtriusque)* Vide Valer. Max. lib. VIII. c. 11. et Liu. lib. XLIV. *Dal.*

b. *Sulpicius)* Rem Liuius narrat L. XLIV. p. 569. *Caſtris permunitis*, inquit, *C. Sulpicius Gallus Trib. Mil. ſecundae legionis, qui Praetor ſuperiore anno fuerat, Conſulis permiſſu ad concionem militibus vocatis pronunciauit, nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora ſecunda vſque ad horam quartam noctis lunam defecturam eſſe — nec trahere in prodigium debere. Nocte, quam pridie Nonas Sept. inſecuta eſt dies, edita hora Luna cum defeciſſet, Romanis militibus Galli ſapientia prope diuina videri, etc.* Valerius quoque Max. l. VIII. c. 11. n. 1. p. 398. qui rei geſtae narrationem hoc eleganti concludit elogio: *Itaque illi*, inquit, *inclytae Paulianae victoriae liberales artes Galli aditum dederunt: quia niſi ille metum noſtrorum militum viciſſet, Imperator Romanus vincere hoſtes non potuiſſet.* Meminere etiam Frontinus L. I. Strateg. c. 2. Quinct. L. I. c. 10. p. 92. Plutarch. in Aemilio Paulo, p. 260. hunc Lunae defectum contigiſſe refert *ſub exitum aeſtatis.* H.

c. *Primus omnium Thales Mileſius)* Thalem et Lycurgum fuiſſe viros ſapientes, vel vt poſſent leges condere, et praecepta Philoſophiae, clare indicat Plaut. in Bacchidib. *Nam ita me dii ament, vel Lycurgus, mihi quidem vt videtur, poſſet hic ad nequitiam adducier.* Ac rurſum, *Quem ego ſapere nimio ceniſui quam Thalem. Dalec.*

*Primus omnium)* Id quoque narrant Herodot. L. I. Clio, n. 74. p. 30. Laert. in Thalete p. 6. ex Eudemo hiſtorico, ex quo id pariter hauſiſſe ſe ait Clem. Al. Strom. L. I. p. 302. Plutarch. L. II. de plac. Phil. c. 24. p. 890. Tzetzes, Chil. 2. v. 869. H.

Thales Mileſius, Olympiadis XLVIII. anno quarto, praedicto ſolis defectu, qui a. Alyatte[1] rege factus eſt, Vrbis conditae anno b. CLX.[2] Poſt eos vtriusque ſideris curſum in ſexcentos annos praecinuit Hipparchus, menſes c. gentium, diesque et horas, ac

1. *Halyatte, ex Herod.* 2. *CLXXX. M. et CH. CLX. Gr.*

a. *Alyatte)* Ἀλυάττης Gygis pronepos, Sardium tyrannus, Croeſi pater, qui Alyatticus idcirco ab Horatio appellatur. Bellum is tum gerebat cum Cyaxare Medorum rege, Aſtyagis patre, vt refert Herodt. l. c. p. 44. et Clem. Alex. H.

b. *Anno CLX.)* Vide Not. et Emend. (hic adiectas) *Vrbis conditae anno* CLX.) Ita MSS. Reg. 4972. Quinque alii habent, cum omnibus fere libris editis, CLXX. hoc eſt *ſeptuageſimo*, pro *ſeptimo et quinquageſimo*: quo anno plane, ante Chriſtum 597. et anno IV. Olympiadis XLVIII. ille Solis defectus contigit, die IX. Iulii, feria tertia, hora 6. matutina; clara nempe in luce, qua ſolent praelia conſeri. Fruſtra Chiſl. cod. CLXXX. et Latius, CLXVI. Olympiades enim XLVIII. complectuntur annos 192. ex quibus ſi demas 24. qui elapſi ſunt ante Romam conditam, quae Olympiadis IX. anno quarto eſt condita, reliqui ſunt anni 168. Hoc igitur anno CLVII. Thales defectionem Solis praedixit, diebus aliquot priusquam illa eueniret. Sed nec Tullium, nec Euſebium audio, qui cum Aſtyage ipſo praeliatum eſſe tum volunt: quos tamen ſequitur Hermolaus, vt Plinium emendet, neglecta veterum codicum, et priorum editionum auctoritate ac fide. Euſebii errores in notatione temporis, quo haec contigerunt, detegit Petauius, L. X. de Doctr. Temp. c. 1. p. 153. H.

c. *Menſes gentium)* Hoc eſt, ephemerides conſcripſit, effecitque vt gentes, interlunia poſſent pleniluniaque praenoſcere. Dies item et horas, hoc eſt, dierum magnitudines adnotauit: Situs locorum, diſtantiam, ab Aequatore, et boreali polo: Denique viſus populorum, hoc eſt, quod Aſtronomi diuerſitatem aſpectus appellant. Haec ab Hipparcho fuiſſe digeſta ordinatim, auctor eſt etiam Ptolemaeus, Lib. I. Geogr. c. 4. p. 7. H.

ac a. ſitus locorum, et viſus[1] populorum complexus, aeuo teſte, haud alio modo, quam conſiliorum naturae particeps. Viri ingentès ſupraque mortalium[2] naturam, tantorum numinum lege deprehenſa, et miſera hominum mente abſoluta b. in defectibus[3] ſcelera c., [4]aut d. mortem aliquam ſiderum pavente: quo[5] in metu fuiſſe Steſichori e. et Pindari f.

 vatum

1. *vicos populorum. Gr. viſus M. vt eos intelligamus quos recentiores Aſtrologi aſpectus vocant.* 2. *mortalia tantorum. M.* 3. *quidam addunt ſtellarum, d. in Tol. P. et Gr.* 4. *ſcelera vt mortem aliquam. M. et Chiff.* 5. *qua in mente. M.*

a. *Ac ſitus locorum et vicos populorum)* Lego, *viſus populorum*, non, *vicos populorum*, ex ſcripta lectione. Recentiores aſtrologi diuerſitatem aſpectus appellant. *Pint.*

b. *Abſoluta)* Metu ſoluta, H.

c. *Scelera)* Siderum ſcelera appellat, bella, grandines, eluuiones aquarum, ceterasque calamitates et infortunia, quae immitti innoxiis hominibus ab iratis in defectu ſuo ſideribus putabantur. Haec enim portendi defectu ſuo ſideribus putabantur Haec enim portendi defectione Solis, cecinit Pindarus in eo hymno, cuius partem recitat Dion. Halic in opuſc. de Demoſthenis grauitate in dicendo, p. 167. Eius hymni initium eſt, Ἀκτὶς ἀελίου — πολέμοις δ' ἢ σάμα φέρεις τινὸς, ἢ καρπῷ φθίτιν, ἢ νιφετῷ σθένος ὑπέρφατον, ἢ ζάσιν ἁλομένην, etc. H.

d. *Aut mortem)* Extinctionem luminis. Hinc laborare Luna in defectu putabatur, vt mox dicemus. H.

e. *Steſichori)* Himeraeus fuit e Sicilia vates: cuius ingenii formam Quintilianus deſcribit L. X. c. 1. p. 740. Hor. L. IV. Carm. od. 9. *Steſichori graues Camenas* vocat, quod maxima bella, et clariſſimos duces cecinerit. Huius fragmenta collegit. H. Stephanus, inter Lyricos poetas. Quod de Steſichoro, Pindaroque Plinius refert, etiam apud Plutarchum legitur, L. de facie in orbe Lunae, p. 931. Στησίχορον καὶ Πίνδαρον ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ὀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον, κλεπτόμενον, etc. H.

f. *Pindari)* Pindarus in cantico de radiis Solis obſcuratis: Πολέμοις δ' ἢ σάμα φέρεις τινὸς Ἢ νιφετῷ σθένος ὑπέρφατον, Κενέωσιν ἀνὰ πέδον, Ὕδατι ζακότῳ διερὸν

vatum ſublimia ora palam eſt deliquio Solis [1]: et in Luna veneficia arguente mortalitate, et ob id crepitu a. diſſono auxiliante. Quo pauore ignarus cauſae Ni-

1. *Solis, aut Lunae, veneficia, etc. M. Solis et Lunae. Alii.*

ρὸν· Ἀνδρῶν νέων ἐξ ἀρχῆς Ἢ καρπὸν φθίσιν, Ἢ φάσιν ἁλομένην, ἢ πόντος Ἢ πάγετὸν χθονὸς, ἢ νότιον θέρος, Ἢ γαῖαν καταλύσασα θήσεις Γένος ὁλοφυδνόν. *Dal.*

a. *Crepitu diſſono auxiliante)* Ouid. hac de re: *Te quoque Luna trabo, quoniam Temeſaea labores Aera tuos minuant.* Liuius lib. XXVI. ſcribit, *Campanorum imbellem multitudinem cum aeris crepitu, qualis in defectu Lunae ſilenti nocte fieri ſolet, clamorem edidiſſe.* Alexander putat ſic abigi prauos daemones, tum feroces et inſultantes, cum vim ſuam in terras deficiens ſidus non poteſt homini ſalutarem mittere, et illorum cohibendae inſolentiae efficacem. Credidit etiam ſimplex antiquitas Lunam de caelo in terras carminibus trahi poſſe: nec non depreſſam cogi in herbas ſubditas ſpumam et virus effundere, quibus ad magica felicius vtantur. *Deſpumare Lunam* id dixit Apul. l. I. Aſini aurei. Lucanus l. VI. *Et patitur cantu tantos depreſſa labores, Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.* Haec omnia commentum Aglaonicae, Agetoris filiae, Aſtrologiae peritae, fuiſſe, Plutarch. lib. de oraculorum defectu auctor eſt. Vide quae ſupra c. 9. in verbo, *laborare*, annotauimus, et Cleomed. Cycl. l. II. pag. 520. *Dalec.*

*Crepitu diſſono)* Aeris ac peluium. Iuuenalis agens de clamoſa mulierę, Sat. VI. v. 441. — *Verborum tanta cadit vis, Tot pariter peluis et tintinnabula dicas Pulſari: iam nemo tubas, atque aera fatiget: Vna laboranti poterit ſuccurrere Lunae.* Lunam deficientem cum antiqui viderent, maximos ſonitus et fragores edebant, quod laboranti ſe ſuccurrere inani ea ſuperſtitione crederent: Exiſtimabant quippe idcirco deficere, quod magicis ſagarum incantationibus cogeretur in terram deſcendere, ac neſcio quo virulento rore in herbas deſpumare, quo veneficae vterentur. Lunam vero, ne deuocaretur e caelo, tum laborare ac reluctari: ſed vinci tandem carminibus, niſi aeris tinnitu et incondito ſtrepitu ad carmina ſagarum obſurdeſceret, et in ea lucta laboranti Lunae obſtrepens mortalium ſuperſtitio ſuccurreret. Plena ſunt poetarum libri

Nicias a. Athenienſium imperator, veritus claſſem portu educere, opes eorum afflixit. [1]Macti b. ingenio eſte caeli interpretes, rerumque naturae capaces, argumenti c. repertores, quo Deos hominesque d. viciſtis[2]. Quis enim haec cernens, et ſtatos

 ſide-

1. *Macte. m.* 2. *vinxiſtis. V.*

libri his nugis. Etiam in Chriſtianorum mores mos ille irrepſiſſe aliquando videtur, cum in eos Maximus Taurin. inuehatur, homilia de defectu Lunae, quod magnos clamores deficiente Luna ſumma contentione tollerent: et S. Audoenus L. II. vitae S. Eligii c. 15. H.

a. *Nicias Athenienſium imperator)* Nicias Athenienſis, clarus alioqui imperator, ſed tardior, ac nimius cunctator, in quem hoc facetiſſimum Ariſtophanis dicterium: *καὶ μὴν μὰ τὸν δι' ἀχὶ νυ ϛάζειν ὅτι, ὥρᾳ ἐϛὶν ἡμῖν, ἀεὶ μελλενικιᾶν.* Vide Plutarch. in eius vita. *Dalec.*

*Nicias)* Refert haec fuſe Plutarch. in Nicia, p. 539. Quintil. L. I. c. 10. p. 92. et alii. Profuit autem viceverſa non parum Chriſtoph. Columbo notitia eclipſium, vt id obiter corollarii vice ſubdam. Nam cum anno 1493. ad Iamaicam inſulam appuliſſet, et ibi Hiſpanus exercitus poſt ſeditionem penuria laboraret, nec a Iamaicenſibus impetrari alimenta poſſent, peſtem iis Columbus tum minitari, inque hu-

ius ſignum, eclipſim mox apparituram, Octb. 22. Quae cum dicta die eueniſſet, certatim commeatus afferre illi, et prouolui ad eius genua, vt veniam impetrarent. H.

b. *Macti ingenia)* Nihilominus eleganter, verſibus laudat Aſtronomos Ouid. L. I. Faſt. *Felices animos, quibus haec cognoſcere primis, Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit. Credibile eſt illos pariter vitiisque locisque Altius humanis exſeruiſſe caput. Non Venus et Vinum ſublimia pectora fregit; Officiumue fori, militiaeque labor: Nec leuis ambitio, perfuſaque gloria fuco, Magnarumue fames ſollicitauit opum. Admouere oculis diſtantia ſidera noſtris, Aetheraque ingenio ſuppoſuere ſuo. Sic petitur caelum: non vt ferat Oſſan Olympus: Summaque Peliacus ſidera tangat apex.* H.

c. *Argumenti repertores quo deos hominesque viciſtis)* Legendum reor non, *viciſtis*, ſed *vinxiſtis:* hoc eſt, colligaſtis, et paris fere conditionis feciſtis. *Pint.*

d. *Viciſtis)* Homines quidem viciſtis, quibus caeleſtium

ſiderum (quoniam ita placuit appellare) labores a., non ſuae neceſſitati mortalis [1] genitus ignoſcat? Nunc confeſſa de iisdem breuiter atque capitulatim attingam, ratione admodum neceſſariis locis ſtrictimque reddita: nam neque inſtituti operis talis argumentatio [2] eſt: neque omnium rerum afferre [3] poſſe cauſas minus mirum eſt, quam conſtare in aliquibus.

X. (XIII.) Defectus ducentis b. viginti [4] tribus menſibus redire in ſuos orbes certum eſt: Solisque defectum

1. *Mortales genitos ignoſcat? CH. forte, agnoſcat.* 2. *aut argumenti ratio. M.* 3. *afferri. CH.* 4. *ſic quoque M. Chif. alii XXV. viginti duobus. Gr.*

ſtium rerum praeſcientia tanto excellitis: Deosque ipſos, earumdem deprehenſione rerum, quas latere tamdiu hominibus voluerunt. Quis enim deinceps Deorum, hoc eſt, ſiderum labores intelligens, non ignoſcat neceſſitati, quae eum mortalem genuit? Legit Pintianus *vinxiſtis*, hoc ſenſu, paris fere ſortis conditionisque feciſtis: neceſſitati, perinde ac mortales, obnoxios Deos. Cui emendationi fauet ſane orationis textura ipſa, fauet et Seneca ante laudatus: at conſenſus omnium exemplarium aduerſatur. H.

a. *Labores)* Ita Poetae vocant. Virg. Aen. L. I. v. 746. *Hic canit errantem Lunam, Solisque labores.* H.

b. *Defectus ducentis viginti tribus menſibus)* Ita plane legendum eſſe demonſtrat ipſe ſiderum, Solis ac Lunae curſus: conſenſusque librorum veterum, vt Chifletiani codicis, teſte Dalecampio, editionis Romanae, anni 1470. Parmenſis, anni 1476. Taruiſinae, anni 1497. et Venetae, anni 1483. Nam in his conſtanter legitur, CCXXIII. *menſibus:* et in Itala verſione Chriſtophori Landini, Venetiis, anno 1476. *Certo che gleclypſi in ducento venti tre meſi ritornono a ſuoi cerchi:* Editio Veneta, anni 1496. prior ſcripſit, CCXXII. quam ceterae deinceps perperam ſunt ſecutae. Plinium confer cum Martiano Capella, L. VIII. c. de 12. partibus latitudinis Zodiaci; vbi CCXXXV. menſes requirit, hoc eſt annos XIX. Vide et Riccioium Tom. I. Almag. p. 349. vbi Keplerum ait in ep. Aſtron. p. 895. *affirmare, ob multa principia concurrentia ad eclipſes, praeſertim Solis, nullum eſſe reuolutionis exactum ordinem nobis notum: loquendo*

fectum [1] nonniſi nouiſſima primaue fieri Luna, quod vocant coitum a.: Lunae autem nonniſi plena, ſemperque b. citra quam proxime fuerit [2]. Omnibus c. autem annis fieri vtriusque ſideris defectus ſtatis diebus, horisque ſub terra. Nec tamen cum ſuperne fiunt [3], vbique cerni, aliquando propter nubila, d. ſaepius



1. *Defectus. CH.* 2. *fuerint CH.* 3. *ſic Vet. fiant Gr.*

*do tamen, de lunaribus, quae ſimpliciores ſunt, inſignem eſſe periodum menſium CCXXIII. ſeu annorum lunarium XVIII. ita vt ad cyclum decemnouennalem reſiduus ſit vnus lunaris annus ſimplex. Hac enim periodo plerumque redeunt eclipſes non multum differentes, denis tamen gradibus Zodiaci antecedentes.* H.

a. *Coitum)* Alii interlunium, ſilentium alii Lunae appellant. *Tacita per amica ſilentia Lunae.* H.

b. *Semperque citra)* Hoc eſt, non in eadem parte caeli, in qua proxima eclipſis animaduerſa fuerit: ſed in parte magis occidentali. H.

c. *Omnibus autem annis)* Aut textus hoc loco mendoſus eſt: aut aliquem auctorem ſecutus eſt Plinius, qui eclipſium rationem non intellexit. Nam horizontis diuerſa poſitio nihil, aut admodum parum, ad eclipſium rationes pertinet: et omnino haec res nullam habet rationem, vt ſingulis annis eclipſes ſub terra fiant, et non etiam ſingulis annis ſupra terram. *Dalec.*

*Omnibus autem)* Hoc eſt intra vnius anni ſpatium. Hoc vero demonſtrant Tabulae eclipſium Aſtronomicae, apud Ricciolum Tom. I. Almag. L. V. p. 398. H.

d. *Saepius globo)* Impediente globoſitate terrae, caelique conuexitate, quo minus cerni poſſint *ab oriente deliquia in occidente facta*, inquit Martianus, L. VI. p. 193, *et quae in ortu accidunt a tota Britannia atque occaſus regionibus ignorantur.* Hoc verſibus eleganter expreſſit Manilius L. I. Aſtron. p. 8. — *Mediique tumores, Eripiunt terrae caelum, viſusque coercent: Te teſtem dat, Luna, ſui glomerabilis orbis: quae cum merſa nigris per noctem deficis vmbris, Non omnes pariter confundis ſidere gentes. Sed prius Eoae quaerunt tua lumina gentes: Poſt medio ſubiecta polo quaecumque coluntur, Vltima ad Heſperios infeſtis volueris alis. Quod ſi plana foret tellus, ſimul icta per*

*omnes*

pius globo terrae obſtante a. conuexitatibus[1] mundi. Intra b. ducentos annos Hipparchi ſagacitate compertum eſt, et Lunae defectum aliquando quinto menſe a priore fieri, Solis c. vero ſeptimo: Eundem d. bis in triginta diebus ſupra terras occultari, ſed[3] ab aliis e. atque aliis hoc cerni: quaeque ſunt in

1. *E con. Vet.* 2. *Sic et M. et Chiff. eandem. Gr.* 3. *ſed ab hoc atque aliis cerni. M. ſed ab aliis hoc cerni. CH.*

*omnes Deficeret pariter toti miſerabilis orbi. Sed quia per teretem deducta eſt terra rumorem, His modo, poſt illis, apparet Delia terris*, etc. H.

a. *Conuexitatibus mundi)* Caeli conuexitati. H.

b. *Intra ducentos)* Ducentos, inquit, ante annos vixit Hipparchus, cuius ſagacitate compertum eſt, etc. Tantum enim temporis interceſſit inter Hipparchi, Pliniique aetatem. Neque vero ſenſus eſt, vt exiſtimauit vir alioqui extra ingenii aleam poſitus, exſpectandos eſſe annos ducentos, vt recurrat lunae defectus quinto menſe: cum vel intra annos decem animaduerſum fuerit aetate noſtra geminam ita recurrere: Primo nempe, 14. Iunii et 9. Nouembr. anno 1658. ac rurſum 10. Nou. 1668. et 15. Apr. anni 1669. De hoc porro defectionum Lunae recurſu, qui fit quinto menſe, ſubſcribit Plinio Ptolemaeus, L. VI. Almag. c. 6. p. 137. H.

c. *Solis vero)* Ita Ptolemaeus l. c. Tale interuallum fuit ſeptem fere menſium inter ſolarem eclipſim anni 1623. Oct. 23. et anni 1624. Maii 18 Tale et ab eclipſi item ſolari 16. Ian. 1684. ad aliam 12. Iulii. H.

d. *Eumdem bis)* Vide Not. et Emend. N. XVI. (hic adiectas) *Eumdem bis in triginta diebus)* Ita correximus, cum *eamdem* prius legeretur: ſecuti codices MSS. Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiſl. et Milichii coniecturam: quodque his omnibus praeſtat, Ptolemaeum ipſum, qui L. VI. Almag. c. 6. p. 139. in eodem habitat argumento de Solis defectuum recurſu bis in menſe. Mathematicis rationibus Ricciolus id euincit, tomo I. Almag. L. V. p. 347. theoremate. 5. De Sole certe Plinium eſſe locutum, vel ipſa Latini ſermonis ratio clamat, quae Solem in defectu ſupra terras occultari dicit, non Lunam, quam etiam in ipſo defectu eſſe conſpicuam dictum eſt, ſect 6. H.

e. *Sed ab aliis atque aliis hoc*

in hoc miraculo maxime mira, cum conueniat vmbra terrae Lunam hebetari, a. nunc[1] ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus Et quanam ratione cum Solis exortu vmbra illa habetatrix sub terra esse debeat, semel b. iam acciderit, vt in



1. *Et nunc ap. Tol. non placet.*

*hoc cerni)* Lege, *Sed ab aliis hoc cerni.* Reliqua demenda, ex antiquis codicibus. *Pint.*

*Sed ab aliis)* Hoc illud est quod Ricciolus ait l. c. non posse Solis eclipsim in vno mense bis fieri versus eumdem polum, posse versus alterum: hoc est, priorem eclipsim visum iri a Borealibus, ab Australibus alteram aut vice versa. H.

a. *Nunc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus, et quanam ratione)* Commutandum puto locum coniunctionis *et;* legendumque, *Et nunc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus. Quanam ratione. Pint.*

*Nunc ab occasu)* Nunc ab occidente, nunc ab oriente Lunam obscurari. Subtilius arbitror quam quod Plinius intellexit, illud quod Ricciolus excogitat l. c. c. 13. p. 345. sententiam videlicet huius loci esse, *quamquam ordinarie Lunae eclipsis incipiat ab orientali Lunae parte, et desinat in occidentali: euenire tamen aliquando, vt incipiat ab occidentali, desinatque in orientali:* quod et Keplerus accidere posse ostendit, in Astron. Opt. c. 11. probl. 31. p. 411. Id vero sane infrequens, ac permirum debet videri, si vel semel accidit. H.

b. *Semel iam)* Horizontales eas eclipses appellant: quas vndeuigesimo quoque anno accidere, peritiores huius aeui Astronomi obseruarunt. Vt autem conspicuum sit vtrumque supra terram sidus, praesertim ex edito loco spectantibus, accidere aiunt refractionum opera ac vi; cum vapores Lunam aut Solem, etiam cum sub terra sunt, attollunt aliquantilum, ac repraesentant: Sic aliquando visum Solem ipsum post occasum, oriri rursum ab ea ipsa occidua parte: Id denique ea plane ratione fieri, qua, si nummum argenteum in peluim iniicias, recedasque deinde interuallo tanto, quanto necesse est vt nummum oculis non queas attingere: si quis deinde in peluim aquam infundat, credat attolli nummum, quem clare perspicies ab eo loco in quem antea discesseras. H.

occaſu Luna deficeret, vtroque ſuper terram conſpicuo ſidere. Nam vta. quindecim [1] diebus vtrumque ſidus quaereretur, et noſtro aeuo accidit, b. Impera-

1. *ſic et M. et Chiff. et Pint. duodecim Gr.*

a. *Nam vt quindecim)* Vide Not. et Em. N. XVI. (infra exhibitas) Vt intra dies quindecim ſidus vtrumque deficeret, haud ita magnam, inquit, admirabilitatem habet: nam et aeuo noſtro id contigit. Quod porro Plinius accidiſſe ſuis temporibus ait, id frequenter noſtra quoque vidit aetas: vti Anno 1666. 16. Iunii deliquium patiente Luna, Sole 2. Iulii 1681. Luna quarto Martii, Sole 19 Anno 1683. Sole deficiente 27 Ian. Luna 9. Febr. etc. Anno 1307. Sol defecit die 11. Febr. Luna deinde poſt dies quindecim, die XXVI. eiusdem menſis. H. *Nam vt quindecim diebus vtrumque ſidus quaereretur — Veſpaſiano patre IV. filio iterum. Coſſ.)* Antea *duodecim* legebatur: atque ita legit Dungalus, in epiſt. ad Carolum M. Tomo X. Spicilegii p. 151. Librariorum incuria ſaepe contigit, vt in Pliniano contextu notae numerorum confunderentur. Facit vero in primis affinitas harum notarum, u. et 11. in veteribus libris, vt inuicem, magno Chronologicae rei periculo, permutentur. Id vero ſemel atque iterum in hoc vno loco accidit: in quo perperam hactenus lectum eſt XII *diebus*, pro XV. Quamquam primae notae codices, Reg. 1. 2. Colb. 2. Chifl. Tolet. et alii atque Pariſ. edit. 1543. diſerte *quindecim* exprimunt, ſine vllis notarum compendiis. Sic et paulo poſt haud leuiore errato, III. hoc eſt, tertius Veſpaſiani patris Conſulatus, cum altero filii Conſulatu componitur: cum IV. ſcribi non III. oportuerit, ita poſtulantibus nummis antiquis. Prioris vero numeri emendationi, non ſola codicum fides, ſed et experientia, ratioque ſuffragatur: conſtare enim alioqui neceſſe eſſet circuitum aliquem lunarem, diebus tantum quatuor et viginti, quod fieri non poteſt. Porro hunc locum geminus Plinii interpres, Gallicum dico et Italum, ingenti hallucinatione ita reddiderunt, vt totos dies quindecim nec Solem viſum eſſe, nec Lunam affirment: quod a ſcriptoris mente abhorret longiſſime H.

b. *Imperatoribus)* In nummis antiquis, ipſo viuo ac ſpectante patre, Titus Conſulatu ſuo III. et IV. ſcribitur T. CAESAR. VESPAS. IMP.

peratoribus Veſpaſianis a., patre IV. filio iterum Conſulibus.

XI. (XIV.) Lunam ſemper, auerſis a Sole cornibus, ſi creſcat, ortus ſpectare; ſi minuatur, occaſus, haud dubium eſt. Lucere b. dodrantes [1] ſemun-

1. *initio dodrantem et ſemuncias horar. M.*

IMP. At non idcirco idem collega imperii fuit. Primus omnium Marcus L. Verum collegam habuit: Vnde Spartianus: *Tantum*, inquit, *huius rei et nouitas et dignitas valuit etc. Imperator* apud Romanos nonnifi exercitus ducem ſignificat: Galli dicunt, *Genéral d' Armée*. Vnde et ante Caeſares Lucullus a Plinio L. XXV. ſect. 7. *clariſſimus Imperator* appellatur. Is honos Tito delatus a Senatu eſt, viuo patre, vt ſumma poteſtate exercitui vni praeeſſet. At in nummis antiquis, cum nomini proprio praeponitur titulus IMP. tunc ſummum omnium exercituum ducem, natalium iure, ſignificat: *le Generaliſſime né:* qualis etiam viuo patre Titus in nummis interdum praedicatur. Vt in iſto aureo e Cimelio Ducis Parmenſis: IMP. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. COS. III. Caput laureatum .)(. IMP. T. CAES. VESP. AVG. F. TRIB. P. II. COS. II. Caput nudum. Et in altero iſto ſimiliter aureo, ex GazaRegia: IMP. CAESAR. VESP. AVG. Caput laureatum. .)(. IMP. T. CAES. VESP. TR. P. III. COS. III. Caput nudum. Nec leuiter ii etiam praetereundi ſunt, qui ſunt inſcripti; T. CAES. IMP VESP. CENS. Caput laureatum. .)(. PAX. AVG. Dea ſtat, cum caduceo et ramo oleae. In alio, T. CAESAR IMP. VESP. Caput laureatum: .)(. PONTIF. TR. P. COS. IIII. Victoria coronam geſtat et palmam. Vterque eſt aureus in Cimelio Regio. Interiecta *Caeſaris et imperatoris* nomina inter praenomen Titi et Veſpaſiani cognomen, ambo ſe quoque eſſe hereditaria cognomina, aeque ac Veſpaſiani, clamant. *Titus*, ex patris matre *Caeſar*, ac propterea ſimul *Imperator* natus: *Veſpaſianus* ex patre. H.

a. *Veſpaſianis)* Annus Chriſti vulgaris fuit LXXII. quo anno die 8. Febr. Sol defecit in Italia ante meridiem, et die 22. eiusdem menſis Luna defecit ſeſquihora fere poſt occaſum Solis Romae, vti ex Tabulis Aſtronomicis colligit P. Riccioli in Chronol. Reform. L. IV. p. 161. H.

b. *Lucere, etc.)* *Lucere dodran-*

muncias horarum a ab ſecunda adiicientem vſque ad plenum orbem, detrahentemque in diminutionem [1]. Intra a. quatuordecim autem partes Solis, ſemper occultam eſſe. Quo b. argumento amplior errantium

1. *Deminutionem. Chiff.*

*drantes ſemuncias* eſt lucere tres vnius horae quartas, et inſuper eiusdem partem viceſimam quartam: vt explicat Bud. lib. I. de Aſſe. Secundo die lucet dextantem et ſilicium horae vnius. infra c. 18. l. XXXII. *Dal.*

*Lucere)* Lucet Luna a ſecunda poſt nouilunium die, adiiciens ſingulis diebus dodrantem horae et ſemunciam: *tanto enim citius quolibet die oritur* vſque ad plenilunium: tantumdemque detrahit, *ac ſerius oritur* eadem, cum minuitur. H.

*Lucere dodrantes)* Dodrans tres quartas, vt vocant, horae partes complectitur. Semuncia pars eſt vnius horae quarta et viceſima, ſiue minuta duo cum ſemiſſe. Summa igitur eſt minutorum 47 ½ quibus citius in ſingulos dies Luna, quam pridie, oritur. Ita ſecunda poſt Novilunium die, ſiue poſt coitum Solis ac Lunae, Luna poſt occaſum Solis lucet minutis horae 47 ½. Die ſequenti hora vna et minutis 35. et ſic deinceps, donec totum orbem compleat. At poſt plenilunium tantumdem detrahit temporis: hoc eſt, prima die poſt plenilunium non oritur Luna poſt Solis occaſum, niſi 47 ½ horariis minutis: ſecunda die nonniſi poſt horam, et minuta 35. etc. Vide Keplerum in Aſtron. Opt. c. 6. p. 235. et Ricciolum Tom. I. Almag. L. IV. c. 4. p. 192 Fortaſſis exactius paulo locutus eſt Plinius L. XVIII. ſect. 75. vbi in eodem argumento habitat: qua de re eo loci dicemus. H.

a. *Intra quatuordecim)* Cum diſtat a Sole gradibus tantum quatuordecim. H.

b. *Quo argumento amplior, etc.)* Lege: *Quo argumento amplior errantium caeterarum quam lunae magnitudo colligitur*, non *errantium ſtellarum*: nam luna etiam vna ex errantibus et *errantes* abſolute dicuntur. *Salmaſ.* p. 722. a. *G.*

b. *Errantium ſtellarum)* Ita codices MSS. omnes: quamobrem fruſtra Salmaſius p. 722. corrigit, *errantium ceterarum*, quod Luna etiam vna ſit errantium. At ſtellas errantes Plinius appellat eas duntaxat, quae minores nobis e ſeptem apparent: Solem ac Lunam ſtellarum nomine

tium ſtellarum, quam a. Lunae, magnitudo colligitur: quando illae et [1] a ſeptenis b. interdum partibus emergant. Sed altitudo cogit minores videri: ſicut affixas caelo Solis fulgore [2] interdiu non cerni, cum c. aeque [3] ac noctu luceant: idque manifeſtum fiat [4] defectu Solis, et praealtis puteis.

XII. (XV.) Errantium autrem tres d., quas ſupra Solem diximus ſitas e., occultantur, meantes f. cum eo. Exoriuntur g. vero matutino, diſcedentes partibus nunquam amplius h. vndenis. Poſtea radiorum

1. *Etiam ſeptenis. M. et Chiff.* 2. *Fulgor. Int. CH.* 3. *ſic quoque M. Tol. et Ch. aeque diu ac noctu Gr.* 4. *ſic et M. Chiff. defectibus Gr.* 5. *Diximus. Vet.*

mine nuſquam comprehendit: ſed vel ſiderum, vel rerum naturae partium maximarum: oculorum nempe iudicio. Quid quod ſiderum voce Solem ac Lunam nolit idem interim intelligi? Superius enim ſect. 6. de Venere: *iam*, inquit, *magnitudine extra cuncta alia ſidera eſt.* Qua ſiderum appellatione palam eſt Solem hic Lunamque minime comprehendi. H.

a. *Quam Lunae)* Ab ipſo Mercurio Lunam magnitudine ſuperari, auctor eſt Blancanus apud Ricciolum, Tom. I. Almag. p. 709. H.

b. *Et a ſeptenis)* Etiam et Venus, cum quinque partibus ſiue gradibus a Sole digreſſa, oculis ipſis deregitur: per teleſcopium vero, etiam in Sole conſpectum ſidus illud ſcimus. H.

c. *Cum aeque diu ac noctu luceant)* Dele verbum, *diu*, ex Tolet. codice. Dixit enim ſtatim ante, *Interdiu non cerni. Pint.*

d. *Tres)* Saturnus, Iupiter et Mars. *Dalec. et Hard.*

e. *Diximus ſitas)* Sect. 6.

f. *Meantes cum eo)* In coniunctione cum Sole. Horum quatuor ſiderum errantium motum apparentem egregie deſcribit D. Caſſini, in Hiſtoria AcademiaeRegiaScientiarum, anni 1709. p. 247. H.

g. *Exoriuntur vero, etc.)* Legend. *Exoriuntur vero matutino, diſſitae partibus nonnunquam amplius vndenis.* Salmaſ. p. 721. b. *G.*

h. *Amplius vndenis)* Cum tot gradibus, inquit, diſtant a Sole, tum apparent, et oriuntur ortu matutino heliaco, quae prima et ſtellae apparitio ſiue emerſio e radiis Solis, ſub quibus antea late-

rum a. eius contactu [1] teguntur, et in b. triquetro a par-

1. *Reguntur. M. et Chiff. vt ſupra cap. 9.*

latebat, aſcendente ſtella ſupra horizontem ortiuum paulo ante exortum Solis. Vide Not. et Em. N. XVII. (hic exhibitas) *Amplius vndenis)* Sic libri omnes, etiam manu exarati. At Iul. Firmicus, L. II. c. 9. p. 21. *Sciendum*, inquit, *quod Saturni ſtella cum a Sole duodecim receſſerit partibus, id eſt, cum praecedens orta fuerit, matutina erit: Simili modo etiam Iupiter vndecim partibus recedens, matutinum ſe facit praecedentem: Mars autem octo.* Quin Plinius ipſe paulo poſt diſerte ait Solem iterum, vbi eſt ſtellas aſſecutus in duodenis partibus, illas occultare, cum veſpertini fiunt occaſus. Eodem certe interuallo temporis ante Solem oriuntur, quo poſt illum occidunt. Denique Plinii tranſcriptor Martianus, qui L. VIII. p. 299. c. de Stella Saturni, *Ortus tam ei*, inquit, *quam duabus inferioribus ſunt ſimiles: cum vltra partes duodecim, eas matutini radius non praeceſſerit Solis. H.*

a. *Poſtea radiorum)* Solis, inquit, radiorum contactu regitur, ac dignoſcitur planetarum motus: vt diuerſe Solis afficiuntur radiis. Vide Not. et Emend. N. XVIII. (hic poſitas) *Poſtea radiorum eius contactu reguntur)* *Reguntur* ſcripſimus, non vt prius *teguntur*, ex cod. Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiſl. etc. ac Turnebi fauente coniectura. Tegi ſane haec ſidera poſt exortum matutinum, qui tandem poſſunt? Admonuit me huius emendationis Vitruuius, L. IX. c. 4. p. 188. *Quemadmodum*, inquit, *omnes res euocat feruor, et ad ſe ducit, — eadem ratione Solis impetus vehemens radiis trigoni forma porrectis, inſequentes ſtellas ad ſe perducit, et ante currentes veluti refrenando retinendoque non patitur progredi, ſed ad ſe cogit regredi, et in alterius trigoni ſignum eſſe, etc.* Et librum octauum Martianus ita concludit, p. 300. *Sed curſus diuerſitates, altitudinisque cauſas conſiſtendi, retrogradiendique, atque incedendi, omnibus ſupradictis importat radius Solis affulgens, qui eas percutiens aut in ſublime tollit, aut in profundum deprimit, aut in latitudinem declinare, aut retrogradare facit.* Haec veterum Mathematicorum opinio fuit, qui cauſam motus planetarum coniecerunt in aſpectus Solis. Hos refellit Ricciolus, Tom. I. Almag. L. VII. ſect. 5. c. 3, p. 648. Haud multum abſunt ab eo errore noui Mathema-

a partibus centum viginti ſtationes c. matutinas faciunt, quae et primae vocantur: mox d. in aduerſo [1] a partibus centum octoginta, exortus veſpertinos. Ite-

1. *Auerſo. Ch. aduerſo Gr.*

thematici, quos inter Keplerus, cum ad magneticas Solis tractiones, quibus planetas trahat et circumducat, referunt hos diuerſos motus, ſiue retardandi, ſiue ſiſtendi ſiue incitandi, ſiue denique retrahendi cauſas. Confirmat rurſum emendationem noſtram ipſe Plinius, qui ſect. XIII. de iisdem ſtellis agens, *Percuſſae*, inquit, *Solis radio inhibentur rectum agere curſum, et ignea vi levantur in ſublime. H.*

b. *In triquetro)* In trino aſpectu. *Dalec.*

*Et in triquetro)* Hoc eſt, in aſpectu trino, ſiue trigono. Vitruuium vide, L. IX. c. 4. Aſpectus planetarum trigonus, ſeu triangularis vocatur, cum diſtant inter ſe duo planetae tertia caeli parte, hoc eſt gradibus 120. ſeu quatuor ſignis Zodiaci. Porro Keplerus in Epitome Aſtron. p. 744. aliique recentiores Aſtronomi, loca ſtationum haud paria tribus ſuperioribus planetis aſſignant: Sed Saturno inter quadratum ac trinum Solis aſpectum, propius tamen quadrato: Ioui fere in trino: Marti vltra trinum. H.

c. *Stationes matutinas faciunt)* Planetae dicuntur ſtationarii cum tardiſſime moventur. *Dalec.*

*Stationes matutinas)* Stationarius planeta dicitur, quando ſtare videtur per aliquod tempus in eadem parte Zodiaci, et ſequenti die apparet in eodem loco, quo fuit praecedenti. Matutina ſtatio vocatur et prima, in tribus ſuperioribus planetis, de quibus nunc quaeſtio inſtituitur, ea quae exortum planetae matutinum ſequitur. H.

d. *Mox in aduerſo)* In oppoſitione Solis, vt loquuntur Aſtronomi: cum a Sole abſunt longiſſime, hoc eſt, media parte caeli, ſiue gradibus 180. Oriri tum dicuntur ortu veſpertino, ſiue acronycho: qui fit, cum aſcendit ſtella ſupra horizontem ortiuum, Sole occidente. Codices tamen MSS. Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiſl. etc. *Mox in auerſo* legunt: vt idem fortaſſis auerſum ſit, quod laeuum, ſeu orientalis pars caeli, in qua tum ſtella oritur, Soli aduerſa. At Martianus L. VIII. p. 300. *Moxque in contrario in 180 partibus exortus faciunt veſpertinos. H.*

Iterumque [1] in centum viginti ab a. alio latere appropinquante [2], ſtationes veſpertinas, quas ſecundas vocant, donec aſſecutus in partibus duodenis occultet illas: qui verſpertini occaſus appellantur. Martis ſtella vt propior, etiam ex b. quadrato ſentit radios

1. *ſic quoque. M. Tol. et Ch. quam lect. MSS. firmant. Itemque Gr.* 2. *appropinquantes. Vet.* 3. *quas et ſecundas Gr.*

a. *Ab alio latere)* Haec totidem fere verbis Martianus l. c. Peracta eſt ſtatio matutina, ſeu prima, orientali mundi plaga, ſtellis ab orientali latere Soli vicinis: Nunc viciſſim in oppoſitis, hoc eſt, in occiduis mundi partibus eaedem poſitae, alio latere a Sole 120. partibus pariter disiunctae, conſiſtere rurſum videntur, ac ſtationem facere, quam veſpertinam, et ſecundam vocant: quia veſpertinum planetae occaſum, et coniunctionem cum Sole antecedit: Donec Sol, qui multo eſt in ſuo motu velocior, eas aſſecutus, ita vt duodecim graduum interuallo, non amplius, ab eis diſſideat, occultet illas: atque haec occultatio, occaſus planetarum veſpertinus heliacus appellatur: Tunc enim ſtella deſcendit ab horizonte poſt Solis occaſum: cumque diebus ſuperioribus poſt Solis occubitum cernerentur in horizonte occidentali, iam deſinunt ibi apparere: occultantur enim radiis Solis, qui eas vtpote tardiores aſſequitur: latentque ipſius fulgore obſcuratae, vsque ad emerſionem matutinam, de qua dictum eſt proxime. H.

b. *Ex quadrato)* Planetae ceteri tertia caeli parte diſtant a Sole, cum ſtationarii fiunt, et vocantur, hoc eſt, 120 partibus. Mars vero, cum quarta tantum caeli parte disiungitur, hoc eſt, gradibus XC. tum radiis Solis quaſi retrahitur ac reuocatur, et ſtationem facit. Vnde hic motus nomen accepit: nam cum ab exortu matutino apparet, nonagenarius primus: cum ab veſpertino, ſecundus nuncupatur: hoc eſt primus, cum in ſtatione prima, ſeu matutina moratur: cum in ſecunda ſeu veſpertina, ſecundus In MSS. R. 1. 2. Chiſi. etc. legitur ab LXXX. partibus, haud ſatis recte, vt opinor. Nam receptam lectionem vidit et ſecutus eſt Martianus. L. VIII. p. 299. H.

radios, ab [1] nonaginta partibus [2]: vnde et nomen accepit is motus, primus et ſecundus nonagenarius dictus ab vtroque exortu. Eadem a. ſtationalis ſenis menſibus commoratur in ſignis, alioqui bimeſtris: cum caeterae vtraque ſtatione quaternos menſes non impleant. Inferiores b. autem duae c. occultantur in coitu veſpertino, ſimili modo: relictoque [3] Sole, totidem in partibus faciunt exortus matutinos, atque d. a [4] longiſſimis diſtantiae ſuae metis Solem inſequuntur: adeptaeque oceaſu matutino conduntur ac praetereunt. Mox e. eodem interuallo [5] veſpere exo-

1. *Et ab octoginta partibus. M. radios LXXX. partibus. CH.*
2. *partibus, vnde et nomen accepit. Motus primus et M. et Ch.* 3. *relictaeque a Sole. M. et Ch.* 4. *a deeſt in Ch.* 5. *ſic et Ch veſperi Gr.*

a. *Eadem ſtationalis)* Stella Martis, inquit, ſuo proprio curſu bimeſtris eſt, hoc eſt, duobus menſibus ſignum vnum peruagatur, binis ferme annis duodena, vt dictum eſt ſect. 6. Eadem ab vna ſtatione ad alteram, menſes ſenos inſumit: caeterae Iouis et Saturni, vix quaternos. H.

b. *Inferiores)* Venus et Mercurius ſimili modo ac ſuperiores planetae, radiis Solis teguntur, in coitu ſeu coniunctione cum Sole: latentque ſic vſque ad emerſionem matutinam, ſiue ortum matutinum heliacum, qui fit ſimiliter in duodenis partibus a Sole, aſcendente ſtella ſupra horizontem, paulo ante Solis exortum, quem pone ſe reliquere. H.

c. *Duae)* Mercurius et Venus. *Dalec.*

d. *Atque a longiſſimis)* Inde longiſſime recedunt a Sole, Venus ſcilicet gradibus XLVIII. Mercurius XXVIII. vt diximus ſect. 6. Vbi ad curſus ſui metas longiſſimas peruenerunt, concitato curſu regrediuntur ad Solem ortivum, et horizontem: quem vbi ſunt aſſecutae, occidere dicuntur occaſu heliaco matutino: conduntur enim radiis Solis, deſinuntque conſpici, vſque ad emerſionem veſpertinam, ad quam deinde curſum accelerant. H.

e. *Mox eodem interuallo)* Partium ſiue graduum duodecim interuallo a Sole diſſitae velocitate ſua emergentes, oriuntur ortu heliaco veſper-

exoriuntur vsque ad quos diximus terminos. Ab his [1] retrogradiuntur ad Solem, et occasu vespertino deliteſcunt. Veneris ſtella et [2] ſtationes duas, matutinam veſpertinamque, ab vtroque exortu facit, a [3] longiſſimis a. diſtantiae ſuae finibus: Mercurii, ſtationes breuiore b. momento, quam vt deprehendi poſſint [4].

XIII. Haec eſt luminum occultationumque ratio, c. perplexior [5] motu, multisque inuoluta miraculis. Siquidem d. magnitudines ſuas et colores mutant, et eaedem [6] ad Septentrionem accedunt, abeuntque ad Auſtrum, terrisque propiores aut caelo repente cernuntur: in quibus aliter multa, quam priores, tradituri,

*1. Hiſce. CH. 2. et deletur in M. Chiff. et Vet. omnibus. 3. dele a. Dal. 4. ſic et M. et Ch. 5. perplexior. CH. 6. eadem. CH.*

veſpertino: quia poſt Solis occaſum luminis ſui libertate clareſcunt, inquit Martianus, L. VIII. p. 290. hoc eſt, apparere tum primum incipiunt in horizonte occidentali: ibique deinceps videntur in dies ſingulos veſperi altiores, vſque ad quos diximus terminos, hoc eſt, ad maximam digreſſionem a Sole: poſt quam illae rurſum regrediuntur ad Solem, a quo demum occultantur. Atque haec occultatio, veſpertinus occaſus heliacus appellatur: deſcendunt enim ab horizonte paulo poſt Solis occaſum, ac deinceps ſub eius radiis deliteſcunt. At diſcrepat a a Plinio Ptolemaeus, qui L. XIII. Almag. c. 7. p. 321. veſpertinum Veneris exortum ſtatuit fere in gradu ſexto a Sole: Mercurii in vndecimo cum ſemiſſe. H.

a. *A longiſſimis)* Vbi longiſſime diſceſſit a Sole, poſt vtrumque exortum, *matutinum et veſpertinum*, matutinam veſpertinamque ſtationem facit, *ibi tum facta tardior, et retrograda.* H.

b. *Breuiore momento)* Biduo triduoue, vel forte quatriduo, vt dicetur ſect. 14. H.

c. *Perplexior)* Difficilioris explicatus quam ratio motuum. H.

d. *Siquidem et colores)* Apparent enim maxima, et luminoſa magis, cum propius ad terras accedunt, vel vt loquuntur Aſtronomi, quando ſunt in oppoſito augium excentrici. H.

dituri, fatemur ea quoque illorum esse muneris, qui primi quaerendi vias demonstrauerint[1]: modo ne quis desperet secula proficere semper. Pluribus de causis haec omnia accidunt. Prima circulorum, quos Graeci ἀψῖδας in stellis vocant: etenim Graecis vtendum erit vocabulis. Sunt autem hi sui cuique earum, aliique quam a. mundo: quoniam terra a verticibus duobus, quos appellauerunt Polos, centrum caeli[2] est, nec b. non Signiferi, oblique inter eos siti. Omnia autem haec constant ratione circini semper indubitata. Ergo ab alio cuique centro absides suae exsurgunt: ideoque diuersos habent orbes, motusque dissimiles, quoniam interiores c. absidas necesse est breuiores esse. (XVI.) Igitur d. a terrae centro absides altissimae sunt: Saturno e. in

Q 2 Scor-

1. *Sic et CH. demonstrauerunt. Gr.* 2. *caeli est, non signiferi. V.*

a. *Quam mundo)* Quam caelo. H.

b. *Nec non Signiferi)* Qui legunt, *non signiferi*, perperam hunc locum emendatione sua corrumpunt, contra omnium exemplarium fidem, atque adeo contra Plinii mentem: qui solos stellarum errantium circulos diuersum a caelo stellisque, quae caelo ac signifero affixae sunt, centrum habere docet. H.

c. *Interiores)* Centro propiores. H.

d. *Igitur a terrae)* Ita fere Martianus ex Plinio L. VIII. p. 299. Ἄψις altissima, est summus apex circuli excentrici, in quo planeta maxime a centro terrae distat: quod punctum Graeci ἀπόγειον vocant. Humillima contra, sive infima, est punctum eiusdem circuli, in quo planeta quam maxime distat a terra. Περίγειον iidem Graeci appellant. Si planeta habeat in Ariete absidem altissimam, infimam obtinebit in Libra, et sic de reliquis. H.

e. *Saturno in scorpione)* Quoniam stellae fixae a prisco illo veterum Astronomorum aeuo progressae sunt versus ortum gradibus fere 30. Zodiacus verus, seu visibilis, signis paene integris dissidet a signis Zodiaci inuisibilis, quem immobilem et in duodecim partes aequales sectum, prima parte statuta in intersectione aequatoris et obli-

Scorpione, Ioui in Virgine, Marti in Leone, Soli in Geminis, Veneri in Sagittario, Mercurio in Capricorno, mediis omnium partibus. Et e contrario, ad terrae centrum humillimae atque proximae. Sic fit, vt tardius moueri videantur, cum altiſſimo ambitu feruntur: non quia[1] accelerent, tardentue naturales motus, qui[2] certi ac ſinguli ſunt illis, ſed quia deductas ab ſumma abſide lineas coarctari ad centrum neceſſe eſt, ſicut a. in[3] rotis radios: idemque motus alias maior, alias minor, centri propinquitate ſentitur. Altera b. ſublimitatum cauſa; quoniam

1. *Sic et M. et Ch. quam lect. firmant MSS. quod Gr.* 2. *qui certi ſingulis. Vet.* 3. *in rotae radiis, idem motus. M.*

obliquae Solis orbitae, retinent hodieque Aſtronomi: adeo vt Arietis aſtrum viſibile ſub Tauro ſit Zodiaci inuiſibilis, Taurus ſub Geminis, hoc eſt, ſub tertia parte dodecatemorii: Nam Arietem ſemper vocant primam e Zodiaci duodenis partibus, etſi nunc illa ſubeſt, vt dixi, Tauri conſtellationi. Inde minime mirandum eſt, abſidas planetarum nunc temporis eſſe mutatas. Sunt enim abſides altiſſimae planetarum hoc aeuo, vt refert Ricciolus, Tom. I. Almag. Saturni quidem, in Sagittarii gradu 28 Iouis, in Librae gradu 9 Martis, in Leonis 30 Solis in Cancri gradu 7. cum ſemiſſe. Veneris in Libra, Mercurii in Capricorno. E contrario minimae, Saturni in Geminis, Iouis in Ariete, Martis in Aquario etc. in partibus totidem. H

a. *In rotis radios)* Radii rotae quo propiores ſunt axi, ſiue centro, hoc magis inter ſe coarctantur: quo ab eodem axe longius abſcedunt, hoc inter ſe ſpatii plus relinquunt. Hinc fit vt illud caeli ſpatium quod planeta luſtrat, et ex quo ad oculum noſtrum angulus ducitur, alias decurri tardius videtur, cum planeta abſidem ſummam obtinet, quia id ſpatium longe maius apparet: alias celerius, cum terrae propinquat: quia tunc angulus, qui ab vtroque ſpatii limite ducitur, quo magis ad centrum accedit, eo anguſtior breuiorque eſt, atque adeo celerius confici ſentitur. H.

b. *Altera ſublimitatum)* Cur ſublimes, inquit, ſtellae ſpectan-

niam a ſuo centro abſidas altiſſimas habent in aliis



ſignis

ſtentur, altera ex eo cauſa petitur, quod a ſuo centro, hoc eſt, a circumferentia extima circuli ſui excentrici, alius abſidas, ſiue circulos altiſſimos habent, quos epicyclos vocant. Tunc enim non ἀπόγειον modo ſidus appellatur, ſed ἀπογειότατον, cum in abſidum, vt aiunt, linea, atque in eo epicyclo circulo, longiſſime diſcedit a centro terrae: quod in aliis ſignis contingit, quam quae ſuperius appellata ſunt. Vide Not. et Em. N. XIX. (hic conſpicuas) *Altera ſublimitatum cauſa, quoniam a ſuo centro abſidas altiſſimas, etc.)* Deceptum hoc loco Plinium exclamant interpretes Aſtronomique, affinitate videlicet et cognatione vocabulorum exaltationis, et eleuationis: quae tam re et natura in hac arte diuerſa ſunt. Eleuatio enim planetae fit, quando loco aut circulo reuera attollitur: Exaltatio vero in vi tantum et poteſtate conſiſtit, quando ſcilicet in eo loco eſt, in quo efficaciſſime vires ſuas exſerit. Aſtrologi enim ſingulis planetis ſingulas Zodiaci partes aſſignarunt, in quibus vehementiores, quam in ceteris partibus forent. Ea vero loca altitudines appellarunt, ſeu exaltationes: Graeci ὑψώματα: oppoſita autem ταπεινώματα, et deiectiones. Itaque Plinium aiunt iſta miſcuiſſe: nec quid ὕψωμα Graece ſonaret, intellexiſſe. Quo vero id argumento probent? Nam et Martianus L. VIII. p. 299. de abſide epicycli pariter intellexit: in Marte primum: *Eius altitudo*, inquit, *id eſt, vbi ſe eius circulus a terra altius tollit, ſub ſigni Leonis regione conſurgit — abſidem etiam habet, receſſumque ſublimem in Capricorni confini, parte* XXIX. Et de Ioue: *Altitudo eius circuli in Virgine reperitur: abſis vero in Cancri decima quinta portione.* Denique in Saturno: *Altitudo quidem eius circuli in ſcorpionis ſigno grandeſcit: verum abſis ipſius in Librae vigeſima portione.* Quamobrem non ante Plinium hallucinatum eſſe euicerint, quam eleuationem planetarum demonſtrarint, in iisdem ſignis cum exaltatione non poſſe congruere. Id vero numquam ſane ab eius artis peritis impetrarint. Quin etiam id in cauſa eſſe arbitror, cur ſummi artifices planetarum altitudinem ſiue exaltationem, in quo vires ii ſuas efficacius exercent, ad eadem ſigna transtulerint: Ptolemaeus, L. I. de iudiciis, c. de altitudinibus, p. 389. vbi

hoc

ſignis. Saturnus in Librae parte viceſima, Iupiter Cancri quinta decima, Mars Capricorni viceſima octava, Sol Arietis a. decima nona [1], Venus Piſcium viceſima ſeptima [2], Mercurius Virginis decima quinta, Luna Tauri tertia [3]. Tertia b. altitudinum ratio, caeli

1. *Sic quoque Chiffl. viceſima nona Gr. et Al.* 2. *decima-ſexta Gr. et Al.* 3. *quarta Gr. et Al.*

hoc argumentum prolixe tractat: ac paulo etiam explanatius Iulius Firmicus, L. II. c. 3. p. 17. cuius verba operae pretium fuerit huc referre, quandoquidem et quid illa ſit exaltatioque aperit, et Plinianos numeros inſigniter corruptos ad caſtigatiorem lectionem, quam ſecuti ſumus, aptiſſime reuocat. *Scire etiam debemus*, inquit, *quae ſint ſtellarum altitudines ſingularum, in quibus naturali quadam ſublimitate magnitudinis eriguntur: quaeve ſint earum deiectiones: in quibus conſtitutae, oppreſſa auctoritatis ſuae poteſtate, minuuntur — Altitudines autem dictae ſunt ob hoc, quod cum in ipſa parte fuerint ſtellae in qua exaltantur, in opportunis ſcilicet geniturae locis, homines faciunt beatos. Deiectiones autem earum faciunt miſeros. — Sed igitur in Arietis parte decima nona exaltatur, in Librae vero decima nona deiicitur. Luna exaltatur in Tauri parte tertia, in Scorpionis tertia parte deiicitur. Saturnus exaltatur in Librae parte viceſima, in Ariete rurſus decima nona parte deiicitur. Iupiter exaltatur in parte Cancri decimaquinta, deiicitur vero in Capricorni decima quinta. Mars exaltatur in Capricorni parte viceſima octaua, deiicitur vero in Cancri parte 28. Venus exaltatur in Piſcium parte viceſima ſeptima, deiicitur vero in Virginis parte 27. Mercurius exaltatur in Virginis parte decima quinta, deiicitur vero in Piſcium parte 15.* Suffragatur aliqua ex parte emendationi noſtrae, praeter Firmicum, codex Chiſl. in quo legitur, *Arietis decima nona.* Ex Firmico et Plinio Martianum corriges, apud quem perperam ſcribitur, *Mars Capricorni viceſima nona*, L. VIII. p. 299. H.

a. *Arietis decima nona)* Prius legebatur, *Arietis viceſima nona, Piſcium decima ſexta, Tauri quarta.* Nos indubitatis argumentis emendationes noſtras ſtabiliemus in Not. et Em. N. XIX. (v not. antec.) H.

bi *Tertia altitudinum)* Hoc eſt, ſtellae dicuntur altiores, vel depreſſiores, propter mundi conuexitatem. Aſcendunt

caeli menſura, non a. circuli, intelligitur, ſubire eas, aut deſcendere per profundum aeris, oculis exiſtimantibus. Huic b. connexa latitudinum Signiferi, obliquitatisque, cauſa eſt. Per hunc ſtellae, quas c. diximus [1] feruntur: nec aliud habitatur in terris, quam quod illi ſubiacet: reliqua a Polis ſqualent. Veneris e. tamen ſtella excedit cum binis partibus:

Q 4 Quae

1. *MSS. et Chif. firmant hanc lectionem. diximus errantes feruntur. Gr.*

dunt enim ſtellae ab ortu per profundum aeris, vſque ad caeli medium, vbi conſiſtunt aliquandiu: poſtea vero rurſum deſcendunt: Igitur cum medium caeli ſubeunt, tum dicuntur eſſe altiſſimae: ſed hoc ex communi hominum iudicio et ſenſu, oculis exiſtimantibus. Eodem modo locutus Ouid. L. II. Metam. v. 63. *Ardua prima via eſt, et qua vix mane recentes Enituntur equi: media eſt altiſſima caelo: Vltima prona via eſt.* H.

a. *Non circuli)* Prima ſtellarum altitudinis cauſa, refundebatur in circulos, ſiue abſidas deferentes: Haec non in iſtos, ſed in ipſum caelum, hoc eſt, in illud omne ſpatium quod emetitur planeta ab Horizonte aſcendens in meridiem. H.

b. *Huic connexa)* Latitudinum ratio, inquit, habet aliquam connexionem, et vicinitatem, cum explicatione altitudinum. Eſt porro latitudo, ſtellae diſtantia ab ecliptica, verſus alterutrum polum. H.

c. *Quas diximus)* Errantes videlicet, de quibus hoc retulit, ſect. 6. H.

di *Nec aliud)* Ita ſane creditum antiquis, quibus non erant ſeptentrionales plagae luſtratae, vt nuper fuere. Deſertos putarunt eos terrarum tractus, vnde Zodiacus integer cerni non poſſet: de quibus Maro cecinit, L. VI. Aen. v. 795 — *Iacet extra ſidera tellus, Extra anni, Solisque vias.* H.

e. *Veneris — binis partibus)* Binis gradibus verſus ſingulos mundi polos extra ſigniferum Venus euagatur. Igitur ab ecliptica Venerem putat hinc inde diſcedere gradibus octonis. Sunt enim Zodiaco vtrimque ab ecliptica, vt mox dicetur, ſeni latitudinum gradus. Keplerus tamen, in Epitome Aſtron. Copern. L. II. p. 150. maximam Veneris euagationem ait eſſe graduum decem

in

Quae a. cauſa intelligitur efficere, vt quaedam animalia et in deſertis mundi naſcantur. Luna quoque per totam latitudinem eius vagatur, ſed b. omnino non excedens eum. Ab his Mercurii ſtella laxiſſime, vt tamen e duodenis partibus (tot c. enim ſunt latitudinis) non amplius octonas pererret, neque has aequaliter, ſed d. duas medio eius, et ſupra quatuor, infra[1] duas. Sol e. deinde medio fertur inter duas partes flexuoſo Draconum meatu inaequalis: Mar-

1. *Infra. V.*

in Boream. Ex machinarum caeleſtium contemplatione, quas mirabili opere et arte ſumma confici Rex Chriſtianiſſimus nuper iuſſit, quas et ſpectare nobis plures menſes licuit, Venerem diſcedere ab ecliptica longiſſime ſenſimus, gradibus nouem, minutis duobus et viginti: quod et Schottus animaduertit, L. VIII. Aſtron. p. 275. H.

a. *Quae cauſa)* De hac vi prolifica Veneris, ſed fabuloſa illa quidem, dictum eſt ſect. 6. H.

b. *Sed omnino)* Immo etiam, nec pererrans totum, ſi recentioribus credimus: nam ab Ecliptica diſcedere ea non exiſtimatur, niſi gradibus quinque, et minutis octodecim: cum ſex gradus integros latitudinis ſignifer habeat ab vtroque eclipticae latere. H.

c. *Tot enim ſunt)* In duodecim gradus Zodiaci ſiue ſigniferi latitudo diuiditur, *quam ſecat mediam Ecliptica.* H.

d. *Sed duas medio)* Duas Zodiaci partes ſeu gradus pererrat, cum ipſe per medium incedit ſigniferum: Supra cum deflectit ad Aquilonem, per quatuor alias eiusdem partes vagatur: infra, cum deſcendit ad Auſtrum, diſcedit duabus. Sic latitudo Mercurii maxima, ſeu diſceſſus ab Ecliptica fuerit graduum omnino quinque. Nunc amplius ſenos recentiores ſtatuunt: nempe gr. 6. min. 54. Vide Schottum, l. c. et Ricciolum Tom. I. p. 628. H.

e. *Sol deinde)* Solem ait per medium moueri Zodiacum, ſub ea linea quae Zodiacum in partes duas aequales ſecat: Sic autem moueri inaequaliter, mox ſubeundo in Aquilonem, mox in Auſtrum deſcendendo, vt flexuoſos draconum meatus imitari quodammodo videatur. H.

Martis a. ſtella quatuor medias, Iouis b. mediam et ſuper eam duas; Saturni c. duabus[1], vt Sol. Haec erit latitudinum ratio ad Auſtrum deſcendentium, aut ad Aquilonem ſubeuntium. Hac d. conſtare et tertiam illam a terra ſubeuntium in[2] caelum. Et pariter ſcandi eam quoque exiſtimauere plerique falſo: qui vt coarguantur, aperienda eſt ſubtilitas immenſa, et omnes eas complexa cauſas. Conuenit e. ſtellas in occaſu veſpertino proximas eſſe terrae f. et latitudine et altitudine: exortus-



1. *Sic et Ch. duos. Gr.* 2. *leg. ſubeuntium in caelum, et per aera quoque deſcendentium in caelum pariter et deſcendentium quoque. Vet.*

a. *Martis ſtella)* Igitur ab ecliptica diſcedit vtrimque binis partibus. Ab ea ſententia haud multum abludit recentiorum obſeruatio, qui diſceſſionem eam gradu vno, min. 51. 4″ circumſcribunt. Riccioli, l. c. cum Bullialdo. H.

b. *Iouis)* Iouis ſtella mediam Zodiaci partem pererrat: et ſuper eam partes duas. Sic et nunc quoque Iouis diſceſſum ab ecliptica hoc aeuo Aſtronomi, vno tantum gradu vtrimque dimidioque finiunt. H.

c. *Saturni duabus)* Ita MSS. Reg. 2. et Chiſi. non, vt alii, *duas.* Vt Sol, inquit, medio fertur Zodiaco inaequalis, flexuoſo draconum meatui ſimilis: ſic Saturni ſtella duabus incedit partibus, tum ad Auſtrum, tum ad Aquilonem. Auctores proxime appellati Saturnum aiunt deſciſcere ab Ecliptica gradibus binis cum ſemiſſe. H.

d. *Hac conſtare)* Tertiam altitudinis ſtellarum cauſam, de qua dictum eſt paulo ſuperius, e caeli menſura petitam, hoc eſt, ex eleuatione planetae ſupra horizontem, quidam putarunt eamdem eſſe cum latitudinum ratione: rati quoties ſtella eſt eleuata illa tertia altitudine, tunc quoque latitudinem eſſe maximam. Triplici illi coarguuntur ratione. H.

e. *Conuenit)* Prima ratio. H.

f. *Et latitudine)* Latitudine quidem, quia tum deſcendunt in Auſtrum, quae pars caeli humilior exiſtimatur vulgo: ſunt enim tum in latitudine meridionali: altitudine vero, quia ſunt in perigeo: adeoque viciniores terrae ſunt ea et latitudine ſimul, et altitudine. H.

quea. matutinos in b. initio cuiusque fieri[1]: ſtationes in c. mediis latitudinum articulis, quae vocant ecliptica. Perinde d. confeſſum eſt, motum e. augeri, quamdiu in vicino ſint terrae: cum abſcedant in altitudinem; minui. Quaef. ratio Lunae maxime ſublimitatibus approbatur. Aequeg. non eſt dubium, in exortibus matutinis etiamnum[2] augeri, atqueh. a ſtationibus primis tres ſuperiores diminui i. vſque ad ſtationes ſecundas. Quae cum ita ſint, manifeſtum erit ab exortu matutino k. latitudines ſcandi: quoniam in eo primum l. habitu[3] incipiant

1. *Fieri ſtationis. Tolet.* 2. *Sic et M. CH. hanc quoque MSS. firmant. motum, alii. etiam numerum Gr.* 3. *ſic et M. et Ch. abitu incipiant Gr.*

a. *Exortusque matutinos in initio cuiusque fieri: ſtationes in mediis latitudinum articulis)* *Stationis*, legunt ambo codices, non, *ſtationes*, vt iungatur ſuperioribus. *Pint.*

b. *In initio cuiusque)* Latitudinis, altitudinisque: Latitudinis quidem, quia tunc latitudinem borealem habent: altitudinis, quia tum ſcandunt apogeum. H.

c. *In mediis)* In media latitudinum via, quam ecliptica vocant: quoniam contingere ibi eclipſes ſoleant. H.

d. *Perinde)* Altera ratio. H.

e. *Motum augeri)* Motum ſtellarum videri concitatiorem, quando ſunt in perigeo: cum altiſſime a terra abſunt, in apogeo, tardiorem. H.

f. *Quae ratio)* In apogeo enim, cum magis recedit a nobis, et eſt ſublimior, moveri ea tardius videtur: celerius, cum depreſſior eſt, et in perigeo. H.

g. *Aeque non eſt)* Tertia ratio. H.

h. *Atque a ſtationibus)* Stationes primae ſunt, quae et matutinae: ſecundae, quae et veſpertinae nuncupantur, vti dictum eſt ſect. 12. H.

i. *Diminui)* Non ita diſtingui oculorum iudicio varietatem ſitus in ſingulos dies, quoniam lentius tum mouentur. H.

k. *Latitudines ſcandi)* Planetam incipere tum temporis ab Ecliptica diſcedere in Aquilonem per latitudinem borealem: quoniam tum primum incipit lentius progredi motus. H.

l. *Habitu)* Ita MSS. omnes, Reg. Colb. Chiſi. non, vt editi, *abitu*. H.

piant parcius adiici motus: in ſtationibus vero[1] primis altitudinem a. ſubire, quoniam tum primum incipiat[2] detrahi numerus, ſtellaeque retroire. Cuius rei ratio priuatim reddenda eſt. Percuſſae b. in c. qua diximus parte, et triangulo Solis radio inhibentur rectum agere curſum, et ignea vi leuantur in ſublime. Hoc[3] non protinus intelligi poteſt viſu noſtro, ideoque exiſtimantur ſtare, vnde et nomen accepit ſtatio. Progreditur deinde eiusdem radii violentia, et retroire cogit vapor d. repercuſſus. Multo id magis in veſpertino earum exortu, toto e. Sole auerſo[4], cum in ſummas abſidas expelluntur, minimeque cernuntur, quoniam altiſſime abſunt, et minimo feruntur motu, tanto minore[5] cum f. hoc in altiſſimis abſidum euenit ſignis. Ab g. exortu veſpertino latitudo deſcenditur, parcius iam ſe minuente motu: non tamen ante ſtationes ſecundas augen-

1. *Sic quoque M. primis et altitudine ſubire Gr.* 2. *Incipiat detrahi numeris. M. et Ch.* 3. *hoc vno protinus. Alii.* 4. *MSS. firmant hanc lect. et CH. aduerſo. Gr.* 5. *minores.*

a. *Altitudinem ſubire)* Apogeum ſcandere, cum minui motus incipit: hoc eſt, cum moueri tardiſſime, imo et retrogredi ſtellae videntur. H.

b. *Percuſſae)* De hac opinione veterum dicemus in v. not. a. p. 238. Not. et Em. N. XVIII. H.

c. *In qua diximus parte)* Cum ſtella diſtat a Sole 120. partibus: Eſt enim id in caelo triquetrum. H.

d. *Vapor repercuſſus)* Hoc eſt, calor Solis. Rectius forte *repercuſſas)* vt ad ſtellas vox illa pertineat. H.

e. *Toto Sole auerſo)* Siue aduerſo, hoc eſt, in horizonte fere exortiuo poſito. H.

f. *Cum hoc in altiſſimis)* Altiſſimas a centro ſuo abſidas vnicuique planetae (epicyclum circulum hodie nuncupant:) Singulis deinde abſidibus ſua ſigna adſcripſit paulo ſuperius, in explicanda altera ſublimitatum cauſa. H.

g. *Ab exortu)* Sicut e contrario paulo ante dixit, *Ab exortu matutino latitudines ſcandi, quoniam in eo primum habitu incipiant parcius adiici motus. H.*

augente [1], cum et altitudo deſcenditur, ſuperueniente ab alio latere radio, eademque vi rurſus ad terras deprimente, quae ſuſtulerit in caelum ex priore triquetro. Tantum intereſt, ſubeant radii, an ſuperueniant [2]. Multoque eadem magis in veſpertino occaſu accidunt. Haec eſt ſuperiorum ſtellarum ratio: difficilior reliquarum, et a nullo ante nos reddita.

XIV. (XVII.) Primum a. igitur dicatur, [3] cur b. Veneris ſtella nunquam longius XLVI. [4] partibus, Mer-

1. *Augente. M. et CH. forte augeſcente. Dal.* 2. *deſuper veniant. Vet.* 3. *Hanc firmant lectionem MSS. dicantur cum ſint diuerſae ſtellae, cur etc. Gron. cum ſint vniverſae. M. in CH. haec clauſula non legitur.* 4. *XXXVI. CH.*

a. *Primum igitur dicatur, etc.)* Sic legend. *Primum igitur dicatur cur Veneris ſtella nunquam longius XLV. partibus Mercurius viginti tribus a Sole abſcedant.* Salmaſ. p. 754. a. Paulo inferius legit: *Digredi autem latitudine, etc.* Plinius *degredi* ea dicit quae ab altitudine deſcendunt, pro quo multis locis *digredi* perperam editum eſt; nam aliud, *degredi*, aliud *digredi*. Salmaſ. p. 754. b. *Gr.*

*Primum igitur)* Huius ſectionis lemma, quod eſt in libris editis hoc loco praepoſtere collocatum, eiusmodi eſt, *Catholica ſiderum errantium* Quintilianus L. II. c. 13. p. 146. καθολικὰ interpretatur *vniuerſalia, ſeu perpetualia praecepta.* Diomedes, L. III. p. 490. pro lemmate, ſeu titulo ſcripſit, *Catholica de extremitate nominum ad metricam compoſitionem neceſſaria.* Vide Not. et Em. N. XX. (hic adiectas) *Primum igitur dicatur cur Veneris ſtella.)* In libris hactenus editis legebatur, *Primum igitur dicatur, cum ſint diuerſae ſtellae, cur Veneris ſtella, etc.* Verum haec clauſula, *cum ſint diverſae ſtellae,* in probatiſſimis codd. deeſt, quales ſunt Regius vterque, Chiſi. aliique: nataque videtur ex praua lectione verborum ſequentium, *cum Veneris ſtella:* vnde conflatum primo, *cum vniverſae ſtellae*, vt in vet. cod. Dalec. poſtmodum *cum diuerſae ſtellae*, vt in editis. Nam quo tandem haec verba ſpectant? H.

b. *Cur Veneris)* Vide quae diximus ſect. 8. Conſentit his Cicero, L. II. de N. D. p. 72.

Mercurius viginti tribus[1] a Sole abſcedant, ſaepe citra eas ad[2] Solem reciprocent. a. b. Conuerſas[3] habent vtraeque abſidas, vt infra Solem ſitae: tantumque circulis[4] earum ſub[5] terra eſt, quantum ſuperne praedictarum: et ideo non poſſunt abeſſe amplius, quoniam curuatura c. abſidum ibi non habet longitudinem maiorem. Ergo vtrique[6] ſimili ratione modum d. ſtatuunt abſidum ſuarum margines, ac ſpatia longitudinis latitudinum e. euagatione penſant.

1. *XX. M. et CH.* 2. *ab Sole reciprocae ſint. CH. et M.* 3. *ſic conuerſas. CH.* 4. *circuli Vet.* 5. *ſic quoque CH. ſubter eſt Gr.* 6. *vtrique, ſimili ratione ad modum ſtatuunt, etc. M. et Chiff. vtraeque Gr.*

72. de Mercurio: *Neque a Sole longius vnquam vnius ſigni interuallo diſcedit, tum antevertens, tum ſubſequens.* Item de Venere, p. 73. *Neque vnquam ab Sole duorum ſignorum interuallo longius diſcedit, tum antecedens, tum ſubſequens. H.*

a. *Reciprocent)* *Retrogradatione ſui, viciniae Solis admotae*, inquit Martianus, L. VIII. cap. de ſtella Mercurii, p. 297. *G.*

b. *Conuerſas)* Veneris et Mercurii orbes ambire terras exiſtimat, excentricos tamen toti mundo, atque converſos, hoc eſt, poſitione inuerſos: ſuperiore horum orbium parte anguſtiore: altera, quae ſub terra eſſe cogitatur, craſſiore multo et ampliore: contrario plane modo atque accidit in ſuperioribus. Aliter tamen accipienda putat haec Pliniana verba Ricciolus Tom. I. Almag. L. VII. p. 567. quem tu conſule. H.

c. *Curuatura abſidum)* Orbium excentricorum Veneris et Mercurii partem ſuperiorum, quae et vertici noſtro imminet, curuaturam vocat, quam et ouatam fingit: curuaturae in orbe Veneris aſſignat gradus 46. longitudinis: Mercurii 23. Quantum ab hac hypotheſi Aſtronomica diſcrepent obſervationes recentiorum, norunt omnino, qui ſideralem ſcientiam vel a limine ſalutarunt: neque ad eas referendas ſatis otii eſt. H.

d. *Modum ſtatuunt)* Ne vlterius abſcedant. H.

e. *Latitudinum euagatione)* Quoniam laxiſſime Mercurius, vt dictum eſt ſup. ſect. octonas partes ſigniferi in latitudine pererrat: ſedecim Venus, quod nulli alteri plane

ſant. At a. enim cur non ſemper ad quadraginta ſex, et ad partes viginti [1] tres perueniunt? Immo b. vero. Sed ratio [2] canonica c. fallit. Namque apparet,

*1. Viginti. M. V. 2. ratio Canonicos fallit. hoc eſt, canonum Aſtronomicorum conditores: CH.*

planetae accidit. Sic ſpatia longitudinis, quae ſunt arctiſſima, cum tam prope abſcedant a Sole, latitudinum euagatione penſant. H.

a. *At enim cur non, etc.)* Lege: *At enim cur non ſemper ad quadraginta ſex et partes viginti perueniunt? Immo vero. Sed ratio canonicos fallit.* Salmaſ. p. 741. b. G.

b. *Immo vero)* Perueniunt vero, inquit, ad eos limites: ſed quiddam eſt in canonica ratione huiusce motus, haud ſane ſatis diligenter animaduerſum. Orbes enim earum ſtellarum ſiue abſides moueri vel ex eo apparet, quod Solem non tranſeant. Itaque cum in partem Solis modo aſſignatam, hoc eſt, diſtantiam a Sole vel 46. vel 23. grad. margines iſtorum circulorum peruenerint, ſiue ab exortiva parte, ſiue ab occidua, tum ſtellae a Sole digreſſae longiſſime: cum citra ſunt, tunc eaedem regredi intelliguntur. Intricatius nihil dici poteſt hac methodo, vt agnouit Ricciolus, Tom. I. Almag. L. VII. c. 3. p. 648. et ante eum Milichius, Zieglerus, aliique. A Ptolemaica etiam hypotheſi vehementer diſcrepare poſtea agnouimus: adeo vt quam ante ſe a nullo inuentam gloriatur Plinius extr. ſect. ſup. inferiorum planetarum motus explicandi rationem, ab omnibus poſt illum derelictam neglectamque eſſe intelligamus. Haec interim certa ſunt: A Sole Mercurium non plusquam 27. aut 28. gradus remoueri, quantum fere Luna diſtat, altero a nouilunio die: at ſaepe ad Solem reuerti, poſtquam 18. tantum gradus ab eo receſſerit: In his regionibus vix Mercurium ſub oculos venire, quod Soli vicinior ex eius radiis emergit. In Sole viſum haud ſemel, ac nuperrime a D. Caſſino, 7. Noubr. a. 1667. Idem de Venere proportione dicendum: vt cum longiſſime a Sole 47. gradibus cum ſemiſſe diſcedere: interdum 45 grad. cum ſemiſſe a Sole digreſſam ad eum reuerti. H.

c. *Canonica)* Canonum aſtronomicorum, ſeu regularum. Achilles Tatius, p. 136. Aratum citat ἐν τῷ κανόνι. In MSS. quibusdam, *Canonicos*, hoc eſt, canonum peritos.

Sic

ret, absidas quoque earum moueri, quod nunquam transeant Solem. Itaque cum in partem ipsam eius incidere margines alterutro latere, tum et stellae ad longissima sua interualla peruenire intelliguntur: cum citra fuere margines totidem partibus: et ipsae ocyus redire a. creduntur [1], cum sit illa semper vtrique extremitas b. summa. Hinc et ratio motuum conuersa c. intelligitur. Superiores enim celerrime feruntur in occasu vespertino, hae tardissime: illae d. a terra altissime absunt, cum tardissime mouentur, hae cum ocyssime. Quia sicut in illis propinquitas centri accelerat, ita in [2] his extremitas e. circuli. Illae ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt, hae vero augere: Illae retro cursum agunt a statione matutina vsque ad vespertinam, Veneris a vespertina vsque ad matutinam. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem f. scandere, altitudinem g. vero ac Solem insequi a statione matutina, ocyssima in occasu matutino, et altissima: Digredi h. autem

1. *Coguntur. M.* 2. *in his. Alii.*

Sic Basil. ad Amphil. can. I. magnum Dionysium vocat τὸν κοσμικὸν ὄντα. H.

a. *Redire creduntur)* Vt paulo ante, *peruenire intelliguntur*. Quamquam in codd. nonnullis, quos Salmasius secutus, legitur, *redire* coguntur. H.

b. *Extremitas summa)* Meta digressionis vltima. H.

c. *Conuersa)* Diuersa intelligitur a superiorum planetarum motu. H.

d. *Illae — altissimae)* in Apogeo. H.

e. *Extremitas circuli)* Margo circuli, qui recessit a Sole longissime. H.

f. *Latitudinem scandere)* Ab ecliptica digredi Aquilonem versus, in latitudinem Zodiaci borealem. H.

g. *Altitudinem vero)* Apogeum. Velocissimos Venerem et Mercurium ad coniunctionem apogeam matutinamque, quam Plinius hoc loco intelligit, agnoscit pariter Ricciolus, Tom. I. L. VII. p 500. H.

h. *Digredi autem latitudine, motumque minuere ab exortu matutino)* Exemplar Salmant.

autem latitudine, motumque minuere ab [1] exortu veſpertino: retro quidem ire, ſimulque altitudine digredi a ſtatione veſpertina. Mercurii rurſus ſtella vtroque a. modo ſcandere ab exortu matutino, digredi vero latitudine a veſpertino: conſecutoque Sole ad quindecim partium interuallum, conſiſtit quatriduo b. prope [2] immobilis. Mox ab altitudine deſcendit, retroque graditur ab occaſu veſpertino vſque ad exortum matutinum. Tantumque haec, et Luna, totidem c. diebus, quot ſubiere, deſcendunt. Veneris d. quindecies [3] pluribus ſubit. Rurſus Saturni et Iouis duplicato e. digrediuntur: Martis etiam

1. *Ex MSS. ſic edidit Hard. conſentit M. et CH. et Pint. matutino Gron.* 2. *pene. Chiff.* 3. *Lectio Hard. MSS. nititur auctoritate. Sic quoque M. et Chiffl. quindecim et Gron.*

mant. *ab exortu veſpertino*, legit. Nec ſi aliter legatur, ſenſus videtur poſſe conſtare. Nam ſi, vt paulo ante dictum eſt, ab exortu matutino, incipit latitudinem ſcandere, qua ratione ab eodem matutino exortu poteſt digredi ab eadem latitudine. *Pint.*

*Digredi autem)* Diſcedere a parte boreali Zodiaci, regredique verſus Auſtrum, in latitudinem Zodiaci auſtralem. H.

a. *Vtroque modo)* Latitudine et altitudine. H.

b. *Quatriduo)* Morae ſtationum ſunt inaequales, etiam in iisdem planetis: ſunt enim alias breuiores, alias prolixiores. In Mercurio tamen medio tempore electo, haud praetergredi bidui fere ſpatium recentiores Aſtronomi aſſeuerant. H.

c. *Totidem diebus)* Septem fere diebus a nouilunio Luna ſubit in quadraturam, atque adeo in mediam caeli partem, et in apogeum. H.

d. *Quindecies pluribus)* Hoc eſt, diebus fere centum et quinque. Nam ſi ſeptem dies per quindecim multiplicentur, ea ſumma colligitur. Recentiores Aſtronomi centum fere et 30 dies maximae digreſſioni a Sole aſſignant. H.

e. *Duplicato)* Hoc eſt, ducentis fere diebus tendunt ad oppoſitionem cum Sole. Haec accipienda ſunt πλατικῶς et large: Nam ſi rem exactius velis expendere, Saturnus eo digreditur diebus centum octoginta ſex: Iupiter ducentis. Vide Ricciolum l. c. H.

iam quadruplicato. a. Tanta eſt naturae varietas. Sed ratio euidens: nam b. quae in vaporem Solis nituntur, etiam deſcendunt aegre.

XV. Multa promi amplius circa haec poſſunt ſecreta naturae, legesque, quibus ipſa ſeruiat. Exempli gratia: in Martis ſidere, cuius eſt maxime inobſeruabilis c. curſus, nunquam id [1] ſtationem facere, Iouis d. ſidere triquetro, raro admodum ſexaginta e. partibus diſcreto, qui numerus ſexangulas mundi efficit formas: nec f. exortus, niſi in duobus ſignis tantum, Cancri et Leonis, ſimul edere. Mercurii vero ſitus in Piſcibus exortus [2] veſpertinos raros facere, creberrimos in Virgine, in Libra matutinos. Item matutinos in Aquario, rariſſimos in Leone. Retrogradum in Tauro et Geminis non fieri: in Cancro vero non citra XXV. partem. Lunam bis coitum cum Sole et in nullo alio ſigno facere

1. *Id, niſi quadrato, ſtat. fac. V.* 2. *Veſpertinos in piſcibus. M.*

a. *Quadruplicato)* Longiſſime a Sole digreditur diebus fere quadringentis. Cum enim reuolutio planetae ad Solem, vel potius Solis, qui velocior eſt, ad planetam, fiat in Marte, vt ait Riccioius l. c. diebus 780 inde efficitur progredi Martem ad oppoſitionem cum Sole dimidiato hoc dierum numero, hoc eſt, 390 ſiue rotundo, vt aiunt, abſolutoque numero, fere quadringentis. *H.*

b. *Nam quae in vaporem)* In ſolis calorem. *H.*

c. *Inobſeruabilis)* Quod ſpiris inextricabilibus Aſtronomorum hactenus fruſtra torſit ingenia. Vide Riccioium Tom. I. L. VII. c. 6. p. 497. *H.*

d. *Iouis ſidere)* Cum eſt in trino aſpectu cum Sole Iupiter, ſiue cum diſtat ab eo partibus CLX. *H.*

e. *Sexaginta partibus)* Aſpectum hexagonum, et ſextilem vocant, cum abeſt a Sole planeta gradibus LX. Quod ſpatium ſexies multiplicatum, in tympano ſeu tabula lignea, ope circini, orbis ſiue mundi formam ſexangulam facit. *H.*

f. *Nec exortus)* Simul cum Ioue. *H.*

cere g. quam Geminis, non coire aliquando h. in Sagittario tantum. Nouiſſimam vero primamque eadem die vel nocte, nullo alio in ſigno quam i. Ariete, conſpici: id quoque paucis mortalium contingit. Et inde fama cernendi Lynceo. k. Non l. comparere in caelo Saturni ſidus, et Martis cum plurimum diebus [1] centum ſeptuaginta: Iouis triginta ſex, aut cum minimum, denis detractis diebus: Veneris ſexagintanouem, aut cum minimum, quinquaginta duobus: Mercurii tredecim, aut cum plurimum, octodecim [2].

XVI. (XVIII.) Colores ratio a. altitudinum temperat: ſiquidem earum ſimilitudinem trahunt, in b. qua-

1. *Centum ſexaginta. V.* 2. *ſic Hard. ex MSS. qno cum conſentit Cſſl. ſeptemdecim Gr.*

g. *Quam Geminis)* Ob tarditatem nimirum Solis, cuius apogeum ea aetate erat in Geminis: nunc eſt in Cancri gradu fere octauo. *H.*

h. *In Sagittario)* Ob celeritatem Solis, cuius perigeum tunc erat in Sagittario: nunc eſt in Capricorni gradu ferme octauo. Idcirco aſſequi Solem Luna non poteſt, vt cum eo ſub hoc ſigno coeat. *H.*

i. *Quam Ariete)* Viſam eſſe Hiſpali Lunam, anno 1553. Martii 13. Sole in gradu tertio Arietis, Luna in gradu 23. Piſcium, atque adeo in diſtantia a Sole, graduum circiter decem, ſcribit Keplerus in Epitome Aſtronomiae, p. 839. Americus Veſpuccius apud Ramuſium Tom. I. Nauigat. p. 132. viſam a ſe Lunam teſtatur ipſo cum Sole coitus die. Sic et a ſuis conſpectam e montium iugo, ſcribit Ioh. de Barros ibidem, p. 392. *H.*

k. *Lynceo)* De quo multa fabulati poetae. Flaccus L. I. Argon. — — *Cumque aethera Iupiter umbra Perdiderit, ſolus tranſibit nubila Lynceus.* De Lynceo Tzetzes Chil. I. hiſt. 48. v. 711. aliique. *H.*

l. *Non comparere)* Hunc Plinii locum refert ac defendit P. Ricciolus, ſummus Aſtronomicae diſciplinae artifex, Tomo I. Almag. p. 503. contra Milichium. *H.*

a. *Colores)* Colorum varietatem efficit altitudo diſtantiaque ſtellarum a terra. *H.*

b. *In quarum aera)* Proximita-

quarum aëra [1] venere ſubeundo, c. tingitque appropinquantes vtralibet d. alieni meatus circulus; Frigidior e. in pallorem, ardentior in ruborem, ventoſus in horrorem. [2] Sol f. atque commiſſurae abſidum, extremaeque orbitae atram in obſcuritatem. Suus g. quidem cuique color eſt, Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus, Lucifero candens, [3] Veſperi refulgens, Mercurio radians, Lunae blandus, Soli, cum oritur, ardens: poſtea radians. h. His

R 2 cau-

1. *Oram. V.* 2. *Solaeque. Long.* 3. *Veſpero. Chiff.*

mitate, inquit, aliarum ſtellarum ad quas accedunt, colorem trahunt: tingitque ſidera alieni orbis acriſque in quo voluitur alius planeta, color: ſiue ad eum aſcendendo vicinitas ea fiat, ſiue deſcendendo. *H.*

c. *Tingitque)* Tingit colore ſuo ſtellas appropinquantes, ſiue ſupra, ſiue infra, circulus per quem vicinus planeta meat. *H.*

d. *Vtralibet.*] Siue aſcendant, ſiue deſcendant. *Dalec.*

e. *Frigidior)* Frigidior planeta vicinum tingit in pallorem etc. *H.*

f. *Sol atque)* Sol, inquit, vicinitate ſua ceteras obſcurat ſtellas: Commiſſurae etiam circulorum, quos Nodos vocant, dum Solis orbitam ſideris alterius meatus interſecat, vt cum Luna defectiones fiunt, atram obſcuritatem ſideribus obducunt: vti et extremae orbitae, hoc eſt, abſis ſuprema, ſiue apogeum planetarum: quia quo longius ab oculo corpora diſcedunt, hoc illa obſcuriora apparent. Fruſtra hîc Longolii coniectura, emendantis, *ſolaeque coniniſſurae.* H.

g. *Suus quidem)* P. Ricciolus, Tom. I. Almag. L. VII. p. 469 exiſtimat planetas non eſſe opacos, ſicuti eſt tellus, quod Kepplerus cenſuit: ſed eſſe opacitate metallis ſimili, aut potius gemmis colore aliquo imbutis, et valde denſis: Saturnum onychi, Iouem ſapphiro, Martem pyropo aut amethyſto, Venerem chryſopraſo, Mercurium beryllo ſiue achatae, Lunam margaritis et vnionibus: mediamque ei naturam eſſe inter ſpecula, et mere opaca: omnes denique indolis ad combibendum lumen aptiſſimae, et ad illud idem viuidius huc vibrandum. *H.*

h. *His cauſis)* Huic tractationi

augente [1], cum et altitudo deſcenditur, ſuperueniente ab alio latere radio, eademque vi rurſus ad terras deprimente, quae ſuſtulerit in caelum ex priore triquetro. Tantum intereſt, ſubeant radii, an ſuperueniant [2]. Multoque eadem magis in veſpertino occaſu accidunt. Haec eſt ſuperiorum ſtellarum ratio: difficilior reliquarum, et a nullo ante nos reddita.

XIV. (XVII.) Primum a. igitur dicatur, [3] cur b. Veneris ſtella nunquam longius XLVI. [4] partibus, Mer-

1. *Augente. M. et CH. forte augeſcente. Dal.* 2. *deſuper veniant. Vet.* 3. *Hanc firmant lectionem MSS. dicantur cum ſint diuerſae ſtellae, cur etc. Gron. cum ſint vniverſae. M. in CH. haec clauſula non legitur.* 4. *XXXVI. CH.*

a. *Primum igitur dicatur, etc.)* Sic legend. *Primum igitur dicatur cur Veneris ſtella nunquam longius XLV. partibus Mercurius viginti tribus a Sole abſcedant.* Salmaſ. p. 754. a. Paulo inferius legit: *Digredi autem latitudine, etc.* Plinius *degredi* ea dicit quae ab altitudine deſcendunt, pro quo multis locis *digredi* perperam editum eſt; nam aliud, *degredi*, aliud *digredi*. Salmaſ. p. 754. b. *Gr.*

*Primum igitur)* Huius ſectionis lemma, quod eſt in libris editis hoc loco praepoſtere collocatum, eiusmodi eſt, *Catholica ſiderum errantium* Quintilianus L. II. c. 13. p. 146. καθολικὰ interpretatur *vniuerſalia, ſeu perpetualia praecepta.* Diomedes, L. III. p. 490. pro lemmate, ſeu titulo ſcripſit, *Catholica de extremitate nominum ad metricam compoſitionem neceſſaria.* Vide Not. et Em. N. XX. (hic adiectas) *Primum igitur dicatur cur Veneris ſtella.)* In libris hactenus editis legebatur, *Primum igitur dicatur, cum ſint diuerſae ſtellae, cur Veneris ſtella, etc.* Verum haec clauſula, *cum ſint diverſae ſtellae,* in probatiſſimis codd. deeſt, quales ſunt Regius vterque, Chiſl. aliique: nataque videtur ex praua lectione verborum ſequentium, *cum Veneris ſtella:* vnde conflatum primo, *cum vniverſae ſtellae*, vt in vet. cod. Dalec. poſtmodum *cum diuerſae ſtellae*, vt in editis. Nam quo tandem haec verba ſpectant? H.

b. *Cur Veneris)* Vide quae diximus ſect. 8. Conſentit his Cicero, L. II. de N. D. p. 72.

Mercurius viginti tribus[1] a Sole abſcedant, ſaepe citra eas ad[2] Solem reciprocent. a. b. Conuerſas[3] habent vtraeque abſidas, vt infra Solem ſitae: tantumque circulis[4] earum ſub[5] terra eſt, quantum ſuperne praedictarum: et ideo non poſſunt abeſſe amplius, quoniam curuatura c. abſidum ibi non habet longitudinem maiorem. Ergo vtrique[6] ſimili ratione modum d. ſtatuunt abſidum ſuarum margines, ac ſpatia longitudinis latitudinum e. euagatione penſant.

1. *XX. M. et CH.* 2. *ab Sole reciprocae ſint. CH. et M.* 3. *ſic conuerſas. CH.* 4. *circuli Vet.* 5. *ſic quoque CH. ſubter eſt Gr.* 6. *vtrique, ſimili ratione ad modum ſtatuunt, etc. M. et Chiff. vtraeque Gr.*

72. de Mercurio: *Neque a Sole longius vnquam vnius ſigni interuallo diſcedit, tum antevertens, tum ſubſequens.* Item de Venere, p. 73. *Neque vnquam ab Sole duorum ſignorum interuallo longius diſcedit, tum antecedens, tum ſubſequens. H.*

a. *Reciprocent)* *Retrogradatione ſui, viciniae Solis admotae*, inquit Martianus, L. VIII. cap. de ſtella Mercurii, p. 297. *G.*

b. *Conuerſas)* Veneris et Mercurii orbes ambire terras exiſtimat, excentricos tamen toti mundo, atque converſos, hoc eſt, poſitione inuerſos: ſuperiore horum orbium parte anguſtiore: altera, quae ſub terra eſſe cogitatur, craſſiore multo et ampliore: contrario plane modo atque accidit in ſuperioribus. Aliter tamen accipienda putat haec Pliniana verba Ricciolus Tom. I. Almag. L. VII. p. 567. quem tu conſule. H.

c. *Curuatura abſidum)* Orbium excentricorum Veneris et Mercurii partem ſuperiorum, quae et vertici noſtro imminet, curuaturam vocat, quam et ouatam fingit: curuaturae in orbe Veneris aſſignat gradus 46. longitudinis: Mercurii 23. Quantum ab hac hypotheſi Aſtronomica diſcrepent obſervationes recentiorum, norunt omnino, qui ſideralem ſcientiam vel a limine ſalutarunt: neque ad eas referendas ſatis otii eſt. H.

d. *Modum ſtatuunt)* Ne vlterius abſcedant. H.

e. *Latitudinum euagatione)* Quoniam laxiſſime Mercurius, vt dictum eſt ſup. ſect. octonas partes ſigniferi in latitudine pererrat: ſedecim Venus, quod nulli alteri plane

ſant. At a. enim cur non ſemper ad quadraginta ſex, et ad partes viginti [1] tres perueniunt? Immo b. vero. Sed ratio [2] canonica c. fallit. Namque apparet,

1. *Viginti. M. V.* 2. *ratio Canonicos fallit, hoc eſt, canonum Aſtronomicorum conditores: CH.*

planetae accidit. Sic ſpatia longitudinis, quae ſunt arctiſſima, cum tam prope abſcedant a Sole, latitudinum euagatione penſant. H.

a. *At enim cur non, etc.)* Lege: *At enim cur non ſemper ad quadraginta ſex et partes viginti perueniunt? Immo vero. Sed ratio canonicos fallit.* Salmaſ. p. 741. b. G.

b. *Immo vero)* Perueniunt vero, inquit, ad eos limites: ſed quiddam eſt in canonica ratione huiusce motus, haud ſane ſatis diligenter animaduerſum. Orbes enim earum ſtellarum ſiue abſides moueri vel ex eo apparet, quod Solem non tranſeant. Itaque cum in partem Solis modo aſſignatam, hoc eſt, diſtantiam a Sole vel 46. vel 23. grad. margines iſtorum circulorum peruenerint, ſiue ab exortiva parte, ſiue ab occidua, tum ſtellae a Sole digreſſae longiſſime: cum citra ſunt, tunc eaedem regredi intelliguntur. Intricatius nihil dici poteſt hac methodo, vt agnouit Ricciolus, Tom. I. Almag. L. VII. c. 3. p. 648. et ante eum Milichius, Zieglerus, aliique. A Ptolemaica etiam hypotheſi vehementer diſcrepare poſtea agnouimus: adeo vt quam ante ſe a nullo inuentam gloriatur Plinius extr. ſect. ſup. inferiorum planetarum motus explicandi rationem, ab omnibus poſt illum derelictam neglectamque eſſe intelligamus. Haec interim certa ſunt: A Sole Mercurium non plusquam 27. aut 28. gradus remoueri, quantum fere Luna diſtat, altero a nouilunio die: at ſaepe ad Solem reuerti, poſtquam 18. tantum gradus ab eo receſſerit: In his regionibus vix Mercurium ſub oculos venire, quod Soli vicinior ex eius radiis emergit. In Sole viſum haud ſemel, ac nuperrime a D. Caſſino, 7. Noubr. a. 1667. Idem de Venere proportione dicendum: vt cum longiſſime a Sole 47. gradibus cum ſemiſſe diſcedere: interdum 45 grad. cum ſemiſſe a Sole digreſſam ad eum reuerti. H.

c. *Canonica)* Canonum aſtronomicorum, ſeu regularum. Achilles Tatius, p. 136. Aratum citat ἐν τῷ κανόνι. In MSS. quibusdam, *Canonicos*, hoc eſt, canonum peritos.

Sic

ret, abſidas quoque earum moueri, quod nunquam tranſeant Solem. Itaque cum in partem ipſam eius incidere margines alterutro latere, tum et ſtellae ad longiſſima ſua interualla peruenire intelliguntur: cum citra fuere margines totidem partibus: et ipſae ocyus redire a. creduntur [1], cum ſit illa ſemper vtrique extremitas b. ſumma. Hinc et ratio motuum conuerſa c. intelligitur. Superiores enim celerrime feruntur in occaſu veſpertino, hae tardiſſime: illae d. a terra altiſſime abſunt, cum tardiſſime mouentur, hae cum ocyſſime. Quia ſicut in illis propinquitas centri accelerat, ita in [2] his extremitas e. circuli. Illae ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt, hae vero augere: Illae retro curſum agunt a ſtatione matutina vſque ad veſpertinam, Veneris a veſpertina vſque ad matutinam. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem f. ſcandere, altitudinem g. vero ac Solem inſequi a ſtatione matutina, ocyſſima in occaſu matutino, et altiſſima: Digredi h. autem

1. *Coguntur. M.* 2. *in his. Alii.*

Sic Baſil. ad Amphil. can. I. magnum Dionyſium vocat τὸν κοσμικὸν ὄντα. H.

a. *Redire creduntur)* Vt paulo ante, *peruenire intelliguntur*. Quamquam in codd. nonnullis, quos Salmaſius ſecutus, legitur, *redire* coguntur. H.

b. *Extremitas ſumma)* Meta digreſſionis vltima. H.

c. *Conuerſa)* Diuerſa intelligitur a ſuperiorum planetarum motu. H.

d. *Illae — altiſſimae)* in Apogeo. H.

e. *Extremitas circuli)* Margo circuli, qui receſſit a Sole longiſſime. H.

f. *Latitudinem ſcandere)* Ab ecliptica digredi Aquilonem verſus, in latitudinem Zodiaci borealem. H.

g. *Altitudinem vero)* Apogeum. Velociſſimos Venerem et Mercurium ad coniunctionem apogeam matutinamque, quam Plinius hoc loco intelligit, agnoſcit pariter Ricciolus, Tom. I. L.VII. p 500. H.

h. *Digredi autem latitudine, motumque minuere ab exortu matutino)* Exemplar Salmant.

autem latitudine, motumque minuere ab [1] exortu veſpertino: retro quidem ire, ſimulque altitudine digredi a ſtatione veſpertina. Mercurii rurſus ſtella vtroque a. modo ſcandere ab exortu matutino, digredi vero latitudine a veſpertino: conſecutoque Sole ad quindecim partium interuallum, conſiſtit quatriduo b. prope [2] immobilis. Mox ab altitudine deſcendit, retroque graditur ab occaſu veſpertino vſque ad exortum matutinum. Tantumque haec, et Luna, totidem c. diebus, quot ſubiere, deſcendunt. Veneris d. quindecies [3] pluribus ſubit. Rurſus Saturni et Iouis duplicato e. digrediuntur: Martis etiam

1. *Ex MSS. ſic edidit Hard. conſentit M. et CH. et Pint. matutino Gron.* 2. *penc. Chiff.* 3. *Lectio Hard. MSS. nititur auctoritate. Sic quoque M. et Chiffl. quindecim et Gron.*

mant. *ab exortu veſpertino*, legit. Nec ſi aliter legatur, ſenſus videtur poſſe conſtare. Nam ſi, vt paulo ante dictum eſt, ab exortu matutino, incipit latitudinem ſcandere, qua ratione ab eodem matutino exortu poteſt digredi ab eadem latitudine. *Pint.*

*Digredi autem)* Diſcedere a parte boreali Zodiaci, regredique verſus Auſtrum, in latitudinem Zodiaci auſtralem. H.

a. *Vtroque modo)* Latitudine et altitudine. H.

b. *Quatriduo)* Morae ſtationum ſunt inaequales, etiam in iisdem planetis: ſunt enim alias breuiores, alias prolixiores. In Mercurio tamen medio tempore electo, haud praetergredi bidui fere ſpatium recentiores Aſtronomi aſſeuerant. H.

c. *Totidem diebus)* Septem fere diebus a nouilunio Luna ſubit in quadraturam, atque adeo in mediam caeli partem, et in apogeum. H.

d. *Quindecies pluribus)* Hoc eſt, diebus fere centum et quinque. Nam ſi ſeptem dies per quindecim multiplicentur, ea ſumma colligitur. Recentiores Aſtronomi centum fere et 30 dies maximae digreſſioni a Sole aſſignant. H.

e. *Duplicato)* Hoc eſt, ducentis fere diebus tendunt ad oppoſitionem cum Sole. Haec accipienda ſunt πλατικῶς et large: Nam ſi rem exactius velis expendere, Saturnus eo digreditur diebus centum octoginta ſex: Iupiter ducentis. Vide Riccioli. l. c. H.

iam quadruplicato. a. Tanta eſt naturae varietas. Sed ratio euidens: nam b. quae in vaporem Solis nituntur, etiam deſcendunt aegre.

XV. Multa promi amplius circa haec poſſunt ſecreta naturae, legesque, quibus ipſa ſeruiat. Exempli gratia: in Martis ſidere, cuius eſt maxime inobſeruabilis c. curſus, nunquam id [1] ſtationem facere, Iouis d. ſidere triquetro, raro admodum ſexaginta e. partibus diſcreto, qui numerus ſexangulas mundi efficit formas: nec f. exortus, niſi in duobus ſignis tantum, Cancri et Leonis, ſimul edere. Mercurii vero ſitus in Piſcibus exortus [2] veſpertinos raros facere, creberrimos in Virgine, in Libra matutinos. Item matutinos in Aquario, rariſſimos in Leone. Retrogradum in Tauro et Geminis non fieri: in Cancro vero non citra XXV. partem. Lunam bis coitum cum Sole et in nullo alio ſigno facere

1. *Id, niſi quadrato, ſtat. fac. V.* 2. *Veſpertinos in piſcibus. M.*

a. *Quadruplicato)* Longiſſime a Sole digreditur diebus fere quadringentis. Cum enim reuolutio planetae ad Solem, vel potius Solis, qui velocior eſt, ad planetam, fiat in Marte, vt ait Riccioius l. c. diebus 780 inde efficitur progredi Martem ad oppoſitionem cum Sole dimidiato hoc dierum numero, hoc eſt, 390 ſiue rotundo, vt aiunt, abſolutoque numero, fere quadringentis. *H.*

b. *Nam quae in vaporem)* In ſolis calorem. *H.*

c. *Inobſeruabilis)* Quod ſpiris inextricabilibus Aſtronomorum hactenus fruſtra torſit ingenia. Vide Riccioium Tom. I. L. VII. c. 6. p. 497. *H.*

d. *Iouis ſidere)* Cum eſt in trino aſpectu cum Sole Iupiter, ſiue cum diſtat ab eo partibus CLX. *H.*

e. *Sexaginta partibus)* Aſpectum hexagonum, et ſextilem vocant, cum abeſt a Sole planeta gradibus LX. Quod ſpatium ſexies multiplicatum, in tympano ſeu tabula lignea, ope circini, orbis ſiue mundi formam ſexangulam facit. *H.*

f. *Nec exortus)* Simul cum Ioue. *H.*

cere g. quam Geminis, non coire aliquando h. in Sagittario tantum. Nouiſſimam vero primamque eadem die vel nocte, nullo alio in ſigno quam i. Ariete, conſpici: id quoque paucis mortalium contingit. Et inde fama cernendi Lynceo k. Non l. comparere in caelo Saturni ſidus, et Martis cum plurimum diebus [1] centum ſeptuaginta: Iouis triginta ſex, aut cum minimum, denis detractis diebus: Veneris ſexagintanouem, aut cum minimum, quinquaginta duobus: Mercurii tredecim, aut cum plurimum, octodecim [2].

XVI. (XVIII.) Colores ratio a. altitudinum temperat: ſiquidem earum ſimilitudinem trahunt, in b. qua-

1. *Centum ſexaginta. V.* 2. *ſic Hard. ex MSS. quo cum conſentit Ciffl. ſeptemdecim Gr.*

g. *Quam Geminis)* Ob tarditatem nimirum Solis, cuius apogeum ea aetate erat in Geminis: nunc eſt in Cancri gradu fere octauo. *H.*

h. *In Sagittario)* Ob celeritatem Solis, cuius perigeum tunc erat in Sagittario: nunc eſt in Capricorni gradu ferme octauo. Idcirco aſſequi Solem Luna non poteſt, vt cum eo ſub hoc ſigno coeat. *H.*

i. *Quam Ariete)* Viſam eſſe Hiſpali Lunam, anno 1553. Martii 13. Sole in gradu tertio Arietis, Luna in gradu 23. Piſcium, atque adeo in diſtantia a Sole, graduum circiter decem, ſcribit Keplerus in Epitome Aſtronomiae, p. 839. Americus Veſpuccius apud Ramuſium Tom. I. Nauigat. p. 132. viſam a ſe Lunam teſtatur ipſo cum Sole coitus die. Sic et a ſuis conſpectam e montium iugo, ſcribit Ioh. de Barros ibidem, p. 392. *H.*

k. *Lynceo)* De quo multa fabulati poetae. Flaccus L. I. Argon. — — *Cumque aethera Iupiter umbra Perdiderit, ſolus tranſibit nubila Lynceus.* De Lynceo Tzetzes Chil. I. hiſt. 48. v. 711. aliique. *H.*

l. *Non comparere)* Hunc Plinii locum refert ac defendit P. Ricciolus, ſummus Aſtronomicae diſciplinae artifex, Tomo I. Almag. p. 503. contra Milichium. *H.*

a. *Colores)* Colorum varietatem efficit altitudo diſtantiaque ſtellarum a terra. *H.*

b. *In quarum aera)* Proximita-

quarum aëra [1] venere ſubeundo, c. tingitque appropinquantes vtralibet d. alieni meatus circulus; Frigidior e. in pallorem, ardentior in ruborem, ventoſus in horrorem. [2] Sol f. atque commiſſurae abſidum, extremaeque orbitae atram in obſcuritatem. Suus g. quidem cuique color eſt, Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus, Lucifero candens, [3] Veſperi refulgens, Mercurio radians, Lunae blandus, Soli, cum oritur, ardens: poſtea radians. h. His

R 2 cau-

1. *Oram. V.* 2. *Solaeque. Long.* 3. *Veſpero. Chiff.*

mitate, inquit, aliarum ſtellarum ad quas accedunt, colorem trahunt: tingitque ſidera alieni orbis acriſque in quo voluitur alius planeta, color: ſiue ad eum aſcendendo vicinitas ea fiat, ſiue deſcendendo. *H.*

c. *Tingitque)* Tingit colore ſuo ſtellas appropinquantes, ſiue ſupra, ſiue infra, circulus per quem vicinus planeta meat. *H.*

d. *Vtralibet.*] Siue aſcendant, ſiue deſcendant. *Dalec.*

e. *Frigidior)* Frigidior planeta vicinum tingit in pallorem etc. *H.*

f. *Sol atque)* Sol, inquit, vicinitate ſua ceteras obſcurat ſtellas: Commiſſurae etiam circulorum, quos Nodos vocant, dum Solis orbitam ſideris alterius meatus interſecat, vt cum Luna defectiones fiunt, atram obſcuritatem ſideribus obducunt: vti et extremae orbitae, hoc eſt, abſis ſuprema, ſine apogeum planetarum: quia quo longius ab oculo corpora diſcedunt, hoc illa obſcuriora apparent. Fruſtra hic Longolii coniectura, emendantis, *ſolaeque commiſſurae.* H.

g. *Suus quidem)* P. Ricciolus, Tom. I. Almag. L. VII. p. 469 exiſtimat planetas non eſſe opacos, ſicuti eſt tellus, quod Kepplerus cenſuit: ſed eſſe opacitate metallis ſimili, aut potius gemmis colore aliquo imbutis, et valde denſis: Saturnum onychi, Iouem ſapphiro, Martem pyropo aut amethyſto, Venerem chryſopraſo, Mercurium beryllo ſiue achatae, Lunam margaritis et vnionibus: mediamque ei naturam eſſe inter ſpecula, et mere opaca: omnes denique indolis ad combibendum lumen aptiſſimae, et ad illud idem viuidius huc vibrandum. *H.*

h. *His cauſis)* Huic tractationi

cauſis connexo viſu et earum quae caelo continentur: Namque modo multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes Lunae placida nocte leniter illuſtrante4 eas: modo raritas, vt fugiſſe miremur, pleniluniо abſcondente: aut cum Solis, ſupraue dictarum radii, viſus perſtrinxere noſtros. Et5 ipſa autem Luna ingruentium Solis radiorum haud dubie differentias ſentit, hebetante i. caetero inflexos mundi conuexitate eos, praeterquam k. vbi recti angulorum competunt ictus. Itaque in quadrato Solis dividua eſt, in7 triquetro ſeminani l. ambitu orbe, impletur autem in aduerſo: rurſusque miuuens easdem effigies paribus edit interuallis, ſimili m. ratione, qua ſupra Solem tria ſidera.

XVII.

4. *Illuſtrantis. V.* 5. *Et ipſi autem Lunae ingruentium Solis radiorum haud dubia differentia ſentitur. M.* 6. *Ex MSS. ſic Hard. caetera. Gr.* 7. *in triquetro ſemi ambitur orbe. Alii.*

tioni connexa contemplatio eſt etiam earum *ſtellarum* quа caelo affixae ſunt. *H.*

*His cauſis)* Admonent veſtigia veterum codd. legi poſſe, *His cauſis connexus viſus ceterarum, etc.* Hac formula loquendi vſus ipſe ſect. 13. *Huic connexa*, inquit, *latitudinum ſigniferi, obliquitatiſque cauſa eſt.* Multa hic de connexo diſperſoque viſu Milichius congerit, quem Plinii interpretes alii ſunt ſecuti: ſed prorſus ea ἄτοπα. *H.*

i. *Hebetante)* Infringit alioqui immiſſos in Lunam Solis radios caeli conuexitas, praeterquam vbi recto illi ingruat angulo. *H.*

k. *Praeterquam)* Solis, radii, inquit, qui in Lunam ſuperne incidunt, quod fit in primis nouilunii diebus, hebetiores ſunt ac minus acres, nempe conſpicuum nobis Lunam reddunt, propter conuexitatem caeli: praeterquam vbi anguli duci poſſunt a Solis radiis ad Lunam, triquetri, quadrati, aut aſpectus quem vocant oppoſitionis. *H.*

l. *Seminani)* Orbe non perfecto et abſoluto. Graecis ἀμφίκυρτος dicitur, hoc eſt, vt ait Martianus, L. VIII. p. 292. *Maior dimidia; minor plena. H.*

m. *Simili ratione)* Id eſt, mox in triquetro, mox in quadrato, mox in aduerſis a Sole

XVII. (XIX.) Sol autem ipſe quatuor differentias habet, bis aequata a. nocte diei, vere et autumno, et in b. centrum incidens terrae, octauis c. in partibus Arietis ac Librae: bis permutatis ſpatiis: in d. auctum diei, bruma octaua in parte Capricorni, noctis vero ſolſtitio totidem in partibus Cancri. Inaequalitatis cauſa obliquitas eſt[1] ſigniferi, cum pars aequa mundi ſuper ſubterque terras omnibus fiat momentis. Sed e. quae recta in exortu ſuo conſurgunt ſigna, longiore tractu tenent lucem: quae vero obliqua, ocyore transeunt ſpatio.

XVIII. (XX) Latet plerosque, magna caeli f. affectatione compertum a principibus g. doctrinae viris,



1. *Eſt, in M. non legitur, neque in Chiff.*

Sole partibus poſita, vt quae ſupra Solem ſunt ſidera tria errantia. *H.*

a. *Aequata nocte diei* ] Aequinoctium nunc vocant: olim Feſtus ait aequidiale, τὴν ἰσημέριαν vocatum fuiſſe, quod nox diei potius adnumerari debeat, quam dies nocti. *Dalec.*

b. *In centrum)* Ad vulgi ſeſe captum iudiciumque accommodat: dum Solem aequinoctii tempore, orbem luſtrando, in eam terrae partem ait incumbere, vnde ad centrum recta proceditur; non vt aliunde, oblique, dum ab aequatore verſus polos deflectit. *H.*

c. *Octauis in partibus)* Vide quae dicenda ſunt de ſolſtitii, brumae, aequinoctiorumque momentis, L. XVIII. ſect. 59. *H.*

d. *In auctum)* Ad incrementa lucis: *cum dies creſcere incipiunt. H.*

e. *Sed quae recta)* In ſphaera obliqua ſeu inclinata, ſex ſigna recte aſcendunt, totidem oblique. Recte ſeu tarde aſcendunt apud boreales Cancer cum reliquis quinque ſequentibus: Sed eadem oblique deſcendunt. Reliqua vero ſex ſigna illis aſcendunt oblique, recte deſcendunt. Illa longiore mora tenent lucem, haec breuiore. *H.*

f. *Caeli affectatione)* Caeli obſeruatione. *H.*

g. *Principibus doctrinae)* Etruſcae diſciplinae, de qua ſect. 53. *H.*

ris, ſuperiorum trium ſiderum ignes eſſe, qui decidui ad terras fulminum h. nomen habeant: ſed maxime ex iis medio i. loco ſiti [1]: fortaſſis quoniam contagium nimii humoris [2] ex ſuperiori k. circulo, atque ardoris, ex ſubiecto, per hunc modum egerat. Ideoque dictum Iouem fulmina iaculari. Ergo vt e flagrante ligno carbo cum crepitu, ſic a ſidere caeleſtis ignis exſpuitur, praeſcita l. ſecum afferens, ne m. abdicata quidem ſui parte in diuinis ceſſante operibus. Idque maxime turbato fit aëre: quia collectus n. humor abundantiam ſtimulat, aut o. quia turbatur quodam ceu [3] grauidi ſideris partu. XIX.

1. *Sitis. Alii.* 2. *algoris. Nam Saturnus non eſt humidus ſed ſiccus.* 3. *ſeu, Gr.*

h. *Fulminum nomen habeant* ] Quaſi fluminum, vel fulmina, quaſi, flumina, vt fere perpetuo in Manuſcr. legitur, quod ad terram defluant. *Dalec.*

i. *Medio loco ſiti)* Medium obtinentis e tribus locum, *nempe Iouis. H.*

k. *Superiore circulo)* Humorem nimium eſſe in ſuperiore circulo Saturni dicit; ardorem nimium in ſubiecto, hoc eſt, in inferiore Martis: has contrarias qualitates coire in Ioue qui medius eſt: atque vt e flagrante ligno, etc. *H.*

l. *Praeſcita ſecum afferens.*] Tria antiquitus fulgurum genera feruntur, poſtulatoria, peſtifera et peremptalia: e quibus poſtulatoria votorum, aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſiderabant: peſtifera mortem, aut exilium denunciabant: peremptalia vero ſuperiorum fulgurum, portentorumque ſignificationem pariebant. De expiationibus fulgurum vide Senecam Natur. quaeſt. lib. II. *Dalec.*

m. *Ne abdicata)* Etiam illa ſui parte, quam coeleſtis hic Iouis ignis veluti a ſe abdicat et *exſpuit* in rebus diuinis non ceſſante, ſed *occupata*, in praeſignificanuit *videlicet* futuris euentibus. *H.*

n. *Quia collectus)* Quia collectae circum nubes humidae ignem abundantiorem prouocant, vt emicet et exſiliat. *H.*

o. *Aut quia)* Aut quia turbatur aer quaſi ex grauidi Iouis partu. *H.*

XIX. (XXI.) Interualla a. quoque siderum a terra multi indagare tentauerunt [1]: et Solem abesse a Luna vndeuiginti b. partes, quantum Lunam ipsam a terra, prodiderunt. Pythagoras vero vir sagacis animi, a terra ad Lunam, c. centum [2] XXVI. M. stad. esse collegit. Ab ea vsque ad d. Solem, duplum. Inde ad XII. signa triplicatum. In qua sententia et Gallus Sulpitius noster fuit.

XX. (XXII.) Sed Pythagoras e. interdum ex f. musica [3] ratione appellat g. tonum, quantum h. absit a terra Luna. Ab i. ea ad Mercurium, spatii [4]



1. *Tentarunt. M.* 2. *CXXVI. stad. esse colligit. M. et Chiff. sed perperam. Vide quae notamus ad cap. seq.* 3. *et Chiff.* 4. *Spatii dimidium: et ab ea ad Veneris. A quo ad. M. et Ch.*

a. *Interualla quoque siderum.*] Idem conatus est Cardan. referente Dan. Santbech. probl. astron. prop. 18. *Dalec.*

b. *Vndeuiginti partes)* Decies illi et nouies aiebant maius esse illud spatium, quod est a Luna ad Solem, quam illud quod est a terra ad Lunam. Veteres Mathematici apud Plutarch. L. II. de placit. Phil. c. 32. p. 892. Lunae a Sole distantiam esse aiunt octodecuplam eius quae Lunae a terra est. Vnde suspicor hic legi oportere, *duo de viginti. H.*

c. *Centum viginti sex)* Hoc ipsum de Pythagora refert Censorinus, c. 13. p. 82. Haec millia passuum efficiebant 18000.

d. *Ad Solem duplum)* A Luna scilicet. Haec fuit Empedoclis sententia, teste Plutarcho l. c. et Platonicorum apud Macrob. L. II. in Somn. Scip. c. 2. p. 129. *H.*

e. *Sed Pythagoras)* Haec Censorinus totidem fere verbis, c. 13. p. 82. *H.*

f. *Ex musica)* *Quaesitis* ab arte musica nominibus. *H.*

g. *Appellat tonum.*] Tonus sic sumitur pro vnitate integra, hoc est, ex Pythagorae sententia pro 125000. stadiis. *Dalec.*

h. *Quantum absit)* Totum illud spatium quod Lunam inter et terram interiacet. *H.*

*Quantum absit)* Hoc est interuallum, vt diximus 126000 millium stad. siue milliariorum 18000. id appellabat Tonum. *H.*

i. *Ab ea ad)* Censorin l. c. *A Lu-*

eius dimidium: et ab eo ad Venerem fere tantundem. A qua ad Solem ſeſquiplum: a Sole ad Martem, tonum, id eſt, quantum ad Lunam a[1] terra. Ab eo vsque Iouem dimidium, et ab eo ad[2] Saturnum dimidium, et inde ſeſquiplum ad Signiferum. Ita[3] ſeptem k. tonos effici, quam l. diapasôn harmoniam vocant, hoc eſt, vniuerſitatem concentus. In m. ea Saturnum[4] Dorio moueri phthongo, Iovem

1. *Praep. a omittit Gr.* 2. *Ad Saturni dimidium et inde ſeſquiplum ad Signiferum. M. et Chiff.* 3. *Ita ſeptem tonis effici, quam etc. CH.* 4. *Saturnum Dorio moueri phthongo, Iouem. Tol. et Chiff. S. D. moueri, Mercurium phth. Gr.*

*A Luna*, inquit, *vsque ad Mercurii ſtellam, dimidium eius ſpatii, velut ἡμιτόνιον. Hinc ad Φωσφόρον, quae eſt Veneris ſtella, fere tantumdem: hoc eſt, aliud ἡμιτόνιον, Inde porro ad Solem ter tantum quaſi tonum et dimidium. Itaque Solis aſtrum abeſſe a terra tonos tres, et dimidium, quod vocant, διὰ πέντε. A Luna autem duos et dimidium, quod eſt διὰ τεσσάρων. A Sole vero ad ſtellam Martis, tantumdem interualli eſſe, quantum a terra ad Lunam, idque facere τόνον. Hinc ad Iouis ſtellam, dimidium eius, quod faciat ἡμιτόνιον. Tantumdem a Ioue ad Saturnii ſtellam, id eſt aliud ἡμιτόνιον. Inde ad ſummum caelum, vbi ſigna ſunt, perinde ἡμιτόνιον. Itaque a caelo ſummo — — — ad terrae ſummitatem tonos eſſe ſex, in quibus ſit διὰ πασῶν ſymphonia. H.*

k. *Ita ſeptem)* Cenſorinus loco allato, ſex tantum tonos a terra ad ſummum caelum eſſe ait: D. Anſelmus, L. I. de imag. mundi, c. 23. vt Plinius, ſeptem. *H.*

l. *Diapaſon)* Διὰ πασῶν, omnibus tonis contextam harmoniam. *H.*

m. *In ea Saturnum Dorio moueri.*] Veteres ii, qui tres tantum modos agnouere, de quibus Porphyr. ſuper Ptol. Harmon. et Athenaeus dipnoſ. lib. XIV. et Fab. Paul. Hebdom. lib. II. cap. 2. vocabant grauem tonum ſeu modum Dorium, medium Lydium, acutum Phrygium: qua re moti inepti quidam hic Mercurium interpoſuerunt, et legunt, *Mercurium Lydio. Dalec.*

*In ea Saturnum Dorio moueri, Mercurium phthongo, Iouem Phrygio)* Verbum *Mercurium*, in Toletano codice deſideratur,

vem Phrygio, et in reliquis ſimilia, iucunda magis, quam neceſſaria ſubtilitate.

XXI. (* XXIII.) Stadium n. centum vigintiquinque noſtros efficit paſſus, hoc o. eſt pedes ſexcen-



tur, et quidem recte. Omni enim ratione carebat, inter ſuperiores Planetas Saturnum ac Iouem locari Mercurium, qui eſt ferme infimus. Legatur itaque, *In ea Saturnum Dorio moueri phthongo, Iouem Phrygio. Pintianus.*

*Dorio moueri)* Veteres tria in primis vocum diſcrimina tenuerunt: de quibus rurſum dicemus, L. VII. ſect. 57. Grauem vocauerunt Dorium, quia Dorienſes hoc genere ſoni delectabantur. Medium appellauere Lydium acutum vero Phrygium. Quia vero Saturni motus eſt tardiſſimus, grauiſſime quoque ſono in hoc concentu aſtrorum moveri dixerunt, etc. Vide Not. et Em. N. XXI. paulo poſt Habet his nugis ſimilia Achilles Tatius, in Phaenom. p. 136. *Dorio moueri phthongo)* In editis hactenus libris legebatur, *Dorio moueri, Mercurium phthongo.* Sed de Mercurio ſilent omnes ad vnum codices exarati. Inepti emendatores, qui tria viderent eſſe apud antiquos vocum diſcrimina, quae nos retulimus, tertium, nempe Lydium a Plinio praetermiſſum, Mercurio adiudicarunt: quem inter Saturnum et Iouem praepoſtere vel ſic collocari a ſe non animaduerterunt. *H.*

* Mart. Capell. Phil. lib. VI. pag. 228. *Dalec.*

n. *Stadium centum.*] Menſurae trium ſunt generum. Aliae namque ſimplices ſunt, ſeu porrectae, εὐθυμετρικαὶ Graecis dictae. Aliae vero planae ſeu conſtratae ἐμβαδομετρικαὶ. Aliae denique ſolidae στερεομετρικαὶ, quas Latini non ſat apte quadratas vocant. Cum cubicae potius eſſent nuncupandae. Caeterum porrectarum menſurarum nomina, atque ſimplex vſitataque diuiſio haec eſt: Digitus continet quatuor grana hordei: palmus quatuor digitos: pes quatuor palmos: cubitus ſeſqui pedem, ſeu vlnam: paſſus quinque pedes: ſtadium centum viginti quinque paſſus: ſtadia ſeptem ſemis vnum conficiunt milliare Italicum, Suidas ἑπτὰ γὰρ ἥμισυ στάδια ποιῶσι μίλιον. Notandum enim ſtadia non vbique eandem terrae menſuram continere, ſed pro diuerſitate gentium eſſe diuerſas ſtadiorum menſuras, quemadmodum

tos vigintiquinque. Posidonius p. non minus * quadraginta q. stadiorum a terra altitudinem esse, in 1 qua

*. 400. *Thad. Hagg.* 1. *In quam nubila ac venti nubesque perueniant. M.*

et milliaria modo longiora, modo breuiora aliis atque aliis nationibus existunt. Vnde Ptolomaeus ait 500. stadia in terra vni gradui caelesti respondere. At Eratosthenes et Plinius 700. numerant. *Dalec.*

*Stadium)* Ita etiam Martianus Capella L. VI. c. de circuitu terrae p. 198. Vberius Censorinus, c. 13. p. 82. *Stadium*, inquit, *in hac mundi mensura id potissimum intelligendum est, quod Italicum vocant, pedum DCXXV. Nam sunt praeterea et alia longitudine discrepantia, vt Olympicum, quod est pedum DC. item Pythicum, pedum mille.* Tamen inter Italicum, Olympicumque stadium nihil interesse acute vidit Lucas Paetus L. I. de mensur. et ponder. p. 3. *H.*

o. *Hoc est, pedes)* Passus igitur quilibet Italicus pedibus quinis aequatur; stadiis octo, milliare vnum: vti ex Strabone constat L. VII. p. 322. *H.*

p. *Posidonius non minus, etc.*] Posidonius bifariam partitur distantiam a terra ad caelestes orbes. Ab ea enim ad aërem, vbi tempestates fiunt, XL. stadia assignat: a nubibus ad Lunam vicies centena stadiorum millia: indeque ad Solem quinquies mille stadia. *Dalec.*

q. *Quadraginta stadiorum)* Vide Not. et Emend. N. XXII. (hic politas) *Quadraginta stadiorum) Quadring. stad.* scriptum primo fuisse, idque postea in *quadraginta* immutatum, suspicantur Nonnus, Thaddaeus Haggaecius, et Tycho, quos citat Ricciolus, Tom. I. Almag. L. II. p. 82. quique se *quadringenta* legisse in vetustis exemplaribus testantur. Auget suspicionem eorum, id quod Plinius statim subdit, plures extitisse scriptores, qui nongentis stadiis subire nubes in altitudinem prodiderint: quod interuallum propius abest ab eo numero, CCC stadiorum. Posidonium nihilo minus scripsisse *quadraginta*, mihi ex eo capite verisimile fit: quod et id veritati magis consentaneum est, et is ad veritatem proxime omnium scripsisse videatur, vbi de altero agitur spatio a nubibus ad Lunam. Accedit eo quod omnes quos quidem vidi codices ad vnum, constanter legunt, *quadraginta.* Nubes certe haud vltra quintum milliare

qua nubila, ac venti, nubesque proueniant. Inde purum liquidumque, et imperturbatae r. lucis aërem [1]. Sed s. a turbido ad Lunam vicies t. centum millia ſtadiorum. Inde ad Solem quinquies u. millies. Eo ſpatio fieri vt tam immenſa eius magnitudo non exurat terras. Plures autem nubes nongentis x. ſtadiis in altitudinem ſubire prodiderunt. Incomperta haec et inextricabilia: ſed y. tam [2] prodenda, quam ſunt prodita: in queis tamen vna ratio Geometricae collectionis nunquam fallacis poſſit non repudiari, ſi cui libeat altius iſta perſequi. Nec vt menſura, (id enim velle pene dementis otii eſt) ſed vt tantum aeſtimatio coniectandi conſtet animo.

Nam

1. *Aera. Chiff.* 2. *Sed tamen prodenda, quia ſunt prodita: quamuis vna. Tolet.*

liare Italicum, ſeu ſtadia XL attolli paenè certum eſt, ex obſeruationibus variis quas loco ante laudato colligit Ricciolus. Paucis interiectis eadem ſectione legitur, *ſed tam prodenda, quam ſunt prodita*, In Reg. 2. cod. breuius: *ſed prodenda, quia ſunt prodita.* Sic. L. XXX. ſect. 47. *Vix eſt ſerio complecti quaedam; non omittenda tamen, quia ſunt prodita. H.*

r. *Imperturbatae lucis aerem.*] *Aera*, Graeca deſinentia exemplar Toletanum. *Pintianus.*

s. *Sed a turbido)* A turbinum ventorumque regione. *H.*

t. *Vicies centum)* Quae millia paſſuum efficiunt ducenta et quinquagena. Itaque a terra ad Lunam colligit Poſidonius interuallum CCLV. mill. paſſ. *H.*

u. *Quinquies millies)* Hoc eſt, quinquies et millies centena millia ſtadiorum: ſiue, quod eodem recidit, centies et vicies centena millia paſſuum: praeterque DL millia paſſ. *H.*

x. *Nongentis ſtadiis)* Centum ac duodecim millibus paſſuum, et quingentis. *H.*

y. *Sed tam prodenda, quam ſunt prodita.*] Scribendum ex eodem. *Sed prodenda quia ſunt prodita. Pint.*

1. Nam[1] cum trecentis ſexaginta et fere ſex partibus orbis Solis ex circuitu eius patere appareat circulum, per quem meat, ſemperque dimetiens a. tertiam partem ambitus, et tertiae paulo minus ſeptimam colligat, apparet, dempta b. eius dimidia (quoniam terra centralis interueniat) ſextam fere partem huius immenſi ſpatii, quod circa terram circuli ſolaris animo comprehenditur, ineſſe altitudinis ſpatio: Lunae vero duodecimam: quoniam tanto breuiore, quam Sol, ambitu currit: ita[2] ferri c. eam in medio Solis ac terrae. Mirum[3] quo procedat improbitas cordis humani, paruulo aliquo inuitata ſucceſſu, ſicut in ſupradictis occaſionem impudentiae ratio largitur: auſique diuinare Solis ad ter-

1. *Nam cum trecentis ſexaginta et fere ſex partibus patere circulum, per quem meat orbis Solis ex circuitu eius appareat, ſemperque, etc. Vet. quidam legunt, circuli, pro circulum.* 2. *ita fieri eam, etc. M. et Chiſſ.* 3. *Miror, M.*

2. *Nam cum* CCCLX. *et fere ſex partibus orbis ſolis ex circuitu eius patere appareat.*] Credo vitium eſſe in ordine verborum, legendumque: *Nam cum* CCCLX. *et fere* VI. *partibus, patere circulum, per quem meat orbis ſolis, ex circuitu eius appareat. Idem.*

a. *Dimetiens tertiam partem.*] Hoc eſt, circumferentia ſemper continet ter diametrum, et fere vnam ſeptimam. In hac tamen ſupputatione neglexit ſeptimam vnius tertiae. *Dalec.*

*Semperque dimetiens)* Semperque diameter tertiam partem circuli obtinet, et paulo minus quam ſeptimam tertiae partis portionem. *H.*

b. *Dempta eius)* Eius diametri partem dimidiam demi praecipit, ob terrae interpoſitae craſſitiem, quae videtur tantumdem ſpatii obtinere: ſequitur ergo dimidiam diametri partem, ſiue quod idem, ſexta totius circuli parte, hoc eſt, 60 gradibus a terra Solem abeſſe: Lunam vero, quae media interiacet, duodecima vtrimque, a Sole videlicet, terraque, parte diſtare, hoc eſt, 30. gradibus. *H.*

c. *Ita ferri eam)* MSS. Reg. 1. 2. Chiſl. *ita fieri eam*, multo elegantius. *H.*

terram ſpatia, eadem d. ad caelum agunt; quoniam e. ſit medius Sol: vt protinus mundi quoque ipſius menſura veniat ad digitos. Quantas f. enim dimetiens habet ſeptimas, tantas habere circulum duo et viceſimas, tanquam plane a perpendiculo menſura caeli conſtet. Aegyptia ratio, quam Petoſiris et Necepſos oſtendere, ſingulas g. partes, in lunari circulo (vt h. dictum eſt) minimo, triginta i. tribus ſtadiis paulo amplius patere colligit: in Saturni ampliſſimo duplum k. in Solis, quem medium eſſe diximus, vtriusque menſurae l. dimidium.

Quae

d. *Eadem ad caelum)* Si enim Sol fertur in medio mundi, tanto a caelo intervallo, quanto a terra diſtat, hoc eſt, 60 gradibus. *H.*

e. *Quoniam ſit medius Sol.]* Si enim Sol ferrur medio mundi, diſtatque a terra ſexaginta gradibus, diſtantia terrae et Signiferi erit duplicata, hoc eſt, 120 graduum. *Dalec.*

f. *Quantas)* Quales diameter circuli habet partes ſeptem, tales circulus habet partes duas et viginti. *H.*

*Quantas enim)* Habet ſe circumferentia, inquit, ad diametrum, ſicut 22. ad 7. Craſſe et πλατικῶς loquitur, fractione omiſſa quae addenda fuit. Ita Macrob. L. I. in Somn. Scip. c. 10. p. 101. Sed multo ſubtilius ac plane veriſſime Griembergerus apud Ricciolum, Tom. I. Almag. L. I. c. 3. p. 5. diametri circulum inueniet ad circumferentiam ita ſe habere, vt 100000000000000000000 ad 314159265358979323846 $\frac{1}{2}$ *H.*

g. *Singulas)* Singulos gradus lunaris circuli. *H.*

h. *Vt dictum eſt, minimo)* Dictum eſt ſect. 6. Lunam eſſe nouiſſimum ſidus, terrisque proximum: ſect. vero 12 extrema, interiores circulos eſſe oportere breuiores, vt vel ipſo ſenſu appareret. *H.*

i. *Triginta tribus)* Igitur 360 partes colligunt ambitu ſuo ſtadiorum vndecim millia, cum octingentis et LXXX. *H.*

k. *Duplum)* Stadiorum videlicet viginti tria millia, cum ſeptingentis et XL. *H.*

l. *Menſurae dimidium)* Hoc eſt, ſtadia 17820. Sed pueriliter nimis arctant orbium caeleſtium menſuram Petoſiris et Necepſos, vt probe Ricciolus intellexit, Tomo.

Quae m. computatio plurimum habet pudoris 1: quoniam ad Saturni circulum, addito Signiferi ipsius interuallo, innumerabilis multiplicatio efficitur.

XXII. (XXIV.) Restant pauca de mundo: namque et in n. ipso caelo stellae repente nascuntur. Plura earum genera. (XXV.) Cometas o. Graeci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo, et comarum modo in vertice hispidas. Iidem Pogonias p, quibus, inferiore ex parte, in speciem barbae

1. *Alii, ponderis.*

mo. I. Almag. L. IV. p. 226. cum distantiam Lunae a terra reuocant ad 1780 circiter stadia, hoc est, ad ducenta fere XLVIII millia passuum, Quantum reuera ad Lunam interuallum esse existimandum sit, difficile est admodum in infinita propemodum systematum opinionumque varietate statuere. Ricciolus l. c. distantiam Lunae mediam a centro terrae censet esse semidiametrorum terrae nouem et quinquaginta. Quantus vero sit terrae diameter, quantus eius ambitus, dicturi sumus, sect. 112. A. Ricciolo haud multum abludit Tycho. *H.*

m. *Quae)* Qui computandi modus plurimum habet verecundiae ac modestiae, *cum ibi sistit, nec vlterius progreditur:* quoniam si ad distantiam circuli, quem Saturnus meat, addas interuallum, quo distat Saturnus a signifero, innumerabilis existet stadiorum numerus. *H.*

n. *In ipso caelo)* En situm cometis adiudicat sedemque communem cum errantibus stellis: id quod vltro recens Astronomia amplectitur. *H.*

o. *Cometas Graeci vocant.]* Vide Senecam cap. 14. et 15. lib. I. Quaest. Natural. Item Aristot. Meteor. I. cap. 3. et 4. et de Mundo 3, et Corn. Gem. Cosmocrit. I. cap. 8. *Dalec.*

*Cometas Graeci)* Aristoteles ferme ad verbum eadem habet, L. I. Meteorol. c. 7. p. 536. Crinitum Cometam vocant, qui circum quaque crines emittit, rosae instar, vnde illi et Rosae nomen. Diuersi generis cometarum icones exhibet accurate Corn. Gemma; L. I. Cosmocrit. c. 8. p. 196. *H.*

p. *Pogonias)* Πωγωνίας, barbatus cometes idem, et caudatus appellatus. Discrimen enim respectus ad Solem facit:

barbae longae, promittitur[1] iuba. Acontiae q. iaculi modo vibrantur, r. ocyſſimo[2] ſignificatu. Haec fuit de s. qua quinto conſulatu ſuo Titus[3] Imperator Caeſar praeclaro carmine perſcripſit, ad hunc diem

1. *Promitur. M.* 2. *Ocyſſime. M.* 3. *Malim, Tiberius, vti antea legebatur: cum praeſertim ſupra in Catalogo auctorum, etiam Tiberium Caeſarem recenſeat.*

facit: quo propterea quod barba, ſeu cauda, proiicitur ſemper in partem contrariam et aduerſam Soli: quem ſi mane praeueniat, cometa barbatus apparet, villis in anteriora verſus occidentem procurrentibus, cuiuſmodi fuit cometa anni 1618. Si veſperi ſuperſtes erit, Sole iam occaſo, caudatus videtur, et praelongo ſyrmate verſus ortum inſignis: qualis cometa is exſtitit, qui nouiſſime omnibus terris viſus anno 1681. Crinitum, et pogoniam gemino verſu Manilius comprehendit, L. I. p. 26. *Nunc prior haec ſpecies diſperſis crinibus exit: Et globus ardentis ſequitur ſub imagine barbae H.*

q. *Acontiae)* Ἀκοντίας Graeca voce iaculum ſignificante, ab appendice radiorum longa in modum iaculi, nomen habet. Huiusmodi fuit is qui anno 1533 Iulio menſe viſus eſt, teſte Milichio in L. II. Plinii, fol. 65. Manilius loc. cit. *Et tenues longis iaculantur crinibus ignes. H.*

r. *Ocyſſimo)* In cod. *Reg.* 2. *Ocyſſime ſignificantes:* hoc eſt, celeritatem futuri euentus monſtrantes. H.

s. *De qua Tiberius Imperator Caeſar praeclaro carmine ſcripſit.*] Exemplar Salmant. *Titus* agnoſcit, non *Tiberius*, quod non diſplicet. Nam eximium poetam fuiſſe Titum, Tranquillus docet. *Latinae*, inquit, *Graecaeque linguae vel in ornandis, vel in fingendis poematis, promptus et facilis, ad extemporalitatem vsque.* Septies etiam conſulem fuiſſe, idem auctor prodit, quorum neutrum Tiberio conuenit. Poëtam fuiſſe Tiberium conſtat, praeclarum non conſtat. *Pintianus.*

*Titus Imperator)* Vide Not. et Emend. N. XXIII. p. ſq. Titi Conſulatus quintus cum Veſpaſiani patris ſeptimo Conſulatu iungitur in Faſtis, anno Chriſti et aërae vulgaris, 76. Aurei nummi duo in Theſauro Regio ſic leguntur inſcripti, vt iam diximus: T. CAESAR IMP. VESPASIAN. *Titus Caeſar Imperator Veſpaſianus:* vbi ſitus tituli

diem nouiſſime viſa. Easdem breuiores et in mucronem

tuli IMP. poſt T. CAES. ante Veſpaſiani cognomen, tam illud Imp. hereditarium fuiſſe in poſteris ex Auguſti filia Iulia Auguſta, quam cognomen CAES. ſiue Caeſaris, palam facit. Ad idem ius declarandum, quod Carino comperebat, ſcriptum in ipſius nummis latinis legitur, IMP. C. M. AVR. CARINVS NOB. C. et in Graecis ſimiliter, A. K. M. A. ΚΑΡΙΝΟΣ Κ. hoc eſt Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Καρῖνος Καῖσαρ ſcilicet, *Imperator* iure natalium *Generaliſſime né ou hereditaire: Caeſar*, hoc eſt, quia *Caeſar*, quia ex ſanguine Caeſarum: et idem tamen iterum *Caeſar*, hoc eſt ſolummodo *Caeſar*, nulla adhuc fungens poteſtate ſiue Imperatoria, ſiue Auguſtali. Et idem etiam nobliſſimus Caeſar, hoc eſt nobilitatis auitae, Caeſarea ipſa prioris ſeu vetuſtioris. Eſt hic nummus Carini, apud D. de Surbek. Similis eſt Numeriani apud D. Baudelot: IMPERATOR C. NVMERIANVS NOB. CAES. Nobilior Carinus, quam Caeſares, quia *Pius Felix:* quamobrem et in nummis rarioribus ſcribitur, antequam *Auguſtus* ſalutatur, M. AVR. CARINVS P. F. NOB. CAES. *Pius Felix Nobiliſſimus Caeſar.*)(VICTORIA AVGVSTORVM. Aureus eſt in Theſauro Regio.

*Titus Imperator)* Monet Dalecampius *Tiberium* legi oportere, non *Titum:* quod in Auctorum indice Tiberius recenſetur. At ipſum Indicem eſſe corruptum, vel ex hoc loco manifeſtum eſt: De Tito enim ſic Plinium loqui haud ſane dubiis efficitur argumentis: cum de nouiſſimo ad eum diem viſo cometa ſcriptum illud carmen eſſe declarat. Namque a Tiberii temporibus multos ſimiles fulſiſſe ignes, notatosque a Plinio, Claudii ac Neronis principatu, mox Plinius ipſe teſtatur: Non igitur Tiberii fuit illud carmen, quod de nouiſſimo ad eum diem quo haec ſcribebantur viſo cometa eſt editum, ſed Titi. Adde omnia exemplaria manu exarata Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiſl. etc. cum editione vulgata plana facere, ac Titum exhibere. Adde poſtremo etiam habere ſimilitudinem veri maximam, in eum cometam verſus a Tito compoſitos eſſe, quo viſo Veſpaſianus pater vt narrat Aurelius Victor, p. 609 facete luſit, aiens illum *pertinere ad Regem Perſarum*, vel vt Dio habet, in Epitome Xiphilini, p. 753. L. LXVI. *ad Regem Parthorum, cui capillus effuſior.* H.

cronem * fastigatas, Xiphias g. vocauere, quae sunt omnium pallidissimae, et quodam gladii nitore, ac sine h. vllis radiis: quos Disceus, i. suo nomini similis [1], colore autem electro, raros e margine emittit. k. Pitheus [2] doliorum cernitur figura, in concauo fumidae lucis. Ceratias l. cornus speciem habet, qualis fuit cum m. Graecia apud Salamina [3] depu-

* *Sic ex MSS. Hard. fastigiatas Gr. et Alii.* 1. *Similes. Vet. leg. quos disco similes, colore autem electro, raro e margine emittunt.* 2. *Sic ex MS. Hard. et M. eadem forma, qua Hippeus, et Disceus, Pithias, Senec. Pithetes Gr. et Al.* 3. *Salaminam. M. et Chiff. V.*

g. *Xiphias)* Ξιφίας, Ensis est, vel ensiformis: cuiusmodi visus est imminere vrbi Hierosolymitanae paulo ante eius excidium, ac toto fere anno fulgere, vt quidem refert Iosephus, L. VII. Belli Iudaici p. 960. H.

h. *Sine vllius radiis)* Videlicet discriminatis. Fuisse eiusmodi dicitur is, qui visus est anno 1532 mense Septembri, vt refert 7. belli Milichius l. c. H.

i. *Disceus suo nomini similis.*] Disceus fit quando materia vndique sibi similis existit. *Dalec.*

*Disceus)* Δισκεὺς, a lata disci rotunditate nomen accepit. H.

k. *Pitheus doliorum cernitur figura.*] Vterque codex, *Pitheus*, legit, non *Pithetes:* qua dixit forma statim ante, *discus*, et mox infra *hippeus Pintianus.*

*Pitheus)* Ita Reg. 1. et 2. qua forma Disceus, et Hippeus efferuntur. Graecis, Πιθεὺς, Πιθίτης et Πιθίας, quae vox dolium sonat. Describitur a Manilio, L. I. p. 26. inter cometarum genera: *Quin etiam tumidus exaequat dolia flammis Procere distenta vtero.* Et Seneca L. I. Nat. Quu. c. 14. p. 838. *Sunt Pithiae*, inquit, *cum magnitudo vasti rotundique ignis dolio similis, vel ferrur, vel in vno loco flagrat.* H.

l. *Ceratias)* Κερατίας siue Κερατοειδὴς, id est, Cornutus cuius flamma in modum cornu, siue lirui, vel acinacis Persici, curuata torquetur. Forma haec postremi cometae fuit ex iis, qui fulsere anno 1618. H.

m. *Cum Graecia)* Xerxe nauali pugna deuicto a Graecis, duce Themistocle, anno ante Christum 480. H.

depugnauit. Lampadias n. ardentes imitatur faces: Hippeus o. equinas iubas, celerrimi motus, atque in orbem circa ſe euntes. Fit et candidus cometes, argenteo p. crine, ita refulgens, vt vix contueri liceat, q. ſpecieque [1] humana Dei effigiem in ſe oſtendens. Fiunt r. et hirti [2] villorum ſpecie, et nube

1. *Quidam ſequentia huius periodi verba ſuppoſita exiſtimant.* 2. *Hirci. M. et Chiff.*

n. *Lampades ardentes imitantur faces.*] Sic alii, ſed leg. *Lampadias ardentes imitatur faces*, vt iidem habent, qua inflexione enunciauit, *Ceratias*, *Xiphias*, *Acontias*. Scio nihilominus et ab Ariſtotele libro de mundo, et in Mereoris, et a Seneca in Naturalibus Quaeſtionibus, et a Plinio in ſequentibus, *lampadas* vocari: quam recte, non auſim ſtatuere. *Pint.*

*Lampadias)* Manilio pariter ſic appellatus, l. c. *Lampadias fiſſus ramoſos fundit in ignes.* Lampas Senecae, et Lucano, L. I. v. 532. *Nunc iaculum longo, nunc ſparſo lumine lampas Emicuit caelo.* H.

o. *Hippeus.*] Fuit et Hippeus ſculptor ac faber inſignis, de quo Athenaeus pagina 233. verſ. 48. *Dalec.*

*Hippeus)* Ἵππευς, quaſi ſtella equina, ob celeritatem motus. Hanc quidam volunt a recentioribus Roſam vocari. H.

p. *Argenteo crine)* Vnde ei nomen, ἀργυροκομήτης. H.

q. *Specieque humana dei effigiem in ſe oſtendens.*] Haec verba adulterina eſſe nec Pliniano dogmati congruentia, oſtendunt manifeſte quae ipſe ſupra capite ſeptimo dixit de deo; *Effigiem dei formamque quaerere, imbecillitatis humanae reor. Quiſquis eſt alius, ſi modo eſt alius, et quacunque in parte, totus eſt ſenſus, totus eſt viſus, totus auditus, totus animae, totus animi, totus ſui. Pintianus.*

*Specieque humana)* Totam hanc clauſulam ſuppoſititiam eſſe Pintianus exiſtimat. haud improbabiliter, tametſi reclamant omnia exemplaria. Fromondus L. III. Meteorol. c. 4. p. 129. ſpectare haec verba putat ad ſtellam Magorum, fortaſſis ob famam quae ferebatur Auguſti principatu, cometam in oriente et Iudaea viſum, in quo pueruli imago expreſſa Deum hominem factum indicaret. Pie magis ſcriptum, quam vere. H.

f. *Fiunt et hirti)* E duodecim cometarum generibus, haec

be [1] aliqua circumdati. Semel adhuc iubae effigies mutata g. in haſtam eſt, Olympiade centeſima nona [2], vrbis anno trecenteſimo h. nonageſimooctauo. Breuiſſimum, i. quo cernerentur, ſpatium ſeptem k. dierum

S 2

1. *Ex MSS. ſic Hard. conſentit Chiff. Long. iuba Gron. et Alii.* 2. *Sic ex MSS. CVIII. Gr.*

haec duo ſunt poſtrema. Cave *birci* legas, cum Milichio, ceteriſque. H.

g. *Mutata in haſtam)* Λογχίτην hunc cometam Graeci appellarunt ab haſtae, forma. Porro cum haſtae, iubae, barbaeque, ſiue quo alio nomine lubet appellare, radii ſolares ſint per cometae caput transmeantes: fit aliquando vt ii radii perfundere caput non poſſint, ſed circumquaque diſpergantur, et caput coronent: nec raro accidit, vt qui initio denſiorem capitis materiam perrumpere non valerent, eadem ſe poſtea ſponte laxante, viam exitumque reperiant. Vide Fromondum l. c. p. 130. H.

h. *Trecenteſimo)* Vide Not. et Em. N. XXIV. (hic adiectas) *Vrbis anno trecenteſimo nonageſimo octauo)* In MSS. Reg. 191. 4761. 4762. 4763. 4793. et duobus Vaticanis, et in libris omnibus editis, legitur, *Olympiade CVIII. Vrbis anno CCCXCVIII.* Tantum lege *Olympiade CVIIII*, vt in MS. Colbertino 29. et in aliis duobus, qui *Cix.* et *Cla.* appellantur in margine editionis Baſileenſis, 1548 in Bibliotheca noſtra, manu peruetuſta, ante annos CXX. tunc intelliges, dici nihil poſſe accuratius. Nam re ipſa incidit annus Vrbis CCCXCVIII. in annum ipſum 1. Olympiadis CIX. ante Chriſtum CCCLVI. calculo Olympiadum Plinianо. H.

i. *Breuiſſimum quo cernerentur ſpatium ſeptem dierum annotatum eſt, longiſſimum octoginta.*] Addendum puto verbum, *centum:* vt legatur, *centum octoginta*, ex Seneca libro ſeptimo Naturalium Quaeſtionum. *Atqui cometes*, inquit, *ſenis menſibus manent, quod non fieret, ſi duarum ſtellarum conuentu gignerentur. Pintianus.*

k. *Septem dierum)* Narrant Conimbricenſes, tract. 3. Meteor. c. 3. viſum a ſe cometam, qui cum ſeſe paulum ſupra horizontem extuliſſet, ſubito diſſipatus ex oculis euanuerit: alterum item Kekermanus, L. VI. ſyſtem. Phyſici, p. 680. qui poſt quinque horae quadrantes videri deſierit. H.

dierum annotatum est, longissimum l. octoginta [1].

XXIII. Mouentur autem alii errantium modo, alii m. immobiles haerent. Omnes n. ferme sub ipso Septemtrione, aliqua eius parte non certa, sed maxime in o. candida, quae lactei circuli nomen acce-

1. *Centum octoginta. ex Senec. 7. Nat. Quaest. et ibi monente Mureto.*

l. *Octoginta)* Ita retinemus cum omnibus MSS. licet refragante, post Pintianum Mureto in notis ad Senecam, vbi librariorum vitio excidisse in libris centenarii notam dicit, scriptumque perperam esse LXXX. tantum pro CLXXX. qui dierum numerus sex menses efficit: quo temporis interuallo Neronianum cometen, a Plinio sane visum et obseruatum, vti mox patebit, durasse auctor est Seneca, L. VII. Nat. Quu. c. 21. p. 924. Alios praeter istum senis mensibus fulsisse referunt historici: alterum anno Christi 603. sub Mahometis ortum: alterum anno 1240 irrumpente tum fere in Asiam Tamberlane. Vide Ricciolum, Tomo II. Almag. L. VIII. p. 24. Qui deinde trimestri spatio visi sint, plures ibidem recensentur. H.

m. *Immobiles haerent)* Narrat Dio L. LIV. p. 542. anno qui Agrippae mortem antecessit, visum cometam qui per dies multos Vrbi immineret. Anno ipso integro, vti paulo ante diximus ex Iosepho, Hierosolymis Xiphias incubuit. Motune omni prorsus illi carerent, haud est sane satis exploratum. Eadem habet Epigenes apud Senecam, L. VII. Nat. Quu. c. 6. H.

n. *Omnes ferme)* Causam huiusce rei affert Seneca, L. VII. Nat. Quu. c. 21. p. 924. Aristoteles, L. I. Meteorol. c. 6. p. 535. negat sub Septemtrione solum gigni cometas: ἀλλὰ μὴν ἀδύνατόν ἀληθὲς, ὅτι ἐν τῷ πρὸς ἄρκτον τόπῳ γίνεται ὁ κομήτης μόνον. Septemtrionem appellat hoc loco quidquid spatii ab aestiuo Tropico ad polum vsque protenditur: oppositurque austrino polo, de quo postea. H.

o. *In candida)* Aristotelis etiam istud placitum est, qui libri ante laudati capite 7. extremo. p. 537. vix generari cometas pro confesso ponit, nisi extra Tropicum circulum: Frequenter sub ea, quam Lacteam viam appellant: sub

accepit. Aristoteles tradit et simul plures p. cerni: nemini compertum alteri, quod equidem sciam. Ventos q. autem ab iis graues aestusque significari. Fiunt r. et hibernis mensibus, et s. in australino polo, sed ibi citra vllum iubar. Diraque comperta Aethiopum et Aegypti populis, cui nomen aeui eius rex dedit Typhon t., ignea specie, ac spirae

 modo

sub qua magnam esse vim exhalationum credidit, ex qua cometae gignerentur. Sunt hodie, qui ex materia, quam Sol exhalet, cum accensa fuerit, gigni cometas putent. Vide de eo argumento disputationem viri in Mathematicis eruditi, Tomo I. p. 222. libri inscripti, *Melanges d' histoire et de litterature.* H.

p. *Plures cerni.*] Fieri potest vt imago veri cometae fulserit in opposita nube, non aliter quam imagines in speculis redduntur. *Dalec.*

*Et simul plures)* Arist. c. 6. p. 535. καὶ πλείους ἑνὸς ἅμα γεγένηνται πολλάκις. Beda refert in Chronico, anno 729. binos cometas per dies quindecim mense Ianuario conspectos esse, alterum mane, vespere alterum. Alios praetermitto, quos refert Ricciolus, Tom. II. Almag. p. 23. H.

q. *Ventos autem)* Nempe si plures sint cometae. At Seneca. L. VII. Nat. Quu. c. 28. p. 926. *Aristoteles ait cometas significare tempestatem, et ventorum intemperantiam, atque imbrium — Non statim cometes ortus ventus et pluuias minatur, vt Aristoteles ait: sed annum totum suspectum facit.* Locus Aristotelis hic est, L. I. Meteorol. c. 7. p. 537. Σημαίνασι γιγνόμενοι οἱ πλείας πνεύματα καὶ αὐχμάς. Ac paulo post: ὅταν μὲν οὖν πυκνοὶ καὶ πλείας φαίνονται, καθάπερ λέγομεν, ζηροὶ καὶ πνευματώδεις γίγνονται οἱ ἐνιαυτοὶ ἐπιδήλως. Concinit Aratus, Latine redditus ab Auieno Festo, p. 73. *At si contigerit plures ardere cometas, Inualidas segetes torrebit siccior aer.* H.

r. *Fiunt et hibernis)* Ex cometarum synopsi, quam Ricciolus collegit, apparet aestate plures, quam hieme cometas oriri: atque inter aestiuos menses Augustum vincere: Ianuarium inter hibernos Aristot. l. c. ἐφάνη μὲν χειμῶνος ἐν πάγοις, *rigente gelu.* H.

s. *In australino)* Arist. l. c. Καὶ πρὸς νότον ἤδη πολλοὶ γεγόνασιν. H.

t. *Typhon*] Typhon infra cap.

modo intorta, visu quoque toruo, nec stella verius, quam quidam igneus nodus. Sparguntur u. aliquando et errantibus stellis, caeterisque crines. Sed cometes nunquam x. in occasura parte caeli est; terrificum magna ex parte sidus, ac non leuiter [1] piatum, vt ciuili motu y. Octauio Consule, iterumque Pompeii z. et Caesaris bello. In a. nostro vero aeuo

1. *Leuiter. M.*

cap. 48. ventus est, et vibratus ecnephias. *Dalec.*

*Typhon)* Cometae genus, solis Aegypti atque Aethiopum populis cognitum, et quidem semel, Typhone rege, a quo ei nomen. De Typhone Diod. Sic. L. I. Bibl. p. 79. H.

v. *Sparguntur)* Id Aegyptios scriptis prodidisse, id se vidisse oculis testatur Aristot. L. I. Meteor. c. 6. p. 535. in femore Canis stellam quae comam haberet, sed obscuram. H.

x. *Nunquam in occasura parte*] Sinistre hic Plinius Aristot. interpretatus est: non enim dicit in occasu cometas nunquam apparere, sed quod saepe dissipentur supra Horizontem, ac euanescant. *Dalec.*

*In occasura)* Nunquam cometes, inquit, nempe primi generis, initio sect. XXII. memoratus, *horrens crine sanguineo, et comarum modo in vertice bifpidus*, in occidua caeli parte cernitur. Hunc locum secus accepisse videtur scriptor Meteorologicon. Ἅπαντες οἱ καθ' ἡμᾶς, inquit ille l. c. ὤμμενοι, ἄνευ δύσεως ἠφανίσθησαν ἐν τῷ ὑπὲρ τὸ ὁρίζοντος τόπῳ. H.

y. *Octauio Consule)* A. V. C. 678. quo anno ciuile bellum fuisse cum Sertorio, Coss. Octauio et Scribonio, historici referunt. H.

z. *Pompeii)* De iis cometis, qui Caesare Rubiconem transgresso, bellum ciuile praesuiserunt, Lucan. I. v. 526. *Ignota obscurae viderunt sidera noctes, Ardentemque polum flammis, caeloque volantes Obliquas per inane faces, crinemque timendi Sideris, et terris mutantem regna cometen.* De his pariter, et de eo qui Philippense praelium antecessit, Virg. Georg. L. I. v. 487. *Non alius caelo cecidere plura sereno Fulgura, nec diri toties arsere cometae. Ergo inter sese paribus concurrere telis Romanas acies iterum videre Philippi.* Quod plane ad verbum imitatus Manilius, L. I. p. 28. H.

a. *In nostro vero aevo circa*

aeuo circa veneficium, quo b. Claudius Caesar imperium reliquit Domitio Neroni, ac c. deinde [1] principatu eius, assiduum prope ac saeuum. Referre d. arbitrantur, in quas partes sese iaculetur, aut e. cuius stellae vires accipiat, quasque similitudines reddat, et quibus in locis emicet. Tibiarum f. specie, musicae



1. *Principarum. M.*

*ca veneficium.* ] Eo anno quo Cl. Caesar veneno extinctus est: qui fuit V. C. 808. Christi vero nati 55. *Dalec.*

b. *Quo Claudius)* Meminit Suetonius in Claudio, c. 46. p. 77. Seneca vero L. VII. Nat. Quu. c. 17. p. 923. *Nec est quod putemus*, inquit, *eundem cometem visum esse sub Claudio, quem sub Augusto vidimus: nec hunc qui sub Nerone Caesare apparuit — illi similem fuisse, qui post necem Diui Iulii ludis Veneris Genitricis, circa vndecimam horam diei emersit.* Veneno sublatum Agrippinae dolo Claudium, vel pueri sciunt. Vide Dion. L. LX. p. 688. H.

c. *Ac deinde)* Deinde, inquit, alterum sidus principatu Neronis: assiduum illud quidem, quia sex ipsis mensibus spectandum se praebuit, vti ex Seneca diximus paulo ante. Contigit id anno Neronis impii vndecimo, Christi Seruatoris, LXIV. Meminit praeterea Tacitus, Annal. L. XIV. p. 227. *Et sidus cometes effulsit*, inquit, *de quo vulgi opinio est, tamquam mutationem regis portendat. Igitur quasi iam depulso Nerone*, etc. H.

d. *Referre)* Astrologorum placita de cometarum praefagiis hoc loco persequi, nec decet, nec vacat. Quae Ptolemaeus aliique super ea re prodiderunt, collegit Ricciolus Tom. II. Almag. p. 31. H.

e. *Aut cuius stellae vires accipiat.* ] *Virus*, non, *vires*, nostri habent codices scripti. *Pintian.*

*Stellae vires)* *Virus* mauult Pintianus. Ego nihil moueo gnarus Epigenem dixisse, vt auctor est Seneca, Nat. Quu. L. VII. c. 4. p. 920. Stellam Saturni plurimum habere virium ad omnes eiusmodi sublimium motus, etc. H.

f. *Tibiarum)* Non sunt hae cometarum aliae species, vt vir doctus existimat Hermolaus, aliique eum secuti: sed diuersae tantum similitudines, seu figurae, quae ex plurium siderum vicinitate finguntur; diuersique situs ac loci, in quibus, vt Plinius ait, cometae emicant.

Si

ficae arti portendere: obscenis autem moribus, in verendis partibus signorum: ingeniis et eruditioni, si triquetram figuram quadratamue paribus angulis ad aliquos perennium stellarum situs edant venena fundere, in capite septentrionalis, austrinaeue serpentis. Cometes i. in vno totius orbis loco colitur in templo Romae, admodum faustus Diuo Augusto iudicatus ab ipso: qui incipiente eo, apparuit ludis k. quos faciebat Veneri Genetrici, non multo post obitum

Si tibiarum speciem sic positi referrent, credebantur musicis aliquid significare: si partes signorum imaginumque caelestium verendas occuparent, fore vt libidinis exempla ederentur obscena: ingeniis et eruditioni detrimentum portendi, si triquetram, quadratamue formam ad aliquam haerentium caelo stellarum redderent, etc. H.

i. *Cometes)* Huius meminit Suetonius in vita Iulii Caesaris. Vide Senecam Quaest. Nat. lib. VI. c. 17. Cometes hic Christi Seruatoris nostri natalem praenunciasse creditur. *Dalec.*

*Cometes)* Suetonius in Iulio, c. 88. *Ludis, quos primo consecratos ei haeres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa vndecimam horam: creditumque est animam esse Caesaris in caelum recepti: et hac de causa simulacro eius in vertice additur stella.* H.

k. *Ludis quos faciebat Veneri Genetrici)* Ita scribunt hoc nomen Nummi veteres, non *Genitrici.* Venus Genetrix, comitas est, humanitas, affabilitasque homini ingenita. Ludi similes instituti leguntur in nummo, quem aliter, sed perperam, multi acceperunt. Parte priore caput est Victoriae, posteriore loco gradiens: siue spectaculo in theatro, siue ad pugnam exhibitus: hinc A: inde XL. vel XLI. *Abrogata Quadragesima*, vel quadragesimae indictio. Gallice: *L' impost du quarantiéme denier sur les marchandises de transport, osté, ou cessé.* Infra LUGU: supra litteris inversis INΩG. Sententia est: *Ludi Votiui Genetrici Veneri, Decreto Vrbis Narbonis Indicti:* Nomen, opinor, ciuitatis non scriberetur in genitiuo casu. At in nummo Corneliae Saloninae, aeris minimi, in Gaza Regia, inscripto sic: BENERI GENETRICI: in quo Salonina sedens, dextra ramum oleae tenet,

obitum patris Caesaris, in collegio ab I. eo instituto [1]. Namque his verbis id gaudium prodidit: (*Iis ipsis ludorum* m. *meorum diebus, sidus crinitum per septem dies in regione caeli, quae sub septentrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimam* n. *horam diei, clarumque et omnibus* [2] *e terris conspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit, Caesaris* o. *animam inter*



1. *Constituto. M.* 2. *omnibus e terris. Chiff.*

tenet, sinistra sceptrum transversum, vide ne Venerem Genetricem intelligas: nullum enim ibi Veneris symbolum est. Sed est haec ibi sententia: *Basilicam Edua Nouam Erexit Imperatoris* GENETRICI; nempe Cornelii Salonini Valeriani: quem fuisse etiam Imperatorem docet nummus ex argento perrarus, apud D. DE CLESVES, Parisiis, hac epigraphe: IMP. SALON. VALERIANVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. SPES PVBLICA. Dea spes florem tenet. H.

l. *Ab eo instituto)* A Iulio Caesare. Is enim paulo ante obitum collegium his ludis faciendis instituerat, confecto Veneris templo. Hos deinde ludos suis sumtibus Augustus ipse edidit, in collegio, vt Plinius ait, non pro collegio, vt refert Iul. Obsequens, c. 128. p. 70. M. Antonio, P. Dolabella Coss. vide etiam Dionem, L. XLV. p. 272. H.

m. *Ludorum meorum diebus.*] *Ludorum diebus*, iidem Codd. *Pintian.*

n. *Vndecimam)* Hoc est, hora fere integra ante Solis occasum. Quod deinde addit, creditum vulgo Caesaris animam inter deorum immortalium numina receptam, eo pertinet nummus inscriptus, DIVI IVLI. cuius sententia haec est: *Diuus Iunctus Veneri Imperator* IVLIus. Neque enim nomina Principum in nummis Latini scripsere in gignendi casu: et est IVLI. pro *Iulius:* vt CASSI. pro *Cassius*, et sexcenta similia. H.

o. *Caesaris animam, etc.*] In antiqui denarii Romani altera parte spectatur Caesaris effigies cum literis: IMP. CAESAR DIVI II. VIR. R. P. C. in altera vero, templi Veneris anterior facies cum stella, Caesaris statua augurali habitu, et ara ad quam sacrificare, vota suscipere, et controuersias dirimere, interposito iureiurando, per Caesarem, solebant, cum his literis DIVO IVL. Vti videre

*ter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id insigne simulacro capitis eius, quod mox in foro consecrauimus, adiectum est.*) Haec ille in publicum, interiore gaudio sibi illum natum, seque p. in eo nasci interpretatus est: et si [1] verum fatemur, salutare id terris fuit. Sunt q. qui et haec sidera perpetua esse credant, suoque ambitu ire, sed nonnisi relicta a [2] Sole cerni. Alii r. vero qui nasci humore fortuito, et [3] ignea vi, ideoque solui.

XXIV.

1. *Vt verum fateamur. M.*

2. *ab Chiff. M.* 3. *et igne. M.*

te est in nummis a Vico, Goltzio, Vrsino aliisque editis. *Dalec.*

p. *In eo nasci)* Felicitatem suam in eo, imperiumque portendi. H.

q. *Sunt qui et haec)* Pythagoreorum haec opinio fuit, teste Galeno, vel quisquis auctor est libri de hist. Philos. c. 18. p. 40. Tom. II. aliorumque, quorum Seneca meminit, L. VII. Nat. Quu. c. 19. p. 924. Quam in sententiam plane concedit ipse c. 22. et 23. p. 925. Fieri sane potest, vt idem cometa recurrat identidem, tametsi nemo id animaduertat: vel quia sub crepuscula reuertitur: vel quia nitente cauda, quae eum saepius prodit, et nebulosis radiis destituitur. Sic cometa a Patre Fontaney in Collegio nostro Parisiensi deprehensus est in Eridano cauda destitutus, qui aliorum diligentiam elusit. Caudatus etiam visus a nobis tota fere nocte, quae 26 Augusti diem antecessit, anno 1682. Et Seneca l. c. c. 20. *quendam cometam apparuisse, quem Sol vicinus obtexerat, Posidonius tradit.* Anno 1477. visum cometem Bzouius refert in Annalibus: anno 1577. obseruauere Tycho, et alii: anno 1677. P. Fontaney, aliique. Recurrere eosdem cometas post certum tempus, et eorum posse recursus praedici, Bernoullius Astronomus Basileensis adeo obstirmare censuit, vt praedixerit cometam anni 1680 visum iri anno 1719 in primo gradu 12 Arietis: vt quidem refertur in historia Academiae Regiae scientiarum, anni 1705. p. 140. Berolini obseruatum fuisse cometam hoc anno 1719. circa id tempus nuper audiuimus, sed eum minimum, et terrae vicinum. H.

r. *Alii vero)* Vt Epigenes, Peripatetici. Vide Senecam, et Galenum locis citat. H.

XXIV. (XXVI.) Idem Hipparchus, nunquam satis laudatus, vt quo nemo magis approbauerit cognationem cum homine siderum, animasque s. nostras partem esse caeli; nouam t. stellam et aliam in aeuo suo genitam deprehendit: eiusque motu, qua die fulsit, ad dubitationem est adductus, anne hoc saepius fieret, mouerenturque et eae, quas putamus affixas: Idemque[1] ausus, rem etiam Deo improbam, annumerare posteris stellas, ac sidera, ad u. nomen

1. *Ideoque. M.*

s. *Animasque nostras partem esse caeli.*] Forsitan alludit ad dogma Platonicum, qui animas antequam in corpora haec inferiora descendunt, stellae cuipiam mancipatas putauit. Qua de re Theupol. acad. contempl. lib. IV. cap. 12. et Procl. super Alcibiad. *Dalec.*

t. *Nouam stellam et aliam)* Hoc est, non cometici sed diuersi generis, cuiusmodi sunt caelo affixa sidera, vt Tycho recte vidit, Tom. I. Progymn. p. 322. H.

v. *Ad nomen)* Appellato nomine expungere, instrumentis excogitatis. H.

*Ad nomen expungere)* Appellare suo quoque nomine, designare, distinguere, separare. Vide Not. et Em. N. XXV. (Hic adiunctas) *Ac sidera ad nomen expungere)* Hactenus editum fuit, *ad normam expungere:* Verum emendationem nostram defendunt codices MSS. omnes, Regius vterque, Colb. 2. Chisi. vetus Dalec. aliique. Expungere ad nomen sidera, est appellatis subinde sideribus, numeratisque stellis, quibus ea constant, vt ad alia fiat deinde progressio, priorum expungere nomina, quasi iam de iis cognitione peracta. Vtitur eo verbo Tertullianus de orat. L. I. c. 9. p. 133. vbi orationem dominicam laudans, *Compendiis paucorum verborum*, inquit, *quot simul expunguntur officia? Dei honor in Patre, fidei testimonium in nomine, oblatio obsequii in voluntate*, etc. Vbi *expunguntur* id valet perinde ac si dicas; designantur, declarantur, continentur, implentur. Aliunde etiam sumpta translatio potest videri, nempe a delectu militari, in quo faciendo recensendoque dare nomen iuniores, ad nomenque, cum citabantur, respondere mos erat. Liuius, L. VII.

p. 122

nomen[1] expungere, organis excogitatis, per quae ſingularum loca, atque magnitudines ſignaret: vt facile diſcerni poſſet ex eo, non modo, an obirent, naſcerenturue, ſed an omnino aliqua transirent, mouerenturue; item an creſcerent, minuerenturque, caelo in haereditate cunctis relicto; ſi x. quisquam, qui[2] cretionem eam caperet, inuentus eſſet. XXV.

1. *Sic ex MS. Hard. ad nomen expungere M. et Chiff. hoc eſt, Hippar. b. ſtellas ad ſidera redegiſſe, in ſingulis ſideribus quot eſſent numeraſſe, nomina etiam reddidiſſe cum illis, tum ſideribus. ac normam expangere Gr.* 2. *Sic Ch. rationem Gr.*

p. 122. *Acerbitas in delectu, non damno modo ciuium, ſed etiam laceratione corporum lata, partim virgis caeſis, qui ad nomina non reſpondiſſent, partim in vincula ductis, inuiſa erat.* Sidera igitur ad nomen expungere dicitur Hipparchus, qui dum eorum numerum recenſet, quae adeſſent, et ad nomen quodammodo reſponderent, tranſilit, ac ſi lubet, expungit, vt ad alia ſimiliter appellanda pergat. Vide Rigaltii not. ad Tertull. Apol. c. 2. in haec verba, *Debito poenae nocens expungendus eſt.* Vſus et ea forma loquendi Plautus in Ciſtel. Act. I. Sect. 3. v. 4. *Nunc quod reliquum eſt, volo perſoluere: Vt expungatur nomen, ne quid debeam.* H.

x. *Si quisquam, qui rationem eam caperet, inuentus eſſet)* Lego, *Si quisquam qui cretionem eam, etc.* Ex exemplari Toletano rectiſſime. Eſt autem cretio, haereditatis aditio Ciceroni in Bruto, ſeu de claris Oratoribus, et in Oratore ad Brutum, et Iuſtiniano ſexto libro Codicis, Titulo De iure deliberandi, et Cernere haereditatem, adire eſt, ſiue cedere, apud Sextum Pompeium et Nonium Marcellum. *Pintian.*

*Qui cretionem)* Ita recte Pintianus e ſuo codice, nosque ex noſtris omnibus, cum libri perperam *rationem* praeferant. Eſt autem cretio vox Ciceroni familiaris, L. XIII. ep. 45. ad Attic. p. 427. atque alias ſaepe, quae haereditatis aditionem ſignificat. Tam expeditam, certamque rationem tradidit Hipparchus obſeruandorum ſiderum, vt caelum veluti haereditatem aliquam reliquiſſe poſteris videatur, ſi quis eam adire ac cernere, hoc eſt, illius artis pernoſcere myſteria et ingredi adyta auſit. H.

XXV. Emicant y. et faces, non, niſi cum decidunt viſae: qualis Germanico z. Caeſare gladiatorum ſpectaculum edente, praeter ora populi meridiano transcucurrit.[1] Duo genera earum: Lampades a. vocant plane faces, alterum Bolidas, b. quale Mutinenſibus c. malis viſum eſt. Diſtant quod faces veſtigia longa faciunt, priore ardente parte: Bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem.

XXVI.

1. *Transcurrit Gr.*

y. *Emicant et faces)* Impreſſiones igneas omnes, quas medio in aere accendi conſtat, et ex habitu ſulphureo nitoroſoque oriri, Plinius exiſtimauit in caelo ipſo naſci, aut de caelo decidere: quemadmodum ſect. 6. diximus, cum de ſtellis diſcurrentibus ageremus. Id vero etiam legenti initium ſect. 38. multo conſtabit apertius. H.

z. *Germanico)* Is Druſi filius, a Tiberio adoptatus, veneno per Piſonem ſublatus eſt. Seneca, L. I. Nat. Quu. c. 1. p. 832. *Vidimus*, inquit, *non ſemel flammam ingentis pilae ſpecie, quae tamen in ipſo curſu ſuo diſſipata eſt. Vidimus circa diui Auguſti exceſſum ſimile prodigium: nec Germanici mors ſine denunciatione tali fuit.* H.

a. *Lampades vocant plane faces)* Codex Salmanticenſis, *Lampadas*, legit: vt forte ſcribendum ſit, *Lampadias*, vt ſupra notatum eſt: niſi forte quis dicat, ad differentiam illas priores *lampadias*, dictas eſſe, has vero *lampadas*. *Pint.*

b. *Bolidas)* Βολὶς Graece miſſilem haſtam et iaculum notat. H.

c. *Mutinenſibus malis)* Obſeſſo Mutinae Bruto a M. Antonio, factoque ibi vehementi et cruento praelio, de quo Appianus, L. III. Ciuil. Ibi Praetoriani Caeſaris milites ad vnum omnes occubuere: Conſules ambo trucidati, etc. *Pharſalia, Philippi, Peruſia, et Mutina, nota publicarum cladium nomina*, inquit Tacitus Hiſt. L. I. p. 20. Dio, L. XLV. p. 278, λαμπάδα facem vocat, quae circa Mutinenſis belli tempus viſa eſt ab occaſu in ortum transcurrere. H.

XXVI. Emicant d. et trabes ſimili modo, quas δόκους [1] vocant: qualis cum Lacedaemonii e. claſſe victi, imperium Graeciae amiſere. Fit et caeli ipſius hiatus, quod [2] vocant chaſma. f.

XXVII.

1. *Docus. M. et Ch. Docos Gr.* 2. *quem. M.*

d. *Emicant et trabes ſimili modo, quas Docos vocant)* Vtraque ſcripta lectio *docus*, legit, non *docos*, Graeca accuſatiui terminatione. *Pint.*

*Emicant et trabes)* De his Seneca, L. VII. Nat. Quu. c. 4. et 5. p. 920. Lucem in aere, ſeu quamdam albedinem, anguſtam quidem, ſed oblongam, de noctu quandoque viſam, ſereno caelo, ſi parallelo ſitu ſit. Trabem vocant: ſi perpendiculari, columnam: ſi cum cuſpide, bolida, ſiue iaculum. Sunt hodie qui velint, vt cometas, ita etiam Trabes, ſupra regionem elementarem attolli ſublimes, atque ex eadem gigni materia: ex eo fuiſſe numero trabem eam, quam volunt ſubſecutam eſſe cometam anni 1618. Negant alii trabem tum vllam viſam, ſed cometae caudam fuiſſe. Fromond. L. II. Meteorol. c. 5. p. 79. obſeruatum ait anno 1625 ingentem trabis molem intempeſta nocte ab occaſu exortam, Lunae fulgorem infuſcaſſe, atque eripuiſſe oculis: non ea igitur ſupra Lunam fuit, neque vero eſſe, ſententia Ariſtotelis eſt, L. I. Meteor. c. 4. p. 533. Quomodo trabs fiat, diſce ex Cabeo, L. I. text. 19. p. 120. H.

e. *Lacedaemonii)* Claſſe victi ab Athenienſibus Cononе duce, imperio maris ſpoliari, Olymp. XCVI. anno ſecundo, vt ſcribit Diodorus, L. XIV. p. 303. *Et hoc initium*, inquit Iuſtinus, L. VI. c. 4. p. 69. *Athenienſibus reſumendae potentiae, et Lacedaemoniis habendae finis fuit. Namque velut cum imperio etiam virtutem perdidiſſent, contemni a finitimis coepere.* H.

f. *Chaſma)* Eſt et chaſma terra αὐτομάτως diſcedente ac patefacta factus hiatus et vorago. Seuerus in Aetna vocat charos. Id cum ſubito accideret, inferorum et deorum manium Romani veteres appellarunt, quomodo Graeci χαρώνια. Caeterum de caeli chaſmatis legatur Corn. Gem. Coſmocrit. lib. I. cap. 6. et lib. II. cap. 2. vbi et effigies eorundem depingit. *Dalec.*

*Chaſma)* Seneca L. I. Nat. Quu. c. 10. p. 838. *Sunt chaſmata*, inquit, *cum aliquando caeli ſpatium diſcedit,*

et

XXVII. Fit et f. ſanguinea [1] ſpecie (quo nihil terribilius mortalium timori eſt) incendium g., ad terras cadens inde: ſicut Olympiadis centeſimae ſeptimae anno h. tertio *, quum rex Philippus Graeciam quateret. Atque haec ego ſtatis [2] temporibus naturae, vt caetera, arbitror exiſtere; non, vt plerique, variis de cauſis, quas ingeniorum acumen excogitat; quippe ingentium malorum fuere praenuncia: ſed i. ea accidiſſe, non quia haec facta ſunt, arbitror: verum haec ideo facta, quia incaſura erant illa. Raritate autem occultam eorum eſſe rationem, ideoque non, ſicut k. exortus ſupra dictos, defectusque et multa alia, noſci.

XXVIII.

1. *Fit et ſanguinea ſpecies, quo etc. M. Chiff.* * *quarto Al.* 2. *ratis. M.*

*et flammam debiſcens velut in abdito oſtentat.* Ariſtot. L. I. Meteor. c. 5. p. 534. Τὰ δὲ χάσματα, etc. Quem in locum Cabeus, L. I. Text. 24. p. 141. hiatum vocari a Philoſopho ait, quoties lumen in aere accenditur, et obſcuro circum colore obducitur; fit enim tum terrae dehiſcentis ſpecies, vnde flamma erumpat. Vel ſi obſcurus vapor circumueſtitur lumine, ea obſcuritas cauitatem repraeſentabit: vt ſubnigri in tabula colores receſſum mentiuntur. H.

f. *Fit et ſanguinea)* Ariſt. l. c. *αἱματώδη χρώματα* vocat. H.

g. *Incendium.*] Chaſmatum proprii colores ſunt puniceus et purpureus. Ariſtot. Meteorolog. lib. I. cap. 2. et de Mundo 3. *Dalec.*

h. *Anno tertio)* Vide Not. et Em. N. XXVI. (hic extantes) *Olympiadis centeſimae ſeptimae anno tertio)* Ita conſtanter libri etiam MSS. omnes habent, *anno tertio.* Nihil igitur audemus hic mutare, quamuis Diodoro aliter ſtatuente, L. XVI. p. 450. H.

i. *Sed ea accidiſſe*] De hoc fuſe Seneca Nat. Quu. lib. II. cap. 32. *Dalec.*

*Sed ea accidiſſe)* Hoc eſt, ea prodigia, fortuitaque phaenomena, non fuere ſequentium malorum cauſa, ſed ſignum. Vtor Senecae verbis Nat. Quu. c. 1. p. 832. H.

k. *Sicut exortus)* Sicut exortus ſiderum errantium ſupra dictos. H.

XXVIII. Cernuntur et ſtellae cum Sole totis diebus, plerumque et circa Solis orbem, ceu l. ſpiciae[1] coronae: et verſicolores m. circuli, qualiter Auguſto n. Caeſa-

1. *Sic quoque M. et Chiff. ſeu ſpecie coronae Gr. et Al.*

l. *Ceu ſpiceae)* Vide Not. et Em. N. XXVII. (hic poſitas) Ceu *ſpiceae coronae)* Prius legebatur: *ſeu ſpecie coronae.* Verum praeter omnes codices MSS. Reg. 1. 2. Colb. Chiſt. etc. confirmant emendationem noſtram Iul. Obſequens, c. 128. p. 70. *M. Antonio, P. Dolabella Coſſ. Soles tres fulſerunt, circaque Solem imum, corona ſpicae ſimilis in Vrbem emicuit: et poſtea in vnum circulum Sole redacto, multis menſibus lux languida fuit.* Dio rem ſignificat expreſſius, L. XLV. p. 278, iisdem Coſſ. poſt Caeſaris necem: τό, τε φῶς τὸ ἡλίου ἐλαττοῦσθαι τε καὶ σβέννυσθαι. ποτὲ δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἐδόκει, καὶ ἕνα γε αὐτῶν ςέφανος ςαχύων πυρώδης περιεσχεν. *Solis lumen aliquando minui et extingui: aliquando intra tres circulos effulgere ipſe viſus eſt: quorum vnum corona ſpicea, eaque ignita circumdaret.* H.

m. *Et verſicolores)* Diuerſum hoc a ſuperiore oſtentum. Meminit Dio, L. XLV. p. 272. H.

n. *Auguſto Caeſare)* Suet. in Aug. c. 95. Sed multo explicatius Seneca, L. I. Nat. Quu. c. 2. p. 833. *Memoriae proditum eſt, quo die Divus Auguſtus Vrbem ex Apollonia reuerſus intrauit, circa Solem viſum coloris varii circulum, qualis eſſe in arcu ſolet: hunc Graeci ἅλω vocant, nos dicere coronam aptiſſime poſſumus. Quemadmodum fieri dicatur exponam. Cum in piſcinam lapis miſſus eſt, videmus in multos orbes aquam diſcedere,* etc. Ac paulo poſt, *Tales ſplendores Graeci areas vocauere,* etc. Apollonia, vnde Romam Octauius reuerſus eſt, vrbs Epiri eſt ad Ionium mare, ſtudiorum celebritate eo aeuo nobilis, vt teſtatur Dio, L. XLV. p. 271. *In prima iuuenta,* vt ait Plinius, tum fuit Auguſtus, hoc eſt, annorum octodecim, A. V. C. DCCVII. Tunc Romam venit poſt mortem patris ſui Octauii, ad nomen ingens Caeſaris auunculi ſui, a quo tunc adoptabatur, capeſſendum. Hanc primam fere Caeſaris Auguſti iuuentam, hoc eſt, qualis triennio ante fuit, exhibet nummus ſingularis, ex aere mediocri e Cimelio D. de Surbeck. CAESAR DICT. TER. *Dictator tertium.*

Caput

Caesare in prima iuuenta Vrbem intrante, post obitum

Caput Victoriae alatum. )(. In corona laurea, caput nudum iuuenis Octauii, vultu vix annos octodecim referente, et in Orientem conuerso. Ante ipsummet os, lauri folium est: quo venisse illum in partem victoriae illius indicatur, quae eodem Victoriae symbolo significatur, in alio Caesaris eiusdem Dictatoris numismate, quod habet Solem adpictum, symbolum Orientis ab eo subacti. Intra ipsammet coronam lauream, hinc A. et inde rursum A *Asiam* a Caesare *acquisitam* significat, A. V. R. DCCV. ex quo Syriae ciuitates annos numerauere foederis cum Romanis percussi, quae aera Caesariana est appellata. *Asia* enim hic intelligenda est ea ipsa, quae post annos septemdecim in Nummis Octauii Caesaris ASIA RECEPTA nominatur, hoc est, Syria proprie dicta. Sic in nummo Traiani Imp. ad annum ipsius nonum legimus, ARAB. ADQVIS. hoc est, *Arabia adquisita:* non tamen capta, sed facta populo Romano foederata. Militabat scilicet Octauius anno aetatis suae circiter sextodecimo, sub auunculo suo Caesare Dictatore, cum repulsam ab eo passus est in Magisterio equitum, vt Plinius refert, L. VII. sect. 46. Sed caue hic pro Asia Africam cogites: tum quia *Adquisita* prouincia non dicitur, quae sit tota bello capta; nec si bello a Caesare Dictatore capta Africa foret, *Adquisita* diceretur, sed RECEPTA: quippe quae iam olim a Scipione capta, et a Sulla Felice, sic enim in nummis legitur, vt dictum est, ASIA haec ipsa RECEPTA ab Augusto, quae nunc dicitur ab eius auunculo *adquisita:* Parthis nimirum, postquam acquisita fuerat, eam rursus sibi vindicantibus. Nec vero propter ciuilem victoriam prouincia, in qua gestum est ciuile bellum, *adquisita* vel *capta* propterea dicitur, nisi rebellarit: quam ob causam HISPANIA RECEPTA ab Augusto legitur, nimirum quae Pompeio se dediderat. Denique nec ciuiles victorias Caesar voluit omnino commemorari, nedum in nummis consignari: quae causa est quamobrem nulla eiusmodi victoria prorsus in illis picta appareat. Bellum autem quod in Africa gestum est sub Caesare, tantum ciuile fuit: quin imo, ne bellum quidem, Caesaris comitate ac Venere Victrice motibus cito compositis compressisque At iuuentam illam ipsam, quam Plinius hic commemorat,

tum patris, ad nomen ingens capeſſendum. (XXIX.) Exiſtunt o. eaedem coronae p. circa Lunam, et circa nobilia aſtra, caelo [1] quoque inhaerentia.

XXIX. Circa Solem arcus apparuit, q. L. Opimio [2], Q. Fabio conſulibus; orbis r. L. Portio [3], M. Acilio.

*1. Caeloque. M. 2. Opimio III. et Q. Fabio II. Conſulib. Vet. Cb. 3. C. Portio. Al.*

rat, repraeſentat affabre nummus aureus e Theſauro Regio, et apud D. de Cleſues: cuſus A. V. C. DCCX, quo Dictator occiſus eſt: C. CAESAR DICT. PERP. PONT. MAX. *Caius Caeſar Dictator perpetuo, Pontifex Maximus.* Caput Iulii laureatum .)(. C. CAESAR COS. PONT. AVG. *Caius Caeſar Conſul, Pontifex, Augur.* Caput Octauii Caeſaris nudum, ob reuerentiam Dictatoris et Pontificis! Maximi. D. Vaillant nummum illum *rariſſimum* vocat. H.

o. *Exiſtunt eaedem)* Haec totidem verbis Ariſtot. L. III. Meteor. c. 2. p. 574. τῆς μὲν ἓν ἄλω φαίνεται πολλάκις κύκλος ὅλος, καὶ γίγνεται περὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ περὶ τὰ λαμπρὰ τῶν ἄστρων, etc. Seneca, L. I. Nat. Quu. c. 2. p. 833. *Hae coronae noctibus fere circa Lunam, et alias ſtellas notantur: interdiu raro: adeo vt quidam ex Graecis negauerint eas omnino fieri, cum illos hiſtoriae coarguant.* Et c. 10. p. 838. *Arcus ſolares, lunaresque omnes ſunt, coronae, omnium ſiderum.* Corona circa Lunam viſa Pariſiis, die decima Aprilis, anno 1683. hora nona veſpertina. H.

p. *Coronae circa lunam)* Coronas hic vocat quod Graeci ἁλῶνας, et Latini areas: quando videlicet circa Solem, vel Lunam, vel aliam claram ſtellam circulus conſpicitur. Cuiuſmodi depictas videbis apud Corn. Gem Coſmocrit. lib. II. c. 6. et 8. *Dalec.*

q. *L. Opimio)* L. Opimius Nepos, et Q. Fabius Maximus Allobrogicus, geſſere Conſulatum, A. V. C. DCXXXIII. vt dicetur L. XIV. ſect. 16. H.

r. *L. Portio)* L. Portius Cato, Cenſorii Catonis nepos, et M. (hoc eſt, Manius, non Marcus,) Acilius Balbus Conſules fuere A. V. C. DCXL. Portio praenomen Caii donant Iul. Obſequens, et Caſſiodorus. At MSS. omnes Plinii, librique editi, *L. Portio*, conſtanter exhibent. H.

Acilio. Circulus rubri coloris, L. s. Iulio, P. Rutilio coss.

XXX. Fiunt prodigiosi, et longiores Solis t. defectus: qualis occiso Dictatore Caesare, et Antoniano bello, totius paene anni pallore continuo.

XXXI. Et rursus v. plures x. Soles simul cernuntur; nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo: numquam iuxta, nec contra terram: nec noctu:



s. *L. Iulio)* A. V. C. DCLXIV. ex Fastis et ex Iulio Obsequente, fuere Consules L. Iul. Caesar, P. Rutilius Lupus. H.

t. *Solis defectus)* Citra eclipsium hic defectus fuit, vt monet Petauius, L. X. de Doctr. Temp. c. 63. p. 269. nebularum globus toto anno sub Sole visus, Solis corpus pallidum ac sine fulgore propemodum vllo reddebat, inquit Plutarchus in Caesare, p. 742. Ὅλον γὰρ ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὠχρὸς μὲν ὁ κύκλος καὶ μαρμαρυγὰς ἐκ ἔχων ἀνέτελλεν, etc. Vide etiam Dionem L. XXV. p. 278. Describitur hic Solis defectus, vel quocumque alio nomine appellari lubet, a Virgilio, L. I. Georg. v. 466. *Ille etiam extincto miseratus Caesare Romam; Quum caput obscura nitidum ferrugine texit, Impiaque aeternam timuerunt saecula noctem.* H.

v. *Et rursus)* Quae de parheliorum situ ac tempore placita nunc Plinius refert, ea plane ad verbum Aristoteles habet, L. III. Meteor. c. 2. p. 575. Singulorum huius doctrinae capitum causas investigat idem ille Philosophus, c. 6. p. 582. et 583. De iis Seneca, L. I. Nat. Quu. c. 11. p. 838. *Quid eas vocem? Imagines Solis? Historici Soles vocant, et binos ternosque apparuisse memoriae tradunt: Graeci παρήλια appellant, quia in propinquo fere a Sole visuntur, aut quia accedunt ad aliquam similitudinem Solis* Anno 1671. die Maii, hora 5 matutina, Carnuti in Gallia corona circa Solem visa est, in qua duo parhelia, caelo sereno, sine vlla nube. H.

x. *Plures soles simul cernuntur)* Quos historici Soles, Graeci παρήλια vocant: nostri vero virgas nominant. Fiunt autem quando nubes ex latere Solis vel orientis, vel occidentis collocata, velut speculum εἴδωλον seu imaginem Solis recipit atque exprimit. Exempla aliquot recenset Corn. Gem. Cosmocrit. lib. I. c. 8. *Dalec.*

ſed aut oriente, aut occidente. Semel y. et meridie conſpecti in Boſphoro produntur, qui a matutino tempore durauerunt in occaſum. Trinos z. Soles antiqui[1] ſaepius videre: ſicut Sp. a. Poſtumio, Q. Mutio: et Q. b. Marcio, M. Portio: et M. c. Antonio, P. Dolabella: et M. d. Lepido, L. Planco coſſ. Et noſtra aetas vidit Diuo Claudio principe, conſulatu e. eius, Cornelio Orſito collega. Plures f. ſimul,

1. *Et antiqui. M.*

y. *Semel in meridie)* Vetus lectio, *Semel et meridie.* Exemplaria conſentiunt. Mox poſt ſingula paria Conſulum adiecimus coniunctionem, quo euidentius anni ab inuicem ſecernerentur. *Gelenius.*

z. *Trinos Soles)* Familiare eſt, vt cum duos vel tres Soles apparuiſſe dicimus, Solem quoque verum, et non παρηλίας, ſpuriosue dumtaxat, eo numero comprehendamus. Exempla, praeter Pliniana, ſuppeditant Iulius Obſequens, c. 92. p. 50. aliique. H.

a. *Sp. Poſtumio)* Sp. Poſtumio Albino Paulo, Q. Mucio Scaeuola Coſſ. A. V. C. DLXXX. quo anno tres ſimul Soles effulſiſſe Liuius pariter auctor eſt, L. XLI. p. 528. H.

b. *Et Q. Marcio)* Q. Marcius Rex, et M. Porcius Cato, Conſules fuere, A. V. C. DCXXXVI. H.

c. *Et M. Antonio)* Quo anno interfectus eſt Caeſar. Hoc quoque refert Iul. Obſequens, laudandus a nobis in Nat. et Em. N. XXVII. (p. 288.) et Hieron. in Chron. H.

d. *Et M. Lepido)* Iul. Obſequens, c. 130. p. 72. *M. Lepido, Munatio Planco Coſſ. Soles tres circiter hora tertia diei viſi, mox in vnum orbem contracti.* Id contigit altero poſt Caeſaris necem anno. H.

e. *Conſulata eius)* Cum quintum Conſul eſſet, Ser. Corn. Scipione Orſito Collega, anno imperii Claudii vndecimo, Chriſti quinquageſimo primo. H.

f. *Plures ſimul)* Gaſſendus in L. X. Laertii, c. de Parheliis, p. 1131. viſos ſex eſſe in Polonia ſcribit, anno 1625. Scheinerum vero obſeruaſſe Romae quinque, die 20 Martii 1629. Septem etiam, anno ſequente 1630. die 24. Ianuarii. Addit autem p. 1134. nihil obeſſe quin apparere ſimul parhelii ſaltem vndecim poſſint. H.

mul, quam [1] tres, visi, ad hoc aeui nunquam produntur.

XXXII. Lunae g. quoque trinae, vt Cn. Domitio, C. Fannio Consulibus, apparuere: quos [2] plerique appellauerunt Soles nocturnos.

XXXIII. Lumen h. de caelo noctu visum est, C. i. Caecilio *, Cn. Papirio Consulibus, et k. saepe alias, vt diei species noctu [3] luceret.

XXXIV. Clypeus l. ardens ab occasu ad ortum scintillans transcurrit, Solis occasu L. Valerio, C. Mario Consulibus.



1. *Quam tres simul. Chiff.* 2. *quod M. et Chiff.* * *C. Coelio Gr. et Al.* 3. *nocte. M. et Chiff.*

g. *Lunae quoque trinae)* Παρασελήνη, dicitur, et eandem habet causam materialem et efficientem, quam parelius. *Dalec.*

*Lunae quoque)* παρασελήνας seu spurias Lunas appellant: de quibus eadem quae de parheliis, seruata proportione dicenda videntur. Iul. Obsequens, c. 92. p. 50. *Cn. Domitio, C. Fannio Coss. in Gallia tres Soles, et tres Lunae visae.* Fuit is annus V. C. DCXXXII. Aliud exemplum refert Plutarchus in Marcello, p. 299. H.

h. *Lumen de caelo noctu visum.)* Nihil aliud est quam chasma supradictum. *Dal.*

*Lumen)* Milichius hoc nihil aliud esse putat quam chasma superius explicatum sect. 26. Rectius Gassendus in Epicuri Philos. p. 1137. fulgorem esse opinatur, qui aliquando nocte intempesta, et silente etiam Luna, totum septemtrionalem tractum ita occupat, vt claram auroram mentiatur: vnde et *Aurora Borea* ab aliquibus dicitur. Possunt etiam viuaciores quidam fulgores, qui aliquando siue in ortum progrediuntur, siue in occasum. H.

i. *Caio Caecilio)* A. V. C. DCXLI. Consulatum iniere C. Caecilius Metellus, et Cn. Papirius Carbo. Refert hoc ipsum Iul. Obsequens, c. 98. p. 52. H.

k. *Et saepe alias)* Vide Iul. Obseq. c. 73. p. 40. et c. 86. p. 46. et c. 131. p. 73. Liuium quoque L. XXVIII. p. 323. et L. XXIX. p. 343. H.

l. *Clypeus)* Iul. Obseq. c. 105. p. 56. *C. Mario, L. Valerio Coss. sub occasu Solis, orbis clypei similis, ab occidente ad orientem visus praeferri.*

Fuit

XXXV. Scintillam e ſtella cadere, et augeri terrae appropinquantem, ac poſtquam m. Lunae [1] magnitudine facta ſit, illuxiſſe n. ceu nubilo die [2]; dein cum in caelum ſe reciperet, lampadem o. factam, ſemel vnquam proditur, Cn. p. Octauio. C. Scribonio coſſ. Vidit [3] hoc Syllanus q. Proconſul cum r. comitatu ſuo.

XXXVI.

1. *In Lunae magnitudine. M.* 2. *Sic ex MSS. Hard. ſeu nubilo die M. et Chiffl. diei Gr.* 3. *Vidit id Syllanus. Licinius Syl. Gr. M. et Chiff. nulla Licinii facta mentione.*

Fuit hic ſextus Marii conſulatus, A. V. C. DCLIV. Clypeorum in aere apparentium meminit Seneca L. I. Nat. Quu. c. 1. p. 833. et L. VII. c. 20. p. 924. H.

m. *Poſtquam in Lunae magnitudinem facta ſit)* Sic alii leg. ſed miror, cur hic Hebraiſmus placuerit. Sic enim illi loquuntur, *Factus eſt mihi Deus in protectorem, et in locum refugii.* Noſtri codd. habent, *Lunae magnitudine. Gelen.*

n. *Ceu nubilo)* Tantum illuxiſſe noctu, quantum cum nubilus eſt dies, ſolet lucere. H.

o. *Lampadem)* Hic eſt, vt quidem reor, cometes lampadias, de quo ſect. 22. H.

p. *Cn. Octauio)* A. V. C. DCLXXVIII. Cn. Octauio, C. Scribonio Curione Coſſ. H.

q. *Silanus Proconſul)* Fuit hic Decimus Iunius Silanus, qui Conſulatum geſſit aliquanto poſt cum Licinio Muraena, A. V. C. DCXCII. Vide Not. et Emend. N. XXVIII. (hic inſertas) *Silanus Proconſul)* In libris hactenus editis legebatur, *Vidit hoc Licinius Syllanus Proconſul*, cum MSS. codd. vt Dalecampius de Chifletio et alio vetere teſtatur, nullam Licinii mentionem faciant. Regius 2 codex totidem plane litteris et apicibus ſcripſit, vti nos edi curauimus. Perilluſtris tamen Romae Silanorum familia fuit, in Licinia gente, ex qua fuit A. LICINIVS NERVA SILANVS IIIVIR Monetalis et ΣΙΛΑΝΟΣ in nummis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ: et M. Silanus nepos neptis Auguſti, pater Neruae Caeſaris Imp. Quamobrem ipſe ΣΙΛΑΝΟΣ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ Proconſul hic verius deſignari a Plinio nunc videtur, quam Iunius, ſi quis fuit. H.

r. *Cum comitatu ſuo)* Comitatus dicitur clientela ſequens

XXXVI. Fieri videntur, et diſcurſus s. ſtellarum, nunquam temere, vt non ex ea parte truces t. venti cooriantur.



quens dominum: *la ſuite:* et pro Curia Principum in Iure ſubinde accipitur: *la Cour.* Caue tamen in nummo perpulcro aureo, e Cimelio Sereniſſimae Duciſſae Aurelianenſis, de alterutro comitatu intelligas tituſum inſcriptum his litteris: COMITATVS AVGG. Priore nummi parte legitur, CONSTANTIVS N. C. *Nobiliſſimus Caeſar*: caput laureatum. Poſteriore ſunt Auguſti duo paludati, in equis, dextris elatis, ſiniſtris tenent baculos imperatorios, *leurs baſtons de commandement.* Infra, P. T. *Prima Treuerenſis.* Sed vbi vox vna eſſe COMITATVS falſo creditur; totidem ibi fere voces, quot litterae ſunt: integra autem haec ſententia: *Conſtantio Obeunte Magiſtratum I primae Treuerenſis*, haec pars prior inſcriptionis eſt: altera, *Auguſta Treuerorum Victores ſuſcepit* AVGG *uſtos*, Diocletianum nimirum et Maximianum. Quoniam honori Conſtantii Caeſaris hic nummus cudebatur, idcirco etiam in auerſa ſuperficie, quae pictos exhibet Auguſtos, ipſe ſtatim appellatur, littera eius nominis prima a reliquis ſeiuncta, honoris cauſa. Fuit ille Conſtantius Caeſar e gente Iulia, quem Chlorum cognominauere. H.

s. *Diſcurſus)* Scintillas et diſcurſus ſtellarum vocat id quod Ptolemaeus traiectiones. Ea de re acute Scalig. aduerſ. Card. exer. 63. *Dal.*

*Diſcurſus).* Non quaſi ſtellae diſcurrant ipſae: ſed cum exhalationes, ſulphureique ſpiritus in aere poſiti accenduntur, concipiuntque flammam, tum ſenſibus noſtris illuditur, ac ſtellas diſcurrere facile credunt oculi. Sic tormentarium puluerem, ſi ſumas, eoque ſolum conſperſeris, longo quidem ſed gracili ductu, admoto ad caput ſeu ductus huiuſce initium igne, ſubſilire quodammodo flammam putes, cum pulvis ſubinde arripit, vnaque alteram continentem accendit, et ſuſcitat. Vide quae diximus in notis ad ſect. 6. et quae Cabeus habet in L. I. Meteorol. text. 20. p. 123. H.

t. *Truces venti)* Vide quae dicturi ſumus, L. XVIII. ſect. 80. H.

XXXVII. Exiſtunt [1] ſtellae et in mari terrisque. (XXXVII.) Vidi nocturnis militum vigiliis, inhaerere x. pilis pro vallo y. fulgorem [2] effigie ea. Et antennis nauigantium, aliisque nauium partibus, ceu * vocali quodam ſono inſiſtunt, vt volucres ſedem ex ſede mutantes: graues, cum ſolitariae venere, mergentesque nauigia: et ſi in carinae ima deciderint, exurentes: geminae autem ſalutares, et proſperi curſus praenunciae: quarum aduentu fugari diram illam ac minacem, appellatamque Helenam z., ferunt. Et ob id Polluci a. et Caſtori id numen aſſignant: eosque in mari deos invocant. b. Hominum quoque

1. *Ex bis tunc procellae etc. M.* 2. *Fulgurum effigies. Ex. etc. V. et M.* * *ſeu Gr.*

x. *Inhaerere pilis)* Seneca, Nat. Quu. c. 1. p. 832. *Cylippo*, inquit, *Syracuſas petenti, viſa eſt ſtella ſuper ipſam lanceam conſtitiſſe. In Romanorum caſtris viſa ſunt ardere pila, ignibus ſcilicet in illa delapſis.* H.

y. *Fulgorem effig e ea)* Graeci hoc meteoron vocant πολυδεύχεα. Latini Caſtorem et Pollucem. *Dalec.*

*Effigie ea)* Nempe ſtellarum effigie. H.

z. *Helenam)* Solinus expoſitis multis malis, quae adfert mulierum ſanguis menſtruus: *Habet*, ait, *plane id ſolum ſalutare, quod auertit ſidus Helenae, perniciosiſſimum nauigantibus.* Apollo tamen in Oreſte apud Euripidem, ſalutarem nautis Helenam eſſe pronuntiat: ζηνὸς γὰρ ἔσαν ζῆν νὶν ἀφθιτὸν χρωὲ Κάστορί τε, πολυτεύκειτ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς σύνθακος ἔσαι ναυτίλοις σωτήριος. *D.*

a. *Polluci et Caſtori)* Haec Seneca paulo vberius l. c. Galli et Hiſpani circa mediterraneum mare, S. Hermi, aut S. Telmi ignes appellant: Itali, SS. Petri et Nicolai. De his ignibus mira Funerius narrat, in Hydrogr. L. XV. c. 20. p. 539. H.

b. *Hominum quoque capita veſpertinis horis)* Superfluit vlmum verbum, in ſcript. lect. *P.*

*Hominum quoque capita veſpertinis horis)* Sic apud Virgilium 2. Aeneid. ſub finem, caput Iulii ardere viſum. *Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iulii Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli Lambere flamma comas, et circum tempora paſci.* Dalec.

quoque capita veſpertinis horis, magno praeſagio circumfulgent. Omnia c. incerta ratione, et in naturae maieſtate abdita.

XXXVIII. Hactenus de mundo ipſo [1], ſideribusque. Nunc reliqua caeli memorabilia. Namque et d. hoc caelum appellauere maiores, quod e. alio nomine aera: omne quod inani ee. ſimile, vitalem hunc ſpiritum fundit. Infra f. Lunam haec ſedes, multoque inferior, (vt animaduerto propemodum conſtare) infinitum ex ſuperiore natura aeris, infinitum [2] et terreni halitus miſceus, vtraque ſorte confunditur. Hinc g. nubila, tonitrua, et alia [3] fulmina.

Γ 5

1. *Sic ex MS. Gr. conſentit M. et Chiff. de ipſo mundo Gr.* 2. *haec dictio in vetuſtis non leg.* 3. *illa fulmina, emphaticῶs.*

c. *Omnia incerta)* Libet hic exclamare cum Seneca l. c. *Ergo tu in tantis erroribus es, vt exiſtimes Deos mortium haec ſigna praemittere.* H.

d. *Et hoc caelum)* Ita Pacuuius a nobis laudatus in Not. ad ſect. 4. H.

e. *Quod alio nomine aëra)* Elegantiſſimi ſunt verſus Pacuuii in Chryſe, de aëre. *Hoc vide circum ſupraque quod complexu tenet Terram, quod noſtri caelum memorant, Graeci perhibent aethera. Quicquid eſt hoc, is omnia format, animat, auget, aiit, ſerit, Sepelit, recipitque in ſe omnia, omniumque idem eſt pater; Indidemque eademque oriuntur, de integra aeque eadem occident.* Vide ſupra caput primum, et Varr. de ling lat. lib. IV. *Dal.*

ee. *Inani ſimile)* Videri enim propter raritatem non poteſt. *Dalec.*

*Inani ſimile)* Id quidem eſſe huiuſmodi plebi videtur, ob raritatem et tenuitatem. H.

f. *Infra Lunam haec ſedes multo inferior (vt animaduerto propemodum conſtare infinitum) ex ſuperiore natura aeris, et terreni halitus miſcens, vtraque ſorte confunditur)* Planior lectio, *Infra Lunam haec ſedes multoque inferior (vt animaduerto propemodum conſtare) infinitum ex ſuperiore natura aeris, infinitum et terreni halitus miſceus, vtraque ſorte confunditur.* Atteſtantur ambo exemplaria. *Gelen.*

g. *Hinc nubila, tonitrua et alia*

mina. Hinc grandines, pruinae, imbres, procellae, turbines. Hinc plurima mortalium mala, et rerum naturae pugna h. ſecum. Terrena in caelum tendentia deprimit ſiderum vis, eademque quae ſponte non ſubeunt, ad ſe trahit [1] Decidunt imbres, nebulae ſubeunt, ſiccantur amnes, ruunt grandines, torrent radii, et terram in medium vndique impellunt. Iidem infracti reſiliunt: et, quae potuere [2], auferunt ſecum. Vapor i. ex alto cadit, rurſumque in altum redit. Venti ingruunt inanes, iidemque cum rapina remeant. Tot animalium hauſtus ſpiritum e ſublimi trahit. At ille contra nititur, tellusque, vt k. inani caelo ſpiritum infundit. Sic vltro citroque commeante natura, vt tormento aliquo, mundi l. celeritate diſcordia accenditur. Nec m. ſtare pugnae licet, ſed aſſidue rapta convoluitur, et circa terram immenſo [3] rerum n. cauſas

1. *Sic et Chiff. trahunt Gr.* 2. *Potauere, forſan legendum eſſet.* 3. *Sic. ex MSS. Hard. conſentit M. et Chiff. rerum quaſi globo, tendit etc. Gr.*

*alia fulmina)* Legendum puto, *et illa fulmina*, vulgato more addendi id pronomen, vbi agitur de re memoranda. Fulminum autem mirandos effectus pete ab Ariſtotele, Seneca, et infra Plinio. *Pint.*

*Hinc nubila, tonitrua, et illa fulmina)* Enumeratio eſt impreſſionum, quae in aëre fiunt, ex congreſſu et pugna contrariarum qualitatum. *Dalec.*

h. *Pugna ſecum)* Ex congreſſu contrariarum qualitatum, frigiditatis et caloris. Hic locus videtur expreſſius ab Ariſt. L. de mundo, c. 2. p. 602. H.

i. *Vapor)* Calor. H.

k. *Vt inani caelo)* Quaſi exhauſto caelo, tot animalibus inde ſpiritum trahentibus, rependit tellus ac regerit de ſuo vapores, qui caeli iacturam cum fenore farciant. H.

l. *Mundi)* Caeli aſſidue rotata vertigine. H.

m. *Nec ſtare)* Nec quies aut mora in ea pugna vlla eſt. H.

n. *Rerum cauſas)* Rerum omnium effectrices cauſas immenſo

ſas globo, oſtendit, ſubinde per nubes caelum o. aliud 4 obtexens. Ventorum hoc regnum. Itaque praecipua eorum natura ibi, et ferme reliquas 5 complexa cauſas: quoniam et tonitruum, et fulminum iactus, horum violentiae plerique aſſignant. Quin et ideo lapidibus pluere interim, quod, vento p. ſint rapti, et multa ſimiliter. Quam ob rem plura ſimul dicenda ſunt.

XXXIX. Tempeſtatum q., rerumque quasdam ſtatas 6 eſſe cauſas; quasdam vero fortuitas, aut adhuc rationis incompertae, manifeſtum eſt. Quis enim aeſtates, et hyemes, quaeque in temporibus annua vice intelliguntur, ſiderum motu fieri dubitet?

*4. Aliud atque aliud. Vet. 5. complexa a ſe. M. 6. ſtatutas. M.*

menſo globo oſtendit, *nempe ſidera.* H.

*Rerum cauſas)* Sidera tum vaga, tum quae affixa caelo ſunt, quorum efficientia res inferiores omnes gigni creduntur, et contineri. H.

o. *Caelum aliud)* Inſtar alterius caeli nubes habent, quae noſtris oculis obtenduntur, *eripiuntque ſiderum.* H.

p. *Quod vento)* Turbine ſeu typhone arrepta ſaxa grandinante alio. Vide quae dicturi ſumus ſect. 49. Legimus eſſe vallem in India, e qua lapides ſic excitati, deinceps deciderint. Lapidum pluuiam ad ſingulos paene annos, atque ad faſtidium prae ceteris commemorat Liuius. Videntur ii porro lapides multo veriſimilius grandinei fuiſſe, ſed inſignis magnitudinis, et a quibus ſtrages edi poſſet ingens. Facit ad hoc ſacrorum etiam codicum auctoritas: vbi poſtquam Deus dicitur *miſiſſe lapides de caelo magnos*, ſubiicitur: *Et interfecti ſunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos filii Iſrael interfecerunt gladio.* H.

q. *Tempeſtatum, rerumque quaſdam ſtatas eſſe cauſas)* *Statas tempeſtates* vocat ſimpliciter ortus et occaſus ſiderum, qui certis temporibus ac vicibus oriuntur et occidunt: fortuitas quae nulla certa caeleſti ratione gubernantur. *Dalec.*

tet? Vt Solis ergo [1] natura temperando intelligitur anno, sic reliquorum quoque siderum propria est quibusque vis, et ad suam cuique [2] naturam fertilis. Alia r. sunt in liquorem soluti humoris fecunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines: alia flatus, alia teporis, alia s. vaporis, alia roris, alia rigoris. Nec vero haec tanta debent existimari, quanta cernuntur: cum esse eorum nullum minus Luna tam immensae altitudinis ratio declaret. Igitur in suo quaeque motu naturam suam exercent: quod manifestum Saturni t. maxime transitus x. imbribus faciunt. Nec mean-

1. *sic ex MSS. Hard. consentit Ch. Ergo vt Solis Gr.* 2. *cuiquam Gr.*

r. *Alia sunt )* Alia sunt sidera ad imbres gignendos soluto humore fecunda. H.

s. *Alia vaporis)* Caloris. H.

t. *Saturni maxime )* Si vel cum Saturno iungatur aliud sidus, vel transeat idem ad alterum quod Saturno opponatur: aiunt Astrologi fieri quas dicunt Apertiones Portarum, seu Valuarum, cataractarumque: hoc est insignes tempestatum mutationes per vehementes ventos, imbres, tonitrua, grandines, etc. non modo cum planetae, quorum sunt naturae oppositae, sese aspectu etiam opposito quadratoue respiciunt: sed maxime etiam, cum Luna relinquens vnum planetam, eiusue aspectum fertur ad planetam, aspectumue eius, qui praecedenti oppositus est. Sic enim dum Luna fertur a Saturno ad Solem, aut contra, fiunt caligines, nubes densae, vis incursusque pluuiarum, etc. Celebrant vero etiam maxime prae caeteris ipsam coniunctionem. Nam si applicetur, inquiunt, v. g. Mercurius ad Saturnum, erit obscurus, pluuius, ac vehemens ventus, etc. Denique prout Saturnus, aliusue planeta stellam perstringit vnam ex iis, quae sunt affixae caelo, huius tum vires credunt augeri: ipsumque etiam Martem prope Pleiadas meantem creare imbrium copiam vehementiorem volunt: multoque magis Saturnum. H.

x. *Transitus)* Transitum hunc vulgo apertiones portarum vocans. *Dalec.*

meantium modo ſiderum haec vis eſt, ſed multorum etiam adhaerentium caelo, quoties errantium acceſſu impulſa, aut coniectu radiorum exſtimulata ſunt: qualiter in γ. Suculis ſentimus accidere, quas ζ. Graeci ob id pluuio nomine Hyadas appellant. Quin et ſua a. ſponte quaedam, ſtatisque [1] temporibus, b. Hoedorum [2] exortus. Arcturi vero ſidus non ferme ſine procelloſa grandine emergit.

XL.

1. *Statutisque. M.* 2. *vt hoedorum Gr.*

γ. *In Suculis)* Sunt ſeptem ſtellae obſcurae, praeter eam quae λαμπάδιας a Graecis dicitur, connumeratisque duabus ad exortum cornuum, iis namque amiſſis alii quinque tantum numerant, in capite tauri, eſtque vehemens ſidus terra ac mari. Vide inf. cap. 26. lib. XVIII. et Henr. Decimat. lib. de ſtell. pag. 31. et 108. Ceterum de vniuerſae huius artis inventoribus Vitruu. Archit. libro IX. cap. 8. Vbi tamen procul dubio legendum *Eudoxus*, *Euctemon*, *Calippus*, *Meton*, *etc.* Incertitudinem autem notat, nec artem ſed fortuitam tantum congnationem eſſe contendit Geminus εἰσαγωγ. pag. 209. vbi tamen egregie explicat methodum, quam veteres hac in re indaganda obſeruauere. *Idem.*

*Qualiter in Suculis)* Coniunctione Martis aut Saturni, vt plane modo diximus, aliorumue errantium. H.

ζ. *Quas Graeci ob id)* Ab eo quod eſt ὕειν, inquit Tullius Tiro, apud Gellium, L. XIII. c. 9. p. 668. Vide quae dicturi ſumus, L. XVIII. ſect. 66. H.

a. *Sua ſponte.)* Quamuis non aliorum ſiderum acceſſu impellantur, exſtimulenturve radiis: hoc eſt, quamuis neque coniuncta ſint, neque oppoſita vlli errantium ſtellarum. H.

b. *Hoedorum)* Dicetur de his ſideribus multo opportunius, L. XVIII. ſect. 74. Reſpicere mihi hoc loco Plinius videtur ad illud Virgilii Georg. L. I. v. 204. *Praeterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis, Hoedorumque dies ſeruandi, et lucidus Anguis, Quam quibus in patriam ventoſa per aequora vectis*, etc. H.

tet? Vt Solis ergo [1] natura temperando intelligitur anno, ſic reliquorum quoque ſiderum propria eſt quibusque vis, et ad ſuam cuique [2] naturam fertilis. Alia r. ſunt in liquorem ſoluti humoris fecunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines: alia flatus, alia teporis, alia s. vaporis, alia roris, alia rigoris. Nec vero haec tanta debent exiſtimari, quanta cernuntur: cum eſſe eorum nullum minus Luna tam immenſae altitudinis ratio declaret. Igitur in ſuo quaeque motu naturam ſuam exercent: quod manifeſtum Saturni t. maxime tranſitus x. imbribus faciunt. Nec mean-

1. *ſic ex MSS. Hard. conſentit Ch. Ergo vt Solis Gr.* 2. *cuiquam Gr.*

r. *Alia ſunt )* Alia ſunt ſidera ad imbres gignendos ſoluto humore fecunda. H.

s. *Alia vaporis)* Caloris. H.

t. *Saturni maxime )* Si vel cum Saturno iungatur aliud ſidus, vel tranſeat idem ad alterum quod Saturno opponatur: aiunt Aſtrologi fieri quas dicunt Apertiones Portarum, ſeu Valuarum, cataractarumque: hoc eſt inſignes tempeſtatum mutationes per vehementes ventos, imbres, tonitrua, grandines, etc. non modo cum planetae, quorum ſunt naturae oppoſitae, ſeſe aſpectu etiam oppoſito quadratoue reſpiciunt: ſed maxime etiam, cum Luna relinquens vnum planetam, eiusue aſpectum fertur ad planetam, aſpectumue eius, qui praecedenti oppoſitus eſt. Sic enim dum Luna fertur a Saturno ad Solem, aut contra, fiunt caligines, nubes denſae, vis incurſusque pluuiarum, etc. Celebrant vero etiam maxime prae caeteris ipſam coniunctionem. Nam ſi applicetur, inquiunt, v. g. Mercurius ad Saturnum, erit obſcurus, pluuius, ac vehemens ventus, etc. Denique prout Saturnus, aliuſue planeta ſtellam perſtringit vnam ex iis, quae ſunt affixae caelo, huius tum vires credunt augeri: ipſumque etiam Martem prope Pleiadas meantem creare imbrium copiam vehementiorem volunt: multoque magis Saturnum. H.

x. *Tranſitus)* Tranſitum hunc vulgo apertiones portarum vocans. *Dalec.*

meantium modo siderum haec vis est, sed multorum etiam adhaerentium caelo, quoties errantium accessu impulsa, aut coniectu radiorum exstimulata sunt: qualiter in y. Suculis sentimus accidere, quas z. Graeci ob id pluuio nomine Hyadas appellant. Quin et ina a. sponte quaedam, statisque [1] temporibus, b. Hoedorum [2] exortus. Arcturi vero sidus non ferme sine procellosa grandine emergit.

XL.

1. *Statutisque. M.* 2. *vt hoedorum Gr.*

y. *In Suculis)* Sunt septem stellae obscurae, praeter eam quae λαμπάδιας a Graecis dicitur, connumeratisque duabus ad exortum cornuum, iis namque amissis alii quinque tantum numerant, in capite tauri, estque vehemens sidus terra ac mari. Vide inf. cap. 26. lib. XVIII. et Henr. Decimar. lib. de stell. pag. 31. et 108. Ceterum de vniuersae huius artis inventoribus Vitruu. Archit. libro IX. cap. 8. Vbi tamen procul dubio legendum *Eudoxus, Euctemon, Calippus, Meton, etc.* Incertitudinem autem notat, nec artem sed fortuitam tantum congnationem esse contendit Geminus εἰσαγωγ. pag. 209. vbi tamen egregie explicat methodum, quam veteres hac in re indaganda obseruauere. *Idem.*

*Qualiter in Suculis)* Coniunctione Martis aut Saturni, vt plane modo diximus, aliorumue errantium. H.

z. *Quas Graeci ob id)* Ab eo quod est ὕειν, inquit Tullius Tiro, apud Gellium, L. XIII. c. 9. p. 668. Vide quae dicturi sumus, L. XVIII. sect. 66. H.

a. *Sua sponte.)* Quamuis non aliorum siderum accessu impellantur, exstimulenturve radiis: hoc est, quamuis neque coniuncta sint, neque opposita vlli errantium stellarum. H.

b. *Hoedorum)* Dicetur de his sideribus multo opportunius, L. XVIII. sect. 74. Respicere mihi hoc loco Plinius videtur ad illud Virgilii Georg. L. I. v. 204. *Praeterea tam sunt Arcturi sidera nobis, Hoedorumque dies seruandi, et lucidus Anguis, Quam quibus in patriam ventosa per aequora vectis*, etc. H.

XL. Nam caniculae c. exortu accendi Solis d. vapores[1] quis e. ignorat? cuius ſideris effectus ampliſſimi in terra ſentiuntur. Feruent f. maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, mouentur ſtagna. Orygem g. appellat Aegyptus feram, quum in exortu

1. *Calores. Vet. vide infra cap. 39. lib. XVIII.*

c. *Caniculae exortu accendi Solis, etc.)* Negat profecto magni apud vet. nominis Mathematicus Geminus auctis nonnullis excogitatis ratiunculis εἰσαγ. p. 221. At contra Delrius ſuper Sen. trag. par. vlt. pag. 84. *Dalec. Caniculae)* Sirii. H.

d. *Solis vapores)* Ita conſtanter libri omnes. Vapor hoc loco et L. IX. ſect. 12. aliaſque ſaepius, calorem ſignificat. Sic Horat. Epod. Carm. 3. v. 15. *Nec tantus vnquam ſiderum inſedit vapor Siticuloſae Apuliae.* Loquitur pariter de aeſtu Caniculae. Columella, L. VII. c. 3. de agnis: *Namque id pecus Frigoris impatientiſſimum eſt, nec minus aeſtui vaporis.* H.

e. *Quis ignorat?)* Id poſſit fortaſſis in dubium reuocari, quando certum eſt Caniculam, ceteraque fixa ſidera, ob motum, quem verſus ortum habent, oriri iam et occidere vno circiter menſe tardius, quam illis temporibus: et nihilominus tempeſtates non vno menſe retardari, ſed remanere, vt prius, alligatas Soli. Nam qui magni aeſtus olim erant circiter Iulii medium, quo tempore tunc exoriebatur Canicula, iidem nunc quoque Iulio fiunt, neque tranſferuntur in medium Auguſtum, quo nunc Canicula exoritur: neque verendum eſt tranſlatum iri in Ianuarium poſt decem annorum millia, quo tempore tunc exorietur canis, ſi etiam tum orietur. Vide plura in eam rem apud Gaſſendum, in L. X. Laertii, p. 917. Quamobrem ad Gemini, Petauiique ſententiam L. II. Vranol. c. 10. p. 415. lubens accedo, exiſtimantium hos aeſtus, aliaque effecta, a Sole, non a ſtellis oriri. H.

f. *Feruent)* Vide L. XVIII. ſect. 68. H.

g. *Orygem appellat Aegyptus feram, quam in exortu eius contra ſtare, et contueri tradit, ac velut adorare cum ſternuerit)* Vocem etiam tunc edebat, nec in exortu caniculae tantum hoc faciebat, ſed etiam ſolis ac lunae. Et cur dicit, *ac velut adorare cum ſternuerit?* An reſpexit ad morem veterum, quo ſter-

ortu eius contra h. ſtare, et contueri tradit, ac i. velut adorare, cum ſternuerit. Canes k. quidem toto eo ſpatio maxime in rabiem agi, non [1] eſt dubium.

XLI. Quin partibus l. quoque ſignorum quorundam ſua vis ineſt, at [2] autumnali aequinoctio, brumaque [3], cum m. tempeſtatibus confici ſidus intelligimus.

1. *Nulli dubium eſt. M.* 2. *vt Gr.* 3. *brumaeque. M.*

ſternuentes non tantum ab his qui aderant, ſatulabantur; ſed etiam ipſi ſibi qui ſternuebant, Deum propitium precabantur et adorabant. *Salmaſ.* 474. Vide et infra lib. VIII. c. 53. *Gr.*

*Orygem)* Damaſcius apud Photium in Bibl. cod. 242. p. 1048. ὁ ὄρυξ τὸ ζῶον πταρνύμενος ἀνατέλλειν διασημαίνει τὸν Σῶθιν, *Oryx fera caniculam oriri ſignificat, cum ſternuit.* Idem habet Aelianus, L. VII. Hiſt. Anim. c. 8. Αἰγυπτίων ἀκέω λεγόντων τὸν ὄρυγα συνιέναι τὴν τοῦ Σειρίου ἐπιτολὴν πρῶτον, καὶ μαρτυρεῖσθαι τῷ πταρμῷ αὐτόν. H.

h. *Contra ſtare)* Hunc ritum iiſdem verbis deſcribit Horus Apollo, p. 47. H.

i. *Ac velut adorare)* Nempe demiſſo, vt fit, vi ſternumenti capite. Multum ſe mouet Salmaſius, p. 474. vti haec verba explicet: ſed nihil ſe boni habere tandem confitetur, quod dicat. Fuit cum ex ſupra laudatis auctoribus emendari poſſe coniicerem *ac velut adurare*. Sed nunc retexo me ipſe, nec quidquam muto. H.

k. *Canes quidem)* Vide L. VIII. ſect. 61. H.

l. *Quin partibus)* Nec tota ſolum conſtellatio praecipuas vires habet, ſed et ſingulares quaedam ſiderum partes, quibus in partibus tempeſtatum fieri conuerſio ſolet: quippe eo tempore ex tempeſtatibus, imbribus, ventis, ſidus eſſe peractum, hoc eſt, peruenisſe ad metam, et e quatuor anni tempeſtatibus vnam ſignare intelligimus: ſic Fidiculae ſidus, autumno conficitur: bruma, Vergiliarum, vt dicemus L. XVIII. ſect. 69. et 74. Hunc locum Milichius, ceterique interpretes, non intellexere. Sidus confectum, pro ſolſtitio peracto dixit pariter Plinius, L. XVI. ſect. 36. aliaſque ſaepius. H.

m. *Cum tempeſtatibus confici)* Vſus eſt hypallage, cum dixit *ſidus confici tempeſtatibus*, pro *conficere tempeſtates Dalec.*

mus. Nec imbribus tantum tempeſtatibusque, ſed multis et corporum, et ruris experimentis. Afflantur n. alii ſidere, alii commouentur, ſtatis temporibus, aluo, neruis, capite, mente. Olea o., et populus alba, et ſalices, ſolſtitio [1] folia circumagunt. Floret p. ipſo brumali die ſuſpenſa in tectis arentis herba pulegii, rumpuntur intenta ſpiritu q. membranae. Miretur hoc, qui non obſeruet quotidiano experimento, herbam vnam, quae vocatur heliotropium, abeuntem Solem intueri ſemper, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Iam quidem lunari poteſtate oſtrearum, conchyliorumque, et concharum omnium corpora r. augeri

1. *Sic ex MSS. Hard. conſentit M. et Ch. folia ſolſtitio Gr.*

n. *Afflantur alii ſidere)* Hoc eſt, ſiderantur. Morbi genus eſt, quem Graeci ἀερροβολισμὸν appellant, aut quando, corpus exareſcit et fit tabidum, aut ſit quis velut attonitus. Hoc in coniunctione Saturni cum Venere in Virgine fieri ſolet. *Idem.*

*Afflantur)* Siderantur ſideratio morbi genus eſt, partem aliquam corporis, ipſumque ſaepe totum corpus percutientis ſubito: quod quam repentino eueniat impetu, e caelo vi quadam ſideris euenire putatur. Plautus: *Sideratus eſt, mouere ſe nequit.* H.

o. *Olea etc)* Vide L. XVIII. ſect. 68. H.

p. *Floret ipſo)* Tullius, L. II. de Diuin. p. 224. *Vt enim*, inquit, *iam ſit aliqua in rerum natura cognatio, quam eſſe concedo: multa enim Stoici colligunt: nam et muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri, et pulegium aridum floreſcere ipſo brumali die, et inflatas rumpi veſiculas: et ſemina malorum, quae in his mediis incluſa ſint, in contrarias partes ſe vertere: iam neruos in fidibus aliis pulſis reſonare alios: oſtreisque, et conchyliis omnibus contingere, vt cum Luna creſcant pariter, pariterque decreſcant*, etc. Vide praeterea Gellium L. II c. 8. et Ariſtot. Sect. 20. Probl. 21. p. 774. H.

q. *Spiritu)* Aere incluſo intenti rumpuntur vtres. H.

r. *Corpora augeri, ac rurſus)* Lucilius: Luna alit oſtrea: implet et echinos, muribus fibras et pecu addit. Sola omnium

augeri, ac rursus minui. Quin r. et soricum fibras respondere numero Lunae, exquisiuere diligentiores; minimumque animal formicam s., sentire vires sideris, interlunio semper cessantem. Quo turpior homini insscitia est, fatenti praecipue iumentorum quorumdam in t. oculis morbos cum Luna increscere, ac minui. Patrocinatur u. vastitas caeli [1], immensa,

1. *Rei. M. Vetus sic habet: caeli, immensa altitudine, discreta in etc.*

omnium capitatarum caepa Luna senescente augetur, iuvenescente flaccescit, quasi sideris cursum perosa. Quamobrem eam Pelusiotae in cibis execrantur. *Dalec.*

r. *Quin et soricum)* De his rursum Plinius, L. XI. sect. 76. et L. XXIX. sect. 15. Plutarch. L. IV. Sympos. qu. 5. non de quouis mure hoc affirmat, sed de mygale tantum, hoc est, de araneo mure. H.

s. *Formicam)* Vide L. XI. sect. 36. H.

t. *In oculis morbos)* Vide L. XI. sect. 55. H.

u. *Patrocinatur vastitas caeli immensa discreta altitudine in duo atque septuaginta signa)* Puto legendum alio verborum conceptu, *Patrocinatur vastitas caeli, immensa altitudine discreta in duo, etc.* Praeterea, *quadraginta*, scriberem potius quam, *septuaginta*. Higinius in principio Astronomici: *Rursusque redeuntes ad sphaeram, duo et quadraginta signa nominatim pernumerauimus.* Alphonsus Hispaniae rex, studiorum claritate memorabilior etiam quam regno, quadraginta octo signa in octauo orbe constituit, Ptolemaeum secutus septimo et octauo libro maximae Constructionis. Marcianus libro octauo quadraginta septem ponit. Legendus quoque Vitruuius nono. Illud non praeterierim: Si velit quispiam, vt idem Marcianus tradit, in numerum signorum gestamina ipsorum ascisscere, multo maiorem signorum numerum consurrecturum, proximumque huic Pliniano, quem castigauimus. Exempli gratia: Capram Heniocho superpositam, aut hoedos qui eius humeris sustinentur, aut serpentem quem Ophiuchus tenet, aut Pantheram quam Centaurus gestat. quae sidera velut partes habendae sunt potiorum. *Pintianus.*

menſa diſcreta altitudine x. in duo y. atque [1] LXX. ſigna. Hae ſunt rerum, aut animantium effigies, in quas digeſſere caelum periti. In his quidem mille ſexcentas adnotauere ſtellas, inſignes z. videlicet effectu, viſuue. Exempli gratia, in cauda Tauri ſeptem a., quas appellauere Vergilias; in fronte Suculas; Booten b., qui ſequitur Septemtriones.

XLII.

1. *Atque XL. ex Higinio Martianus 47. numerat. Ptolemaeus et Alfonſus 48.*

x. *Altitudine)* Rectius fortaſſe *latitudine:* haec enim eſt, quae in tot ſigna diſcernitur. H.

y. *Duo atque ſeptuaginta)* Conſentiunt in eum numerum omnia exemplaria. Nihilominus qui plurimas numerant conſtellationes, e veteribus quidem Ptolemaeus, 48 agnoſcit: Keplerus in tabula Rudolph. ſtellarum, p. 105. additis nouis aſtris, quae naucleri obſeruarunt vltra aequatorem tranſgreſſi, omnino habet duo et ſexaginta. Forte Plinius particulas aſtrorum pro integris cenſet, puta Hoedos ab Auriga diſtinctos, Gorgonis caput a Perſeo, a Tauro Pleiadas Hyadasque, Aſellos a Cancro, Vrnam ab Aquario, etc. quo numerus maior excreſcat. Si quid invitis MSS. mutari oporteat, legam *duodequinquaginta:* Tot enim ſunt μορφώσεις ab Hipparcho, Eudoxo, et aliis deſignatae. H.

z. *Inſignes videlicet)* Quid ſi igitur addantur ad hunc numerum eae quae priſcos illos obſeruatores latuerunt, vltra zonam torridam poſitae? Quid ſi praeacutis oculis illa ipſa, quae nouere, cernantur? In Orionis clypeo amplius quadraginta, quatuordecim in Pleiadibus vident, qui ſunt viſus paulo perſpicacioris: teleſcopii beneficio, quadraginta. Sinenſes longe plures habent in numerato, quam nos. H.

a. *Septem)* Fama et opinione vulgi ſeptem eſſe Vergilias, ſiue Pleiadas Aratus ſcribit, conſpici tamen ſex tantum. ἑπτὰ πόροι δὴ ταί-γε μετ' ἀνθρώποις καλέονται. ἓξ οἴαι πέρ ἔασαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσι. ἀ μὲν πῶς ἀπόλωλεν ἀποθῆς ἐκ διὸς ἀχὴ. ἐξ ἃ καὶ γενεηθὲν ἀκάσαμεν ἀλλὰ μαλ' αὕτως εἴρηται ἑπτὰ δὲ ἐλεῖναι ἐπιρρήδην καλέονται· ἓξ οἷαι ἔασαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσι. Homerus Odyſ. μ. tradit cum Pleiades occidunt, Symplegadum ſcopulorum concurſu et colliſu vnam ſemper obteri:

XLII. Extra has cauſas non negauerim exiſtere imbres ventosque: quoniam [1] humidam a terra, alias c. vero propter d. vapores [2] fumidam e. exhalari caliginem certum eſt. Nubesque f. liquore [3] egreſſo in ſublime, aut ex aëre coacto in liquorem, gigni. Denſitas earum, corpusque haud dubio coniectatur argumento, cum Solem obumbrent, perſpicuum alias etiam vrinantibus g. in quamlibet profundam aquarum altitudinem.



1. *Quoniam alias. V.* 2. *ſic ex MSS. Hard. conſentit M. et Chiſt. exhalare Gr. et Al.* 3. *vapore, ex Ariſt.*

teri: ſed alteram in eius locum a Ioue reſtitui, vt earum numerus integer ſit. Vide Athenaeum lib. XI. ἐρίας, Pindarus vocat, tanquam ἀρίας, quod in Tauri cauda ſitae ſint. *Dalec.*

*Septem, quas)* Septem ſunt apud Aratum, et Hipparchum: apud Geminum, ſex: quia vna ex iis nebuloſior eſt: vnde illud Ouidii, Faſt. L. IV. v. 169. *Pleiades incipiunt humeros releuare paternos, Quae ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.* H.

b. *Booten)* Hunc Muſaeus in Leandro tardum vocat, καὶ μὶν ὀπιπτεύων ἐκ ὄψε δύοντα Βοώτην, ἐ θρασὴν ὠρίονα, καὶ ἄβροχον ὅλκον ἁμάξης. Axen, Booten, et Temonem Varro appellat. Septemtriones Homerus ἅμαξάν, Ἄρκτονθ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν. *Dalec.*

*Booten)* Qui etiam Arctophylax vocatur, id eſt, Vrſarum cuſtos, et Bubulcus. H.

c. *Alias vero propter vapores fumidam caliginem exhalare)* Vetus lectio, *exhalari* legit non *exhalare. Pintian.*

d. *Propter vapores)* Propter Solis ardores fumo ſimilem exhalari a terra vaporem. H.

e. *Fumidam) Terrenum vaporem et ſiccum, fumo ſimilem, qui ventos, et tonitrua, et fulmina facit*, inquit, Seneca, L. II. Nat. Quu. c. 12. p. 850. H.

f. *Nubeſque)* Nubeſque fiunt, inquit, partim e vapidis exhalationibus, quae ex terra et aqua ſubeunt in ſublime: partim ex aere ipſo qui concreſcit frigore, atque craſſeſcit. Haec etiam habet Ariſtot. Meteor. L. I. c. 9. p. 540. H.

g. *In quamlibet)* Nimium iſtud ſane, ac praeter verum. Nam piſcatores vnionum maris

XLIII. Igitur non eam inficias, posse h. in has et ignes supérne [1] stellarum i. decidere, quales sereno saepe cernimus, quorum ictu concuti aera verum est, quando et tela vibrata stridunt. Cum vero in nubem peruenerint [2], vaporem k. dissonum [3] gigni, vt l. candente ferro in aquam demerso, et fumidum vorticem volui. Hinc nasci procellas. Et si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens m., fulmina: si n. longiore tractu nitatur,

*1. Supernarum. V. 2. peruenerunt. M. 3. altissonum. V.*

ris Pacifici iuxta Panamam, in Orbe nouo, referunt non infra quindecim cubita aspici a se Solem. Idem affirmant vrinatores Indiae Orientalis ad Ormuzium, vt narrat Fromondus didicisse se a religioso teste, Meteor. L. I. c. 4. art. 2. p. 31. H.

h. *Posse in has et ignes superne)* Fuit haec sententia Epicureorum. At quam falsa, nemo non intelligit. stellae enim non cadunt, nec ignis nisi superius tendit. Vide Arist. 3. Meteor. et Stob. eclog. lib. I. p. 64. *Dalec.*

i. *Stellarum decidere)* Hos ignes ex aethere destillatos, quos nubes incluſos custodiant, causas esse tonitruum, putauit quoque Anaxagoras, teste Seneca, L. II. Nat. Quu. c. 12. p. 850. H.

k. *Vaporem)* Calorem in nube gigni, cum sono incondito. H.

l. *Vt candente ferro)* Sic Anaximes, apud Senecam l. c. c. 17. p. 851. vbi hanc tonitruum causam is affert. *Quidam*, inquit, *existimant ipsum spiritum per frigida atque humida euntem, sonum reddere: nam ne ferrum quidem ardens silentio tingitur. Sed quemadmodum, si in aquam feruens massa descendit, cum multo murmure extinguitur: ita, vt Anaximenes ait, spiritus incidens nubibus tonitrua edit: et dum luctatur, per obstantia et interciſa vadens, ipsa ignem fuga accendit.* H.

m. *Ardens fulmina)* Iterum Seneca l. c. c. 19. *Anaximandrus ait omnia tonitrua sic fieri, vt ex aethere aliqua vis in inferiora descendit. Ita ignis impactus nubibus frigidis sonat. At cum illas interscindit, fulget: et minor vis ignium fulgurationes facit, maior fulmina.* Adde et his quae dicenda sunt ex Tullio, sect. 49. H.

n. *Si longiore)* Planius Seneca l. c. c. 16. *Quid ergo inter*

tur, fulgetra. His findi nubem, illis perrumpi. Et esse tonitrua impactorum ignium o. plagas; ideoque protinus coruscare igneas nubium rimas. Posse p. et repulsu siderum depressum, qui a terra meaverit spiritum, nube cohibitum tonare, natura strangulante q. sonitum dum rixetur, edito fragore cum erumpat, vt in membrana spiritu intenta. Posse r. et attritu dum in praeceps feratur, illum, quisquis est, spiritum accendi. Posse et conflictu nubium elidi vt duorum lapidum, scintillantibus fulgetris.



*inter fulgurationem, et fulmen interest? dicam. Fulguratio est late ignis explicitus: Fulmen est coactus ignis et impetu iactus.* Quae ibi sequuntur, similitudinem continent lectu dignissimam. H.

o. *Ignium)* Quas ignes impacti nubibus efficiunt. H.

*Ignium plagas)* Hoc vberius explanat Seneca l. c. c. 12. *Siccus ille*, inquit, *terrarum vapor, vnde ventis origo est, quia coaceruatus est, cum coitu nubium vehementer impactarum a latere eliditur: deinde vbi latius ferit nubes proximas, plaga et cum sono incutitur: qualis in nostris ignibus redditur, cum flamma vitio lignorum virentium crepat — — Spiritus ille, quem paulo ante exprimi collisis nubibus dixi, impactus aliis, nec rumpi, nec exsilire silentio potest. Dissimilis autem crepitus potest, ob dissimilem impactionem nubium.* H.

p. *Posse et repulsu)* Haec Diogenis Apolloniatae est sententia, quam Seneca explanat vberius l. c. c. 20. p. 852. et c. 27. ac 28. p. 853. H.

*Posse et repulsu siderum depressum qui a terra meauerit spiritum)* Exemplar Tolet. *qui ad terram meauerit spiritum.* Cui lectioni fauent verba quae paulo post sequuntur, *Posse et attritum, dum in praeceps feratur, illum quisquis est spiritum accendi. Pintian.*

q. *Natura)* Natura cohibente sonum, quamdiu rixatur *aer inclusus in nube:* edente fragorem cum erumpit, qualem vter edit plenus aere et intentus, *dum rumpitur.* H.

r. *Posse et attritu)* Hunc modum exprimit Seneca l. c. c. 22. p. 852. vt et alterum, de conflictu nubium. Et c. 3. quaedam potuisse tonitrua confitetur pumicum concursu, et arenarum attritu fieri, in quas ventus impegerit. H.

Sed [1] haec omnia esse fortuita. Hinc bruta s. fulmina et vana, vt quae nulla veniant ratione naturae. His percuti [2] montes, his maria, omnesque alios irritos iactus. Illa vero t. fatidica ex alto, statisque de causis, et ex suis u. venire sideribus.

XLIV. Simili modo x. ventos, vel potius flatus, posse et [3] ex y. arido siccoque anhelitu terrae z. gigni non negauerim: posse et aquis aëra exspirantibus, qui neque in a. nebulam densetur, nec crassescat in nubes: posse et Solis b. impulsu agi: quoniam ventus non aliud intelligatur, quam c. fluxus [4] aëris

1. *Et haec omnia.* 2. *Sic quoque M. Iis p. m., iis etc. Gr.* 3. *et arido siccoque anhelitu. M. et Ch. halitu Gr.* 4. *flatus. M. fluctus Gr.*

s. *Bruta fulmina et vana)* Quae fulmina dicantur vana et quae fatidica infra dicetur c. 54. *Dalec.*

t. *Illa vero)* De quibus dictum est initio huius sectionis. H.

u. *Et ex suis venire)* Praesertim ex tribus superioribus planetis, vti dictum, sect. 38. H.

x. *Simili modo)* Haec totidem verbis Arist. L. II. Meteor. c. 4. p. 558. H.

*Simili modo ventos)* Quidam hic cap. aliud incipiunt de ventis. *Dalec.*

y. *Ex arido siccoque)* Haec est opinio Aristotelis, II. Meteorol. cap. 1. *Dalec.*

z. *Anhelitu terrae)* Ea voce, quam ex MSS. Reg. 1. 2. Chisi. aliisque expressimus, expuncta ea quam editi libri habebant, *halitu*; ea, inquam, vsus est Cicero, cum dixit L. II. de Diuin. p. 228. *placere Stoicis eos anhelitus terrae qui frigidi sint, cum fluere coeperunt, ventos esse.* H.

a. *Neque in nebulam)* Nam, vt recte Seneca, L. V. Nat. Quu. c. 3. p. 895. nullum tempus magis quam nebulosum, caret vento: et minime tum ventus est, cum aer nubilo grauis est. H.

b. *Solis impulsu agi)* Arist. 2. Meteor. ὁ δ' ἥλιος καὶ παύει καὶ συνεξορμᾷ τὰ πνεύματα. *Dalec.*

*Solis impulsu)* Forsan huc pertineat illud Senecae l. c. c. 6. p. 896. *Aliquando per se ipse Sol causa venti est, fundens rigentem aera, et ex denso coactoque explicans.* Vide Plutarch. L. III. de placit. Philos. c. 3. p. 895. H.

c. *Fluxus aeris)* Vide Non. et

aeris: pluribusque etiam modis. Namque et e fluminibus, ac d. ſinubus [1], et e mari videmus, et quidem



1. *Conſentit Conſt. niuibus Gr.*

et Emend. N. XXIX. (hic adnexas.) *Fluxus aeris)* Id maluimus, quam quod libri habent, *fluctus aeris.* Nam Vitruu. L. I. c. 6. p. 12. *Ventus*, inquit, *eſt aeris fluens vnda.* Seneca, L. V. Nat. Quu. c. 1. p. 895. *Ventus*, inquit, *eſt aeri fluens in vnam partem. Fluctus eſt maris in vnam partem agitatio.* Et Ariſtot. L. I. Meteor. c. 13. p. 543. Εἰσὶ δέ τινες οἳ Φασι τὸν καλούμενον ἀέρα, κινούμενον μὲν καὶ ῥέοντα, ἄνεμον εἶναι. Et Hippocr. L. de flatibus, ventum definit, ῥέος ῥεῦμα καὶ χεῦμα, *aeris fluxum et fuſionem.* Et ante eum Anaximander, apud Plutarch. L. III. de placit. Philoſ. c. 7. p. 895. Sed et alia parte hunc locum ſuſpicor eſſe vitiatum, et pro *Solis impulſu*, *ſolo impulſu* legi oportere. Videtur enim tres celebriores complecti opiniones voluiſſe, quae circumferuntur: quippe originem ventorum ſunt qui ad terram, vti Ariſtoteles: ſunt qui ad aquam, vt Metrodorus apud Plutarchum: ſunt denique qui ad aerem agitatum referant, vti Anaximander, aliique auctores proxime appellati. Nam quod ad Solem attinet, is tam comprimit, quam auget flatus, vt dictum eſt ſect. 48. Quamquam agitati aeris cauſam ſcio ab Anaximandro, et Seneca a nobis in notis prioribus laudato, in Solis calorem coniici. H.

*Fluctus aeris)* Plutarch in Cauſ. Nat. Ἀναξίμαχος λέγει ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος. Idem: Στωικοὶ πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν. Ἀναξίμανδρος ῥύσιν ἀέρος, τὸν ἄνεμον ε ι π ε. Achill. Stat. ſuper Arat. pag. 102. vide et Dautis anemograph. *Dalec.*

d. *Ac ſinubus)* Vide Not. et Em. N. XXX. (hic adiectas) Totum hunc locum confer cum Ariſtot. L. de Mundo, c. 4. p. 605. *Ac ſinubus)* Prius legebatur *ac nivibus*, quod ſane inſulſum et experientiae contrarium. Nobis auctor ſic emendandi fuit Seneca l. c. 7. p. 869. *Fortaſſe apparebit quemadmodum fiant* venti, *ſi apparuerint quando et vnde procedant. Primum ergo antelucanos flatus inſpiciamus, qui aut ex fluminibus, aut ex conuallibus, aut ex aliquo ſinu feruntur.* Ἐκ κόλπων prodire, *ex ſinubus*, dixit Ariſtot. L. de mundo, c. 4. p. 605. atque inde ἐγκολπίους dicti, quaſi ſinuales. H.

dem tranquillo e.: et alios quos vocant Altanos f., e terra consurgere. Qui quidem cum e mari redeunt, Tropaei vocantur g.: si pergunt, Apogei. (XLIV. h.) Montium vero flexus crebrique vertices, et i. conflexa [1] cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium sinus, scindentes inaequalitate ideo k. resul-

1. *Aut complexi subito anfractu innumerosa iuga. Vet. M. habet et conflexa subito aut fracta niuium erosa iuga.*

e. *Et quidem tranquillo)* Cum repente intumescit mare, tranquillo aere, et magno strepitu incluſus spiritus erumpit, ingentis procellae praenuntius. Prodigii simile est exemplum quod Furnerius refert, L. XV. Hydrogr. c. 18. p. 537. Haud procul Baiona ventis minime spirantibus, adeo turgescit mare, vt terram vniuersam obducere velle videatur. Quem tumorem dubio procul efficit ventus in terrae visceribus conceptus, et per aquas euolans. Andr. Baccius, L. I. de Thermis, c. 2. H.

f. *Altanos)* Seruius in illud Aen. VII. v. 27. *Quum venti posuere: Flatus omnis*, inquit, *qui est ripae aut pelagi, altanus vocatur.* Iidem ἀπόγειοι a Graecis appellati, quoniam a terra consurgunt, H.

g. *Tropaei)* Venti sunt qui flatu conuerso atque contrario e mari in terram reuertuntur: Apogei, qui e terra oriuntur. De vtrisque Aristot. sect. 26. Probl. Qu. 5. p. 796. ἐναντίον ἐστὶ τῇ ἀπογείᾳ ἡ τροπαία. De Apogeis speciatim, L. de mundo, c. 4. p. 605. οἱ μὲν ἐκ νεοτισμένης γῆς πνέοντες, ἀπόγειοι λέγονται. H.

h. *Echo)* Latinis imaginem dici notat Philargyr. super Virgil. pagina 267. *Dalec.* v. Indic. capit. ad vocem Echo.

i. *Et conflexa cubito aut confracta in humeros iuga concaui vallium sinus)* Depravatissimus est locus. Codex Toletanus, pro *conflexa cubito, complexu subito*, habet, vt forte minus incommode legi possit ad hunc modum, *Aut complexi subito anfractu in numerosa iuga concaui; etc.* Vt sit eadem sententia aliis verbis repetita. *Pintian.*

*Conflexa)* Sinuata in cubitum, aut attollentia sese in plures vertices, seu tumulos, quasi quosdam humeros iuga, H.

k. *Ideo resultantem aera)* *Ideo resultantem aera*, praedicta exemplaria. *Pint.* Gronou. manuit: *Scindunt inaequaliter inde resultantem; etc.*

dein

reſultantem aëra; (quae cauſa etiam voces l. multis in locis reciprocas facit ſine [1] fine,) (XLV.) ventos m.



1. *Iam ſine fine ventos generant quidam etiam ſpecus.*

dein nullam in ſequentibus agnoſcit parentheſin, et ſic interpungit: — *reciprocas facit.* (XLV) *Sine fine ventos generant iam quidam ſpecus*, etc.

l. *Voces multis in locis reciprocas facit)* Auſonius ait Echo aëris et linguae filiam eſſe. Varro in Seſquiulyſſe *Pieridum comes quae tenes cavata puiri gelu montium ſaxa.* Vide Ouid. III. Met. *Dalec.*

*Etiam voces)* Hoc eſt, vt ait ipſe, L. XXXVI. ſect. 23. montes, iuga, conualles, *acceptas voces numeroſiore repercuſſu multiplicant: nomenque huic miraculo Echo a Graecis datum.* H.

m. *Sine fine ventos generant iam quidam etiam ſpecus)* Scribendum puto alio verborum ordine, *Iam ſine fine ventos generant quidam etiam ſpecus.* ex familiari modo loquendi Plinii. *Pintian. Sine fine ventos generant iam, etc)* De ventis vide Ariſtot. de Mundo, cap. 3. et Meteor. lib. II. c. 2. et Achil. Stat. ad Arat. p. 102. et Vitruu. archit. I. cap. 6. et lib. VIII. cap. 2. et Veget. de re mil. lib. IV. c. 38. et Dauth. anemograph. *Idem.*

*Ventos generant)* Vide Not. et Em. N. XXXI. (hic adiectus) *Concaui vallium ſinus, ſcindentes inaequaliter ideo reſultantem aera — ventos generant. Iam quidem et ſpecus, etc)* Hunc locum editores Plinii omnes inſigniter corruperunt, diſtinctis, vbi minime omnium oportebat, capitibus, tota idcirco orationis ſtructura diuulſa. Nos ope codicum R. 1. 2. et Colb. ſanauimus ea vulnera. Sic enim editum eſt in hunc diem: *ſcindunt inaequaliter inde:* vbi MSS. habent, *ſcindentes inaequalitate ideo reſultantem aera*, quae oratio veluti pendens et imperfecta, deſiderare aliquid vltra videtur: id nempe, *ventos generant*: quam illi clauſulam in caput alterum traiecerunt: quod non exemplaribus ſolum vetuſtis, ſed quod amplius eſt, Plinianae maxime ſententiae aduerſatur. Is enim in eo totus habitat, vt ventorum originem variam explanet. E fluminibus, mari, ripa, ſuperiore capite: e montibus, conuallibuſque, iſto in quo verſamur: e ſpecubus denique, rupibus, domibusque naſci ventos prodit capite ſequenti, quod ab iis verbis ducere initium debuit, *Iam quidem et ſpecus*: addunt enim hanc voculam, *et*, MSS. Haec a ſe inuicem diſtra-

generant. Iam quidam n. et ſpecus, qualis in Dalmatiae [1] ora, vaſto in praeceps hiatu, in quem deiecto leui pondere, quamuis tranquillo die, turbini ſimilis emicat procella. Nomen loco eſt Senta. Quin et in o. Cyrenaica prouincia rupes quaedam Auſtro traditur ſacra, quam profanum ſit attrectari hominis manu, confeſtim Auſtro voluente arenas [2]. In domibus etiam multis [3], manu facta incluſa opacitate conceptacula auras ſuas habent, adeo cauſa non deeſt.

XLV. Sed plurimum intereſt, flatus ſit, an ventus. Illos p. ſtatos atque perſpirantes: quos non tractus

1. *Dalmatia, ore vaſto praeceps hiatu.* Chiff. 2. *harenas.* Gr. 3. *Multa madefacta incluſa opacitate conceptacula.* Chiff.

diſtrahere ac diuellere, inſignis cuiuſdam inconſiderantiae fuit. H.

n. *Iam quidam et ſpecus)* De eo argumento Seneca Nat. Quu. L. V. c. 14. p. 898. Montem eſſe refert Gaſſendus in L. X. Laertii, p. 1008. in Prouincia, ad Lanſonem, qui et ad Auſtrum et ad Boream perforatus patet, ventosque ex ſeſe eodem tempore contrarios emittit, quos intra ſe creat: neque putandum eſt ventum egredientem oſtio boreali, ingreſſum auſtrino, aut vice verſa: cum ab vno ad alterum pervius nullus ſit ingreſſus. H.

o. *In Cyrenaica prouincia)* Vide Pomp. Melam lib. I. cap. de Cyrenaica. *Dalec.*

*In Cyrenaica)* Mela Pomponius, in deſcript. Africae, L. I. c. 8. p. 9. *Eſt rupes quaedam*, inquit, *Auſtro ſacra. Haec cum hominum manu attingitur, ille immodicus aſſurgit, arenasque quaſi maria agens, ſiccis ſaeuit fluctibus.* H.

p. *Illos ſtatos atque perſpirantes, etc)* Legend. *Illos ſtatos ac ſemper ſpirantes quos non tractus aliquis, verum tertae ſentiunt: qui non aura, non procella, ſed mares appellatione quoque ipſa venti ſunt: qui ſiue aſſiduo mundi incitu, et contrario ſiderum occurſu naſcuntur; ſiue hic eſt ille genitabilis rerum naturae ſpiritus, huc illucque tanquam in vtero aliquo vagus, ſiue diſparili errantium ſiderum ictu radiorumque multiformi iactu flagellatus aer, ſiue a ſuis ſideribus exeunt, his propioribus, ſiue ab illis coelo affixis cadunt,*

tractus aliquis, verum terrae ſentiuut: q. qui [1] non aura, non procella ſed mares qq. appellatione quoque ipſa venti ſunt: ſiue aſſiduo mundi r. incitatu [2], et contrario ſiderum occurſu naſcuntur; ſiue s. hic eſt ille generabilis rerum t. naturae ſpiritus, huc illuc [3] tamquam in vtero aliquo vagus: ſiue diſparili errantium ſiderum ictu, radiorumque multiformi

1. *Haec lectio MSS. auctoritate nititur, qui non aura, non procellae, ſed mares appellatione quoque ipſa venti ſunt. Chiff. Mares itaque exiſtimantur impari numero infra cap. ſeq. qui non aura, non procella maris, ſed app. Gr. et Al.* 2. *Sic Chiff. haec ex MSS. qui ſiue a. m. incitu Gr. et Al.* 3. *illucque. Tol.*

*cadunt, palam eſt illos quoque legem habere naturae non ignotam etiamſi nondum percognitam.* Vide Salmaſ. p. 755. b. *Gron.*

q. *Qui non aura, non procella maris, ſed appellatione quoque ipſa venti ſunt)* Convertenda verba, praetereaque legendum, *mares*, non *maris*, ex codice Toletano. *Qui non aura, non procella, ſed mares appellatione ipſa quoque venti ſunt. Pintian.*

qq. *Sed mares)* Quaſi fortiores, validiores, conſtantiores. Vide quae dicturi ſumus ſect. 48. H.

r. *Qui ſiue aſſiduo mundi incitu)* Verbum, *qui*, non habetur in eodem, et *incitatu*, legit, non *incitu. Pint.*

*Mundi incitatu)* Caeli roratu ventos cieri Peripateticorum opinio fuit: Copernicanorum hodie, diurna telluris vertigine. H.

s. *Siue hic eſt ille)* Id eleganter exprimit Seneca L. V. p. 896. *Ceterum illa eſt*, inquit, *longe verior cauſa, valentiorque: habere aera naturalem vim movendi ſe, nec aliunde concipere: ſed ineſſe illi, vt aliarum rerum. ita huius potentiam, etc.* Hunc illi deinde motum eſſe ingenitum; vt aquae, probat ex eo idem, quod ſine tali motu procreare ex ſe nihil aut aer aut aqua poſſet. H.

t. *Generabilis)* Alii *genitabilis* malunt, vti apud Lucretium v. 11. dicitur L. III. *genitabilis aura Fauoni.* Generabilis h. l. dicitur, cui vis gignendi eſt: vt apud Poetas *penetrabilis*, cui vis penetrandi. *Hard.* Vide Thom. Creech in Not. ad Lucret. l. l.

mi iactu flagellatus aer: siue u. a suis sideribus exeunt his propioribus x., siue ab illis caelo affixis cadunt: palam est illos[1] quoque y. legem naturae habere non ignotam, etiamsi nondum percognitam. (XLVI.) Viginti amplius[2] auctores Graeci veteres prodidere de his obseruationes. Quo magis miror, orbe discordi[3], et in regna, hoc est, in membra[4], diuiso, tot viris curae fuisse, tam ardua inuentu[5]: inter bella praesertim et infida hospitia, piratis etiam omnium mortalium hostibus transitus ferme tenentibus: vt hodie quaedam in suo quisque tractu ex eorum commentariis, qui numquam eo accessere, verius noscat[6], quam indigenarum scientia: nunc vero pace z. tam festa, tam gaudente prouentu rerum artiumque principe, omnino nihil addisci noua inquisitione, imo ne veterum quidem inuenta perdisci. Non a. erant maiora praemia in multos dispersa

1. *Sic M. Ch. illud Gr. et Al.* 2. *et amplius M.* 3. *tam discardi. Vet.* 4 *membra terrae. M.* 5. *inuentu perquirere. Vet.* 6. *noscant. Vet.*

u. *Siue a suis sideribus exeunt)* Hoc ex Epicureorum sententia. Cuiusmodi tamen nihil legimus nec apud Lucr. qui lib. VI. ait, ventum fieri vbi sit agitando percitus aer, nec apud Laert. qui in epist. ad Pythoclem longe aliam ventorum causſam ab Epicuro redditam ponit. *Dalecampius.*

x. *His propioribus)* Septem nimirum errantibus. H.

y. *Illos quoque)* Ita omnes MSS. Male *illud* editi. Referri enim id oportet ad illud huiusce sectionis initium. *Illos status*, etc. H.

z. *Pace tam festa)* Tam laeta. Hac voce rursum abutitur, L. XIV, sect. 1. H.

a. *Non erant maiora praemia)* Festiuiorem reddes orationem si per interrogationem legas, *Num erant maiora praemia? Pintian.*

*Non erant)* Non erant tum maiora praemia, *quam nunc sunt:* cum multi tunc *exsisterent*, in quos distrahi et *communicari* fortunae magnitudinem ac *beneficentiam* oporteret. Verum etiam *ista arcana* plures eruerunt, nullo alio adducti praemio, quam posteros iuuandi laude et gloria. H.

perſa fortunae magnitudine: et iſta plures ſine praemio alio, quam poſteros iuuandi, eruerunt.[1] MORES* HOMINVM SENVERE, NON FRVCTVS: et immenſa multitudo aperto, quodcumque[2] eſt, mari, hoſpitalique litorum omnium appulſu nauigat; ſed lucri, non ſcientiae gratia. Nec reputat coeca mens, et tantum auaritiae intenta, id ipſum ſcientia poſſe tutius fieri. Quapropter ſcrupuloſius, quam inſtituto fortaſſis conueniat operi, tractabo ventos, tot millia nauigantium cernens.

XLVI. (XLVII. a.) Veteres b. quatuor[3] omnino ſeruauere[4], per totidem mundi partes, (ideo nec Home-

1. *Gron. praeponit his verbis vocem: Namque conf. infra not. z. iamque. et M.* 2. *Quocumque M.* 3. *cernens veteres. Chiff.* 4. *ſeruaſſe. Vet.*

* *Namque mores hominum ſenuere, non fructus)* Deme dictionem, *namque*, ex codice Tolet. *Pint.* Recepta a nobis lectio MSS. gaudet auctoritate.

a. *Ventorum genera)* Vetera exemplaria non ſeparant hoc caput a praecedenti. *Dalec.*

b. *Veteres quatuor omnino ſeruauere, per totidem mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat. Hebeti vt mox iudicatum id eſt. Secuta aetas octo addidit, ratione nimis ſubtili, et conciſa. Proximis inter vtramque media placuit)* Eſt quidem ſenſus idem in antiqua lectione, mirum tamen, quantum ſibi hic indulſerit caſtigator neſcio quis, dictiones alias addendo, alias tranſponendo, alias diuiſas componendo, vnamque continuam orationem in plures minutas inepte concidendo. Talem audaciam ardelionum probare non poſſum. Hermolaus extra culpam eſt: Alerienſis fortaſſe non eſt. Nunc vide ſinceriorem lectionem: *Veteres quatuor omnino ſeruauere, per totidem mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat hebeti vt mox iudicatum eſt ratione: ſecuta aetas octo addidit, nimis ſubtili et conciſa proximis inter vtramque media placuit.* Quod ſi quis contendat noſtram lectionem ſcribarum temeritate inuectam, primum exemplaria conſentiunt: deinde ſcribae non ſolent tam feliciter errare. Caſtigatorum haec ſolertia eſt, deprauationibus ſpeciem aliquam ſince-

Homerus c. plures nominat:) hebeti *, vt mox iudicatum est, ratione. Secuta 5 aetas octo addidit, d. nimis subtili, et concisa: proximis e. inter vtramque media placuit, ad breuem f. ex numerosa additis quatuor. Sunt ergo bini in quatuor caeli partibus: ab oriente aequinoctiali Subsolanus g., ab orien-

5. *Proxima. Vet.*

sinceritatis affingere, quorum impudentia saepius, quam vellem, ansam destomachandi praebet. *Gelen.*

c. *Homerus)* Odyss ε. v. 295. Σὺν δ' εὖρός τε νότος τ' ἔπεσε, ζέφυρος τε δυσαὴς, καὶ βορέης αἰθρηγενέτης. Musaeus. Μαρναμένων ἀνέμων, ζεφύρῳ δ' ἀντέπνευσεν εὖρύς, Καὶ νότος ἐς βορέην μεγάλας ἀφέηκεν ἀπειλάς. Arist. tamen Meteorolog. II. ventos ex aduerso ruentes simul flare non posse tradit. *Dalecampius.*

*Nec Homerus)* Odyss. ε. v. 295. Σὺν δ' εὖρός τε, Νότος τ' ἔπεσε, Ζέφυρός τε δυσαὴς, καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης. H.

* *Hebeti)* Hoc est crassiore Minerua, neque valde ingenioso. Nam vt in quouis horizonte quatuor occurrunt plagae praecipuae, ita quatuor saltem obseruare ventos, vnicuique in promtu est. H.

d. *Octo addidit)* Vt essent omnino duodecim. Ita Varro apud Senecam Nat. Quu. lib. c. 16. p. 898 apud Agathemerum Geogr. L. I. c. 2. H.

e. *Proximis)* *Qui diligentius perquisiuerunt*, inquit Vitruuius, L. I. c. 9. *tradiderunt ventos esse octo, maxime quidem Andronicus Cyrrhestes: qui etiam exemplum collocauit Athenis Turrim marmoream octogonon, et in singulis lateribus octogoni singulorum ventorum imagines, exsculptas, contra suos cuiusque flatus designauit: supraque eam turrim metam marmoream perfecit: et insuper Tritonem aereum collocauit, dextra manu virgam porrigentem, et ita est machinatus, vti vento circumageretur et semper contra flatum consisteret, supraque imaginem flantis venti indicem virgam teneret.* H.

f. *Ad breuem)* Ad Homericam diuisionem quadripartitam additis quatuor ex altera diuisione numerosiore, quae ventos duodecim fecit. H.

g. *Subsolanus)* Ita Seneca l. c. p. 879. Nautis hodie vocatur *l' Est*, et *Vent d'amont*. H.

oriente brumali Vulturnus h.: illum i. Apelioten [1], hunc Eurum Graeci appellant. A Meridie Auſter k. et ab occaſu l. brumali [2] Africus; Notos, et m. Liba

1. *Aphelioten. Chiff.* 2. *Solſtitiali.*

h. *Vulturnus)* Romanis appellatus Eurus, vel a Vulture Apuliae monte, vt quidam volunt: vel quia ex Vulturno oppido veniens eos afflabat: id enim Capuae nomen alterum fuiſſe, vt Romae Valentiam, auctor eſt Liuius, L. IV. Alteri etiam oppido in ora, Plin. L. III. ſect. 9. Vtrumque ab hiberno oriente Romae, vnde Eurus ſpirat. *Sed et Eurus iam ciuitate donatus eſt*, inquit Seneca, l. c. *et noſtro ſermoni non tanquam alienus intervenit.* Nautis in Gallia, *le Sud-Eſt*, et *Vent forain.* H.

i. *Apelioten)* Vide Not. et Em: N. XXXII. (hic adiectas) *Apelioten)* ſiue *Apelioten* ſcripſeris, vt editi libri habent, ſiue *Aphelioten*, vt MSS. nihil intereſt. Seneca Nat. Quu. L. V. c. 16. p. 899. Ἀφηλιώτην vocat: Ariſt. Meteor. L. II. c. 2. p. 563. et Agathem. Geogr. L. I. c. 2. p. 4. ἀπ' ἰσημερινῆς ἀνατολῆς Ἀπηλιώτης, καὶ ἀπὸ χειμερινῆς Εὖρος. H.

k. *Auſter)* *Le Sud*, et *Vent forain:* H.

*A Meridie Auſter, et ab Occaſu)* Mirum quod Ariſtoteles Meteor. II. Auſtrum a mundi parte quae antarctico polo ſubiecta eſt flare negat, quod tam procul ad nos vsque flatus peruenire non poſſit, cum in Problematibus, et lib. de Mundo ad Alex. illinc flare tradat. Ouid. certe IV. de Ponto ab ortu ſuo procul digreſſum, languidum accedere ſcribit, *Hic oritur Boreas, oraeque domeſticus huic eſt, Et ſumit vires a propiore loco. At Notus adverſa tepidus qui ſpirat ab arce, Eſt procul rarus, languidiorque venit.* Dalec.

l. *Ab occaſu brumali Africus)* Nautis *Sud-Oueſt*, et *Vent d' aual.* Vide Not. et Em. N. XXXIII. (hic ſubiectas) *Ab occaſu brumali Africus)* Dalecampius in margine editionis ſuae, legendum admonet, *ab occaſu ſolſtitiali.* Repugnant vero libri ad vnum omnes. Repugnat Ariſt. l. c. cuius haec verba: Λίψ, ἀπὸ δυσμῆς χειμερινῆς πνεῖ. Item Agathemerus l. c. totidem verbis. Repugnat et Seneca, l. c. c. 14. p. 898. *Ab occidente hiberno*, inquit, *Africus furibundus et ruens: apud Graecos* λίψ *dicitur.* Africae denique ipſius, vnde is flat et nomen habet, ſitus repugnat, quae brumali occaſui, vt vel ipſae oculos

ba nominant. Ab occaſu n. aequinoctiali 3 Fauonius, ab occaſu 4 ſolſtitiali Corus: Zephyrum o., et Argeſten vocant. A ſeptemtrionibus p., ſeptemtrio: interque eum q. et exortum ſolſtitialem, Aquilo:

3. *brumali.* 4. *ab ortu ſolſtitiali.* Long.

los tabulae monent, non ſolſtitiali obtenditur. H.

m. *Noton)* Auſtrum, Africum Liba vocant. H.

n. *Ab occaſu aequinoctiali)* Vide Not. et Em. N. XXXIV. (paulo inferius) Fauoninm nautae vocant *l' Oueſt*, et *le Vent d' aual:* Corum *le Vent Nord-Oueſt*, *et Vent Maroueſt*, *et le Mae ſtral. Ab occaſu aequinoctiali Fauonius)* Rurſum hic omnia mutant Dalecampius et Longolius, dum ille pro *aequinoctiali*, *brumali* ſubſtituit: iſte ab ortu ſolſtitiali Corum, ſiue Argeſten, non ab occaſu ſpirare iubet. Vulgatam lectionem defendit Agathemerus l. c. Ἀπὸ δύσεως ἰσημερινῆς Ζέφυρος ἀπὸ δὲ δύσεως θερινῆς Ἀργέστης, ἤτοι Ὀλυμπίας. Defendit et Ariſtoteles l. c. totidem verbis. Ac denique Seneca, l. c. c. 16. p. 899. *A ſolſtitiali occidente*, inquit, *Corus venit, qui apud quoſdam Argeſtes dicitur. Aequinoctialis occidens Fauonium mittit, quem Zephyrum eſſe dicent tibi, et vim qui Graece neſciunt.* H.

o. *Zephyrum)* Zephyrum illum, hunc Argeſten Graeci appellant. H.

p. *A Septemtrionibus*, *Septemtrio)* Ouid. *Scythiam Septemque triones. Horrifer inuaſit Boreas: contraria tellus, Nubibus aſſiduis pluuioque madeſcit ab Aſtro.* Idem, *Letiferi calidi ſpirarunt flatibus Auſtri:* νότος ἀπὸ τῆ νοτίδος ab humore et nebula. Hom. κατὰ δὴ νότι ῥέεν ἰδρώς. Idem: ἅτε θαλάσσης κῦμα τόσσον βοᾷ ποτὲ χέρσον ποδοθὲν ὀρνύμενον πνοίῃ βορέω ἀλεγεινῇ. *Dalec.*

*A Septemtrionibus)* Agathemerus, L. I. c. 2. Ἀπὸ δὲ Ἄρκτε, ἀπαρκτίας. Ita etiam Ariſt. Meteor. L. II. c. 6. p. 563. Nautis, *le Nord*, et aliquando etiam *le Vent Maroueſt*, et *la Biſe*. H.

q. *Interque eum)* Inter ſeptemtrionem ſiue Aparctiam, et exortum ſolſtitialem, vnde flare Caecian mox dicemus, Aquilo interiacet, quem Borean nominant. Ita Agathemerus l. c. μέσον Ἀπαρκτίε καὶ Καικίε Βορέαν. Hunc vulgus nautarum *Nord-Nord-Eſt*, appellitat. H.

quilo: Aparctias [1], et Boreas, dicti. Numerosior ratio r. quatuor his interiecerat, Thrascian, media regione inter septemtrionem, et occasum s. solstitialem [2]: itemque Caeciam t., media inter Aquilonem et exortum aequinoctialem, ab [3] ortu solstitiali:

1. *Ex MSS. recepta. sic quoque Chiff. Aparctias dicti et Boreas Gr.* 2. *brumalem.* 3. *aequinoctialem: Phoeniciam media. haec quae interiacent superuacanea sunt. Gron. sic: aequinoctialem. Ab ortu solstitiali Phoenicean, etc.*

r. *Numerosior ratio)* Qui plurimos, hoc est, duodecim numerauere ventos, vt Varro et Timosthenes antea laudati, singulos ita situ discreuere, vt ternos singulis mundi quatuor partibus assignarent: facto a septemtrione initio: cursuque inde per Solis exortum, austrumque, in septemtrionem iterum flexo: *A Septemtrione.* Aparctias, siue Septemtrio, Boreas siue Aquilo et Meses, Caecias, *ab ortu solstitiali. Ab oriente,* Apeliotes, siue Subsolanus, *ab ortu aequinoctiali.* Eurus, siue Vulturnus, *ab ortu brumali.* Euronotus, qui et Phoenix: *A meridie.* Notus, siue Auster. Libonotus. Libs, siue Africus, *ab occasu brumali. Ab occidente.* Zephyrus, siue Fauonius, ab *occasu aequinoctiali.* Argestes, siue Corus, *ab occasu solstitiali.* Thrascias. Hunc ventorum situm plane approbat Dionysius in Geopon. L. I. c. 11. p. 18. H.

s. *Et occasum solstitialem)* Vide Not. et Emend. N. XXXV. (infra positas. Thrascian Galli vocamus, *Nord-Nord-Oueſt. Trascian media regione inter septemtrionem, et occasum solstitialem)* Iterum hic caelum ventosque miscet Dalecampius, et brumalem occasum pro solstitiali corrigit. Frustra: Nam Timosthenes, quem Plinius sequitur, vt ante admonui, apud Agathemerum, l. c. μέσον δὲ Ἀπαρκτίᾳ καὶ Ἀργέσᾳ Θρασκίαν, ἤτοι Κίρκιον ὑπὸ τῶν περιοίκων. Inter Aparctian, hoc est, septemtrionem, et Argestem, siue Corum, qui ab occasu solstitiali spirat, vt diximus, Thrascias sedem habet, quem accolae istius orae Circium interdum appellant. Et Arist. Meteor. L. II. c. 6. p. 564. ἐν καλέσι Θρασκίαν, μέσος Ἀπαρκτίᾳ καὶ Ἀργέσᾳ. Adde Galen. in Comm. in L. Hippocr. de humoribus p. 569. Tom. VIII. H.

t. *Itemque Caecian)* Gallis Nord-

tiali u.: Phoenicemx., media regione inter ortum brumalem et meridiem. Item inter Liba et Noton, compoſitum ex vtroque medium, inter y. meridiem et

*Nordeſt.* In mediterraneo mari, *Vento Graeco.* H.

u. *Ab ortu ſolſtitiali)* Vide Not. et Emend. N. XXXVI. (hic adiectas) *Itemque Caecian — ab ortu ſolſtitiali)* Expungenda haec verba poſtrema cenſuit olim Pintianus, reclamantibus omnibus MSS. Cenſuit et Salmaſius, in Exercit. ad Solin. p. 1251. vbi ſe mire diuexat in explicando hoc vniuerſo ventorum ſitu. Latius in editione ſua reapſe induxit ac praetermiſit. Ego retinenda cenſeo, emendato ſolum praepoſterae interpunctionis vitio, vti edi curauimus: cum antea ſic perperam legeretur: *inter Aquilonem, et aequinoctialem. Ab ortu ſolſtitiali Phoenicean, etc.* Neque enim Phoenix, ſed Caecias ab exortu ſolſtitiali eſt. Teſtis Agathemerus iam toties appellatus, qui ex Artemidori γεωγραφουμένοις, epitomen fecit. Is enim l. c. ἀπὸ δὲ τροπῆς θερινῆς Καικίας, inquit. Et Ariſtot. l. c. p. 563. Καικίας, ἀνατολὴ θερινή. H.

*Ab ortu ſolſtitiali Phoeniciam mediae regione inter ortum brumalem et meridiem)* Ventus interiacens ortum brumalem et meridiem, qua ratione poſſit ſpirare ab ortu ſolſtitiali minime percipio, quum ortus ſolſtitialis ſubmotus ſit ab ortu brumali octo ferme et quadraginta partibus ex ſupputatione aſtronomorum noſtri temporis, et longe pluribus a meridie. Quapropter verba illa, *ab ortu ſolſtitiali*, ad ſuperiora pertineant neceſſe eſt: etſi exiſtimo magis expoſitionem eſſe, gloſſulamque, vt dicunt, interlinearem, quam Pliniana verba, vt ex ordine prodendi apparet. Verbum autem, *Phoeniciam*, initium praeſtat ſequenti caeſo. Qui ventus ita dictus eſt, quod a Carbanis gente Phoenices ſpiret, auctore innominato ſcriptore Graeco, de ſignis aquarum et ventorum. *P.*

x. *Phoenicem)* V. Not. et Em. N. XXXVII. (hic poſ.) Gallice, Sud-Sud eſt. *Phoenicem)* Prius legebatur *Phoeniceam.* At vero Agathemerus l. c. μέσον Εὔρου καὶ Νότου Φοίνικα τὸν καὶ Εὐρόνοτον. μέσον δὲ Νότου καὶ Λίβος τὸν Λευκόνοτον, ἤτοι Λιβόνοτον. H.

y. *Inter Meridiem et hibernum Occidentem Libanoton)* Scribo, *libonoton*, non, *libanoton*, ex Ariſtotele ſecundo Meteoron, et Alexandro eius expoſitore, item Vitruvio primo, et Seneca quinto Naturalium Quaeſtionum: a quo obſeruatum eſt, care-

et hibernum [1] occidentem. 2, Libonoton. Nec finis. Alii quippe a. Meſen nomine etiamnum addidere inter Borean et Caecian: et inter b. Eurum et Noton, Euronotum. Sunt etiam c. quidam peculiares quibusque gentibus venti, non vltra cer-

 tum

1. *Aeſtiuum.*

re eum ventum Latino nomine. *Pint.*

2. *Hibernum occidentem)* Vide Not. et Em. N. XXXVIII. (paulo poſt) *Libonotus*, inquit, Seneca, Nat. Quu. L. V. c. 16. p. 899. *apud nos ſine nomine eſt.* Gallis, *Sud-Sud-Oueſt Int. mer. et)* Adhuc loco Dalec. aeſtiuum pro hiberno ponit. Verum ab hiberno occaſu Liba ſpirare, a meridie Notum, quos inter medius eſt. Libonotus, iam antea ex Agathemero Plinioque docuimus. H.

a. *Alii quippe)* Senſus eſt, quoſdam eſſe qui inter Aparctian, (quem illi etiam Borean vocant,) Caecian et Meſen addiderunt. quem nos Borean diximus appellari. Ita Galenus iisdem plane verbis, Tom. VIII. Com. in L. Hippocr. de Humoribus, p. 569. Sic proxime Caecian collocat Meſen Tzetzes Chil. VIII. hiſt. 224. v. 787. Ariſtoteli certe is quem Plinius Borean vocat, Meſes eſt: ἐν παλαιοῖς Μέσην, inquit, L. II. Meteorol. c. 6. p. 564. ἔστος γὰρ μέσος Καικίας, καὶ Ἀπαρκτίας. Et Thraſciam ibi a Meſe ſecernit. Hic omnia turbare Plinium immerito Salmaſius queritur, p. 1452. H.

b. *Et inter Eurum)* Iidem, inquit, inter Eurum et Notum, Euronotum locant: ſed is a Phoenice nomine tantum et appellatione differt. H.

c. *Sunt etiam quidam peculiares quibuſdam gentibus venti non vltra certum procedentes tractum, vt Athenienſibus Sciron paulum ab Argeſte deflexus, etc)* Imo Sciron non eſt ventus peculiaris Attici ſoli, ſed peculiare hoc nomen Argeſtae ſiue Chauri quo illum vocabant Athenienſes quod ex Scironiis ſaxis eum ſentirent: et cum hoc quidem nomine, non alibi notus quam in Attica regione. Vide *Salm.* 1257. *b.* Falſum ergo quod addit Plinius de hoc eodem Argeſte, qui et *Olympias et Sciron et Iapyx* localiter appellabatur. *Conſuetudo omnibus his nominibus Argeſten intelligi.* Non conſuetudo hoc facit; ſed ſitus regionum quae apud ſe ventis ex aliquo loco venientibus nomen fecerunt ex eo ipſo loco, vnde flatus eorum percipiunt. *Idem ibid. Gr.*

tum procedentes tractum, vt Athenienſibus d. Sciron, paulum[1] ab Argeſte deflexus e., reliquae Graeciae ignotus. Alicubi[2] elatior f., idem Olympias g. vocatur. Conſuetudo omnibus his nominibus Argeſten h. intelligit[3]: et Caecian aliqui vocant Helleſpontiam i., et eosdem alibi[4] aliter. Item in Narbonenſi prouincia clariſſimus ventorum eſt k. Circius,

1. *Paulo. M.* 2. *alibi vbi. M.* 3. *intelligi. Et M.* 4. *Alii. Chiff.*

d. *Vt Athenienſibus Sciron)* Strabo zephyros et praecipue Argeſtas σκειρόνας vocari ab Athenienſibus ſcribit, ὅτι πνέουσιν ἀπὸ σκειρωνίδων σκοπέλοις; *quoniam ſpirant a ſcopulis Sceironiis.* Quidam hunc ventum eundem eſſe putant cum Iapyge, Cauro, Helleſpontio, Olympia. *Dalec.*

*Sciron)* Zephyri quoniam in Attica ſpirare a Sceroniis ſaxis videbantur: Σκείρωνες vocabantur: maxime vero ea appellatione Corus ſiue Ἀργέστης ſignabatur, inquit Strabo, L. I. p. 28. Sceronia ſaxa quae vocentur, dicemus L. IV. ſect. 11. Seneca Nat. Quu. L. V. c. 17. p. 899. *Arabulus Apuliam infeſtat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron*, etc. H.

e. *Deflexus)* Verſus ſeptemtrionem. H.

f. *Elatior)* Septemtrioni vicinior. H.

g. *Idem Olympias)* Ariſt. l. c. Ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν Ἀργέστην, οἱ δὲ Ὀλυμπίαν οἱ δὲ Σκείρωνα, ἀπὸ δυσμῆς θερινῆς πνεῖ. H.

h. *Argeſten intelligit et Caeciam)* Diſtingue, vt Caecias ſequentibus cohaereat, *Et Caeciam aliqui vocant Helleſpontiam. Gelen.*

i. *Et Caeciam aliqui vocant Helleſpontium)* Lego, *Helleſpontiam*, prima inflexione, tum ex ambobus ſcriptis codicibus, tum ex Ariſtotele libro paulo ante citato, et auctore de ſignis aquarum et ventorum, et reliquis, ne plures in re comperta citando auctores, tundam: quod video multos libenter facere, iactandae potius doctrinae auidos, quam iuuandi ſtudioſos. *Pintian.*

*Helleſpontiam)* Non vt priVs *Helleſpontium.* Ariſt. l. c. p. 565. Καικίας, ὃν Ἑλλησποντίαν ἔνιοι καλοῦσιν. H. Minus recte itaque Gronovius edidit *Helleſpontium.*

k. *Circius)* Hunc Strabo lib. IV. *Melamborum* vocat, Circio tam vehementi vt tecta nonnunquam auferat, ne Galliam

cius: nec vlli [1] violentia inferior, Oſtiam plerumque recta [2] Liguſtico mari perferens: idem non modo in reliquis partibus caeli ignotus [3] ſed ne Viennam l. quidem, eiusdem prouinciae vrbem, attingens, paucis m. ante limitibus [4] iugi modici occurſu tantus ille [5] ventorum coercetur [6]. Et n. Auſtros in Aegyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit manifeſta lex naturae, ventis etiam et tempore, et fine dicto.

XLVII. Ver ergo o. aperit nauigantibus maria: cuius in principio, Fauonii * hibernum molliunt

X 3 cae-

*1. vllo in violentia. Chiff. 2. recto. M. Vet. 3. ignotus eſt. Ch. M. 4. Millib. Vet. 5. ille ventus coercetur. Vet. vt et Ch. 6. coercitus. Gr.*

Galliam rapidus infeſtaret Auguſtus aliquando votum exſoluit et ſacrum fecit. Anemothidos Palladis Methone templum fuit. Vide Alex. ab Alexand. capite 22. 3. *Dalec.*

*Circius)* Gallis dicitur, *Nort Oueſt Nort*. De eo multa Strabo, L. IV. p. 128. Phauorinus apud Gellium, L. II. c. 22. p. 163. Sed ante alios Seneca Nat. Quu. L. V. c. 18. p. 899. Plinius rurſum L. XVII. ſect. 2. H.

l. *Ne Viennam)* Hoc ipſum a ſe animaduerſum indigenae retulerunt. Vide Nic. Chorier, L. I. hiſt. Delphinatus, p. 45. Plinium Salmaſius ridet, in Solin. p. 1257. qui Circium peculiarem Galliae ventum appellet. Actum agam, ſi in eo refellendo immorer. Id egit abvnde Voſſius in Melam, p. 172. H.

m. *Paucis)* Exiguis ante vrbem eam finibus clauditur, et montis modici obiectu ille ventorum vehementiſſimus. coercetur. H.

n. *Et Auſtros)* Habet hoc ipſum Theophr. L. de ventis, p. 57. et ante eum Ariſtot. ſect. 26. Probl. 47. p. 803. H.

o. *Ver ergo aperit nauigantibus maria)* Maria hieme clauſa ſunt caelo tempeſtatibus foedo ac procelloſo: aperiuntur vere. Diem anni quo nauigationem auſpicabantur feriis publicis celebrabant. Veget. *Poſt natalem vero nauigationis, qui ſolenni certamine, publicoque ſpectaculo multarum gentium celebratur, etc.* Turnebus capite 24. libro XVIII. Aduerſar. *Dalec.*

caelum, Sole Aquarii xxv. obtinente partem. Is dies p. ſextus eſt ante Februarias Idus. Competit ferme q. et hoc omnibus, quos deinde ponam, per ſingulas intercalationes r. vno die anticipantibus; rurſumque luſtro ſequenti ordinem ſeruantibus. Favonium quidam a. d. [1] VIII. Calendas s. Martii, Chelidonian vocant t., ab hirundinis viſu [2]: nonnulli

1. *VII. Chiff. et ad VII. C. M. Gron.* 2. *ſic quoque M. viſo Gr.*

*Ver ergo aperit)* Clauſum ſcilicet tempeſtatibus mare. Horat. Carm. L. I. Carm. Od. 4. *Soluitur acris hiems grata vice veris et Fauoni, Trahunturque ſiccas machinae carinas.* H.

* *Fauonii)* Fauonius inter omnes ventos mitiſſimus. *Soluitur acris hiems grata vice viris et Fauoni.* Horat. Flaut. in Milite. *Liquidiuſculusque ero quam ventus eſt Fauonius.* Idem ibid. *Hic Fauonius ſerenus eſt, iſtic Auſter imbricus, hic facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus concitat. Dalec.*

p. *Is dies ſextus)* Columella L. XI. c. 2. p. 371. *Septimo Idus Febr. Fauonii ſpirare incipiunt.* H.

q. *Competit ferme)* Vt circa ſextum Idus ſui quique menſis venti oriantur. H.

r. *Intercalationes)* Quarto quoque anno. *Dalec.*

*Per ſingulas interc)* Quarto quoque anno, quando intercalatur, venti qui ad VI. Idus aliudue tempus flati ſunt, die vno anticipant, vt ad VII. Idus flare intelligantur. H.

s. *A. d. VIII. Calendas)* Hoc eſt ante diem octauum Calendas. Vide Not. et Em. N. XXXIX. (hic inſertas.) *A. d. VIII. Calendas Martii)* Ita codices omnes MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. etc. At Columella, L. XI. c. 2. p. 372. a. d. VII. Cal. Martii hirundinem conſpici ait, cui fauere Plinius mox videtur ipſe, cum a bruma ad Fauonium ſeu hirundinis viſum, vnum et ſexaginta dies numerat. H.

t. *Chelidoniam)* Ab hirundine, quae Graecis χελιδών. Ea enim pulcherrimi temporis oſtendit aduentum, inquit Aelian Hiſt. Anim. L. I. c. 52. τῆς ὥρας τῆς ἀρίστης ὑποσημαίνει τὴν ἐπιδημίαν. Et Zephyri prima nuncia, ſiue Fauonii, vt canit Oppianus, L. III. Halieut. v. 244. — εἰαρινὴ Ζεφύρου πρωτάγγελος ὄρνις. Hinc Horat. L. I. ep. VII. ad Maecen. v. 13. *Cum*

nulli vero Ornithian u., vno x. et LX.[1] die poſt brumam ab aduentu auium, flantem per dies nouem. Fauonio contrarius eſt, quem Subſolanum appellauimus. Datus y. eſt[2] autem huic exortus Vergiliarum in z. totidem partibus Tauri, ſex diebus ante Maias Idus: quod tempus a. auſtrinum eſt, huic vento Septemtrione contrario. Ardentiſſimo autem aeſtatis tempore exoritur b. Caniculae ſidus, Sole primam partem Leonis ingrediente: qui dies XV. ante Auguſtas Calendas eſt. Huius exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodro-



1. *LXX. Gr.* 2. *Eſt autem exortus Verg. M. Cum Zephyris, ſi concedes, et hirundine prima.* H.

u. *Ornithian)* Quaſi Auicularem dixeris: nam Graecis auis ὄρνις eſt. Alii porro ſunt Columellae l. c. p. 372. Ornithiae venti. De iis rurſum dicemus ſectione ſequente. H.

x. *Vno et LX)* Vide Not. et Em. N. XL. (hic conſpicuas) *Vno et LX die poſt brumam)* Ita ſcribimus, reclamantibus licet omnibus libris, in quibus legitur, *vno et LXX.* A bruma enim, quae auctore Columella L. IX. c. 14. Plinioque ipſo L. XVIII. ſect. 59. octauo Calend. Ian. conficitur, vsque ad VIII. Calend. Mart. ſexaginta et vnus, non vnus et LXX. computantur dies. H.

y. *Datus eſt autem huic)* Subſolano. H.

z. *In totidem partibus)* Tauri parte quinta et viceſima: non, vti vir alias ſane perquam eruditus cenſuit, in ſexta. H.

a. *Quod tempus)* Quo tempore Auſter flat, et dies ſunt humidi. Ita Columella L. et c. c. H.

b. *Caniculae ſidus)* Hoc nomine Plinius vbique Sirium deſignat, hoc eſt, Canis maioris particulam fulgentiſſimam. Vide L. XVIII. ſect. 68. H.

c. *Prodromos)* Vide infra capite 28. lib. XVIII. circa medium et Del. ſuper Sen. trag. par. vlt. p. 367. *Dalec.*

*Quos Prodromos)* Quaſi Praecurſores: quos cum octo ferme diebus Caniculae ortum antecedere Plinius ait, ſeu diem XV. Cal. Aug. atque adeo circa V. Idus Iulii oriri, haud abludit a Columella, qui L. XI. c. 2. p. 379. *Sexto Idus Iulii*, inquit, *Prodromi flare incipiunt.* De his

dromos appellant. Poſt biduum d. autem exortus, iidem Aquilones conſtantius e. perflant [1] his diebus ee., quos [2] Eteſias f. appellant. g. Mollire [3] eos

*1. ſic quoque M. perflant diebus quadraginta, Gr. 2. ſic quoque Chiff. 3. ſic quoque Ch. M. Vet. molliri eis Gr.*

his Prodromis Aquilonibus egit Ariſtot. L. II. Meteor. c. 5. p. 561. H.

d. *Poſt biduum)* A. d. XIII. Cal. Auguſti. vt dicetur L. XVIII. ſect. 68. H.

e. *Conſtantius perflant diebus quadraginta)* Exemplar Salmanticenſe, *triginta*, praefert, non, *quadraginta*. Apollonius Rhodius primo, quadraginta, cum Plinii impreſſa lectione. Interpretes Apollonii, quinquaginta, ex Timoſthene, qui eiſdem referentibus, prodit flare Eteſias ſole obtinente poſtremam partem Cancri, et totum Leonem, donec ingrediatur viceſimam partem Virginis. *Pintian.*

ee. *Perflant his diebus)* Canicularibus. Vide Not. et Em. N. XLI. (hic adi.) *Perflant bis diebus quos Eteſias appellant)* In libris hactenus editis erat, *perflant diebus XL.* Sed ſine vllo dierum numero ita habent, vt edi iuſſimus, Reg. 1 Colb. 1. 2. vet. Dalec. San-Victor. aliique, Quadragenarius certe numerus conſtare hoc loco non poteſt, ſed vt ſummum, tricenarius tantum, ſi Columellam audimus. Ille enim L. X. c. 2. Eteſias ait ſpirare Calendis Auguſti incipere, deſinere vero tertio Calendas Septembris. Biduo ante Aſſyriae deſinere ſcribit ipſe Plinius L. XVIII. ſect. 74. Et Ariſtot. L. II. Meteor. c. 5. p. 561. nulla dierum, quibus Eteſiae ſpirant, facta mentione, hoc ait vnum, συνεχεῖς γίνονται μετὰ τὰς θερινὰς τροπὰς, καὶ κυνὸς ἐπιτολήν, *conſtanter ſpirant poſt ſolſtitium, et Canis ortum*, Apollonius tamen Rhodius L. I. ait ſpirare dies 40. et cod. Reg. 2. Timoſthenes apud Schol. Apollonii, etiam decem adiicit. H.

f. *Eteſias)* Hoc eſt anniverſarios. Ἐτησίαι ab ἔτος. H.

*Eteſias)* Eteſias conſtat flare a Septemtrione. Lucret. *Eteſiae flabra Aquilonum.* Licenter poëtae Aquilonem, ſiue Boream, medium inter Orionem et Vrſam, Septemtrionem, Graecorum Aparctiam vocant. Flant Prodromi diebus octo ante ortum Caniculae: Eteſiae vero biduo poſt. Ariſtoteli et Suidae gignuntur ſole diſſoluente collectum humorem ἀπὸ τοῦ ἔτους nomen eſt impoſitum

eos h. creditur Solis vapor i. geminatus ardore ſideris: nec vlli ventorum magis ſtati ſunt. Poſt eos rurſus Auſtri frequentes, vsque ad ſidus Arcturi, quod exoritur vndecim diebus ante l. aequinoctium Autumni. Cum hoc Corus m. incipit. Corus autumnat: huic eſt contrarius Vulturnus. Poſt id aequinoctium diebus fere quatuor et quadraginta, Vergiliarum occaſus n. hiemem inchoat: quod 1 tempus in o. III. Idus Nouembris incidere conſue-

X 5 vit:

1. *Quod in tempus. Vet.*

tum quod ſint anniuerſarii. Occidentem verſus ii flant ad Zephyrum, Argeſten, Thraſcian, Orientem vero ad Aphelioten. *Nauales*, vel, vt alii legunt, *Niuales* Varro appellat in Ephemeride, *Nauales Eteſiae diutius et vberius flauerant, et autumnum ventoſum fecerant. Dalec.*

g. *Vocant)* Vide infra cap. 32. lib. X. *Dalec.* qui retinuit lectionem Gron.

h. *Mollire eos)* Vide Not. et Em. N. XLII. (hic collocatas) *Mollire eos)* Cur a vetere lectione tum codicum MSS. Reg. 1. 2. Chiffl. etc. tum priorum editionum Parm. Venet. 1. 2. Brix. etc. diſceſſum ſit, vt ſcriberetur, *Molliri eis*, neſcio. Abeſt id enim longiſſime a Plinii mente: qui Aquilones Eteſias, e ventorum frigidiſſimis, molliri ait Solis geminato calore ab ardore Caniculae, vt mitiores ipſi fiant. H.

i. *Solis vapor)* Calor vt diximus ſect. 40. Sideris vero nomine Caniculam, ſiue Sirium intelligit. H.

k. *Vndecim diebus)* Circiter diem qui eſt pridie Idus Septembris: quo die Arcturus medius oritur vehementiſſimo ſignificatu terra, marique, vt ait ipſe L. XVIII. ſect. 74. H.

l. *Ante aequinoctium)* Quod incidit in VIII. Cal. Sept. Vide L. XVIII. ſect. 74. H.

m. *Cum hoc Corus)* Columella haud multum diſcedit a Plinio, L. XI. c. 2. H.

n. *Vergiliarum occaſus)* Vide quae Petauius erudite diſſerit in eum locum, aduerſus Salmaſium, L. VI. Variar. Diſſ. in Vranol. c. 8. p. 239. H.

o. *In III. Idus Nou.)* Vide Not. et Em. N. XLIII. (hic poſitas) *In III. Idus Novembr.)* Tamen Columella L. XI. c. 6. *Sexto Idus Nouembris, Vergiliae mane occidunt: hiemat.* Et ſane ab VIII Calendas

vit: hic [1] eſt p. Aquilonis hiberni, multumque aeſtiuo illi q. diſſimilis, cuius ex aduerſo eſt Africus. Ante brumam autem ſeptem diebus totidemque poſtea, ſternitur mare halcyonum feturae, vnde nomen hi r. dies traxere: reliquum tempus hiemat. Nec tamen s. ſaeuitia tempeſtatum cludit [2] mare. Piratae primum coegere mortis periculo in mortem ruere, et hiberna experiri maria: nunc idem hoc auaritia cogit.

XLVIII. Ventorum [3] frigidiſſimi t. ſunt, quos a Septemtrione diximus ſpirare, et vicinus his Corus. Hi [4] et reliquos compeſcunt, et nubes abigunt. Humidi Africus et praecipue Auſter Italiae; Nar-

1. *Sic ex MSS. hic eſt Aquilo hibernus. M. hoc eſt Gr.* 2. *Sic ex MSS. concludit Gr.* 3. *venti etiam Ch.* 4. *ſic quoque Chiff. Ii Gron.*

lendas Octbr. quo die ſit aequinoctium, ad ſextum Idus Nouembr. dies intercedunt fere quatuor et quadraginta. Quod ſi tertio Idus Vergiliae occidunt, vt libri omnes prae ſe ferunt, non dies quatuor, ſed octo et quadraginta ſcribi oportuit. Notum eſt autem ab nota numeri IV. ad III. procliuem eſſe librariis lapſum. Nihilominus receptam ſcripturam eſſe retinendam, Plinius ipſe admonet L. XVIII. ſect. 60. et 74. Et Columella L. XI. c. 1. p. 382. aequinoctii ſidus triduo definit, VIII. VII. et VI. Calend. Octobr. H.

p. *Hoc eſt Aquilonis)* Sic libri omnes, recte. Hoc tempus eſt, inquit, Aquilonis hiberni, qui eſt diſſimilis aeſtiuo. H.

q. *Aeſtiuo illi)* Caeciae, qui ab exortu ſolſtitiali ſpirat: cuius ex aduerſo eſt Africus, ab occaſu brumali. H.

r. *Nomen hi dies)* Halcyonides. Haec multo vberius narrantur, L. X. ſect. 47. H.

*Hi dies traxere)* Vide Senecam. *Dalec.*

s. *Nec tamen ſaeuitia tempeſtatum concludit mare)* *Cludit*, Melius quam *concludit*, vetuſta lectio. *Pintian.*

*Nec tamen)* Habet in hanc ſententiam plane aurea, Seneca Nat. Quu. L. V. toto c. 18. p. 899. H.

t. *Ventorum frigidiſſimi)* Haec Ariſtot. L. II. Meteor. c. 6. p. 565. H.

Narrant et in Ponto Caecian u. in se trahere nubes. Sicci Corus, et Vulturnus, praeterquam x. desinentes. Niuales y., Aquilo et Septemtrio. Grandines z. Semptemtrio importat, et Corus: aestuosus Auster: tepidi a. Vulturnus, et Fauonius. Iidem Subsolano sicciores: et in totum omnes a septemtrione et occidente sicciores, quam a meridie et oriente. Saluberrimus b. autem omnium Aquilo [1]: noxius Auster,

1. *Vide num rectius legatur, aquilo, quia siccus et frigidior: noxius Auster, fortassis, quia magis humidus. Chiff.*

u. *Caecian in se)* Arist. sect. 26. Probl. 32. p. 800. Διὰ τί ὁ Καικίας μόνος τῶν ἀνέμων ἐφ' ἑαυτὸν ἄγει τὰ νέφη; ὥσπερ καὶ ἡ παροιμία λέγει, Ἕλκων ἐφ' αὑτὸς, ὡς ὁ Καικίας, νέφος. Οἱ γὰρ ἄλλοι ὅθεν ἂν πνέωσιν, ἐνταῦθα ἀνατέλλουσι. *Cur vnus ventorum Caecias nubes ad se vocat? quod etiam proverbio declaratur:* Vt Caecias nubes, opes ad se trahit. *Ceteri namque, vnde spirant, inde expellunt.* Idem repetit, L. II. Meteor. c. 6. p. 565. et post eum Theophr. L. de ventis, p. 65. In causa vero esse videtur, quod a terra spirat, atque adeo nubes non expellit, sed in caelum elatas circumagit, atque orbiculari linea rursum ad eum locum vnde aspirat, adducit. H.

x. *Praeterquam desinentes)* Vide Not. et Em. N. XLIV. (hic adn.) *Sicci Corus et Vulturnus, praeterquam desinentes)* Etsi exemplaria omnia legant *desinentes*, fortassis tamen rectius scripseris *desinens*, vt id de Vulturno solum intelligas. Nam Aristot. L. II. Meteor. c. 6. p. 565. Ξηροὶ δὲ Ἀργέστης καὶ Εὖρος· ἀπαρχῆς δὲ ἔτος ξηρὸς· τελευτῶν δὲ, ὑδατώδης. *Sicci, Corus, et Vulturnus: sed hic inter initia siccus est: desinens vero humidus.* H.

y. *Niuales)* Sic. Aristot. L. II. Meteor. c. 6. p. 565. Νιφετώδης δὲ Μέσης καὶ Ἀπαρκτίας μάλιστα ἔτοι γὰρ ψυχρότατοι. Mesen appellat, vt ante monuimus, quem Plinius Borean, siue Aquilonem. H.

z. *Grandines)* Arist. l. c. Χαλαζώδης δ' ὁ Ἀπαρκτίας, καὶ Θρασκίας, καὶ Ἀργέστης. H.

a. *Tepidi)* Vulturnum, et Fauonium eadem cum Austro conditione facit Aristot. l. c. hoc est, aestuosum. Καυματώδης δὲ Νοτὸς, Ζέφυρος, καὶ Εὖρος. H.

b. *Saluberrimus autem omnium*

ſter c., et magis d., ſiccus; fortaſſis quia humidus frigidior

*omnium Aquilo, quia ſiccus et frigidior: noxius Auſter, fortaſſe quia magis humidus)* Non video, cur hic quoque libuerit caſtigatoribus tantum verborum transponere, fortiter contemta fide archetyporum Auſter, qui Graecis Notus, ſaepius quidem imbrifer, interdum tamen ſerenificus eſt, vel Horatio teſte, *Albus vt obſcuro detergit nubila caelo, Saepe Notus:* neque ſemper imbres adfert: vtroque modo noxius: atque etiam magis quoties eſt ſiccus, quod tunc etiam aeſtuoſus ſit. Id an non ſatis Latine Plinius expreſſit his verbis? *Saluberrimus autem omnium Aquilo. Noxius Auſter: et magis ſiccus, fortaſſis quia humidus frigidior eſt.* Sequenti verſu in ambobus legitur, *Eteſiae noctε deſinunt fere*, non, *Flare.* Et quorſum attinebat ſupponere, *Flare*, cum aeque perfecta locutio ſit, *Eteſiae noctu deſinunt?* Nec male noſtri in ſequenti verſu, *Cum vocantur Ornithiae*, pro quo in vulgatis eſt: *Qui vocantur.* Nam Ornithiae ſunt Eteſiae, atque ſtati. *Gelen.*

*Saluberrimus)* Ita Hippocr. L. de morbo ſacro, c. 7. p. 483. T. X. cf. iſta autem cum iis quae Celſus habet L. II. c. 1. fol. 5. H.

c. *Noxius Auſter*) Hipp. L. de hum. text. 13. p. 567. Tom. 8. Νότοι βαρήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοὶ etc. *Auſtri auditum gravant, oculis caliginem, capiti grauitatem, torporem membris inducunt, diſſoluunt*, etc. Eadem repetit T. IX. L. III. Aph. V. p. 95. Et liber primus Epid. totus in eo ferme argumento habitat: vbi et Galen. in com. ad eum librum, et ad L. II. p. 72. H.

d. *Et magis ſiccus)* Magis etiam nocet Auſter, quando eſt ſiccus. Vide Not. et Em. N. XLV. (hic inſ.) *Noxius Auſter, et magis ſiccus)* Eſt in editione Dalecampii et Gronouii, coniectura Chiffletii admonentis, num rectius legatur, *Saluberrimus omnium Aquilo, quia ſiccus et frigidior: noxius Auſter fortaſſis, quia magis humidus.* Auſi ſunt et alii ante eum haec Plinii verba ſic praepoſtere permutare, quod fieri contempta archetyporum fide, iamdudum Gelenius conqueſtus eſt. Nos receptam lectionem egregie tuemur Ariſtotelis auctoritate, ſect. I. Probl. 23. p. 681. διὰ τί οἱ Νότοι οἱ ξηροὶ καὶ μὴ ὑδατώδεις, πυρετώδεις εἰσίν; *Cur Auſtri ſicci, et nullo modo humidi, febres creare ſolent?* Ac paulo poſt: "Οταν μὲν ἂν ἄνευ ὕδατος πνέωσι, ταύτην ἐν ἡμῖν ποιοῦσιν τὴν διάθεσιν· ὅταν δὲ ἅμα ὕδατι, τὸ ὕδωρ καταψύχει ἡμᾶς. *Cum igitur*

dior est. Minus e. esurire eo spirante creduntur animantes. Etesiae f. noctu desinunt fere [1], et a g. tertia

1. *Flare. M.*

*tur sicci sunt Austri, corpora nostra sic affici necesse est: at cum ventus imbre coniungitur, nos aqua refrigerat.* Et ante Philosophum Medicus Hippocrates, L. de humoribus Text. 15. p. 570. *ἀνυδρίαι νοτίαι, et siccitates*, inquit, *austrinae sunt:* in quem locum Galenus Tom. VIII. p. 571. huiusmodi tempestates ait multum a naturalibus differre, creare morbos. etc. H.

e. *Minus esurire)* Aristoteles sect. 26. Probl. 46. p. 803. *Διὰ τί ἐν τοῖς βορείοις βρωτικώτεροι ἢ ἐν τοῖς νοτίοις, ἢ διότι ψυχρότερα τὰ βόρεια; Cur spirante Aquilone cibi auidiores sumus, quam Austro; An quod Aquilo frigidior est?* H.

f. *Etesiae noctu desinunt fere)* Codex Salmanticensis et omnis impressa lectio, *flare*, non, *fere*, agnoscit. Et sic proculdubio scribendum, ex eodem Aristotele loco saepe allegato. *Pintian.*

*Desinunt fere)* Vide Not. et Em. N. XLVI. (hic adi) *Etesiae noctu desinunt fere)* Aliqui codices *desinunt flare* haud improbabiliter. Aristot. L. II. Meteor. c. 5. p. 561. de etesiis, *τὰς μὲν ἡμέρας πνέουσι, τὰς δὲ νύκτας παύονται.* Et sect. 26. Probl. 54. p. 804. sine dubitandi aduerbio *λήγουσης τῆς ἡμέρας λήγουσι, καὶ τῆς νυκτὸς οὐ πνέουσιν, desinente die desinunt, noctu quiescunt:* Itaque *flare* haud sane displicet: sed magis arridet hanc voculam *fere* ad sequentia referre: noctu enim semper quidem desinunt: sed non semper iidem hora tertia incipiunt: immo apud nos vix vmquam ea hora. Sic igitur libenter legam: *Fere et a tertia diei hora oriuntur.* Alioqui et *desinere* absolute, voce ea non adiecta *flare*, de ventis dicimus non inuenuste. Plinius ipse paulo antea hac ipsa sectione: *Sicci, Corus et Vulturnus, praeterquam desinentes.* Et mox: *Septemtriones impari fere desinunt numero.* Sic e diverso *incipere* pariter absolute dicuntur: Paulo post Auctor ipse: *Omnes venti vicibus suis spirant maiore ex parte: aut vt contrarius desinenti incipiat.* H.

g. *Et a tertia)* Hoc est, medio tempore inter Solis ortum, et medium diem. In eam rem lepide Seneca Nat. Quu. L. V. c. 11. p. 897. *Etesiae*, inquit, *ob hoc somniculosi a nautis, et delicati vocantur; quod, vt ait Gallio, mane nesciunt surgere: eo tempore incipiunt prodire, quo ne pertinax quidem aura est, etc.* H.

tertia diei hora oriuntur. In [1] Hiſpania h. et Aſia ab i. oriente flatus eſt eorum; in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus a meridie. Spirant autem et a bruma, cum [2] vocantur k. Ornithiae, ſed leniores, et l. paucis diebus. Permutant et duo naturam cum ſitu. Auſter m. Africae ſerenus, Aquilo nubilus. Omnes venti vicibus ſuis ſpirant maiore ex parte, aut [3] vt n. contrarius deſinenti incipiat [4]. Cum proximi cadentibus ſurgunt, a o. laevo latere in dextrum vt Sol, ambiunt. De ratione eorum

1. *In Hiſpaniam et Aſiam ab oriente flatus eſt eorum: in Ponto ab Aquilone in meridiem. Reliquis autem partibus ſpirant et a etc. V.* 2. *qui. V.* 3. *del. aut.* 4. *incipiat: aut quam proxime cadentibus ſurgat. Long. et M.*

h. *In Hiſpania)* Eteſiae et prodromi appellantur, vt recte Gellius admonet, L. II. c. 22. p. 165. qui ſtato tempore anni, cum Canis oritur, ex alia atque alia caeli parte ſpirant. In Hiſpania ab oriente flare, et eosdem eſſe cum Euro ſcribit pariter Poſidonius apud Strabon. L. III. p. 144. In Ponto, ab Aquilone. Polybius L. IV. p. 434. In his regionibus nulli paene ſunt conſtantes, aut anniuerſarii venti. H.

i. *Aſia ab oriente flatus eſt eorum)* Venti ſeptemtrionales omnes numero quinque: Aquilo, Caecias, Aparctias, Thraſcias, Argeſtes. *Dalec.*

k. *Vocantur Ornithiae)* Eteſiae imbecilliores. *Idem.*

l. *Et paucis diebus)* Nouem vt dictum eſt ſuperiore ſect. Ita Democritus apud Geminum, in Elem. Aſtron. c. 16. p. 68. Δημοκρίτῳ ἄνεμοι πνέουσι ψυχροὶ, οἱ Ὀρνιθίαι καλούμενοι, ἡμέρας μάλιστα θ'. H.

m. *Auſter Africae)* Ariſt. L. II. Meteor. c. 3. p. 556. Ὁ δὲ Βορέας — τῷ ἀπωθεῖν, αἴθριος ἐνταῦθα. ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις, ὑδατώδης ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Νότος αἴθριος τοῖς περὶ τὴν Λιβύην, etc. *Aquilo — quod nubes propellat, ſerenus eſt: in locis oppoſitis pluuius. Pari modo et Auſter Afris ſudus eſt, etc.* Habet aliquid ſimile Macrob. L. II. in Somn. Scip. c. 5. p. 137. H.

n. *Aut vt)* Ita omnes MSS. Explicat quid ſit, vicibus ſuis ſpirare ventos: nempe deſinenti contrarium, ſiue qui ex aduerſo eſt, incipere. H.

o. *A laeuo latere)* Ab ortu in

eorum menſtrua, quarta p. maxime Luna decernit. Iisdem autem ventis in contrarium nauigatur q. prolatis pedibus r., vt noctu plerumque aduerſa vela concurrant. Auſtro maiores fluctus eduntur, quam Aquilone: quoniam ille s. infernus [1] ex imo maris ſpirat,

1. *Inferius ex imo maris Chif.*

in occaſum, ac deinceps rurſus in ortum. H.

p. *Quarta maxime)* Qui quarto nouilunii die ſpirant, ii vt plurimum toto menſe dominantur. Virg. Georg. L. I. v. 433. *Sin ortu in quarto, namque is certiſſimus auctor, Pura, nec obtuſis per caelum cornibus ibit: Totus et ille dies, et qui naſcentur ab illo, Exactum ad menſem, pluuia ventisque carebunt: Votaque ſeruati ſoluent in litore nautae, etc.* H.

q. *Nauigatur prolatis pedibus)* *Pes*, nauticum vocabulum, imus eſt veli angulus: aliis funis quo velum tenditur. Virgil. *Vna omnes fecere pedem.* id eſt, vela tetenderunt. *Proferre pedem* Servio eſt, funibus et ſuis podiis imam veli partem minus adducere, ſiue vtramque veli partem aequatam eſſe non pati, quod fit obliquato veli ſinu, dum producitur funis alter, alter reducitur. Sic colligitur ventus vt aduerſae naues eodem vento inflatae ac pulſae poſſint concurrere. Funes hos *vorſoria* vocat Plautus, *Hic ventus nunc ſecundus eſt, cape vorſorium.* Propedes Iſidorus ex Turpilio, *Quaſi cum ventus fert nauem in mare ſecundum ſi quis propedem miſit in veli ſiniſtrum.* Sic *anginam* ex Cinna vocat funem. *Qui autem naui ad malum conſtringit atque angina regit ſtabilem fortiſſima curſum.* Turn. cap. 4. lib. XX. Aduerſ. *Dalec.*

r. *Prolatis pedibus)* Seruius in illum Virgilii v. 830. Aen. L. V. *Vna omnes fecere pedem:* Pedem vel podiam appellari ait funem illum quo pro voluntate velum adducitur ac remittitur. Ex vtroque veli angulo pendulus hic funis fuit: vſus, in captando vento: nam prout alteraut laxabatur, aut ſtringebatur, obliquabatur antenna, et ipſum velum: atque adeo maiori vel minori ſinu vela ventos excipiebant. Prolatis igitur pedibus idem eſt ac leniter et quantum opus eſt, remiſſo laxatoque fune, qui ex infimo veli angulo pendet, obliquare velum. *Aller a la bouline.* H.

s. *Ille infernus)* Haec quidem Plinius ex ea opinione, quae veterum animis plerumque inſedit, borealem plagam

ſpirat, hic ſummo. Ideoque poſt t. Auſtros noxii praecipue terrae motus. Noctu Auſter, interdiu Aquilo vehementior. Et ab ortu flantes diuturniores ſunt ab occaſu flantibus. Septemtriones impari u. fere deſinunt numero: quae obſeruatio et in aliis multis rerum naturae partibus valet. Mares itaque exiſtimantur impari [1] numero. x. Sol y. et auget, et comprimit flatus. Auget exoriens occidensque, comprimit meridianus aeſtiuis temporibus. Itaque medio diei aut noctis plerumque ſopiuntur; qui aut nimio frigore, aut aeſtu ſoluuntur. Et imbribus z. venti [3] ſopiuntur. Expectantur autem maxime, vnde nubes diſcuſſae adaperuere caelum. Omnium quidem (ſi libeat obſeruare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat; non ventorum modo, verum et reliquagam excelſiorem eſſe et elatiorem: humiliorem multo, depreſſioremque Auſtralem. Hoc etiamnum vulgus ſequitur in ventorum nomenclatione, quos *Vent d' aval et Vent d' amont* vocant, quaſi ex humiliore illum, iſtum e ſuperiore mundi plaga exortum. H.

1. *Impares numeri. Vet.* 2. *meridianis et aeſtiuis. M.* 3. *venti ſop. deſ. haec in Chiff. M. et recte.*

t. *Ideoque poſt Auſtros)* Vide Senecam Nat. Quu. L. VI. c. 7. p. 906. H.

u. *Impari fere)* Poſtquam impari dierum numero ſpirauere. H.

x. *Impari numero)* Quoniam, vt Macrobius ait, L. I. in Somn. Scip. 6. p. 25. *Impar numerus mas, et par femina vocatur: item Arithmetici imparem patris, et parem matris appellatione venerantur.* H.

y. *Sol et auget)* Quae mox ſequuntur vsque ad ea verba. *et imbribus*, etc. habent totidem verbis Ariſtot. L. II. Meteor. c. 5. p. 561. et ſect. 25. Probl. 4. p. 793. Theophr. L. de ventis, p. 59. et 60. et Seneca Nat. Quu. L. V. c. 8. p. 896. H.

z. *Et imbribus)* Ariſt. ſect. 26. Probl. 6. p. 797. Διὰ τί οἱ ἐκνεφίαι ὕδατος γενομένου ἧττον παύονται; *Cur procellae vehementiores imbre ſuperueniente ocyus ceſſant?* H.

quarum tempeſtatum magna ex parte. Et a. eſt principium luſtri eius, ſemper intercalari anno, Caniculae ortu. De generalibus ventis haec.

XLIX.

a. *Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno Caniculae ortu)* Lege: *et eſt principium luſtri eius ſemper in canario anno Caniculae ortu. Canarius annus* eſt Aegyptiacus, quia Aegyptii ab ortu canis anni ſui exordium ſumebant. Vide *Salmaſ.* pag. 553. a. *Gron.*

*Et eſt principium)* Eudoxi quadriennium, vel, ſi lubet ita appellare, luſtrum, in quo annus vnus intercalaris eſt, principium ducit ab exortu Caniculae. Vide Not. et Em. N XLVII. (hic conſp.) *Intercalari anno Caniculae ortu)* Vel *intercalario anno*, vt in ſcriptis quibusdam extat, atque ex vet. cod. adnotauit V. Cl. Pelicerius Ep. Montiſpeſſul. Salmaſius, p. 553. reponere mauult ex coniectura ſua, *in canario anno.* Sed hanc emendationem nemini vel leuiter erudito probatum iri arbitror, qui quam erudite ac ſolide confutata ſit a Petauio noſtro, L. V. Variar. Diſſ. in Vranol c. 5. p. 202. expendere ſecum voluerit. Interim operae pretium fuerit admonere, poetarum more locutum eſſe hoc loco Plinium, qui luſtrum appellare vſus ſit quadriennii ſpatium: cum tamen certum ſit interuallo quinque ſolidorum annorum conſtare luſtrum. Id enim a cenſione populi Romani originem habuit: ea vero poſt quinque vertentes annos ex legis praeſcripto apud Cenſores fieri debebat. Qua de re Aſconius Pedianus in 3. orat. contra Verrem, ad ea verba, *Neque cenſus eſſet.* Atque huius moris veſtigium in Faſtorum Capitolinorum reliquiis apparet: in quibus luſtra nonnulla continuis quinquenniis interiectis condita viſuntur: quod et Romanorum antiquitatum periti docent, Sigonius, aliique. Poetae nihilominus, vt dixi, aliique interdum, ob duarum periodorum iſtarum affinitatem, luſtri Romani, et Olympicae πενταετηρίδος, nomina licenter permutarunt, quadriennio luſtri, luſtro Olympiadis appellatione imputata Poſterioris exemplum habet Ouid. L. IV. de Ponto, El. 6. *In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt: Iam tempus luſtri tranſit in alterius.* Prioris, Auſonius, in Epitaphiis Heroum, Carm. 31. *Omnia, quae longo vitae cupiuntur in aeuo, Ante quator plenum conſumſit Anicia luſtrum.* Hoc eſt ante annos

XLIX. Nunc b. de repentinis flatibus, qui exhalante terra (vt c. dictum est) coorti, rursusque d. deiecti, interim e. obducta nubium cute, multiformes existunt. Vagi f. quippe [1] et ruentes torrentium modo (vt aliquibus [2] placere ostendimus g.) tonitrua et fulgura edunt. Maiore vero illati pondere incursuque, si late siccam rupere [3] nubem, procellam gignunt, quae vocatur a Graecis Ecnephias h: Sin vero i. depresso [4] sinu arctius rotati effregerint, sine

1. *d. in M.* 2. *aliqueis. Chiff.* 3. *Sic ex MSS. consentit Chiff. ruperint Gr.* 4. *depressum sinum. Vet.*

sedecim solidos et perfectos. Fidem facit ipsa si tamen genuina, Epitaphii inscriptio: ANICIAE. SEDECENNI. MATRONAE. H.

b. *Nunc de repentinis flatibus)* De his Aristoteles in Meteor. et Gellius lib. XIX. Rhodig. cap. 19. 20. *Dalec.*

c. *Vt dictum est)* Sect. 42. H.

d. *Rursusque deiecti in terram, obducta nubium cute)* Antiqua scriptura, *Rursusque deiecti, interim obducta. Gelen.*

e. *Interim)* Interim dum nubium *veluti* corio obuoluuntur, *ne exeant.* H.

f. *Vagi quippe)* Interpretationem huius loci dabit ipse Cicero: *Cum illi anhelitus*, inquit, L. II. de Diuin. p. 228. *se in nubem induerint, eiusque tenuissimam quamque partem coeperint diuidere, atque disrumpere, idque crebrius facere, et vehementius, tum fulgura et tonitrua exsistere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.* H.

g. *Ostendimus)* Sect. 43. iis verbis: *Et si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina, etc.* H.

h. *Ecnephias)* Accommodato scil. nomine: ἐκ νέφους, ex nube erumpente spiritu. Sic Arist. L. III. Meteor. c. I. p. 573. Frequentes Ecnephiae dicuntur esse prope Aequatorem, iis praesertim mensibus, quibus constantes venti sunt rariores. In quibusdam certis Africae locis sunt anniuersarii. Has procellas nautae *Tornados*, et *Trauados* vocant, intra vnius horae spatium in omnes paene plagas diriguntur, tonitruis fere comitantibus, et magna imbrium copia. H.

i. *Sin vero)* Res sic est concipienda: vt sit nubes aliqua vento

ſine igne, hoc eſt ſine fulmine, vorticem faciunt, qui k. Typhon vocatur, id eſt, vibratus Ecnephias. Defert hic ſecum aliquid [1] abruptum e nube gelida, conuoluens, verſansque, et ruinam ſuam illo pondere aggrauans, et locum ex loco mutans rapida vertigine: praecipua nauigantium peſtis, non antennas modo, verum ipſa nauigia contorta frangens, tenui l. remedio aceti in aduenientem effuſi, cui frigidiſſima eſt natura. Idem illiſu ll. ipſe [2] re-

 percuſ-

1. *Aliquid abreptum.* 2. *ipſo. V.*

vento extrinſecus compreſſa, quae in ſui medio contineat plurima venti ſemina: qui dum quaerit exitum, varie intra nubis ſinum impingitur, deflectitur, contorquetur, circumrotatur, ac impetu ſemper creſcente prorumpit in eam nubis partem quae infirmior eſt. Quia tamen nubes haud facile excutitur, fit vt quamdam eius portionem ſecum abripiat, et convehat: eaque de cauſa cernatur quaedam nubis quaſi columna deorſum vergens ac procidens, quae in mare impacta, ipſum vi ſumma commoueat, et quaſi feruere compellat: quo nomine fere *Procella* intelligitur. Dicitur etiam Δῖνος *Vortex*, cum manifeſtiores creat in aqua vortices: ac ſpeciatim *Typhon*, cum rapidos creat ac vehementes, nauigiumque in quod inciderit, *Torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex.* Ita fe-

re Cabeus in L. III. Meteor. p. 8 et Gaſſendus in L. X. Laertii p. 1039. poſt Ariſt. l. c. Typhon is eſt quem vulgo *Ouragam* vocant, Americanas inſulas ſaepe infeſtans: de quo vide Ricciolum, Tom. I. p. 728. H.

k. *Qui Typhon vocatur)* Gellius loco citato. Alius eſt Typhon cometes ſupra cap. 25. *Dalec.*

l. *Tenui remedio)* Et Plutarch. quidem, L. III. Symp. qu. 5. p. 652. naturam aceti eſſe ait frigidiſſimam, nihilque eſſe quod ignibus reſtinguendis ſit aptius. Οὐδὲν δὲ τῶν σβεστηρίων ὄξος, πυρὶ μαχιμώτερον, ἀλλὰ μάλιστα πάντων ἐπικρατεῖ καὶ συμπίζει τὴν Φλόγα δι ὑπερβολὴν ψυχρότητος. Negat autem id fieri ob aceti frigiditatem, ſed ob tenuitatem partium, quibus conſtat, Fr. Reſta in Meteor. p. 229. H.

ll. *Idem illiſu)* Dum ven-

tus

percuſſus, correpta ſecum id caelum refert, ſorbetque in excelſum.

L. Quod ſi m. maiore depreſſae nubis eruperit ſpecu, ſed minus lato quam procella, nec ſine fragore. Turbinem n. vocant, proxima quaeque proſternentem. Idem ardentior, accenſusque dum furit [1], Preſter o. vocatur, amburens contacta pariter et proterens. (XLIX.) Non p. fit autem aquilonius

1. *Fuerit. Chiff.*

tus terrae impingitur, cogitur rurſum reſultare, ſecumque effert ea in quae incidit. Quare forma quaedam Typhonis ea eſt, quae quandoque lapides ita attollit, vt compluere poſtea iis arbitrere: quae arbores conuellit, et eradicat, etc. H.

m. *Quod ſi maiore depreſſae nubis eruperit ſpecu, ſed minus alto, quam procella)* Scribo, *Lato*, non, *Alto*. Superius enim dixerat, *Si late ſiccam ruperint nubem procellam gignunt*. Gelen. *Quod ſi maiore depreſſae, etc)* Τὸν πρόβιλον. Ventos hos nubibus incluſos et tanto impetu erumpentes Ennius his verſibus ſignificat. *Per ego Deum ſublimes ſubices humidas, Vnde oritur imber ſonitu ſaeuo et ſpiritu.* Vide Feſtum hac de re. *Dalec.*

n. *Turbinem)* Huc videtur pertinere prima ſequentis capitis periodus, perperam ex hac ſua ſede in alienam traiecta, *Idem.*

*Turbinem)* Definitur a Seneca, Nat. Quu. L V. c. 13, p. 897. *Ventus circumactus*, inquit, *et eundem ambiens locum, et ſe in ipſa vertigine concitans, turbo eſt. Qui ſi pugnacior eſt, ac diutius volutatur, inflammatur, et efficit quem πρηςῆρα Graeci vocant. Hic eſt igneus turbo. Hi fere omnia pericula venti erupti de nubibus produnt, quibus armamenta rapiantur, et totae naues in ſublime tollantur.* Vide Lucret. L. VI. v. 299. *Fit quoque vt interdum venti vis miſſa ſine igni, Igneſcat tamen in ſpatio*, etc. Vide eumdem v. 445. Eadem habet Ariſt. l. c. p. 574. Preſteres Iaponicam plagam infeſtant in primis. H.

o. *Preſter)* Eſt etiam πρηςὴρ χθόνιος. Ariſt. ἀναφυσήματα vocant, cum ſpiritus ex terrae hiatibus exploſus mare vi ſe circumagit et contorquet. *Dal.*

p. *Non fit autem Aquilonius Typhon, nec niualis, aut nue iacente Ecnephias)* Repugnant licet omnia exemplaria

nius Typhon, nec [1] niualis aut niue p. iacente Ecnephias. Quod q.ſi ſimul rupit [2] nubem, exarſitque et ignem habuit, non [3] poſtea r. concepit, fulmen eſt. Diſtat a Preſtere, quo flamma ab igni. Hic late s. funditur flatu, illud conglobatur impetu.



1. *Nec niualis Ecnephias. Redundant enim tria illa verba, Aut niue iacente: ex Vet. et Ariſt. 1. Met. 2. rumpit. 3. ac non poſtea concipit ex M. et Chiff.*

plaria, perſuaſum habeo, tria illa verba, *aut niue iacente*, Plinii non eſſe, vt innumera alia in hiſtoria naturali. Mouet me Ariſtoteles, cuius verba ex initio tertii Meteorων ſubieci, *Borea flante non fit typhon, neque ningente ecnephias*. De reliquo quis ita eſt mente captus, vt non videat, tum ex ordine eorum quae indicantur, tum ex Ariſtotele a quo cuncta haec ad literam, vt aiunt, hauſit Plinius, verba ſupra dicta alienum locum occupaſſe, proprio relicto, et ſtatuenda eſſe poſt illud caeſum proximi capitis, cuius finis eſt, *ſorbeque in excelſum?* Nam cum tractatio ecnephiae et typhonis claudatur illo loco, non poſſe commodius alibi ſubtexi accidentia vtriusque: praeſertim cum ea parte, qua inſerta ſunt, ſeriem diſturbent, continuationemque interrumpant, turbinis, preſteris, fulminis, quorum commentatio interſcindenda non erat interpoſitione accidentium diuerſarum tempeſtatum. *Pintian.*

*Non fit autem*) Ariſt. L. III. Meteor. c. 1. p. 573. Βορείοις δ' ἀ γίγνεται τυφών, οὐδὲ νιφετῶν ὄντων ἐκνεφίας. Cauſas deinde ſubiicit, quas planius dilatat Cabeus in eum locum, L. III. p. 7. H.

p. *Aut niue iacente*) In MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. *aut niuem iaciens*: quae verba gloſſema ſapiunt vocis *niualis*. Eam forte ob cauſam expungenda illa, *aut niue iacente*, cenſuit Pintianus. H.

q: *Quod ſi ſimul rupit nubem, exarſitque, et ignem habuit, aut poſtea concepit fulmen eſt*) Lego, *Non poſtea concepit*. Id addit ad differentiam preſteris, quem in fine praecedentis capitis dixit, rupta nube demum dum furit, accendi. *Gelenius.*

r. *Non poſtea concepit*) Vt Preſter, qui poſtquam erupit e nube, nec prius, extra nubem, dum furit, accenditur, vti dictum eſt paulo ante. H.

s. *Hic late*) Preſter nimirum.

tu. Vortex t. autem remeando [1] diſtat a turbine, quomodo [2] ſtridor a fragore. Procella latitudine ab vtroque: diſiecta nube verius, quam rupta. Fit et caligo belluae ſimilis, nube dira nauigantibus. Vocatur et columna u., cum ſpiſſatus humor rigensque ipſe ſe ſuſtinet. Ex eodem genere, et in [3] longum x. veluti fiſtula nubes aquam y. trahit.

LI.

1. *Meando. Vet.* 2. *ex MSS. ſic quoque Ch. et quo Gron. et Al. et d. in Vet. omnibus.* 3. *Et in longum veluti fiſtula aquam etc. Chiff. Sic ex MSS.*

rum. Hoc illud eſt quod Stoici probabant apud Plutarchum, L. II. de plac. Phil. c. 3. fulmen eſſe fulgorem quemdam vehementiorem: Preſterem vero languidiorem. H.

t. *Vortex*) Vorticem Graeci σιφῶνα alii τυφῶνα vocant. Apollodorus in Meteor. Ariſt. Ἀριστοτέλης, inquit, τυφῶνα οἷον τυπῶνα καλεῖ, διὰ τὸ τύπτειν σφόδρως καὶ ἐηγνύειν τὰ ξερὰ σώματα. ναύται δὲ σιφῶνα διὰ τὸ δικὴν σιφῶνος ἀνασπᾶν τὸ ὕδωρ θαλάσσης. Vide Turn. cap. 20. lib. IV. Aduerſ. *D. Vortex autem hoc meando diſtat a turbine, quo ſtridor a fragore*) Non diſplicet, quod habent noſtra exemplaria. *Vortex autem remeando diſtat a turbine, et quod ſtridor a frigore. Gelen.*

u. *Et columna*) Lucret. L. VI. v. 425. *Nam ſi vt interdum tamquam demiſſa columna In mare de caelo deſcendat, quam freta circum Feruiſcunt, grauiter ſpirantibus incita flabris: Et quaecunque in eo tum ſunt deprenſa tumultu Nauigia, in ſummum veniunt vexata periclum. etc.* H.

x. *Et in longum*) Σιφῶνα Graeci vocant, διὰ τὸ δικὴν σιφῶνος ἀνασπᾶν τὸ ὕδωρ θαλάσσης, inquit Olympiodorus in Meteorol. Ariſtot. Venti ſunt nimirum, in nube, incluſi, qui aquam fibulae inſtar reſorbentes a mari, eam exonerant in naues, easque demergunt. In mediterraneo mari, quam in Oceano, hae Tubae ſeu fiſtulae crebiores. H.

y. *Aquam trahit*) Praeter Ecnephian, ſiue procellam, vorticem, ſiue typhonem, turbinem ſiue ſtrobilum et preſterem nominat Ariſtoteles, θύελλαν, ἐξυδρίαν, λαίλαπα, κατ' αἰγίδα, ἀναφύσημα, de quibus Rhodig. ἐκκολπίας vero, ἀπογείας, εὐθύπνους, hic referre nihil attinet, cum aliam naturam rationemque habeant, vt et imbres

LI. (L.) Hieme et aeſtate rara fulmina, contrariis de cauſis; quoniam hieme denſatus aer nubium craſſiore corio ſpiſſatur; omnisque terrarum exhalatio rigens, ac gelida, quidquid accipit ignei vaporis, extinguit. Quae ratio immunem Scythiam et circa rigentia a fulminum caſu praeſtat: et e diuerſo nimius ardor Aegyptum: 2. ſiquidem calidi ſiccique halitus terrae, a. raro [1] admodum, tenuesque denſantur in nubes. Vere b. autem et autumno crebriora fulmina, corruptis in vtroque tempore aeſtatis hiemisque cauſis. Qua ratione crebra [2] in Italia: quia mobilior aer mitiore hieme, et aeſtate nimboſa, ſemper quodammodo vernat, vel autumnat. Italiae quoque partibus iis, quae c. a ſeptemtrione diſcedunt ad teporem, qualis eſt Vrbis et Campaniae tractus, iuxta hieme et aeſtate fulgurat, quod non in alio ſitu [3].



1. *Ex MSS. ſic, et raras admodum tenuesque et infirmas denſantur, Gr.* 2. *crebra ſunt in Italia. Chiff.* 3. *ſitu euenit. M.*

imbres τροπαῖοι, Petrus Victorius Romae in prima regione aedem Tempeſtati fuiſſe ſacram tradit. *Dalec.*

2. *Aegyptum*) Et Aethiopiam. Nam et hanc immunem eſſe a fulminibus teſtatur Plutarch. περὶ δεισιδαιμ. pagina 287. b. *Idem.*

a. *Raras admodum tenuesque et infirmas denſantur in nubes*) Duo illa verba, *et infirmas*, deſiderantur in exemplari Toletano, et quidem puto recte. Quid enim eſt aliud, *raras admodum tenuesque*, quam infirmas? *Pintian.*

b. *Vere autem*) Ita et Lucreti L. VI. v. 356. Apud nos autem aeſtate frequentius, quam temporibus aliis fulminat. H.

c. *Quae a ſeptemtrione deſcendunt ad teporem, qualis eſt omnis Campaniae tractus*] Rurſus in ambobus MSS. eſt, *Quae a ſeptemtrione diſcedunt ad teporem, qualis eſt Vrbis et Campaniae tractus. Gelen.*

LII. (LI. d.) Fulminum ipſorum plura genera traduntur. Quae ſicca veniunt, non adurunt, ſed diſſipant. Quae e. humida, non vrunt, ſed infuſcant. Tertium eſt, quod clarum vocant, mirificae maxime naturae, quo f. dolia exhauriuntur intactis g. operimentis, nulloque alio veſtigio relicto. Aurum,

d. *Fulgurum genera)* Fulgurum genera Rhodigino cap. 13. lib. VIII. *καταβαταὶ, ἀργῆτης, ψηλόεντα*, quae, vt vult Suidas, maxima celeritate icta comminuunt. Ab his tribus generibus quidam *triſulcum* fulmen dictum volunt. *Dalec.* v. Inſcr. in Ind. Librorum L. I.

e. *Quae humida)* Vide Not. et Em. N. XLVIII. (hic inſ.) *Quae humida non vrunt, ſed infuſcant)* Fortaſſis legendum *quae fumida*. Nam Ariſtot. qui duo tantum poſteriora fulminum genera attingit, quae Plinius nunc commemorat: *ἐὰν μὲν πάνυ λεπτὸν*, inquit L. III. Meteor. c. 1. p. 574. *ἐκ ἐπικάον διὰ λεπτότητα, ὃν οἱ ποιηταὶ ἀργῆταὶ καλοῦσιν· ἐὰν δ' ἧττον ἐπικάον, ὃν ψολόεντα καλοῦσιν. ὁ μὲν γὰρ διὰ τὴν λεπτότητα φέρεται, διὰ δὲ τὸ τάχος, φθάνει διϊὼν, πρὶν ἐκπυρῶσαι, καὶ ἐπιδιατρίψας μελάναι. ὁ δὲ βραδύτερος, ἐχρωσε μὲν, ἔκαυσε δ' οὔ.* Quod ſi fulmen admodum tenue fuerit, ſed prae tenuitate non adurat, illud eſt quod Poetae *Clarum* vocant: ſi vero minus adurat, *Fumidum*. Nam ob tenuitatem cito agitur: propter celeritatem ante penetrat quam adurat, vel mora facta infuſcet: Illud cum ſit tardioris naturae, infuſcat quidem, ſed non adurit. Vt vt eſt, multo diſtinctius magis Plinius, quam Ariſtoteles, tria fulminum genera conſtituit: ſiccum, humidum vel fumidum, et clarum. Duo priora non adurunt: ſed ſiccum tenuitate ſua dura diſſipat: humidum tantum infuſcat: clarum mira operatur: nam ſe per omnes venas inſinuat, etc. H.

f. *Quo dolia)* Lucret. L. VI. v. 227. *Tranſit enim valide fulmen per ſepta domorum, Clamor vti, ac voces: tranſit per ſaxa, per aera, Et liquidum puncto facit aes in tempore, et aurum: Curat item, vt vaſis integris vina repente Diffugiant: quia nimirum facile omnia circum Conlaxat, rarasque facit lateramina vaſi, etc.* Addere lubet et Senecam, Nat. Quu. L. II. c. 31. p. 854. *Loculis integris ac illaeſis conflatur argentum. Manente va-*

gina

Aurum, et aes, et argentum h. liquatur intus, facculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidem signo cerae. Marcia princeps i. Romanarum icta grauida, partu exanimato, ipsa citra vllum aliud incommodum vixit. In k. Catilinanis [1] prodigiis



1. *Catilinianis. Vet. Alii, Catilianis.*

*gina gladius liquescit: et inuiolato ligno circa pila ferrum omne destillat. Stat fracto dolio vinum, nec vltra triduum rigor ille durat, etc.* H.

g. *Intactis operimentis)* Vide Senecam cap. 31. lib. II. Quaest. Natur. Arist. de mundo cap. 3. Meteor. lib. II. cap. 1. lib. III. cap. 1. *Dal.*

h. *Argentum liquatur intus)* Vide quod adnotatum est de Mithridate cap. 2. lib. XXV. Varro lib. III. Rerum diuinarum: *Lucius Scipio cum aurum haberet in cista viminea, ita fulmine est icta, vt cista esset integra, aurum vero colliquisset.* Nonius in voce Liquidum. Plutarchus in Symposiis: καὶ κυλιχνίων ἀργυρῶν ξυλίνοις ἐγκειμένων ἐλάτροις, τὸν μὲν ἀργυρὸν σύζεσαι τακέντα, τὸ δὲ ξυλὸν ἅπτιστον καὶ ἄπαθὲς εὑρεθῆναι. *Dalec.*

i. *Princeps Romanarum)* Sic coniugem appellatam credimus principis Senatus ac ciuitatis, qualis Scaurus exstitit. H.

k. *In Catilinanis)* Vide Not. et Em. N. XLIX. (hic consp.) *In Catilinanis prodigiis)* Emendare ex hoc loco Iul. Obsequentem iuuat, qui eamdem historiam recitat, c. 122. p. 66. *M. Caesone,* (lege, *M. Cicerone) C. Antonio Coss. Fulmine pleraque decussa. Sereno Varguntcius Pompeius* (lege, *Pompeiis*, nam Plinius *ex Pompeiano municipio* fuisse ait: est autem Pompeii Italiae oppidum, de quo L. III. Sect. 9.) *de caelo exanimatus — Ab his prodigiis Catilinae nefaria conspiratio coepta.* At ex Obsequente vicissim puto Plinium corrigendum. Quis enim non suspicetur ex hac voce *Varguntcius*, factum esse a librariis primum *Marcuennius:* postea *Marcus Herennius* ab emendatore aliquo? Sunt diuersae apud Romanos familiae Varguntcia et Herennia. Tacito viri nomine hoc ipsum Cicero refert inter prodigia, quae tempore sui Consulatus, atque adeo inter Catilinana prodigia acciderunt, L. I. de Divin. p. 164. *Aut cum terribili perculsus fulmine ciuis Luco serenanti vitalia lumina liquit.* Et ad id forte respexit Seneca Nat. Quu. L. I. c. 1. p.

digiis Pompeiano ex municipio M. Herennius Decurio sereno l. die fulmine ictus est.

LIII. (LII.) Tuscorum m. literae nouem Deos emittere fulmina existimant, eaque esse vndecim generum: Iouem n. enim trina iaculari. Romani duo tantum ex iis seruauere [1]: diurna o. attribuentes Ioui, nocturna Summano p.: rariora sane eadem de causa frigi-

1. *Seruauere Ch. M. etiam, seruare Gron.*

1. p. 832. dum ait: *Nam sereno quoque caelo aliquando tonat ex eadem causa qua nubilo, aere inter se collisо. H.*

*In Catilianis prodigiis)* Vetus lectio, *Cutilinanis*. Lego, *Catilinanis*. Nam vt a Sylla Syllanus, sic a Catilina Catilinanus. *Pinnian*

l. *Sereno die)* Id eatenus solum credi vult Gassendus in L. X. Laert. p. 1014. si reliquo caelo sereno, credatur simul fuisse nubes ad quamdam finitoris seu horizontis partem, e qua fulminauerit, aut tonuerit: vel toto caelo alioqui puro, factam e terra eruptionem esse cum igne, nec sine fragore. H.

m. *Tuscorum)* His summam fuisse persequendorum fulminum scientiam, ait Seneca, Nat. Quu. L. II. c. 32. p. 854. Totam eorum doctrinam de fulminum scientia, et de diuinatione per fulmina, prolixe describit idem, c. 33. et sequentibus. Attigit etiam Cicero, L. I. de Diuin. p. 194. Etruscorum libros Rituales, praeter Tullium, laudat et Censorinus, L. de die Nat. c. 11. p. 69. H.

*Tuscorum literae nouem)* Hetrusci iudicabant fulmina ob hoc tantum fieri, vt aliquid significarent: Philosophi contra fulminum causam efficientem nubium collisioni assignabant: postquam vero facta essent, aliquid portendere existimabant. *D.*

n. *Iouem enim tria)* Harum nos ineptiarum piget: quas si quis fusius tractatas requirit, is Senecam adeat, l. c. c. 41. p. 856. H.

o. *Diurna)* Haec totidem verbis de Ioue et Summano, Fest. in Fragm. p. 37. et S. August. L. IV. de Ciuit. Dei, c. 23. Summanus est Deus summus Manium, idem Orcus et Pluto dictus. H.

p. *Summano)* Plutoni summo Deorum Manium. Quis tamen Summanus esset, Ouidius dubitare videtur his verbis, *Reddita, quisquis est, Summano templa feruntur: Tunc cum Romanis Pyrrhe timendus*

timendus

frigidioris q. caeli. Etruria erumpere terra [1] quoque arbitratur, quae infera appellat [2], brumali tempore facta; saeua maxime et exsecrabilia; cum sint omnia, quae terrena existimant [3], non illa generalia, nec a sideribus venientia, sed ex proxima atque turbidiore natura. Argumentum euidens, quod [4] omnia a superiore caelo decidentia obliquos habent [5] ictus: haec autem quae vocant [6] terrena, rectos. Sed quia ex propiore materia cadunt, ideo creduntur e terra exire, quoniam ex repulsu [7] nulla vestigia edunt [8], cum sit illa ratio non r. inferi [9] ictus, sed aduersi. A Saturni ea sidere proficisci subtilius ista consectari putant: sicut cremantia, a Martis. Qualiter, cum Volsinii s. oppidum Tuscorum opulentis-

1. *E terra M.* 2. *appellantur M.* 3. *existimantur. M.* 4. *Vocem est inserit Gr. est deest in Chiff. M.* 5. *Chiff. sic quoque.* 6. *Sic etiam Ch. vocantur Gr.* 7. *percussu. Ch.* 8. *consentit Ch. M. edant. Gr.* 9. *Chiff. sic quaque, inferni Gr.*

*mendus erat.* Hac tota de re Delr. super Sen. Herc. Oet. p. 852. et par. vlt. pag. 501. *Dal.*

q. *Frigidioris caeli)* Quia locis repentibus caelum propter ἀντιπερίστασιν frigidius est. *Dal.*

r. *Non inferi ictus)* Ita MSS. omnes. Alias, *Inferni.* H.

s. *Volsinii oppidum Tuscorum opulentissimum)* Et Lugdunum, florentissima ciuitas, Nerone imperante. Hetrusci, quas vocarunt *manubias*, id est, fulminum iactus, a tribus superioribus sideribus, Saturno, Ioue, Marte decidere putarunt: sed praecipue Ioue, qui colluctantes inter se nimium Saturni humorem, et immodicum ardorem Martis, medius ipse prorumpere cogit. Iouis fulmina mitiora esse tradunt. Saturni saeua et execrabilia, Martis cremantia. Itaque Iouis fulmen afflare tantum, leuique iniuria laedere, Saturni punire, ac perimere; Martis accendere: vnde *trisulca* quoque *fulmina* appellata fuisse quidam censent. Abstrusius est, quod fulguralibus Hetruscorum libris continebatur, ex vndecim manubiis nouem diis traditis,

tres

lentiſſimum totum [1] concrematum eſt fulmine. Vocant et familiaria t. in totam vitam fatidica, quae prima fiunt familiam ſuam cuique indepto. Caeterum exiſtimant non vltra u. decem annos portendere priuata, praeterquam aut matrimonio [2] primo facta, aut natali die: publica non vltra triceſimum annum, praeterquam in x. deductione oppidorum.

LIV. (LIII.) Extat Annalium memoria, ſacris quibusdam, et precationibus vel cogi fulmina, vel impetrari. Vetus fama Etruriae eſt, impetratum y., Vol-

1. *Opulentum. M.* 2. *patrimonio. M. Senec.*

tres Iouem habuiſſe: quarum prima eſt eius ſolius arbitrii, placida et monitoria tantum: ſecunda ex conſilio Deorum concentum, quae non impune mittitur: tertia conſenſu Deorum ſuperiorum, ſeu inuolutorum, quae peruaſtat et imis ſumma commiſcet. Had. Iun. cap. 16. 5. Alex. ab Alex. cap. 13. 5. Sunt et poſtulatoria fulmina, quae contemta nec procurata expiatione indigent. *Dal.*

*Cum Volſinii)* Tertull. ad Nation. L. I. c. 9. p. 46. *Cum Vulſinios de caelo perfudit ignis.* H.

t. *Familiaria in totam vitam fatidica)* Seneca Quaeſt. Natur. lib. II. cap. 47. *Fulmina perpetua, quorum ſignificatio in totam vitam pertinet, nec vnam rem id enunciat, ſed contextum rerum per omnem deinceps aetatem futurarum complectitur. Haec ſunt fulmina quae prima accepto patrimonio et in nouo hominis aut vrbis ſtatu fiunt. Dal.*

*Vocant et familiaria)* Perpetua appellantur a Seneca, Nat. Quu. L. II. c. 47. p. 857. *Haec ſunt fulmina, inquit, quae prima accepto patrimonio, in nouo hominis aut vrbis ſtatu fiunt.* — H.

u. *Vltra decem annos portendere)* Seneca idem, Quaeſt. Nat. lib. II. cap. 48. *Priuata fulgura vltra decimum annum, publica vltra triceſimum poſſe differri. Dal.*

*Non vltra decem)* Haec quoque Seneca l. c. c. 48. H.

x. *In deductione)* Cum in oppida coloniae deducuntur. H.

*In deductione)* Nouum vrbis ſtatum Seneca appellauit, l. c. c. 47. H.

y. *Impetratum)* Sic MSS. omnes: non, *impetritum*: etſi *impetritum* in formulis ſcio Augurum vſurpari, pro *impetratum*. De hac voce dicemus, L. XXVIII. ſect. 3. H.

Volſinios[1] vrbem 2. agris depopulatis ſubeunte monſtro, quod vocauere Voltam. Euocatum et a Porſenna ſuo rege. Et ante eum a Numa a. ſaepius hoc factitatum, in primo Annalium ſuorum tradit L. Piſo grauis auctor: quod imitatum parum rite Tullium Hoſtilium ictum b. fulmine. Lucosque et aras et ſacra habemus: interque[2] Statores c., et[3] Tonan-

1. *Volſiniis et vrbe et agris depopulatis. Vet. Chiff.* 2. *Inter quae ſtatores. Vet. alii, inter quaeſtores.* 3. *ac M. Ch.*

2. *Impetratum Volſiniis et vrbe et agris depopulatis, ſubeunte monſtro quod vocauere Oltam)* Sic Vet. et Chiff. ſed ſincera lectio eſt, *Impetratum, Volſinios vrbem agris depopulatis, ſubeunte monſtro, quod vocauere Voltam.* Alioqui ſerum erat Iouis Tonantis auxilium iam depopulata vrbe. Quod autem ad monſtri nomen attinet, Tuſci terram vocabant Volam. Inde Volta terrigena bellua. *Gelenius.*

*Volſinios)* Hodie *Bolſena*, vnde et lacui cognomen, *Lago di Bolſena*, in Ducatu Caſtrenſi, in Etruria. H.

a. *A Numa)* Recitat Arnobius ſtatim initio libri V. p. 154. ex libro II. Valerii Antiatis, quo pacto artem Iouis, hoc eſt, fulminis eliciendi edoctus Numa fuerit. Videndus ea de re Plut. in Numa. Ioui Elicio aram in Auentino dicatam narrat Liuius, L. I. p. 8. ad eliciendа fulmina. H.

b. *Ictum fulmine)* Idem ſcribitur c. 2. l. XXVIII. *Dal.*

*Ictum fulmine)* De hoc rurſum, L. XXVIII. ſect. 4. Vide quae ibi dicturi ſumus. H.

c. *Interque Statores)* Inter Iouis, hoc eſt, Naturae fulmina edentis nomina, cuiusmodi ſunt Iouis Statoris, hoc eſt, Naturae fulmen parturientis, ſupra caput adſtans et imminens, ac veluti minans; proptereaque faciens homines attonitos: alterumque deinde Iouis Tonantis, tertiumque Feretrii, quo ſignifica tur Natura fulmen emittens, quod interimit, deducitque ad feretrum, vel ſepulcrum: Elicium quoque, inquit, a maioribus accepimus Iouem appellatum; hoc eſt, Naturam fulmen emittentem ſacris et precationibus elicitum. Hic manifeſtum eſt, a Plinio Iouis, hoc eſt, Naturae fulminantis tria nomina eo ordine appellari, quo illius effectus percipi ſolent. In nummis tamen Gordiani

Tonantes, et Feretrios d., Elicium e. quoque accepimus Iouem. Varia in hoc vitae ſententia, et pro cuiusque animo. Imperari [1] naturae f., audacis eſt credere: nec g, minus hebetis, beneficiis h. abrogare vires: quando in fulgurum quoque interpretatione eo profecit ſcientia, vt ventura i. alia finito

1. *Imperari naturae audaci, eſt credere, nec minus auitis beneficiis. Ch. Imperare naturae ſacrae audacis Vet.*

diani Pii Felicis et Gallieni, in quibus ſcribitur, IOVIS STATOR, caue aut *Iouis* in recto caſu ibi dici pro *Iuppiter*, aut *Iouem Statorem* pingi: quamuis ſtans dextra haſtam, fulmen ſiniſtra tenet. Sententia eſt. *IOue Imperii Seruatore* STAT ORiens. Eam ob rem in nummis Gordiani aliis, ORIENS AV*guſti* legitur: in nummis Gallieni, RESTIT*utor* ORIENTIS. Vbi Iuppiter Stator intelligi debet, in nummis ſcribitur, IOVI STATORI. H.

d. *Feretrios)* Feretrio opima ſpolia dicabantur. Numae Pompilii lex prima: *Quoius auſpicio, claſſe procincta opima ſpolia capiuntur, Iouis, Feretrio bouem caedito, quei cepit, aeris tercenta darier oporteto.* Secunda, *Spolia in Martis a ſam: in campo ſuove taurilia vtra voluerit caedito.* Tertia, *Spolia Iano Quirino agnum marem caedito, quei ceperit centum aeris dato. Quoius auſpicio capta Dis piacolom dato.* Fulu. Vrſin. not. ad II. P. Merula ſuper Enn. pag. 193. *Dalec.*

e. *Et Feretrios)* Dictum putat a feriendo Feretrium Plutarch. in Romulo p. 27. Ἀνάθημα Φερετρίῳ Διὸς ἐπωνομάσθη. Τὸ γὰρ πλῆξαι, φερῖρε Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Alias huiuſce vocis originationes vide apud Lilium Gyrald. hiſt. Deor. ſynt. 2. p. 79. H.

e. *Elicium quoque)* Ab eliciendo, ſeu quod precationibus caelo euocaretur, id nomen traxit. Ouid. L. III. Faſtor. v. 327. *Elicium caelo te, Iuppiter: vnde minores Nunc quoque te celebrant Eliciumque vocant.* H.

f. *Imperari naturae)* Sacris et precationibus, quibus cogi creduntur fulmina, vel impetrari. H.

g. *Nec minus hebetis, beneficiis abrogare fidem) Habitis*, legit codex Tolet. non *hebetis. Pintian.*

h. *Beneficiis) Precationum vi* abrogare fulminibus vires, quae ſummi beneficii loco haberi par eſt. H.

i. *Ventura)* Seneca cap. 49.

nito die praecinat: et an peremptura k. ſint fatum, aut apertura l. potius [1] alia fata, quae lateant innumerabilibus in vtroque publicis priuatisque experimentis. Quamobrem ſint iſta vt rerum m. naturae libuit, aliis [2] certa, aliis dubia, aliis probata, aliis damnanda: nos caetera, quae ſunt in his memorabilia, non omittemus.

LV. (LIV.) Fulgetrum n. prius cerni, quam tonitrum audiri, cum ſimul o. fiant, certum eſt. Nec mirum; quoniam lux ſonitu velocior. Ictum autem et ſonitum congruere, ita modulante natura: ſed ſonitum profecti eſſe fulminis, non p. illati. Etiamnum q. ſpiritum ocyorem fulmine; ideò quati prius omne

1. *Prius. Chiff.* 5. *alias certa, alias. Chiff. M.*

49. lib. II. ex Cecinna: *Peremptalia fulmina quae tollunt priorum minas: Regalia, quae regum ciuitati minantur: Monitoria, quae docent quid cauendum ſit, aut impendentis periculi euitationem continent. Dalec.*

*Vt ventura)* Vt alia fulgura certo die ventura praecinat: *ſimulque ſignificet* an mutaturæ ſint fatum, etc. H.

k. *Peremptura)* Mutatura, Ita Seneca, c. 35. quem conſule. H.

*Peremptura)* Exoratura, placatura, vt pericula ſubmoveantur. Vide Senecam cap. 35. 26. Quaeſt. Nat. *Dalec.*

l. *Aut apertura)* Hoc illud eſt quod ait Seneca Nat. Quu. L. II. c. 34. p. 854. *Summam*, inquit, *eſſe vim fulminum iudicant: quia quicquid alii portendunt, interuentus fulminis tollit. Quicquid ab hoc portenditur, fixum eſt: etc.* H.

*Apertura)* Auerſura. *Dalec.*

m. *Vt rerum naturae libuit)* Haec verba incluſa ſunt vncinis a Gronouio.

n. *Fulgetrum prius)* Fulminis vim et impetum eleganter deſcribit Plautus in Amphitryon. his verbis: *Screpitus, crepitus, ſonitus, tonitrus, vt ſubito, vt propere, vt tonuit valide. Dalec.*

o. *Cum ſimul fiant)* Vncinis incluſit haec Gronouius.

p. *Non illati)* Profecti ſponte fulminis, non ab diis iratis immiſſi. Totum hac caput plenum eſt vaniſſimae ſuperſtitionis, de fulgurum obſeruatione, et diuinatione per ea. H.

q. *Etiamnum ſpiritum)* Aerem

omne et afflari, quam percuti: nec quemquam tangi, qui prior viderit fulmen, aut tonitru [1] audierit. Laeua r. prosperа existimantur: quoniam laeua parte mundi ortus est [2]. Nec tam aduentus spectatur, quam reditus: siue ab ictu resiliit [3] ignis, siue opere confecto, aut igne consumpto spiritus remeat [4]. In s. sedecim partes caelum in eo aspectu [5] diuisere

1. *Tonitrua. Vet.* 2. *deest in Chiff.* 3. *Sic quoque Ch. resiliat Gr.* 4. *Haec ex MSS. consentit Chiff. remeet Gr.* 5. *Ex MSS. sic et M. respectu Gr.*

Aerem, ventum, afflatum. Seneca l. c. c. 20. p. 852. *Adiice nunc quod necesse est, vt impetus fulminis, et praemittat spiritus, qui agat ante se, et a tergo trahat ventum, cum tam vasto ictu aera inciderit. Itaque omnia, antequam feriantur, intremiscunt vibrata vento, quem ignis ante se pressit.* H.

r. *Laeua prosperа existimantur)* Ad consuetudinem Romani augurii dixit Ennius, *Quom tonuit laeuum bene tempestate serena.* At Homericus Vlysses apud Achillem querens de ferocitate Troianorum, nescio quid hoc modo enunciat: *Prospera Iuppiter his dextris fulguribus edit.* Cicero II. de Diuinat. Homeri versus est, ζεὺς δὲ σφὶν ηρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων. Idem testatur Pausan. Messen. pag. 132. Victorius cap. 3. lib. III. Muretus in Varronem cap. 6. 3. Apud Nonium e Catone Fulguratores dicuntur fulgurum inspectores, vt extispices, haruspices. Vide Alex. ab Alex. c. 13. 5. Turneb. cap. 35. lib. XXIX. vide supra cap. 8. *Dalec.*

*Laeua prosperа)* Varro L. V. Epistolicarum Quu. apud Festum: *A Deorum sede*, inquit, *cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi exorientes: ad dexteram, occidentes: factum arbitror, vt sinistra meliora auspicia, quam dextra esse existimentur.* H.

s. *In xvi. partes caelum in eo respectu diuisere Tusci)* Exemplar Salmant. *in eo spectu* habet, rectius: praecessit enim mox ante, *Nec tam aduentus spectatur, quam reditus. Pintian.*

*In sedecim)* Cicero, L. II. de Diuin. p. 228. *Quid est igitur*, inquit, *quod obseruatum sit in fulgure? Caelum in sedecim partes diuiserunt Etrusci. Facile id quidem fuit, quatuor quas non habemus duplicare: post idem iterum facere,*

re Tuſci. Prima eſt a ſeptemtrionibus ad aequinoctialem exortum: ſecunda ad meridiem: tertia ad aequinoctialem occaſum: quarta obtinet, quod reliquum eſt ab occaſu ad ſeptemtriones. Has iterum iu quaternas diuſere partes, ex quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem e contrario appellauere dextras. Ex his maxime dira, quae [1] ſeptemtrionem ab occaſu attingunt. Itaque [2] plurimum refert, vnde venerint fulmina, et quo conceſſerint. Optimum eſt, in exortiuas redire partes. Ideo cum a prima caeli parte venerint, et in eamdem conceſſerint, ſumma felicitas portenditur, quale Syllae Dictatori oſtentum datum accepimus. Cetera t. ipſius mundi portione minus proſpera [3] aut dira. Quaedam fulgura enunciare non putant fas, nec audire, praeterquam ſi hoſpiti indicentur, ant parenti. Magna huius obſeruationis vanitas, tacta Iunonis aede, Romae deprehenſa [4] eſt, Scauro Conſule, qui mox princeps [5] fuit. u. Noctu magis, quam interdiu, ſine tonitribus fulgurat. Vnum x. animal hominem non ſemper extinguit, cetera y. illico: hunc [6] videlicet

1. *Quae per ſeptemtriones occaſum. Vet.* 2. *Sic ex MSS. Hard. perplurimum. Gr.* 3. *proſpera. At dira quaedam enunciare. M.* 4. *depreſſa Romae.* 5. *lego, Senatus princeps, etc.* 6. *huic. M.*

*cere, vt ex eo diſcerent, fulmen qua ex parte veniſſet. Primum, id quid intereſt? Deinde quid ſignificat? etc.* H.

t. *Cetera)* Quae fulmina in reliqua mundi portione cernuntur, ea pro regione vnde orta fuerint, aut quo conceſſerint, minus proſpera, vel minus dira cenſentur, ea qua dictum eſt ratione. H.

u. *Princeps)* Princeps Senatus, vel vt dicitur L. XXXVI. ſect. 24. Princeps totius ciuitatis. H.

x. *Vnum animal)* Vidimus ictos fulmine ſuperſtites: ſed ita, vt numquam recte ſapere aut loqui poſtea valerent. H.

y. *Cetera illico)* Negat hoc Scaliger eſſe verum, Exer. 13. p. 70. intacto enim equo ac

cet natura tribuente honorem, cum tot belluae viribus praeſtent. Omnia 2. contrarias incubant [1] in partes: homo [2], niſi conuertatur in percuſſas, non exſpirat. Superne icti conſidunt. Vigilans ictus conniuentibus oculis, dormiens patentibus reperitur. Hominem a. ita exanimatum cremari fas non eſt: condi b. terra religio tradidit. Nullum animal, niſi

1. *Concidunt. M.* 2. *Haec ex MSS. ſic quoque V. ſi conuertatur in percuſſas non reſpirat. M. niſi conuertatur, vi percuſſus, non etc. Gr.*

ac ſuperſtite, equitem inſidentem interfectum nattat. At ſunt haec diſſimilia: Negat Plinius percuſſum animal praeter hominem, non illico mori: eo illaeſo, extingui ictum hominem, non negat: qui, quod mirabilius videri poſſit: ſacculis nullo modo ambuſtis, argentum liquari plane proxime antea adnotauit. MS. vnus pro *hunc*, hic habet *huic*. H.

2. *Omnia contrarias)* Cetera, inquit, quae fulmine iciuntur, concidunt in partem oppoſitam ei quae vulnus excepit: homo e contrario, niſi circumagatur in vulnus, (vt ipſe loquitur, L. XXVIII. ſect. 12) non exſpirat. Neque id homini ſolum, ſed et ceteris animalibus euenit, ſi Senecae credimus. *Illud aeque inter adnotanda ponas licet*, inquit, Nat. Quu. L. II. c. 31. p. 854. *Quod et hominum, et ceterorum animalium, quae icta ſunt, caput ſpectat ad exitum fulminis.* H.

a. *Hominem ita exanimatum)* Credidit antiquitas Iovem tonare ac fulminare ſi quando iratus impios et periuros vlciſci velit, aut lucos et ſacra loca violata, profanata, contaminata, parum caſte habita, expiari. Itaque vt Acro ſcribit, Aruſpicum et Pontificum doctrina, pollutum fuit quicquid de caelo tangeretur. Turn. cap. 29. lib. XXIX. Inde apud Plautum in Trinummo, *fulguritae arbores.* Scalig. in Feſtum voce Occiſum et bidental. Turneb. cap. 22. 16. in leg. 12. Tabul. *Dalec.*

b. *Condi terra)* Antiquitus priusquam gleba iniecta eſſet: locus vbi crematum corpus erat, nil religionis habebat: iniecta gleba tumulis corpus humatum dicebatur. *Idem.*

*Condi terra)* Hinc Tertullian. in Apolog. c. 48. p. 39. *Qui de caelo tangitur, ſaluus eſt, vt nullo igne decinereſcat.* H.

nisi exanimatum, fulmine accenditur. Vulnera c. fulminatorum [3] frigidiora [4] sunt reliquo corpore.

LVI. (LV.) Ex iis, quae terra gignuntur, lauri d. fruticem non icit: nec vnquam quinque altius pedibus descendit in terram. Ideo e. pauidi altiores specus tutissimos putant: aut tabernacula e pellibus belluarum, quas f. vitulos [5] appellant: quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat; sicut nec e volucribus aquilam, quae ob hoc g. argimera [6] huius teli fingitur. In Italia inter Terracinam [7] et aedem h. Feroniae, turres bellicis temporibus desiere fieri, nulla non earum [8] fulmine diruta.



*3. fulminiuorum. Festus. 4. Ex MSS. sic et Chiff. vocem sunt omittit Gr. 5. marinos vitulos. Vet. 6. Ex sic Ch. armiger Gr. 7. Terracinem et aedem Feroniam. Ch. Tarraciuam Gr. 8. quia nonnullae earum fulmine diruiae. M.*

c. *Vulnera)* Plura quae referri huc possent, vide ap. Senecam, l. c. H.

d. *Lauri fruticem)* Huc refer ea quae de Tiberio narrantur, L. XV. sect. 40. Columella, gallinae incubanti, tonante caelo, et in fulminum metu, lauri folia subiici imperat. Refellit tamen hoc miraculum experientia ipsa, qua laurum de caelo tactam recentiores plurimi obseruauerunt: Sennertus, Vicomercatus, aliique, quos laudat Phil. Iac. Sachs, in Gammarologia, p. 22. H.

e. *Ideo pauidi)* Sueton. de Aug. c. 90. *Tonitrua et fulmina paulo infirmius expauescebat: vt semper et vbique pellem vituli marini circumferret pro remedio: atque ad omnem maioris tempestatis suspicionem, in abditum et concameratum locum se reciperet*, etc. H.

f. *Quas vitulos appellant)* Phocas scilicet. Harum pellis vt et Hiaenarum fulmine non tangitur. *Dalec.*

*Quos vitulos)* Augustum Seuerus Imperator superstitione aequauit, aut etiam vicit: lecticam etiam suam aduersus fulminis impetus tali corio tegi praecepit. H.

g. *Armigera)* Italibri MSS. tum hoc loco, tum L. X. sect. 4. non vt editi hic exhibent, *armiger*. H.

h. *Aedem Feroniae)* Feronia libertorum Dea, in cuius

LVII. (LVI. i.) Praeter [1] haec inferiore k. caelo relatum in monumenta eſt, lacte l. et ſanguine pluiſſe

1. *Praeter haec relatum in monumentis eſt caelum lacte, etc. M.* ius templo ii, ſiue bello capti, ſiue compedibus ac ergaſtulo educti, ſeu vindicta manumiſſi forent, ſeu teſtamento, ſeu cenſu liberorum, ſtatum, munera et conditionem accipiebant. Alex. ab Alex. cap. 10. lib. IV. In Feroniae templo numine afflati ſuper ignem citra noxiam incedebant, vt et virgines dicatae templo Dianae Perſicae in Caſtrabalis, et ad montem Soractis Hyrpiarum familiae, quibus ſenatus conſulto perpetua munerum vacatio conceſſa eſt. Idem cap. 2. lib. VI. Plin. cap. 2. lib. VII. *Dal.*

*Aedem Feroniae)* Fuit in agro Pometiano, Campaniae tractu, proxime Terracinam et Circios, vbi nunc lacus, *Lago di Ferona*, de quo Horat. L. I. Sat. 5. Hic Feroniae lucus plane diuerſus ab altero cognomine in Etruria, de quo dicemus, L. III. ſect. 8. Meminit Virg. Aen. L. VII. *Et viridi gaudens Feronia luco.* H.

i. *De prodigioſis pluuiis)* Caeleſtes aquas pluuias in ſublime piſcium examina ſecum rapere vide cap. 1. lib. XXXI. Apud Athenaeum lib. VIII. ex Phunia et Phylarcho piſcibus aliquando pluit. Contigit in Cherſoneſo toto triduo. Auctore Euſtathio in Dardania et Paeonia ranis pluit tam multis, vt incolis aufugiendum fuerit. Diodorus IV. Biblioth. Idem accidiſſe ſcribit in Vellauniis non ita ante multos annos: vna nocte tantum erucarum e caelo decidit, vt eas in domo reptantes, biduo toto, accenſa palea vrere neceſſum fuerit, vix ad id ſufficiente hominum mulierumque turba. Vide Rhodig. cap. 3. 24. Iul. Obſeq. de prodig. 32. 34. 59. 60. *Dal.* Haec pertinent ad Indicem capitum L. I. adiectum, quem vide.

k. *Inferiore caelo relatum)* Cum haec prodigia, oſtentaque acciderent prodigiali Ioui ſacrum fiebat. Plautus in Amphyt. *Sed mulier poſtquam experrecta es, prodigiali Ioui, Aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecatam oportuit. Dalec.*

l. *Lacte et ſanguine)* Huiusmodi pluuiarum exempla vide plurima apud Liuium, L. XXXIX. p. 504. L. XL. p. 510. L. XLII. p. 536. etc. Iul. Obſeq. c. 59. 70. 71. 91. 96. 99. 103. etc, Qui rem ita explicant, vt velint pluviam albeſcere, ob terram cretaceam, e qua vapores pro-

pluiſſe M. m. Acilio [1], C. Porcio Coſſ. n. et [2] ſaepe alias: ſicut carne o., P. p. 3. Volumnio, Seruio Sulpitio

Z 3

1. *Attilio. Chiff.* 2. *Sic quoque in vett. et Chiff. legitur. et ſaepe alias carne, ſicut L. V. Gr.* 3. *Publio, ex Valerio cap. 6. 1.*

prodierint: aut rubeſcere, ob rubram: ii certe non attendunt ſatis ad colorem aquae ſtillaticiae ex rubris roſis: nec ſciunt vapores, dum excernuntur, rerum colores exuere, et dum in liquorem concreſcunt, aqueum dumtaxat exhibere. Gaſſendus in L. X. Laertii p. 998. et in vita Peireſcii, exiſtimat maculas ſanguineas lapidibus parietibusque adhaereſcentes, ex erucis oriri, dum in papiliones abeunt, et ſpolia exeunt, neque e caelo decidere. H.

m. *M. Acilio)* De his Coſſ. dixi ſect. 29. H.

n. *Et ſaepe alias carne, ſicut L. Volumnio, Seruio Sulpicio Conſulibus)* Tria illa verba, *et ſaepe alias*, praecedentibus iunge. Deinde conuerſis verbis ſcribe quae ſequuntur, *Sicut carne, L. Volumnio, etc.* ex apographo Toletano. *Pintianus. Et ſaepe alias carne, etc:)* Liuius lib. III. primae Decad. *Dalec.*

o. *Sicut carne)* Vide Not. et Em. N. L. (paulo poſt) Fungoſum quiddam et carni ſimile id fuiſſe videtur, quod cecidiſſe tum dicitur. Pluiſſe aliquando vitulo, vt ab Auicenna ſcriptum memorant, nimis quam fabuloſum eſt. Tolerabilius quod vulgo creditur, de ranarum pluuia: cum tamen eas in aere gigni, ac pluuiae inſtar decidere, neque auctores idonei et oculati tradant, neque ſimile veri ſit. *Et ſaepe alias, ſicut carne: P. Volumnio, Ser. Sulpicio, Coſſ.)* Praepoſtere permutata haec verba in libris ad hunc diem editis legebantur, *et ſaepe alias carne, ſicvt L. Volumnio* etc. At ſaepius carnibus pluiſſe falſum eſt, neque id habent Codices Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiſl. aliique, quos ſecuti ſumus. Reſtituimus quoque conſuli Volumnio Publii praenomen, a Liuio, ceterisque admoniti, qui id retulerunt. Val. Max. L. I. c. 6. n. 5. p. 40. *Praecipuae admirationis*, inquit, *etiam illa prodigia, quae P. Volumnio, Ser. Sulpicio Coſſ. in vrbe noſtra inter initia motusque bellorum acciderunt — Carnis quoque in modum nimbi diſſipatae partes ceciderunt, quarum maiorem numerum praepetes diripuerunt aues: reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetro, neque deformi aſpectu mutatum iacuit.* Vide

pitio Coſſ. exque ea non putruiſſe [1], quod non diripuiſſent aucs. Item ferro in Lucanis, anno antequam M. Craſſus a Parthis interemptus eſt, omnesque cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat. Effigies, quae pluit [2], ſpongiarum fere ſimilis fuit: auruſpices [3] praemonuerunt ſuperna vulnera. L. autem Paulo q., C. Marcello Coſſ. lana pluit r. circa caſtellum Cariſſanum, iuxta quod poſt annum [4] T. s. Annius Milo occiſus eſt. Eodem

1. *Perputriſſe. Ch. et M.* 2. *Sic ex MSS. Hard. et Chiff.* 3. *Sic ex MSS. Hard.. pluerat in Vet. M. et Chiff. aruſpices cauenda praemonuerunt Gr.* 4. *d. in Chiff.*

Vide Liuium L. III. p. 46. Dion. Halic. L. X. ſtatim initio, p. 627. et 628. Πόπλιος Οὐολέμνιος καὶ Σερούιος Σελπίκιος. H.

p. *P. Volumnio)* A. V. C. CCXCIII. ex Faſtis. H.

q. *L. autem Paulo)* A. V. C. DCCIV. item ex Faſtis. H.

r. *Lana pluit)* Simile eſt quod Hieronymus refert in Chron. ann. 368. *Apud Atrebatas lana e caelo pluuiae mixta defluxit.* Hanc aiunt Atrebatenſes in ſumma ſterilitate agrorum, inopiaque frugum, e caelo decidiſſe, ac terras fecundaſſe. Mannam huic lanae nomen dederunt. Durat apud eos hodieque beneficii huius memoria gratiaque, feſta celebritate annua. H.

s. *T. Annius Milo)* Caeſari lib. III. belli ciuilis lapidis ictu periit, dum oppugnaretur Coſſa in agro Taurino. *Dalec.*

*T. Annius Milo)* Vide Not. et Em. N. LI. (hic conſp.) *T. Annius Milo occiſus eſt)* In margine codicis vnius e noſtris, ſcriptum eſt Pelicerii manu, T. Manilius, ex vet. cod. MS. ſed vitioſa, vt arbitror, lectione. Silent enim de hoc Manilio ſcriptores ceteri, neque hunc cauſam, vt Milonem, dixiſſe acta vlla referunt. Quod vero Milonem apud Compſam Thurinorum oppidum, in oppugnatione vrbis ictu lapidis ex muro periiſſe Caeſar ait L. III. Belli Ciuilis et Velleius L. II. Cariſſanum caſtellum citius crediderim iuxta Compſam fuiſſe, quam Cariſſanum idcirco in Campſanum caſtellum mutari oportere. H.

Eodem cauſam dicente lateribus t. coctis pluiſſe, in [1] eius anni acta relatum eſt.

LVIII. (LVII.) Armorum crepitus u., et tubae ſonitus auditos e caelo Cimbricis bellis accepimus: x. crebroque [2] et prius y., et poſtea. Tertio vero z. conſulatu Marii ab a. Amerinis [3] et Tudertibus ſpectata b. arma caeleſtia, ab ortu occaſuque inter



1. *In acta eius anni.* 2. *Sic quoque M. et Chiff. crebrosque Gr.* 3. *Amamertinis. Ch. M.*

t. *Lateribus coctis*) Etiam teſtis integris pluiſſe, L. Marcio, Sex. Iulio Coſſ. auctor eſt Iul. Obſequens, c. 114. p. 61. Forte haec aliunde abrepta turbine, alio deciderunt. Forte vi ignis e terra erumpente, propelli inde lapides, lateresque eructari, ac proiici longiſſime potuerunt. Praeterire ſilentio nefas eſt, quod Dio refert, L. LXXV. p. 860. Seuero imperante, argenteam pluuiam decidiſſe: eo argento nummos aereos fuiſſe oblitos, quod tamen intra dies tres euanuerit. H.

u. *Armorum crepitus*) Iul. Obſeq. c 105. e. locis ſubterraneis prodiiſſe hos ſtrepitus, *L. Valerio Coſ. Crepitus armorum ex inferno auditus.* Sextus hic Marii Conſulatus fuit, A. V. DCXLIX. ex Faſtis. H.

x. *Crebroque*) Ita MSS. omnes: non *crebrosque*, vt editi. H.

y. *Et prius*) Habet aliquid huic prodigio ſimile Liuius, L. XXIV. p. 260. H.

z. *Tertio vero*) Vide Not. et Em. N. LII. (ſtatim ſeq.) Fuit annus V. C DCL. H.

a. *Ab Amerinis*) Iul. Obſequens de prodig. 118. 125. *Dal.*

*Ab Amerinis*) Vide Not. et Em. N. LII. (hic conſp.) *Ab Amerinis*) In Chiffl. Cod. et aliis, *a Mamertinis*, male. Nam Plutarch. in Mario, p. 415. ἐκ δὲ Ἀμερίας καὶ Τεδέρτης πολέων Ἰταλικῶν ἀπηγγέλθη νυκτὸς ὤφθαι κατὰ τὸν οὐρανὸν αἰχμάς τε φλογοειδεῖς, etc. Hinc emendabis Iul. Obſeq. c. 103. p. 54. *C. Mario, C. Flacco Coſſ. Arimini,* (lege *Amerini*) *canis locutus: arma caeleſtia, tempore vtroque ab ortu et occaſu viſa pugnare, et ab occaſu vinci.* Sed ex Iulio viciſſim Plinii lectio vetus eſt retinenda, *Tertio vero conſulatu Marii*: quamuis Faſti Conſulares reclament. *H.*

b. *Spectata arma caeleſtia*) Obſq. num. 76. 103. *Dal.*

ſe concurrentia, pulſis quae ab occaſu erant. Ipſum ardere c. caelum, minime mirum eſt, et ſaepius viſum, maiore [1] igne nubibus correptis.

LIX. (LVIII.) Celebrant Graeci Anaxagoram d. Clazomenium, Olympiadis ſeptuageſimae octauae ſecundo e. anno, praedixiſſe f. caeleſtium literarum [2] ſcientia, quibus diebus ſaxum g. caſurum eſſet e Sole.

1. *Sic ex MSS. Hard. et Chiff. Ch. maiore vi ignis. Gr.*
2. *militiarum. Ch.*

c. *Ardere caelum)* Iul. Obſeq. num. 13. 14. 15. 16. 30. etc. *D.*

*Ipſum ardere)* Id accidiſſe Liuius narrat L. III. p. 46. P. Volumnio, Ser. Sulpicio Coſſ. A. V. C. CCXCIII. aliasque ſaepius, vt L. XXXI. p. 371. L. XXXII. p. 385. et L. XLIII. p. 554. Vide Iul. Obſeq. c. 79. 98 et 111. Dionem. L. LX. p. 687. et alios *H.*

d. *Anaxagoram Clazomenium)* Hegeſibuli vel Eubuli filium, Archelai et Euripidis magiſtrum, Anaximenis diſcipulum. De quo Leopard. cap 17. *Dal.*

*Anaxagoram)* Is Euripidis magiſter fuit. De eo vulgatum eſt ac tritum, quod Tullius refert, L. I. Tuſc. Quu. p. 331. *Praeclare Anaxagoras, qui cum Lampſaci moreretur, quaerentibus amicis, vellentne Clazomenas in patriam ſi quid accidiſſet, aſferri: Nihil neceſſe eſt,* inquit, *vndique enim ad inferos tantumdem viae eſt.* De eo multa Laertius, L. II. p. 35. vbi huius Anaxagoreae praedictionis meminit. *H.*

e. *Secundo anno)* Vide Not. et Em. N. LIII. (hic adp.) *Olympiadis ſeptuageſimae octauae ſecundo anno)* Diſcrepat a Plinio Auctor Chronici marmorei, quod in Marm. Oxon. recitatur, p. 160. Epoch. 58. Rem enim is contigiſſe ait Archonte Athenis Theagenide: Ἀφ' ἧς ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε, καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἐτελεύτησε --- ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεαγενίδου. Fuit autem Theagenides Archon, Olymp. LXXVIII. anno primo, teſte Dion. Hal. L. IX. p. 611. et Diod. Sic. L. XI. p. 49. Qui annus calculo Pliniano annus eſt V. C. CCLXXV. *H.*

f. *Praedixiſſe)* Rem vero tam fortuitam, tamque inſperatam, praedici aut praenoſci vlla arte poſſe, vix vllam habet ſimilitudinem veri. *H.*

g. *Saxum)* Plutarch. L. II. de plac. Philoſ. c. 13. p. 888. ſtellam ſaxeam et ignitam vocat: πυροειδῶς κατεχθέντα ἀσέρα πέτρινον. Diogenes item apud Stobaeum,

L. I.

Sole. h. Idque factum interdiu in Thraciae parte ad Aegos i. flumen. Qui lapis etiam nunc ostenditur, magnitudine vehis [1], colore [2] adusto, comete quoque illis noctibus flagrante. Quod si quis praedictum credat, simul fateatur necesse est, maioris miraculi diuinitatem Anaxagorae fuisse: soluique rerum naturae intellectum, et confundi omnia, si aut ipse Sol l. lapis esse, aut vmquam lapidem in eo

 fuisse

1. *vehiculi. Vet. vehibilis. Salm.* L. I. Ecl. Phys. p. 53. Non vnicum saxum, sed plures casuros lapides praedixisse ferunt Tzetzes mox laudandus, et Philostr. L. I. de vita Apoll. c. 2. p. 4. *H.*

2. *calore adustus. Salm.*

h. *E Sole)* Laertius pariter e Sole cecidisse ait. E caelo ἐξ ἀέρανδ Tzetzes, et Philostratus. Aristot. L. I. Meteor. c. 7. p. 537. ex aere: ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος ἐκ τδ ἀέρος. *H.*

i. *Aegos flumen)* Aegospotamon, siue vt Plinius vertit, Aegos flumen, Chersonesi Thracicae quondam vrbem fuisse scito, non amnem. Stephanus, p. 36. Αἰγὸς ποταμοὶ, πόλις ἐν Ἑλλησπόντω. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγοποτάμιτης. Fuit hoc oppidum clade Athenienſium classis nobile, inquit Mela, L. II. c. 1. Et Tzetzes, Chil. 2. v. 892. hoc ipsum referens, quod a Plinio in praesenti narratur. Ὁ δέ γε Κλαζομένιος πάλιν Ἀναξαγόρας Ἐξ ἀέρανδ προέφησε λίθας κατενεχθῆναι Ἐν ποταμοῖς τοῖς τῆς Αἰγὸς (Θρᾴκης δὲ τδτο πόλις,) etc. De eo oppido dicemus L. IV. Sect. 18. *H.*

k. *Magnitudine vehis)* Sic quidem exemplar Toletanum, at Salmanticense, *vehibilis* agnoscit *Pintian.* —

*Vehis)* Eo pondere, eaque magnitudine, quae vna vectura ferri possit. Vide Not. et Em. N. LIV. (hic pos.) *Magnitudine vehis)* Hac voce rursum vsus est Plinius L. XVIII. c. 23. *Iustum est vehes octodecim iugero tribui.* Vsus et Columella saepius, quem citat Rob. Stephanus. A vehendo deductum vocabulum, ponduſque certum illud significans, quod vna vectatione ferri potest. Plura de ea voce dicemus, L. XVIII. sect. 53. Salmasium nihil moror, qui inusitato in Latina lingua verbo, *vehibilis* legit, reclamantibus libris omnibus. *H.*

l. *Sol lapis)* Hanc fuisse Anaxagorae mentem prodidit Tatianus orat. contra Graecos: aliique. Harpocration

fuisse credatur: decidere m. tamen crebro, non erit dubium. In n. Abydi gymnasio ex ea causa colitur hodieque, modicus quidem, sed quem in medio terrarum casurum idem Anaxagoras praedixisse narratur. Colitur [1] et Cassandriae, quae Potidaea vocitata est, ob o. id deducta. Ego ipse vidi in Vocontiorum agro paulo ante p. delatum.

LX. (LIX.) Arcus q. vocamus, extra miraculum frequentes, et extra ostentum. Nam r. ne pluvios

1. *Colitur et Potidaeae, quae Cassandria vocitata est, colonia ab eo deducta.*

tion p. 23. verbo Ἀναξαγόρας, docuisse eum ait, Solem esse massam candentem, μύδρον διάπυρον. Idem habet et Suidas, p. 241. verbo Ἀναξαγόρας. *H.*

m. *Decidere tamen)* Vide lib. I cap. 31. *Dalec.*

*Decidere tamen)* Non e caelo, aut Sole: sed, vt Aristoteles ait l. c. ex montis vertice decisum procellis saxum sublatumque in altum, deinde decidere posse verisimilius est. Hac enim huius miraculi reddita ratione miraculum is eludit: Ἐπεὶ καὶ ὅτε ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος ἐκ τοῦ ἀέρος, ὑπὸ πνεύματος ἀρθεὶς ἐξέπεσε μεθ' ἡμέραν. Ex colore vero adusto, nata fabula est cecidisse e caelo. Eiusmodi fortassis fuerunt tres ii magni lapides, quos e caelo in Thracia cecidisse scribit Marcellinus in Chron. p. 29. temporibus Marciani Imp. quo anno Aquileia ciuitas ab Attila Hunnorum rege excisa est. *H.*

n. *In Abydi gymnasio ex ea)* Romae quoties lapidibus pluisset, vel ab vrbano Praetore, vel a Maximo Pontifice nouendiale sacrificium indicebatur; procurandi expiandique ostenti gratia Alex. ab Alex. cap. 27. lib. V. Saepius autem pluisse refert Iul. Obseq. de prodig. num. 3. 30. 32. etc. *Dal.*

o. *Ob id deducta)* Deductis eo sacri huius lapidis causa colonis, exstructoque oppido, cui nomen a colore adusto lapidis, est inditum, Potidaea. Est enim ποτὲ dorice πρός, δαίομαι vror. H.

p. *Delatum)* Ex agris. Quid si *delapsum* legas? H.

q. *Arcus vocamus)* Vide Rhodig. a cap. 24. vsque ad 32. lib. XXII. Vitell. optica. I. 10. Io. Fleischer. de iridibus. *Dal.*

r. *Nam ne pluuios quidem)* Sene-

vios[1] quidem, aut ſerenos dies, cum fide portendunt. Manifeſtum eſt, radium Solis immiſſum s. cauae nubi, repul-

1. *Pluuiales. M.*

Seneca: *Vndecunque apparuit non eaſdem minas affert. A meridie ortus magnam vim aquarum vehit. Vinci enim non poteſt vehementiſſimo ſole, tantum eſt illi virium. Si circa Occaſum reſulſit, rorabit, et leniter impluet. Si ab Ortu circaue ſurrexerit, ſerena promittit.* Plautus de anu bibace in Curcul. *Ecce autem bibit arcus: pluet, credo, hercle hodie.* Poeta Elegiacus: *Caeruleus pluuias cur bibit arcus aquas?* Irin geminam copioſiſſimum imbrem portendere hoc verſu docet Aratus, καὶ δίδυμος διὰ μέγαν ἐρανὸν ἰρις. Interpres eius Theon cauſam reddit. *Dalec.*

*Ne pluuios)* Ea de re Seneca Nat. Quu. c. 6. p. 836. *Et bibit ingens Arcus, vt ait Virgilius noſter, cum aduenzat imber: ſed non eaſdem, vndecumque apparuit, minas affert. A meridie ortus magnam vim aquarum vehet — Si circa occaſum reſulſit, rorabit, et leniter impluet. Si ab ortu, circaue ſurrexit, ſerena promittit.* Verius eſt quod hoc loco Plinius ait, quam quod L. XVIII. ſect. 80. Arcus cum ſunt duplices, pluuiam nunciare, etc. H.

s. *Immiſſum cauae nubi)* Humidus enim vapor, in nubem concreſcens, ac deinde εἰς μικρὰς ἑκμίδας νοτίζων, in exiguas ſtillas liqueſcens, non imaginem figurae τὴν τᾶς σχήματος μορφὴν, ſed coloris oſtendit varietatem. *Dalec.*

*Cauae nubi)* Ita Seneca, l. c. 3. p. 835. *Illud eſſe dubium nulli poteſt, quin arcus imago Solis ſit, roſcida et cava nube concepta.* Ἐν νέφει κοίλῳ, inquit Ariſt. vel quiſquis eſt Auctor libri de Mundo, c. 4. p. 607. Exiſtimabant craſſiuſcule veteres, nubem eſſe veluti ſpeculum concauum, e quo Solis radii reflecterentur: ſic demum itidem fieri: rotunditate ex figura nubis vnice petita. Vide Plutarch. L. III. de plac. Philoſ. c. 5. Qui ſubtilius iſta deinceps conſectati ſunt, dixere nubem roſcidam eſſe texturam corpuſculorum ſeu guttularum, quarum vnaquaeque radium Solis reflectat quidem: ſed ita tamen vt tum ſolum videatur, atque adeo ſpeciem iridis coloratam exhibeat, cum in eo eſt ſitu, vt angulo certo reflexionem in oculum faciat. Quamobrem, quaecumque nubis figura ſit, iridis ſpeciem aliam eſſe niſi rotundam non poſſe: quoniam

pulsa acie in Solem refringi; colorumque t. varietatem[1] mixtura nubium, aeris, u. igniumque[2] fieri. Certe nisi Sole x. aduerso non fiunt; nec vnquam y., nisi dimidia circuli forma: nec z. noctu; quamuis Aristoteles prodat aliquando visum: quod tamen fatetur idem non nisi a. tricesima[3] Luna posse. Fiunt

1. *Varietates. M.* 2. *luminumque. Vet.* 3. *Sic et M. et Chiff. quatradecima. Gr.*

niam situs corpusculorum ad parem Solis et oculi angulum non potest alius esse successiue, nisi circularis. Haec pro instituti nostri ratione ac breuitate sufficiant. Physici ea vberius: quibus est otium, spatiumque. H.

t. *Colorumque varietatem)* Tales colores apparent in Sapphiro nitida candelae obiecta, in aquae cyatho quem feriunt solis radii, in vitri, crystalliue anguloſa massa, ad lucem conuersa. πολυώνυμον ὕδωρ vocat Hesiodus. *D.*

u. *Igniumque fieri)* Fit etiam per emphasin, siue symphasin, lineis non rectis sed refractis. Plutarh. de placit. Phil. lib. III. c. 5. Stob. eclog. pag. 67. *Dalec.*

*Igniumque)* Ignem vocat quod igneum Solis lumen Seneca l. c. Varios iridis colores ex varia luminis reflexione et refractione emergere, nunc recentiores scriptores consentiunt: sed in explicanda ratione, mirae ambages. Fieri certum est, vt in experimento familiari et vsitato euenit: cum Sole auerso aquam ore spargimus: fieri enim tum quiddam plane simile his, quos videmus in arcu, coloribus solet, vt animaduertit Seneca, l. c. et ante eum Arist. Meteor. L. III. c. 4. p. 578. De Iridis coloribus multa egregie Seneca, L. III. c. 3. p. 834. H.

x. *Sole aduerso)* Vide Senecam, l. c. p. 835. H.

y. *Nec vnquam)* Haec Aristoteles totidem verbis expressit, Meteor. L. III. c. 2. p. 574. H.

z. *Nec noctu)* Aristotelem vide loco proxime indicato. Seneca l. etiam c. p. 833. *At contra arcus in nocte non fit, nisi admodum raro: quia Luna non habet tantum virium, vt nubes transeat: et illis colorem suffundat, qualem accipiunt Sole perstrictae, etc.* H.

a. *Nisi quartadecima Luna posse)* Ἐν τῇ πανσελήνῳ. Arist. Eodem anno bis visam nocturnam Irin in Aquilone, Luna in Meridie posita, non quidem plena, sed amphicyrto obseruatum est: *Dalec.*

Fiunt b. autem [1] hieme maxime ab aequinoctio autumnali die decrescente. Quo rursus crescente ab aequinoctio verno, non existunt: nec circa solstitium longissimis diebus: bruma vero, hoc est, brevissimis diebus, frequenter. Iidem c. sublimes [2] humili Sole, humilesque sublimi: et d. minores oriente aut occidente [3], sed in latitudinem diffusi; meridie exiles, verum ambitus [4] maioris. Aestate vero

1. *Autem hi maxime. Vide Rhodig. cap. 27. lib. XXII.* 2. *Sole sublimes humili humiles, etc. M.* 3. *Sic ex MSS. Hard. oriente vel occidente. M. et Chif. occid. vel or. Gr.* 4. *ambitu maiores. M.*

*Nisi tricesima*) Vide Not. et Em. N. LV. (hic adi) *Nisi tricesima Luna posse*) Ita Chiffl. et alii MSS. omnes vetustaeque editiones, Parmensis, Taruisina, et aliae. Reposuere, *nisi quarta decima* recentiores, satis audacter, contra Plinii mentem; qui non de arcu lunari hoc loco differit, vt falso creditum est; sed de solari, sole adhuc posito infra horizontem. Quod si tunc est aliquis arcus in Oriente apparens vel in Occidente, certe non potest nisi tricesima luna, siue silente, apparere. De lunari arcu loquitur Aristot. Meteor. L. III. c. 2. p. 575. Ἐν τῇ πανσελήνῳ γὰρ ἀνάγκη γενέσθαι, εἰ μέλλοι ἔσεσθαι καὶ τότε ἀνατελλάσης, ἢ δυνάσης διόπερ ἐν ἔτεσι πεντήκοντα δὶς ἐνετύχομεν μόνον. *Nam plenilunio fiat, si noctu futurus sit arcus, necesse est: idque oriente, vel occidente Luna: quamobrem in annis quinquaginta, bis tantum animadvertimus.* H.

b. *Fiunt autem hieme*) Seneca l. c. c. 8. p. 837. *Aristoteles ait post autumnale aequinoctium qualibet hora diei arcum fieri, aestate non fieri, nisi aut incipiente, aut inclinato iam die. Cuius rei causa manifesta est: Primum, quia medio die Sole calidissimus nubes euincit, etc.* Arist. locus est Meteor. L. III. c. 5. p. 581. H.

c. *Iidem sublimes*) Seneca l. c. c. 3. p. 835. *Numquam non aduersus Soli arcus est, sublimis aut humilis, prout ille se submisit, aut sustulit contrario motu: illo enim descendente altior est: alto depressior.* H.

d. *Et minores*) Reliquum deinceps caput vide apud Arist. Meteor. L. III. c. 2. p. 575. H.

vero per meridiem non cernuntur: poſt autumni aequinoctium, quacumque hora: nec vmquam plures ſimul, quam duo.

LXI. Caetera e. eiusdem[1] naturae non multis dubia eſſe video. (LX.) Grandinem f. conglaciato imbre gigni, et niuem eodem humore mollius coacto; pruinam g. autem ex rore gelido. Per hiemem niues cadere, non grandines: ipſasque grandines interdiu h. ſaepius, quam noctu, et multo celerius reſolui, quam niues. Nebulas nec aeſtate nec maximo frigore exiſtere. Rores i. neque gelu, neque ardoribus, neque

1. *Eius. M.*

e. *Caetera eiuſdem naturae multis dubia eſſe video*) Haec verba initium eſſe debent capitis ſequentis: alioqui magna lectoribus ariolandi occaſio praeſtaretur. Diſſeret enim Plinius capite proximo, de grandine, niue, rore, pruina, nebula, quae eiuſdem videntur eſſe naturae. *Pint. et Dalec.*

f. *Grandinem conglaciato*) Plutarch. de plac. phil. lib. III. cap. 4. Stob. eclog. phyſ. lib. I. c. 24. p. 63. *Dalec.*

*Grandinem*) Quae toto hoc capite continentur, vide apud Ariſt. Meteor. L. I. c. 10. 11. 12. p. 540. 541. et 542. vbi ſingularum rerum cauſae redduntur: Quam vera porro ſint, quae adducit, ipſa rerum experientia comprobat. H.

g. *Pruinam*) Gallis, *la gelée*. Vide L. XVII. ſect. 37. H.

h. *Interdiu ſaepius*) Caute dictum, contra quoſdam, qui negant noctu grandinem cadere. Nam id eſſe falſum, experientia teſte, recte monet ſcriptor libri Gallici, *Melanges d' hiſtoire et de litterature*, Tom. II. p. 171. H.

i. *Rores neque gelu*) Ros imber tenuis, Alcam ait eſſe, Iouis et Lunae filiam. Διὸς θυγάτηρ ἔρσα τρέφει καὶ σελάνας δίας. Nam, vt inquit Plutarchus, παυσελήνοις δροσοβόλος ἐστὶν: ac ideo canes pleniluniis ἧκιστα ἰχνοσκοπίαις ἐντυγχάνουσιν, quoniam roris frigiditas odorem abolet, nec ἐᾶν ῥεῖν τὰς τῶν ζώων ἀποφορὰς: quae cauſa eſt cur δισθήρευτος ſit ἡ ὥρα τοῦ ἔαρος. Rhodig. capite 20. 26. Victorius capite 17. 14. Plutarchus ἐν Φυσικαῖς αἰτίαις tradit obeſas mulieres rore pannis, aut mollibus velleribus collecto ac excepto pinguedinem minuere

que ventis, nec niſi ſerena nocte. k Gelando liquorem minui, ſolutaque glacie non eumdem inueniri modum. (LXI.*) Varietates colorum figurarumque in nubibus cerni, prout admixtus ignis l. ſuperet [1], aut vincatur [2].

LXII. Praeterea quasdam proprietates [3] quibusdam locis eſſe. Roſcidas aeſtate Africae noctes. In Italia Locris, et in m. lacu Velino, nullo non die apparere arcus. Rhodi n. et Syracuſis numquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora Sol cernatur: qualia aptius ſuis referentur locis. Haec ſint dicta de aere.

LXIII. Sequitur o. terra, cui vni rerum naturae partium, eximia propter merita, cognomen indidimus

1. *Superat. M.* 2. *vincitur. M.* 3. *Sic ex MSS. Hard. quoque Ch. proprietates caeli q. Gr.*

nuere ac conſumere. Victorius cap. 6. 2. A rore milites Rorarii dicuntur: qui et Ferentarii, qui primi armatura leui praelium committunt, quemadmodum caelum rorat ante pluuiam. Plaut. in Friuolaria: *Vbi rorarii eſtis? D. en ſunt.* Vide Stevech. ſuper Veget. lib. I. capite 20. pag. 51. *Dalec.*

* *De nubium imaginibus)* Vide Ariſt. Meteor. lib. I. cap. 2. *Dalec.* cf Ind. cap. L.II.

k. *Gelando)* Ea de re dicemus, L. XXXI. ſect. 21. H.

l. *Admixtus ignis)* Igneus halitus, e terra Solis vapore eductus, atque intra nubem commixtus materiae, quae ex aqua extrahitur et in aquam ſoluitur. H.

m. *In lacu Velino)* *Lago di Rieti* hodie dicitur. Alias appellationes habes apud Ortel. Onomaſt. ſeu Theſaur. geogr. *Dalec.*

n. *Rhodi)* Idcirco Rhodum Phoebi ſponſam, ἀελίοιο νύμφαν appellat Pindarus, Olymp. ζ. v. 26. De Rhodo id quoque Solinus, c. 11. p. 31. De Syracuſis c. 5. p. 19. Illud ipſum de Alexandria Ammianus, L. XXII. *Nullo paene die*, inquit, *incolentes hanc ciuitatem, Solem ſerenum non vident.* In inſula Chio id etiam contingere, multi experimento comprobarunt, inquit, Allatius in Philon. Byzant. p. 69. H.

o. *Sequitur terra)* Ab hac ſectio-

mus maternae p. venerationis. Sic hominum illa, vt caelum Dei: quae nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper: nouiſſime complexa q. gremio iam a reliqua natura abdicatos, tum r. maxime, vt s. mater, operiens; nullo magis ſacra [1] merito t., quam quo nos quoque ſacros u. facit,

1. *Sacro merito Ch. ſacra merito rectius. Sacramento Gr. Al.* ſectione librum ſecundum operis ſui Plinium inchoaſſe, plane ſuaderet exordium iſtud, pari diligentia elaboratum, ac cetera ſunt prooemia reliquorum librorum: niſi locus obſtaret, e L. XVIII. ſect. 75. H.

p. *Maternae venerationis)* Barn. Briſſon. form. lib. I. pag. 49. *Dalec.*

*Maternae)* Quod ea communis mater omnium mortalium, ſit inquit Liuius, L. I. p. 20. Plinius ipſe L. XVIII. ſect. 4. *Non tamen,* ait, *ſurda tellure*, quae parens appellatur, etc. H.

q. *Complexa gremio)* Ennius apud Varronem: *Eſt corpus terra, quae dederat ipſa capit, neque diſpendii facit bilum:* Alibi: *Quae dedit illa capit, neque diſpendii facit bilum.* Idem ex Epicharmo: *Iſthaec terra gentes omnes peperit et reſumit denuo: Iſthaec dat cibaria, iſthaec omnibus fruges gerit. Dalec.*

r. *Tum maxime)* Lucanus, L. VII. v. 810. *Placido natura eceptat Cuncta ſinu.* Et v. 818. *Capit omnia tellus, Quae genuit.* Vide quae dicturi ſumus L. VII. ſect. 55. ex Tullio. H.

s. *Vt mater, operiens)* Magnam olim et impiam fraudem admittere cenſebatur, qui in naufragum, aut inſepultum quemuis, terram non iniecisſet, Buzyre apud Athenienſes eius caput execrato, qui id neglexiſſet. Horat. *Ne parce malignis arenae oſſibus, et capiti inhumato Particulam dare.* Catullus in Argonaut. *Nec iniecta tumulabor moſtua terra. Dalec.*

t. *Sacra merito)* Vide Not. et Em. N. LVI. (hic poſ.) *Nullo magis ſacra merito, quam quo nos quoque ſacros facit)* Ita repoſuimus ex Reg. cod. I. Prius *ſacramento* legebatur, nullo ſenſu: et oratione mirum in modum claudicante. Libro XXXIII. in prooemio, rurſum tellurem *ſacram parentem* vocat. Sacros autem nos terra facit, ſuamque illa nobis diuinitatem impertit, ratione buſtorum inuiolabilium. H.

u. *Sacros facit)* Vetus lex fuit: *vbi corpus hominis demortui*

facit; etiam monumenta ac titulos gerens, nomenque prorogans noſtrum, et memoriam extendens contra breuitatem aeui. Cuius x. numen vltimum iam nullis * precamur [1] irati graue: tamquam neſciamus

1. *Imprecamur rati graue. Vet.*

*mortui condas, ſacer locus eſto.* Plutarchus ſacros mortuos appellat: quoniam eorum ſacra ſepulchra ſunt: inde Graecis dictum ἀκίνητα μὴ κίνει. Rhodig. cap. 19. 17. *Dal.*

*Sacros facit)* Plutarch. in Solonis vita p. 89. Ἐπαινεῖται δὲ τῦ Σόλωνος καὶ ὁ νόλυων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν, καὶ γὰρ ὅσιον τὰς μεθεςῶτας ἱερὰς νομίζειν, etc. Maledicta iaci vetat in defunctos: ſacros enim conſentaneum eſt exiſtimare eos, qui deceſſerunt, etc. Huc refer epitaphium in Muſis lapidariis, p. 78. *Hoſpes ad hunc tumulum ne meias, oſſa precantur Tecta hominis.* Quia nimirum, vt cecinit Perſius, Sat. I. v. 127. *Sacer eſt, pueri, locus, extra Meiite.* H.

x. *Cuius numen vltimum iam nullis imprecamur, rati graue)* Quid eſt imprecari numen? Imprecamur mala. Numen, niſi aliquid addas, nihil mali eſt. Tranſpoſuit vnam ſyllabam neſcio quis, *Imprecamur rati*, ſcribendo, pro, *Precamur irati.* Dicebant enim male precantes, *Sit tibi terra grauis:* ſicut contra bene precantes, *Sit tibi terra leuis:* vt eſt videre in epitaphiis. Irati precamur defunctis terram grauem, cupientes et ipſam eis iratam, quaſi neſciamus ſolum numquam homini iraſci. *Gelen.*

*Iam nullis)* Hoc eſt, mortuis. Cicero, Tuſc. L. I. p. 323. *De mortuis loquor, qui nulli ſunt.* H.

* *Precamur irati)* Solemni hoc hemiſtichio, *Sit tibi terra grauis.* Vide Not. et Em. N. LVII. (hic ſubi.) *Cuius numen vltimum iam nullis precamur irati graue)* Hermolaus legit, *imprecamur rati graue:* Rati ſcilicet illud grave fore iis, qui nulli ſunt: quibus etiam ſi ſupereſſent, officere tamen ipſa non poſſet, benigna, indulgens, et in humanos tantum vſus intenta. Solebant antiqui, vt ex poetis praeſertim Latinis conſtat, Manibus eius, *cuius memoriam*, vt ait Tertullianus, L. de teſtim. animae, c. 4. *cum alicuius offenſae morſu facerent, et cui maledicere vellent, terram grauem imprecari: eius vero cui gratiam deberent, oſſibus et cineribus refrigerium comprecari.* Hinc illa: *Molliter oſſa cubent. Et cinerem*

mus hanc esse solam, quae numquam irascatur homini. Aquae subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, praecipitantur in torrentes: aer densatur nubibus, furit procellis. At haec benigna, mitis, indulgens, vsusque y. mortalium semper ancilla, quae coacta generat: quae sponte fundit! quos odores saporesque! quos succos! quos tactus! quos colores! quam bona fide creditum foenus [1] reddit! quae nostri causa alit! Pestifera enim animantia, vitali z. spiritu habente culpam, necesse est illi seminata excipere, et genita sustinere. Sed in malis [2] generantium a. noxa est. Illa b. serpentem homine percusso non amplius recipit, poenasque etiam inertium nomine exigit; illa medicas fundit herbas, et semper homini parturit. Quin et venena nostri misertam instituisse credi potest; ne [3] in taedio vitae

tae

1. *deest in M.* 2. *in his malis.* 3. *Sic etiam Ch. ne in taedio vitae dirae famis mors, t. m. al. Gr.*

*tellus non onerosa premat.* Mart. L. V. Epigr. 35. p. 275. *Mollia nec rigidus cespes tegat ossa: nec illa Terra grauis fueris: non fuit ille tibi.* Seneca in Hippol. Act. V. Sc. vlt. *Istam terra defossam premat, Grauisque tellus impio capiti incubet.* Detorsit ingeniose votum terrae leuis in contrariam, plane sententiam Ammian. in Anthol. L. II. c. 43. Epigr. 1. Εἴη σοι κατὰ γῆς κεφηνείς, Νέαρχε, Ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξορύσωσι κύνες. *Sit leuis, infelix, tandem tibi terra, Nearche: Promptius effodiant vt tua membra canes.* H.

y. *Vsusque)* Forte rectius, *vsuique.* H.

z. *Vitali spiritu)* Aer in culpa est, ex quo cunctorum animantium, serpentiumque semina decidere creduntur: Terra ipsa non sponte excipit, sustinetue: sed quoniam ita necesse est illi. H.

a. *Generantium)* Tota generantium culpa est, si quid mali est. H.

b. *Illa serpentem)* Vide L. XXIX. sect. 23. H.

tae c. fames, mors d. terrae meritis alieniſſima, lenta nos conſumeret tabe, ne lacerum e. corpus abrupta diſpergerent: ne laquei torqueret poena praepoſtera, incluſo ſpiritu, cui quaereretur exitus: ne in profundo quaeſita morte, ſepultura pabulo fieret: ne ferri cruciatus ſcinderet corpus. Ita eſt [1], miſerta genuit id, cuius facillimo hauſtu, illibato corpore, et cum toto ſanguine extingueremur, nullo labore, ſitientibus [2] ſimiles: qualiter [3] defunctos, non volucris, non fera attingeret, terraeque ſeruaretur, qui ſibi ipſi periiſſet. Verum f. fateamur [*], terra nobis malorum remedium genuit [4]; nos illud vitae fecimus venenum. Non g. enim et ferro,



1. *Ita genuit id. M. caetera quae interpoſita, ſunt delenda.* 2. *ſentientibus.* 3. *quo taliter.* * *Hard. retinuit ex MSS. hanc lect.* 4. *genuit: illud vita fecit venenum. Num enim et ferro. interrogatiue. Tol. Vet. facimus Ch.*

c. *Ne in taedio vitae dirae famis mors, terrae meritis alieniſſima)* Verbum, *dirae*, redundat ex Toletano archetypo. In quo etiam, *fames*, in recto, non *famis*. Pint

*Fames mors)* Ita Reg. 1. 2. Chiſi etc. Prius legebatur, *ne in taedio vitae dirae famis mors*, etc. interpolato Plinii contextu. H.

d. *Mors)* Quod mortis genus a terrae meritis et benignitate valde abhorret. H.

e. *Ne lacerum)* Ne foret neceſſe ad exitum vitae inveniendum, ſeſe ex abruptis locis in praeceps dare: quod leti genus lacerum corpus et fracta membra diſpergeret. H.

f. *Et vt verum fateamur)* Duae priores dictiones itidem redundant in eodem. *Pint.* Videlicet in Tolet. Et vt verum, edidit *Gron.*

g. *Nos enim et ferrum quo carere potuiſſemus, ſimili modo vtimur)* Archetypum idem, *Non enim*, etc. rectiſſime: vt ſit interrogatio vrgens. *Pint. Nos quoque enim* Gron. dat.

*Non enim et ferro)* Vide Not. et Em. N. LVIII. (hic poſit) *Non enim et ferro, quo carere non poſſumus, ſimili modo vtimur?)* Ita cum Pintiano ſcribimus ex Reg. 1. 2. etc. Prius legebatur *Nos enim*. At cum interrogationis nota concitatius efficacius-

quo carere non poſſumus, ſimili h. modo vtimur, Nec tamen quereremur merito, etiamſi maleficii cauſa [1] tuliſſet: Aduerſus i. vnam quippe naturae partem ingrati ſumus. k. Quas [2] non ad delicias, quasque non ad contumelias ſeruit homini? In maria iacitur, aut, vt l. freta admittamus, eroditur [3] aquis: ferro, ligno, igne, lapide, fruge, omnibus cruciatur horis, multoque plus, vt deliciis, quam vt alimentis famuletur noſtris. Niſi [4] tamen, quae ſumma patiatur, atque extrema cute, tolerabilia videantur. Penetramus in viſcera, auri argentique venas, et aeris ac plumbi metalla fodientes: gemmas etiam et quosdam paruulos quaerimus lapides [5], ſcrobibus in profundum actis. Viſcera eius extrahimus,

1. *cauſam attuliſſet. Vet.* 2. *Sic ex MSS. quaſi non. ſerviat Gr. quasque non inſeruit. Toll. interrogando.* 3. *eruitur. Vet.* 4. *Ssc ex MSS. Hard. et tamen Gr. illa tamen. M.* 5. *lapides. Scrobibus in profundum actis viſcera. M. alia diſtinctione, petimus quot, alia diſtinct.*

caciuſque dictum videtur. Etiam paulo ante ex iisdem MSS. reſcripſimus. *Verum fateamur*, non vt in libris editis, *Et vt verum.* Ac poſtea, *Quas non ad delicias*, pro *quaſi.* Et, *niſi tamen quae ſumma patiatur*, etc. pro *Et tamen quae ſumma patiatur*, eorumdem codicum auctoritate et fide. H.

h. *Simili modo)* Ad perniciem. H.

i. *Aduerſus)* Quippe adverſus hanc vnam *e quatuor naturae partibus*, nempe terram, ingrati ſumus. H.

k. *Quaſi non ad delicias quaſque, non ad contumelias ſeruiat homini)* Elegantior ſcripta lectio cum interrogandi nota, *Quas non ad delicias, quaſque non ad contumelias ſeruit homini? Pintian.*

l. *Vt freta)* Vt maria in terras immittantur, litus excauatur, et eroditur aquis. H.

*Vt freta admittamus)* Iactis ſcilicet, vt ille cecinit, in altum molibus, caementiſque demiſſis, mare ipſum in terras immittitur, et colitur a domino terrae faſtidioſo. Vide interpretes Horatii in Od. 1. L. III. v. 34. H.

m. *Vt digito geſtetur gemma quam,*

himus, vt m. digito geſtetur gemmâ, quam n. petimus. *Quot manus atteruntur, vt vnus niteat articulus!* Si vlli eſſent inferi, iam profecto illos auaritiae atque luxuriae cuniculi refodiſſent. Et miramur ſi eadem ad noxam genuit aliqua: Ferae enim, credo, cuſtodiunt illam, arcentque ſacrilegas manus. Non [1] inter ſerpentes fodimus, et venas auri tractamus cum veneni [2] radicibus o.? Placatiore tamen Dea ob [3] hoc, quod omnes hi opulentiae exitus ad ſcelera, caedesque et bella tendunt: quamque ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus. Quibus tamen, velut exprobrato furore, tandem ipſa ſe obducit, et ſcelera q. quoque mortalium occultat. Inter crimina ingrati animi et hoc duxerim, quod naturam eius ignoramus.

LXIV. Eſt autem figura prima, de qua conſenſus iudicat. Orbem r. certe dicimus terrae [4], globum-



1. *Sic ex MSS. Hard. Nos inter. Tol. Nam inter. Sal. Nonne Gr. 2. venenis traducibus. Vet. alii, venenis trucibus et recte. 3. ſic ex MSS. Hard. ob hoc vtimur, quod Gr. vtimur deeſt in Tolet. 4. terrae globum, quem. M. et Ch.*

*quam petimus)* Eadem, cum interrogatione. *Vt digito geſtetur gemma, quo petitur? Pint.*

n. *Quam petimus)* Pintianus legit cum interrogatione, *Vt digito geſtetur gemma, quo petitur?* Reg. 1. 2. *Vt digito geſtetur gemma, petitur*, terra ſcilicet: Eleganter. Vide L. XXXIII. ſect. 6. H.

o. *Cum veneno)* Cum venenatis herbis, ac fruticibus. H.

p. *Placatiore tamen dea vtimur)* Poſtremum verbum deſideratur in ſcripta lectione. *Pintian.*

q. *Et ſcelera — occultat)* Caeſa operiens cadauera, vt mater. H.

r. *Orbem certe dicimus)* Eſſe τυμπανοειδῆ quoſdam exiſtimaſſe, alios κονοειδῆ, alios τραπεζοειδῆ. Plutarchus in Placitis philoſophorum ſcribit, lib. III. cap. 10. Qui globoſam eſſe putant, ob id *aperona* vocant, quod rotundi corporis nullus ſit finis, nullum initium. *Dalec.*

*Orbem)* Terrae globum eſſe

que s. verticibus includi fatemur. Neque enim abſoluti orbis eſt forma, in tanta montium excelſitate, tanta t. camporum planitie: ſed cuius amplexus, ſi capita u. linearum [1] comprehendantur ambitu, figuram abſoluti orbis efficiat: id quod ipſa rerum naturae cogit ratio, non eisdem cauſis, quas attulimus in caelo. Namque in illo caua in ſe conuexitas vergit, et cardini ſuo, hoc eſſe terrae, vndique incumbit. Haec, vt ſolida atque conferta, aſſurgit, intumeſcenti ſimilis, extraque protenditur. Mundus x. in centrum vergit: at terra exit a centro, immenſum eius globum in formam orbis aſſidua circa eam mundi volubilitate cogente.

LXV. y. Ingens hic pugna literarum, contraque vulgi; circumfundi terrae vndique homines, converſisque inter ſe pedibus ſtare, et cunctis ſimilem eſſe caeli verticem, ac ſimili modo ex quacumque parte

1. *Cunctarum linearum. Ver.* 2. *et intumeſcenti ſimilis ex vtraque parte extenditur. M.*

eſſe circa polos complanatum Aſtronomi hodie opinantur. Vide Hiſtoriam Acad. Reg. Scient. anni 1701. p. 96. et diſſertationem D. Caſſini, de figura Terrae, anno 1713. p. 188. H.

s. *Globumque)* In globo eo vertices montium includi fatemur. H.

t. *Tanta camporum planitie)* Ea ratione Sophocles in Oedipode *Sternuchon* vocat: *ſterna* enim et *νῶτα τῆς γῆς* latae ſuſaeque planities: *αὐχένες* vero anguſti campi metaphoricωs dicuntur. Vide Rhodig. 18. 15. *Dalec.*

u. *Si capita linearum)* Si per extremitates linearum ductarum a centro terrae ad ſummos quoſque vertices montium circulus exigatur, qui cunctos comprehendat ambitu: ille circumplexus figuram efficiet abſoluti orbis. H.

x. *Mundus)* Caelum. H.

y. *De Antipodibus)* De iis Manilius et Lucretius. Lactantius lib. III. negat Antipodas. Vide et Plutarch. de Plac. Phil. lib. III. cap. 11. Cleomed. Cyclic. lib. I. cap. 2. pag. 323. Pomp. Mel. de ſitu orb. lib. I. c. 1. *Dalec.* v. Ind. capit. L. II.

parte mediam calcari: illo 2. quaerente, cur non decidant contra siti; tamquam non [1] ratio praesto sit, vt nos non decidere mirentur illi. Interuenit sententia, quamuis indocili probabilis turbae, inaequali a. globo, vt si sit figura pineae nucis, nihilominus terram b. vndique incoli. Sed quid hoc refert alio miraculo exoriente? pendere ipsam, ac, non cadere nobiscum: ceu [2] spiritus c. vis, mundo praesertim inclusi, dubia [3] sit: aut possit cadere, natura repugnante, et quo cadat, negante [4]. Nam sicut ignium sedes non est nisi in ignibus, aquarum nisi in aquis, spiritus nisi in spiritu: ita terrae, arcentibus cunctis, nisi in se, locus non est. Globum tamen effici mirum est, in tanta planitie maris, camporumque. Cui senten-



1. *Sic ex MSS. Hard. Gronou. coniunction. et addit in M. et deest, etc. 2. seu Gr. 3. dubium sit. Ch. 4. non dante. V.*

2. *Illo quaerente)* Hominum vulgo quaerente. H.

a. *Inaequali globo*) Multis sedibus et veluti scalarum gradu distincto. *Dal.*

b. *Terram vndique coli*) Non ita creditum olim Homeri temporibus, vt in Apologia Homeri diximus; nec Virgilio ipsi, tum libro III. Georg. v. 358. vbi de Sole dicit: *Nec cum inuectus equis altum petit aethera, nec cum Praecipitem Oceani rubro lavit aequore currum:* tum L. I. v. 242. vbi de polo mundi gemino: *Hic vertex nobis semper sublimis: at illum sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.* Infra hoc hemisphaerium nihil esse magno errore arbitrabantur, praeter aquarum immensitatem infinitam, fabulosamque Stygem. Falsum istud Systema Cosmographicum, sequitur enim et prolixe describit Graecus scriptor vitae Andreae, cui Salo cognomen fuit, sub finem diei XXVIII. Maii. c. 28. N. 240. in Actis Sanctorum. *H.*

c. *Ceu spiritus*) Quasi dubia sit vis aeris, qui caeli praesertim ambitu includitur. *H.*

*Ceu spiritus vis*) Cuius spiritus siue aeris vi suspensam, cum aquarum elemento, librari medio spatio tellurem dixit, sect. 4. *H.*

tiae adeſt Dicaearchus d., vir e. in primis eruditus, regum cura permenſus montes, ex f. quibus altiſſimum prodidit Pelion, MCCL. paſſuum, ratione perpendiculi, nullam g. eſſe eam [1] portionem [2] vniuerſae rotundi tatis colligens. Mihi incerta haec videtur coniectatio, haud ignaro quosdam Alpium verti-

1. *eam altitudinem proportione vniuerſitatis Vet.* 2. *portione vniuerſae rotunditatis, hoc eſt, ſi vniuerſae rotunditatis ſpectes proportionem, quod genus locutionis Plinio in primis eſt familiare.*

d. *Dicaearchus)* Vide quae de eo diximus in Auctorum ſyllabo. H.

e. *Vir in primis eruditus)* Cuius nuper quaedam geographica, etc. edidit Henr. Stephan. in quibus tamen locum hunc exſtare non memini. *Dalec.*

f. *Ex quibus altiſſimum)* Ex illis nimirum quos dimenſus eſt, Theſſaliae montibus, non ex omnibus, quaqua patet orbis vniuerſe. Pelion Geminus in Elem. Aſtron. c. 14. p. 55. ex eodem Dicaearcho refert altum eſſe ſtadiis decem, quae efficiunt, vt Plinius ait, paſſus MCCL. Cyllenen vero Arcadiae montem, ad XV. propemodum ſtadia attolli, eodem menſore Dicaearcho, hoc eſt, paſſus fere 1900. Atabyrium denique Rhodi inſulae, ſtadiis XIV. hoc eſt, MDCCL. paſſibus. H.

g. *Nullam eſſe eam portionem vniuerſae rotunditatis)* Scribendum, *portione*, auferendi caſu, non, *portionem*, et Pliniano loquendi more, hoc eſt, ſi ratio reſpectusque habetur vniuerſae rotunditatis: vt pronomen, *eam*, referas ad rationem perpendiculi. *Pintian.*

*Nullam eſſe eam)* Ratione Mathematica nos rem ita conficimus cum Ricciolo, Tom. I. Almag. p. 727. Mons altiſſimus, qualis eſſe Caucaſus dicitur, non excedit 50 milliaria Italica, quorum in diametro terrae ſunt 8278. in ſemidiametro, 4139. in quo numero quinquagenarius numerus continetur ter et octogies. Sume igitur ſphaeram ligneam, cuius ſemidiameter ſit particularum aequalium trium et octoginta: eique grana aliquot, monticuloſque cereos impone, quorum altitudo aequalis ſit vnicae particulae de tribus illis et LXXX. Vel oculorum iudicio conſtabit feriem horum monticulorum aliquam nihil fere nocere ſphaerae rotunditati. H.

vertices, longo tractu, nec breuiore L. h. millibus passuum assurgere. Sed vulgo maxima [1] haec pugna est, si coactam in verticem aquarum quoque figuram credere cogatur. Atqui non aliud in rerum natura aspectu manifestius. Namque i. et dependentes vbique guttae paruis globantur orbibus: et pulueri illatae, frondiumque lanugini impositae, absoluta rotunditate cernuntur: et in poculis repletis media maxime tument: quae k. propter subtili-



1. *Maxime. M. et Sabellicus.*

h. *Quinquaginta )* Sunt quibus id fabulosum videatur. De ascensu montium obliquo accipiunt alii. Tenariffum aiunt Hispani esse altitudinis LX. milliarium: In mari is maxime conspicuus est ex quatuor graduum interuallo: Hinc Snellius colligit, in Eratosth. Bat. perpendiculum eius montis esse nouem milliarium cum semisse: ex quibus alii sesquimilliare, ob refractionem, deducunt: statuuntque octo milliarium altitudinem habere ad perpendiculum. Vide quae de eo diximus ad sect. 8. H.

i. *Namque et )* Guttulae, inquit, vbique rotundantur in orbem: igitur et tota aqua ita se conglobat. Sequuntur enim partes singulae naturam totius. Verum quod guttulae dispersae globositatem tueantur, id non arbitror accidere ex affectatione figurae totius: sed ex eo quod aquea corpuscula suis sese mutuo hamulis teneant: et quod veluti medium factum est in gutta, concatenatione quadam circumstantia contineat; donec moles exigua est: quae si increscit, dum a rotunditate desciscit, protuberatque in latera: ac tum demum rumpitur, effluitque: quod etiam fit ex appositione alterius humoris, cuius corpuscula prioribus nexa, illa pertrahunt, continuationemque abrumpunt. Haec fusius Gassendus, L. de Globo telluris. Ea certe ratio videtur esse cur in poculis repletis, vti mox dicetur, addito humore circumfluat, quod superfit, non item denariis additis. H.

k. *Quae propter subtilitatem humoris, mollitiamque in se residentem )* Exemplar vtrumque, Salmant. et Tol. *residente*, habet, vt intelligas *humore*. Vtitur subinde tali locutione Plinius. *Pint.*

tatem humoris, mollitiamque [1] in se residentem, ratione facilius, quam visu, deprehenduntur. Idque etiam magis mirum, in poculis repletis, addito humore minimo circumfluere quod superfit: contra eueuire ponderibus additis ad vicenos saepe denarios: scilicet quia intus recepta liquorem in verticem attollant, at cumulo eminente infusa [2] dilabantur. Eadem est causa, propter quam e nauibus terra non cernatur, e nauium malis conspicua: ac procul recedente nauigio, si quid, quod fulgeat, religetur in mali cacumine, paulatim descendere videatur, et postremo occultetur. Denique Oceanus, quem fatemur vltimum, quanam alia figura cohaereret, atque non decideret, nullo l. vltra margine includente? Ipsum [3] id ad miraculum redit, quonam modo, etiamsi globetur, extremum non decidat mare. Contra quod, vt sint plana maria, et qua videntur figura, non posse id accidere, magno suo gaudio, magnaque gloria inuentores Graeci subtilitate geometrica docent. Namque cum e sublimi in inferiora aquae ferantur, et fit [4] haec natura earum confessa: nec quisquam dubitet in [5] litore vllo accessisse eas, quo m. longissime deuexitas passa sit: procul dubio apparere, quo quid humilius sit, propius centro esse terrae: omnesque n. lineas, quae

1. *Molliriemque in se residentem. Tol.* 2. *infra. Vet.* 3. *in id ipsum ad miraculum rediit. Chiff.* 4. *sit hic naturae earum consensus. M. et sit haec natura conceſſa. alii.* 5. *in littus vllum accessisse eas nisi quo longissima. V.*

l. *Nullo vlra)* Quando. quidem, *si terra plana foret,* nullus vltimam maris aquam margo lituſve coerceret. H.

m. *Quo longissime)* Quam longissime patiebatur litoris deuexitas. H.

n. *Omnesque lineas)* Omnesque lineas, quae a centro terrae ducuntur ad proximam aquae superficiem, breuiores fieri, quam quae ad vltimum mare a primo littore. H.

quae emittuntur ex eo ad proximas aquas, breuiores fieri, quam quae ad extremum mare a primis aquis. Ergo totas, omnique ex parte aquas vergere in centrum: ideoque non decidere, quoniam in o. interiora nitantur.

LXVI. Quod ita formaſſe artifex p. Natura [1] credi debet, vt cum terra arida et ſicca conſtare per ſe ac ſine humore non poſſet: nec rurſus ſtare aqua, niſi ſuſtinente terra, mutuo implexu [2] iungerentur; has [3] ſinus pandente, illa vero permeante totam, intra, extra [4], ſupra, venis, vt vinculis, diſcurrentibus: atque etiam in ſummis iugis erumpente: quos [5] ſpiritu acta et terrae pondere expreſſa, ſiphonum r. modo

1. *Naturae. Ch.* 2. *ſic ex MSS. Hard. et Gr. complexu fungerentur. Vet. Tol.* 3. *hae Gr.* 4. *extra, intra, ſup.* 5. *quibus.*

o. *In interiora)* In ea quae ſunt propiora centro. H.

p. *Artifex Natura)* Reg. 1. 2. Chiffl. etc. *Artifex naturae.* H.

q. *Quo ſpiritu)* Sequitur peruulgatam ſententiam, referentium originem fontium ad ipſum mare, ex quo per ductus ſubterraneos in montes vſque, et loca omnia, in quibus ſcaturigines conſpicuae ſunt, aqua contendat: Habere ſe nempe tellurem, quaſi animal quoddam ingens, cuius non modo ſubterranei meatus forent quaſi venae aquam ex mari, vt ſanguinem ex hepate quodam ducentes: ſed feruores etiam ſubterranei eſſent veluti ſpiritus vitales, per ductus quoque varios, ceu arterias, diffuſi. Hinc nihilo magis mirum videri ſcaturire aquam ex montis vertice, ſi vena ſubterranea ibi aperta fuerit, quam emicare ſanguinem ex fronte, ſi illic venam ſecueris. Quippe terrae veluti cruſtam non eſſe vbique perforatam, neque vbiuis praebere aquae in eam nitenti exitum: et conſtare experientia, interdum aperiri terram, et aquam ſcatere in locis prius admodum ſiccis: vti cum nobis vena rumpitur. Contra iſta diſputat Gaſſendus in L. X. Laertii, p. 1073. H.

r. *Siphonum)* Siphon eſt canalis fiſtula, per quam emittitur liquor, vt in ſalientibus aquis cernimus. H.

modo emicat: tantumque a periculo decidendi abeſt, vt in ſumma quaeque et altiſſima exſiliat. Qua s. ratione manifeſtum eſt, quare tot fluminum quotidiano acceſſu maria non creſcant. (LXVI.) Eſt igitur in toto ſuo globo t. tellus medio ambitu praecincta circumfluo mari. Nec argumentis hoc inveſtigandum, ſed iam experimentis, cognitum.

LXVII. A Gadibus, columnisque Herculis, Hiſpaniae et Galliarum circuitu, totus hodie nauigatur occidens. Septemtrionalis vero Oceanus, maiore ex parte nauigatus eſt, auſpiciis Diui Auguſti, Germaniam claſſe circumuecta ad Cimbrorum u. promontorium: et inde immenſo mari proſpecto, aut fama cognito, ad Scythicam [1] plagam, et humore nimio rigentia. Propter quod minime veriſimile eſt illic maria deficere, vbi humoris x. vis [2] ſuperet. Iuxta vero ab ortu ex Indico mari, ſub y. eodem ſidere pars tota vergens in Caſpium z. mare, per-

naui-

1. *Scythicam ad plagam. Chiff.* 2. *Ex MSS. Hard. ſic etiam Ch. et M. vis humoris Gr.*

s. *Qua ratione)* Et propter hanc rationem, inquit, cum tot nempe fontes ex ipſo mari, totque flumina prodeant, manifeſtum eſt, etc. H.

t. *Globo tellus medio)* Hic Plinius mediam tantum terram mari praecinctam eſſe, reliquum vero dimidium eminere extra vndas, velut pila aut globus aquis innatans ait ex Thalis Mileſii ſententia, Ariſt. de caelo, lib. II. *Dalec.*

*Medio ambitu)* Toto orbis ſui ambitu terra, inquit, mari praecingitur, ceu faſcia quadam: reliqua eminet extra vndas. H.

u. *Cimbrorum promontorium)* Cherſoneſum Cimbricam, quam incolunt Holſatienſes. *Dal.*

*Ad Cimbrorum)* De quo promontorio dicetur L. IV. ſect. 27. H.

x. *Humoris vis)* Vbi aquarum abundat copia. H.

y. *Sub eodem ſidere)* Sidus hic plagam mundi ſignificat. Vide Turn. c. 24. lib. XVIII. Aduerſ. *Dal.*

z. *Caſpium mare)* Errores vet.

nauigata est Macedonum armis, Seleuco atque Antiocho regnantibus, qui et Seleucida atque Antiochida ab ipsis appellari voluere. Circa Caspium quoque multa[1] Oceani litora explorata, paruoque a. breuius, quam totus, hinc aut illinc Septemtrio eremigatus. Vt tamèn coniecturae locum sic quoque non relinquat, ingens argumentum paludis Maeoticae, siue ea illius Oceani sinus est, vt multos aduerto credidisse; siue b. angusto discreti situ restagnatio. Alio latere Gadium, ab eodem occidente, magna pars meridiani sinus ambitu Mauritaniae nauigatur hodie. Maiorem c. quidem eius partem

1. *Multo labore Oceani. M.*

vet. de hoc mari exstant apud nostrum auctorem infra lib. IV. cap. 13. et apud Capellam lib. VI. pag. 247. et apud Dionys. περιηγησ. vers. 47. et 727. Melam. lib. I. cap. 2. et lib. II. cap. 5. et Strab. lib. XI. Ortel. Thesaur. Hyrcan. Viuaque effigie in tab. geograph. septemtrional. terrar. Gerardi Mercat. Atque hinc quoque factum, vt veteres scriptores sinum nuncupent. Quod dum nostrates plerique κολπόζηλοι non animaduertunt, et ipsi eleganter scilicet scripturi eodem quoque nomine vtuntur. *Dal.*

*Caspium mare )* Quem sinum esse septemtrionalis Oceani, siue Scythici, veteres arbitrati sunt. Vide quae dicturi sumus L. VI. sect. 15. H.

a. *Paruoque breuius )* Paulo minus quam totus, siue fere totus. *Paruo* pro *exiguo spatio* familiaris est scriptori huic locutio: *Tam parvo*, inquit, L. V. sect. 12. *distat ibi rerum naturae diuersitas.* H.

b. *Siue angusto situ discreti )* Desideratur verbum, *situ*, in exemplari Salmant. recte puto. Pari locutione vsus est lib. V. cap. 51. *Tam paruo distat tanta rerum naturae diversitas.* Pintian.

*Angusto discreti situ )* Ita MSS. omnes. Siue, inquit, palus haec Maeotica septemtrionalis Oceani, modico terrarum tractu spatioque inde discreti, restagnatio ac veluti aestuarium sit. H.

c. *Maiorem quidem )* Quae sequuntur ad ea verba, *Idem Nepos*, etc. Martianus exscripsit

partem, et Orientis, victoriae Magni Alexandri lustrauere, vsque in Arabicum sinum. In quo res gerente d. C. Caesare Augusti filio, signa nauium ex Hispanienſibus naufragiis feruntur agnita. Et Hanno, Carthaginis potentia florente, circumuectus a Gadibus ad finem Arabiae, nauigationem eam prodidit scripto: sicut ad extera Europae noscenda missus eodem tempore Himilco. Praeterea e. Nepos Cornelius auctor est. Eudoxum f. quemdam sua aetate, cum Lathurum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades vsque peruectum: multoque ante eum cum Coelius Antipater, vidisse se, qui nauigasset ex Hispania in Aethiopiam commercii gratia. Idem Nepos de septemtrionali circuitu tradit, Quinto Metello Celeri, L.[1] Afranii g. in Consulatu colle-

1. *Sabellicus emendauit, Africani. C. Afranii Gr.*

scripsit e Plinio toridem verbis, L. VI. c. de rotunditate terrae, p. 200. et 201. H.

d. *C. Caesare)* Agrippae filio, quem Augustus adoptauit. Vide L. VI. sect. 31. H.

e. *Praeterea)* Reliquum fere caput habet etiam Mela, L. III. c. 5. p. 55. et c. 9. p. 63. Ea vero tametsi ridet Strabo, L. II. p. 98. tamquam a Posidonio conficta, vel temere credita, calculo tamen suo Herodotus comprobat, L. IV. Melpom. p. 237. docetque Phoenices, ab Erythraeo mari soluentes, Bonae spei promontorium esse praeteruectos, ac demum per columnas Herculis in Aegyptum remeasse. H.

f. *Eudoxum)* Nauigatorem, non Astrologum, de quo Petronius in Satyra: *Eudoxus quidem in excelsissimi montis cacumen conscendit, vt astrorum caelique motus deprehenderet.* Vide Strabonem lib. II. qui diuersae est a nostro auctore sententiae. *Dalec.*

*Eudoxum)* Cyzicenus hic fuit, a Cnidio Mathematico, de quo dictum est in Auctorum Indice, plane diuersus. Ptolemaei Euergetae temporibus vixisse auctor est Strabo l. c. eius nimirum, cui Lathurus successit. H.

g. *L. Afranii)* Vide Not. et Em N. LIX. (hic ādi) *L. Afranii in Consulatu collegae)* In libris hactenus editis C. Afranii. Dalecampius in margine

collegae, ſed tum Galliae proconſuli, Indos a h. rege Sueuorum dono datos, qui ex India commercii cauſa nauigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti. Sic maria circumfuſa vndique diuiduo globo partem orbis auferunt nobis: nec i. inde huc, nec hinc illo peruio tractu. Quae contemplatio apta detegendae mortalium vanitati, poſcere videtur, vt totum hoc, quicquid eſt, in quo ſingulis nihil ſatis eſt, ceu [1] ſubiectum oculis, quantum ſit oſtendam.

LXVIII.

1. *ſeu Gr.*

gine editionis ſuae admonet Sabellicum emendare, *Africani*. Manuſcripti codices praenomen non habent. Nos ex Dione, L. XXXVII. p. 51. et ex Faſtis, Lucium appellamus, qui cum Q. Caecilio Metello Celere Conſul fuit A. V. C. DCXCIV. triennio poſt Ciceronis conſulatum. H.

h. *A rege Sueuorum)* Vide Not. et Em. N. LX. (hic adi) *A rege Sueuorum)* Ita conſtanter libri omnes MSS. Credidit Iſ. Voſſius, in Melam, p. 249. neque Sueuis, neque Boiis, (quae poſtrema vox nonnullis placuit) locum hic eſſe poſſe, cum ſint mediterranei populi. At cum ipſe ſubſtituit, *a rege Baetorum*, Baetosque Batauos interpretatur, valde vereor, vt vades coniecturae ſuae codices vllos probatae fidei poſſit afferre, aut Baetorum nomen pro Batauis familiare Plinio fuerit. Propius a vero abeſt Sueuorum regem fuiſſe, vt ſcriptores toto vno conſenſu affirmant, ad quem deducti terreſtri itinere Indi, qui ad oram Germaniae tempeſtate fuiſſent abrepti, quam contra exemplarium fidem quidquam mouere. H.

i. *Nec inde huc)* Globum terrae veteres in duo latera ſiue hemiſphaeria diuiſerunt Oceano diſcluſa. Qua ex opinione ſcripſit Plinius, medio terrae globo inſuſum Oceanum partes terrae diuidere: neque vero illinc huc, neque hinc illo tranſmitti poſſe remigio vllo veloue exiſtimabant. H.

LXVIII. Iam k. primum [1] in dimidio computari videtur, tamquam nulla portio ipsi decidatur Oceano: qui toto circumdatus medio, et omnes caeteras fundens recipiensque aquas, et quidquid exit in nubes, ac sidera l. ipsa tot et tantae magnitudinis pascens, quo tandem amplitudinis spatio credetur habitare? Improba et infinita debet esse tam vastae molis possessio. Adde quod ex relicto plus abstulit caelum. Nam m. cum sint eius quinque partes, quas

1. *Iam primum inde mihi disputandum videtur, cum nulla portio ipsi decedat. M. Inde mihi disputandum videtur, quaenam portio illius ipsi decedat Oceano. Ver. Pint. adstipulatur Chiff.*

k. *Iam primum in dimidio computari videtur, tamquam nulla portio ipsi decidatur Oceano)* Codex Salmant. et Romana impressio, *Iam primum inde mihi disputari videtur, cum nulla portio, etc.* Scribendum reor, *quaenam illius portio ipsi decedat oceano,* hoc sensu, Caput huius disputationis esse videtur, quanta sit illa terrae portio, quae Oceano cesserit, quam permagnam esse simile vero est, cum in confesso sit Oceani vastitas. *Pintianus. Iam primum in dimidio computari mihi videtur tamquam nulla portio ipsi decedat Oceano) Mihi,* redundat: nam ipse improbat eam opinionem. Et pro, *Decedat, Decidatur,* legendum. Portio terrae decidit ur Oceano eique accedit, non decedit. *Gelen.*

*Iam primum)* Ac primo quidem, inquit, totum hoc quidquid est, in quo sese ingens aperit mortalium vanitas, pro dimidio totius globi, ex terra et aqua coalescentis, computari posse vulgo creditur: perinde ac si per se non multo maior Oceanus; aut non magna etiam huius dividuae partis portio ipsi decidatur Oceano, et eidem accedat, qui cum toto circumdetur medio, etc. H.

l. *Sidera ipsa)* Vide adnotata cap. 9. huius libri. *Dalec.*

m. *Nam cum sint)* Quae sequuntur vsque ad sectionem seq. ea fere totidem verbis Martianus exscripsit, L. VI. p. 196. Attigerat ea multo antea Virgilius, his vulgatis versibus: *Quinque tenent caelum zonae,* etc. H.

n. *Quas vocant zonas)* Eratosthenes in Hermete, apud Heraclidem lib. II. de

quas vocant Zonas, infesto rigore o. et aeterno gelu premitur omne, quicquid est subiectum duabus extremis, vtrimque circa vertices: hunc qui septemtrio p. vocatur, eumque qui aduersus illi, austrinus appellatur. Perpetua caligo vtrobique, et alieno molliorum siderum aspectu, maligna, ac pruina tantum albicans q. lux [1]. Media vero terrarum, qua Solis

1. *Albicans. Lux vero media terrarum. Chiff.*

Allegoriis Homericis, Πέντε δ' ἄρα ζῶναι περιηγέες ἐσπείρηνται, Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυανοῖο, Ἡ μία ψαφαρήτε καὶ ἔμπυρος, οἷον ἐρυθρή, Τυπτομένη φλογμοῖσιν ἐπεὶ ῥὰ ἐμοῖραν ἐπ' αὐτὴν Κεκλημένην ἀκτῖνες ἀειθέρεες πυροῶσιν. Αἱ δὲ δύο ἐκάθεντε πόλοιο περιπεπιγυῖαι, Ἀεὶ κρυμκλέαι, ἀεὶ δ' ὕδατι μογέσται. Versus hos Virgilius sic expressit: *Quinque tenent caelum zonae, quarum una coruſco Semper Sole rubens, et torrida ſemper ab igni: Quam circa extremae dextra laeuaque trahuntur Caerulea glacie concretae, atque imbribus atris. Has inter mediasque duae mortalibus agris Munere conceſſae diuum.* Homer. in Achillis clypeo πτύκας vocat: et polis vicinas ex albo plumbo factas ait: mediam, auream, id ex, igneam: reliquas duae ad tropicos sitas, aeneas, veluti medii coloris inter aurum et plumbum. Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδυθι κασσιτερίας, τὴν δὲ μίαν χρύσην. Zonas has eleganter descripserunt Ouid. 1. Met. Claudian. lib. de raptu Proserpinae, Hadrianus Iunius cap. 5. 3. Procl. sphaer. cap. 19. *Dalec.*

o. *Rigore)* Glacie ad septemtrionem, imbribus ad Meridiem. *Dalec.*

p. *Septemtrio)* Triones boves qui terram arant, colunt, terunt, quasi teriones. Hoc sidus quod caeli vertex est, a stellarum figura et positu simile plaustro Graeci ἅμαξαν vocarunt: Romani a septem stellis ita iunctis vt triones iuncti videantur septemtriones. Vide Aulum Gell. cap. 21. lib. XI. Fest. in Septemtriones, nonnihil restitutum a Merula super Enn. p. 36. et 614. *Idem.*

q. *Albicans lux)* Vide Not. et Em. N. LXI. (hic adi) *Ac pruina tantum albicans lux. Media vero terrarum, etc)* In Chiffl. et aliis codicibus praeposstera interpunctione legitur, *albicans. Lux vero media, etc.* Mendum corrigit Martianus haec exscribens

Solis orbita eſt, exuſta r. flammis et cremata, cominus vapore torretur. Circa duae tantum, inter exuſtam et rigentes, temperantur: eaeque ipſae inter ſe non s. peruiae, propter incendium t. ſiderum [1]. Ita terrae tres u. partes abſtulit caelum: Oceani rapina in incerto eſt. Sed et relicta nobis vna portio, haud ſcio an etiam in maiore damno ſit. Idem ſiquidem Oceanus infuſus in multos (vt x. dicemus [2]) ſinus, adeo vicino acceſſu interna maria allatrat, vt centum y. xv. millibus paſſuum [3] Arabicus

1. *Sic etiam M. et Chiff. ſideris Gr. et Al.* 2. *diximus. M. ſc. ſupra cap.* 67. 3. *paſſuum tantum Arabicus, etc. V.*

ac leuiter immutans, L. VI. p. 196. c. de zonis terrae: *Nam duae*, inquit, *quae axi vtrique confines, algore immenſo et frigoribus occupatae, deſertionis cauſas pruinis ninguentibus praebuere: Media vero flammis atque ardoribus torridata, etc.* H.

r. *Exuſta flammis)* Sub aequinoctiali. *Dalec.*

s. *Non peruiae)* Quoniam vt ipſe putat ſub aequinoctiali commeare non licet. *Idem.*

t. *Incendium ſiderum)* Ita Reg. 1. 2. Chiffl. etc. non *ſideris.* Cenſebant Stoici, quorum opinioni Plinius ſubſcribere non videtur, Oceanum eſſe ſubiectum ſignifero circulo, per quem Sol decurrit, eiusque litoribus metas ſui curſus Solem definire praedicabant: quod cum Sol igneae ſit, feruentisque naturae humoreque paſcatur, vltra citraque illius litora curriculum ſuum non flectat, cum terra ſequatur, quae alimentum paſtumque Soli praebere non poſſit. Vide Macrobium in Somn. Scip. L. II. c. 5. p. 137. H.

u. *Terrae tres partes)* Torridam mediam, extremasque duas gelu et frigore infeſtas. H.

x. *Vt dicemus)* In Geographicis libris, qui hunc proxime conſequuntur. Ita MSS. omnes. H.

y. *Vt centum quindecim)* Vide Not. et Em. N. LXII. (hic poſ) *Vt centum quindecim)* Hoc iterum repetit L. V. ſect. 12. cum hac eleganti exclamatione, *Tam parvo diſtat ibi tanta rerum naturae diuerſitas.* Neque exiſtimandum eſt a ſeipſo Plinium diſſentire, cum illic ait a Peluſio ad Arſinoen Rubri maris oppidum, CXXV. paſſuum

bicus ſinus diſtet ab Aegyptio mari: Caſpius vero CCCLXXV. 2. millibus a Ponticо. Idem[1] interſuſus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Aſiamque diſpeſcit[2], quantum terrarum occupat? Computetur etiam nunc menſura tot fluminum, tantarum paludum: addantur et lacus, et ſtagna. Iam elata in caelum, et ardua aſpectu quoque iuga: iam ſiluae, vallesque praeruptae, et ſolitudines, et mille cauſis deſerta[3] detrahantur. Hae tot portiones terrae, imo vero, vt plures tradidere, mundi a. punctus, (neque enim eſt aliud terra in vniverſo.) *Haec eſt materia gloriae noſtrae, haec ſedes:* hic honores gerimus[4], hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuamur[5] humanum genus, hic inſtauramus bella etiam ciuilia, mutuisque caedibus laxiorem facimus terram. Et b. vt publicos gen-

1. *Sic ex MSS. emendauit Hard. Idem interfuſus — diſpeſcit. Quantum terrarum occupat, conſpicitur etc. Gr. et Al.* 2. *dum diſpertit M. diſpeſcit, multum terrarum occupat. Comput. Vet.* 3. *deſerta detrahantur terrae. Imo M.* 4. *quaerimus. V.* 5. *Ex MSS. emend. Hard. ſic quoque Chiff. tumultuatur humanum genus Gr.*



ſuum millia ab Agrippa tradi: nunc vero CXV. Propiorem enim Arabici ſinus oram ſpectare videtur hoc loco, quam ſit illud Arſinoes oppidum. H.

2. *CCCLXXV)* Hunc quoque numerum paſſuum ex quorumdam ſententia recitat, L. VI. ſect. 12. H.

a. *Mundi punctus)* Vide Senecam in prooemio. *Dal.*

*Mundi punctus)* Acutum illud eſt Senecae dictum, Nat. Quu. L. I. in prooem. p. 831. *Hoc eſt illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igne diuiditur. O quam ridicule ſunt mortalium termini, etc.* H.

b. *Et vt publicos gentium furores tranſeam)* Lege ex MSS. *Et, (vt publicos furores tranſeam) haec* (terra eſt) *in qua conterminos pellimus furtoque vicini caeſpitem noſtro ſolo ordimur: vt qui latiſſime rura metatus fuerit, vtraque famam exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat, vel cum ad menſuram auaritiae ſuae propagauerit? quam tandem*

gentium furores transeam, haec in qua conterminos pellimus, furtoque vicini cespitem nostro solo [1] adfodimus c., vt qui latissime rura metatus fuerit, vltraque fines [2] exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad mensuram auaritiae suae propagauerit, *quam tandem portionem eius defunctus obtineat!*

LXIX. Mediam d. esse mundi [3] totius haud dubiis constat argumentis; sed clarissime [4] aequinoctii paribus horis. Nam nisi in medio esset, aequales dies noctesque haberi non posse deprehendunt et Dioptrae e., quae vel maxime id confirmant: cum aequi-

1. *Ordimur. M. affodimus. Et vt quis. Vet.* 2. *famam. Chiff.* 3. *esse terram mundi. Chiff. M.* 4. *clariſſimo. M.*

*dem portionem eius defunctus obtineat.* Vide Gronouii Obseruat. lib. I. cap. 4.

c. *Adfodimus*) Ita Reg. 1. 2. etc. Hoc est, addimus, adiungimus, adnectimus, vt vna fossione aretur. H.

d. *Mediam esse mundi*) Vide Aristot. lib. II. de caelo, cap. 2. Plutarch. de plac. Phil. lib. III. cap. 11. Achil. Stat. super Arat. pag. 84. *Dal.*

e. *Dioptrae*) Astronomica instrumenta, quale nostrum Astrolabium a Ptolemaeo, vt censent, excogitatum, quo Lunae, Solis, et reliquorum astrorum interualla cognoscuntur. Geminus teste Proclo super 1. Eucl. lib. I. cap. 13. Astronomiae tres constituit partes, γνωμονικὴν, μετεωροσκοπικὴν καὶ κατοπτρικήν. Et quamuis id non sit accurate dictum: cum multis aliis haec postrema scientia atque ars inseruiat matheseos quoque partibus: hoc tamen constat, in vniuersum dictam eam, quae de quibusuis instrumentis mathematitis pertractat, quibus oculorum adhibita acie, per ipsorum pinnacidia adspectando quidpiam indagamus. Atque ita et eius generis quoque instrumenta omnia generali nomine hac lege dicuntur dioptrae. *Idem.*

*Et Dioptrae*) Διόπτρα vulgo instrumentum appellatur Geometricum, ab explorando, perspiciendoque dictum. At hoc loco nihil aliud esse quam horologium siue solarium, in quo Solis horae vmbra declarantur, ac perspiciuntur, tum ipsa loci sententia palam facit, tum etiam Martianus L. VI. c. de positione terrae, p. 195. vbi

aequinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusque cernatur, solstitialis [1] exortus per suam lineam, brumalisque occasus. Quae accidere nullo modo possent, nisi in centro sita esset.

LXX. Tres a. autem circuli supra dictis zonis implexi, inaequalitates temporum distinguunt: solstitialis a parte Signiferi excelsissima nobis, ad septemtrionalem plagam versus: contraque ad alium polum brumalis: item medio ambitu Signiferi orbis incedens aequinoctialis. b.

LXXI. Reliquorum, quae miramur, causa in ipsius terrae figura est: quam globo similem, et cum ea aquas [2], iisdem intelligitur argumentis. Sic enim fit haud dubie, vt nobis septemtrionalis plagae sidera numquam occidant; contra meridianae numquam oriantur: rursusque haec illis non cernantur, attollente c. se contra medios visus terrarum globo. Septemtriones d. non cernit Troglodytice, et con-



1. *Gron. addit coni. et.* 2. *aquam. M.*

vbi hoc caput exscribens: *Medio igitur credenda est*, inquit, *quia postrema, quod praesertim aequinoctialis temporis interstitia manifestant:* nam pares horarum metas, tam ante meridialium, quam etiam postremarum, et tam diei quam noctis, horologia manifestant. *Quo documento clarum est, tantumdem vndique secus abterris abesse caelum: quod idem duobus circulis, edocetur, solstitiali, et brumali. Nam vtique quantum interstitii dies habet, cum caeli culmine Sol elatus illustrat, tantum spatii longior nox, cum Sol in brumam decidens repraesentat: etc.* Haec paulo explanata vberius a Martiano, lucem miram afferunt Plinianae breuitati. H.

a. *Tres autem*) Tropici duo, cum aequinoctiali circulo. H.

b. *Aequinoctialis*) Ab hoc loco in finem vsque capitis LXXVII. vna est et breuis sententia: Terram et aquas esse circacumque rotundas, idque multis probat exemplis. *Dalec.*

c. *Attollente se*) Globo terrae obstante, vt dixit, sect. 10. Vide quae dicemus sect. sequente. H.

d. *Septemtriones*) Quae deinceps tractantur, ad ea verba,

finis Aegyptus: e. nec[1] Canopum Italia, et f. quem vocant Berenices crinem; item quem ſub Diuo Auguſto cognominauere Caeſaris thronon g., inſignes[2] ibi ſtellas. Adeoque manifeſto aſſurgens faſtigium curuatur, vt Canopus h. quartam fere partem ſigni vnius

1. *Nec Canopum Italia, ſed quem vocant Berenices crinem. Vitruv. lib. IX. c. 6. 7.* 2. *inſignis ibi ſtella. M. Coiff. Quidem ſtella Canopus adeo manifeſto ſurgens faſtigio cernitur, vt quartam, etc.*

verba, *Vaniganium haec maxime etc.* verbum verbo tranſcripſiſſe credas Martianum Capellam, L. VI. p. 193 H.

e. *Nec Canopum*) Canopus ſtella eſt in Argo naui, in temone auſtrino, primae magnitudinis. De hac Manilius Plinio conſentiens, L. I. p. 7. *Idcirco terris non omnibus omnia ſigna Conſpicimus: nusquam inuenies fulgere Canopum, Donec Niliacas per Pontum veneris oras: Sed quaerent Helicen.* etc. H.

f. *Et quem vocant Berenices crinem*) Lege: *Veneris crinem.* Salmaſius pagina 759. b. *Gr.*

*Berenices*) Fuit Berenice Ptolemaei Soteris ſiue Lagidae coniux, vt Plinius docet, L. XXXVII. ſect. 32. Eius crinem vt Plinius, inter ſidera Mathematici retulerunt: Conon in primis, ſi fides eſt Scholiaſtae Arati, a quo diſtichon illud Callimacho tribuitur: Ἡ δὲ Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι, τὸν Βερενίκης Βόστρυχον, ἐν καίνῃ πᾶσιν ἐόντα θεοῖς. Vide Catulli carmen ſextum et LX. p. 149. Sed longe eſt haec ſtella quam Plinius hoc loco commemorat, quaecumque demum ea ſit, diuerſa ab ea quae vulgo Coma Berenices vocatur; et a Callimacho, Catulloque deſcribitur; et ſitu, et forma, et nomine: nam et auſtralior eſt, et vnica, et Crinis nominatur, non coma. H.

g. *Caeſaris θρόνον*) Non eſt haec in alio cenſuque ſtellarum, quas Aſtronomi recentiores numerant. Nempe multo plures in caelo ſtellarum μορφώσεις Plinius agnouit, quam noſtri hodie in numerato habent, vt diximus ſect. 41. p. 192. H.

h. *Vt Canopus*) Haec quoque de Canopi viſu Rhodi et Alexandriae, Geminus in Elem. Aſtron. c. 2. p. 13. At Petauius in notis ad Geminum, p. 407. non fere quarta parte ſigni vnius, ſed quadrante toto, hoc eſt, gradibus

vnius ſupra terram eminere Alexandriae intuentibus videatur: eadem i. a Rhodo terram quodammodo ipſam ſtringere: in Ponto omnino non cernatur, vbi maxime ſublimis ſeptemtrió. Idem a Rhodo abſconditur, magisque Alexandriae. In Arabia Nouembri menſe prima k. vigilia occultus, ſecunda ſe oſtendit, in Meroe ſolſtitio veſperi pauliſper apparet, paucisque ante exortum Arcturi l. diebus pariter cum die cernitur. Nauigantium haec maxime curſus deprehendunt, in alia aduerſo, in alia prono mari: ſubitoque conſpicuis, atque vt e freto emergentibus, quae in m. anfractu pilae latuere, ſideribus.. Neque n. enim (vt dixere aliqui) mundus o. p. hoc[1] Polo excelſiore ſe attollit: q. aut[2]



dibus ſeptem cum ſemiſſe, eleuatum eſſe ſupra horizontem Alexandriae probat, tum ex Hipparcho, tum ex tabularum epilogiſmo. H.

i. *Eadem a Rhodo)* Ita Euſtath. in Dionyſ. v. 13. H.

k. *Prima vigilia)* Nox in quatuor partes aequales, ſeu vigilias caſtrorum diuidebatur: quarum ſingulis ternae fere horae cedebant: et prima vigilia ab occaſu Solis coepta, deſinebat poſt tres horas: inde ſecunda incipiebat, vſque ad mediam noctem, etc. H.

l. *Exortum Arcturi)* IX. Cal. Mart. Vide L. XVIII. ſect. 65. H.

m. *In anfractu pilae)* Anfractum pilae vocat tumorem globi terraquei. Sidera, inquit, propter tumorem terrae conſpici non poſſunt: illa ſubito comparent, velut ex freto emergentibus, illo anfractu pilae ſeu tumore ſuperato. H.

n. *Neque enim, etc. mundus hic polo excelſiore ſe attollit, vt vndique non cernantur haec ſidera)* Sic leg. alii, Primum non, *Mundus hic*, ſed, *Hoc polo*, legendum: deinde, *Aut vndique cernerentur haec ſidera. Aut*, id eſt, alioqui. nam et hoc ſignificatu apud probos auctores reperitur haec particula. Sic lib. XIX. cap. 5. *Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt.* Gelen.

*Vt dixere aliqui*) Vide Auctorem libri de hiſt. philoſ. apud Galenum, Tom. II. c. 11. p. 35. H.

o. *Mundus*) Caelum. H.

p. *Hoc polo*) Septemtrionali. Fuit illa mens ignarae vetu-

vndique cernerentur haec ſidera: verum r. haec eadem quibusque [3] proximis ſublimiora creduntur: eademque demerſa longinquis: vtque nunc ſublimis in s. deiectu [4] poſitis videtur hic vertex, ſic illam terrae deuexitatem transgreſſis, illa ſe attollunt, reſidentibus quae hic excelſa fuerant: quod niſi in figura pilae, accidere non poſſet.

LXXII.) t. Ideoque [5] defectus Solis ac Lunae veſpertinos orientis incolae non ſentiunt; nec matutinos, ad occaſum habitantes: meridianos vero ſaepius. Nobili u. apud Arabiam [6] Magni Alexandri victo-

*1. Hic. M. 2. vt M. et Chiff. 3. proximis quibusque, Pint. 4. deiectum. M. 5. que deeſt in M. 6. Ex MSS. ſic emendat Hard. cum prius legeretur: apud Arbela.*

vetuſtatis, ac poetarum maxime, quibus aſcendere dicuntur ea ſidera quae ſupra horizontem ſeſe oſtendunt: Ad eam ſe mentem Virgilius accommodat, L. I. Georg. v. 240. *Mundus vt ad Scythiam, Riphaeaſque arduus arces Conſurgit, premitur Libyae deuexus in auſtros. Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum ſub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.* Vide etiam Manilium, L. I. p. 8. *Pars eius ad Arctos Eminet*, etc. H.

q. *Aut vndique*) *Aut* idem valet quod *alioqui*. Sic L. XIX. ſect. 30. *Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt.* H.

r. *Verum haec eadem quibuſque proximis ſublimiora cernerentur*) Mallem legere permutato verborum ordine, *proximis quibuſque*, vſitatiore loquendi modo. *Pintian.*

s. *In deiectu*) In tractu terrarum boreali, qui his ſideribus ſubiacet. H.

t. *Ideoque*) Martianus, L. VI. p. 193. H.

u. *Nobili apud Arabiam*) Hanc Lunae defectionem retulit Petauius L. X, de Doctr. Temp. c. 35. p. 211. ad annum ſecundum Olymp. CXII. quo Archontem Athenis fuiſſe Ariſtophanem ſcribit Diodorus Siculus: nocte XX diem Septembris inſequente. Conſentiunt Scaliger, et Ricciolus: iſte Tom. I. Almag. p. 365. ille L. V Emend. Temp. p. 420. vbi Ciceronem, Plutarchum et Arria-

victoria, Luna defeciſſe noctis ſecunda hora prodita eſt: eademque in Sicilia exoriens. Solis x. defectum, Vipſanio y. et Fonteio Coſſ., qui fuere ante

 pau-

Arrianum erroris arguit, in aſſignando defectionis huiuſce die. At quem Lunae defectum Plinius hic deſcribit, contigit is omnino A. V. C. CCCCXXX. ante Chr. CCCXXIV. die 8. Maii, hora ſecunda noctis, Luna exoriente in Sicilia. Vide Not. et Em. N. LXIII. (hic adi.) *Nobili apud Arabiam Alexandri M. victoria*) Iuuat hoc loco incredibilem Martiani hallucinationem obſeruare, qui cum hunc Plinii locum, *meridianos ſaepius: Nobili apud Arbela*, etc. curſim raptimque tranſcriberet, legit, *meridianos. Seruius Nobilis apud* etc. ac deinde quae de hac deſectione narrantur a Plinio, ea Seruio Nobili auctore, plane commentitio, venditat. Sed et operae pretium fuerit adnotare in Codd. MSS. Reg. 1. 2. etc. atque in vetuſtis editionibus, legi *apud Arabiam:* in Martiani libris item *in Arabia.* In Arbelitide tamen Alexandri M. victoriam contigiſſe, praeter innumeros alios ſcriptores, ipſe Plinius teſtatur, L. VI. ſect. 16. Quamobrem neglectis codicibus MSS. prioribuſque editionibus ſcripſere hoc loco poſteriores, *apud Arbela.* At nobis religio eſt quidquam mutare: cum veriſimile ſit, Arbela Arabiae attributa fuiſſe, velle Plinium indicare: vt coniicere eſt ex his quae de amplitudine Arabiae ſcribit, L. VI. ſect. 32. H.

x. *Solis defectum Vipſiano et Fonteio conſulibus, qui fuere ante paucos annos, factum pridie Kalendas Maias Campania ſenſit*) Marcianus, qui Plinii breuiarium compoſuit, non *pridie Kalendas*, ſed *XI. Kalendas*, legit in Plinio. Exemplar Toletanum *II. Kalendas*; habet, vt facilis fuerit librarii lapſus in alterutram partem. Horum Conſulum, qui Neronis principatu magiſtratum geſſerunt, meminere tum Plinius infra hoc ipſo libro tum Cornelius Tacitus libri decimiquarti initio. Meminit et Fonteii Iuuenalis poeta:

— *Studet haec qui iam poſt tergа reliquit*
*Sexaginta annos Fonteio conſule natus.*

Marciani codices, vt hoc obiter notetur, atrox menda inualit. *Apiano* enim *et Fonteio conſulibus* legitur, pro *Vipſanio et Fonteio conſulibus.* Pint.

y. *Vipſanio*) Vide Not. et Em. N. LXIV. (paulo poſt) Tacit.

paucos annos, factum [1] pridie Calendas 2. Maias, Campania hora diei inter ſeptimam et octauam ſenſit: Corbulo a. dux in Armenia inter horam diei decimam et vndecimam prodidit viſum, circuitu globi alia et aliis detegente et occultante. Quod ſi plana eſſet terra: ſimul omnia apparerent cunctis, noctesque non fierent inaequales: num b. aeque aliis [2], quam in medio ſitis, paria duodecim horarum interualla cernerentur, quae [3] nunc in omni parte ſimili modo congruunt.

LXXIII.

1. *Vndecimo Calend. Maias. adſtipulante etiam Marciano, qui de hac ipſa loquens eclipſi, in diem xi. Calend. Maias eam incidiſſe ait.* 2. *neque alias* Gr. *aliis.* M. *et* Hard. *ſic ex MSS. emendauit in curis poſter: Nam aeque alias quam in med o ſitis, qua nunc non in omne parte.* 3. *quae nunc non, etc.* M.

Tacit. Annal. L. XIV. hanc defectionem Solis annumerat inter prodigia ob necatam a Nerone matrem Agrippinam. *Vipſanio et Fonteio Coſſ.*) In editione Romana, Parmenſi, aliiſque, *Vipſano.* In MSS. plèriſque, *Vipiano.* In optimis editionibus *Vipſanio:* recte. Fuit enim Romae, vt Fonteia, ſic et Vipſania, gens nobilis. Vipſianus non poteſt nomen gentis eſſe, ſed tantum familiae cognomen: quod neque hoc loco cum gentis nomine Plinius coniungeret, nec ſine praenomine. Itaque *Vipſanio* legi hoc loco, non *Vipſiano*, fas eſt. H.

2. *Pridie Calendas*) Ita Reg. 1. codex, totidem litteris. Regius alter, II. *Calend.* Martianus qui Plinii epitomen fecit, XI. *Calendas:* mutata Arithmetica numeri nota Arabica in Romanam. Sed hunc errare admonet Ricciolus, Tom. I. Almag. p. 367. H.

a. *Corbulo*) A Nerone in Armeniam ſummo cum imperio miſſus. Vide Dionem, L. LXII. p. 710. Tacit. Annal. L. XIV. p. 228. H.

b. *Nam aeque alius*) Regius 2. codex, *nam aliis:* ceteris, *neque*, per notarum compendia, pro *nam aeque*, ita loci poſtulante ſententia. MSS. deinde omnes, editique, *nunc non in omni parte exhibent*, ante Frobenium, qui prior *non* expunxit. H.

LXXIII. (LXXI.) Ideo nec nox diesque quaeuis eadem toto orbe simul est, oppositu globi noctem, aut ambitu diem afferente. Multis hoc cognitum experimentis. In Africa, Hispaniaque, Turrium Hannibalis: in Asia vero propter piraticos terrenos, simili specularum praesidio excitato: in c. queis praenunciatiuos[1] ignes d. sexta hora diei accensos, saepe compertum est, tertia e. noctis a tergo vltimis viios.

1. *praenuncios. V. Praenunciaturos Pint.*

c. *In queis praenunciatiuos ignes)* Lego, *praenunciaturos*, aut quod magis probo, vt infra cap. 86. *Nunquam vrbs Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id praenuncium esset.* Pint.

*In queis)* Ignes, qui piratas adesse nunciabant, meridie in illis locis accensos, saepe compertum est, tertia noctis hora visos esse ab vltimis nauibus, quae ad persequendos piratas ex Africa Hispaniaque profectae meridie, cum ibi ignes illi accenderentur, et versus ortum pergentes, post tergum respiciebant, postquam illis nouem horis leucas totidem mari confeciissent: Atque idem compertum est de his qui ex Asia soluentes, versus occasum, post tergum respicerent ignes ibi accensos meridie, cum inde discederent. H.

d. *Praenunciatiuos)* Ita recte videtur Frobenius emendasse, quamuis libri veteres, et vetustae editiones habent *praenunciatos*. H.

e. *Tertia noctis a tergo vltimis visos)* Milichius hoc esse credibile non putat, sicvt nec quod de Alexandri cursore sequitur. *Dal.*

*Tertia noctis)* Nihil hic moror Alciatum, qui L. X. Parergon, c. 3. p. 173. Tom. VI. Opp. vt minus incredibile hoc Plinii dictum videatur, ait hoc loco sextam horam diei non pro meridie, vt fit, accipi oportere: sed a meridie in meridiem definito die, vt Vmbris in more fuisse dicetur sect. 79. pro ipso Solis occasu. Nihil opus istis ambigibus, vbi sunt omnia per se perspicua, lucisque plenissima, vt vel ex interpretatione nostra liquet. Ex eo enim, quod profectae naues ex Hispania versus ortum, postquam meridie inde soluissent, vbi viderant ignes accendi, post horas nouem seu leucas totidem, atque adeo in nocte vide-

viſos. Eiusdem Alexandri curſor Philonides f., ex Sicyone Elin mille g. et ducenta ſtadia nouem diei confecit horis: indeque, quamuis decliui itinere, tertia h. noctis hora [1] remenſus eſt ſaepius. Cauſa, quod eunti cum Sole iter erat: hh. eundem [2] remeans obuium contrario praeteruertebat i. occurſu.

1. *Reuerſus eſt. Cauſa. M.* 2. *eundemque. M.*

viderent eosdem ignes, recte Plinius colligit terram eſſe rotundam. Nam ſi plana foret, tam in luce plena poſt nouem leucas vel horas viderentur ignes, quam quando ſunt primum accenſi. Oſtenſus eſt mihi nuperrime locus in Dictionario Baylii, in quo Plinianis verbis ſenſum affingit plane inſulſum, qui nemini homini ſano venire poſſit in mentem. Plinium enim cenſet arbitrari, ignes accenſos alicubi meridie, eodem momento temporis alibi videri tertia noctis hora; hoc eſt, leucis MCXXV. ab eo loco, in quo ſunt accenſi. At ab hac amentia Plinius longe abfuit. H.

f. *Philonides)* De quo rurſum dicetur L. VII. ſect. 20. Ἡμεροδρόμας *vocant Graeci*, inquit Liuius, L. XXXI. p. 374. *ingens diurno curſu emetientes ſpatium.* H.

g. *Mille et ducenta ſtadia)* Paſſuum ſunt centum quinquaginta millia, leucae horariae quinque et viginti. H.

h. *Tertia noctis)* Etiam cum toto die ex Eli Sicyonem cucurriſſet, conficere tamen iter non potuit ante tertiam noctis horam, quod antea ex Sicyone Elim excurrens nouem diei horis erat emenſus. H.

hh. *Eundemque remeans obvium contrario praeterverte-bat occurſu)* Malui, quod eſt in ſcriptis exemplaribus, *praeuertebat:* praeuertimus enim ad eandem metam nobiſcum tendentes, non obvios. Et aeque integra locutio eſt abſque coniunctione, *Que.* Gelen.

i. *Praeteruertebat)* Offendebat. Contrario nimirum motu, quam quo Sol ferebatur, hoc eſt, auerſa ab occiduo Sole fronte, ad ortivum progrediebatur: celerius autem videntur ii progredi, qui ſecundum Solem iter faciunt, quam qui eodem aduerſo. Illis enim verſus occaſum procurrentibus, tardius Sol occidit: habentque illi idcirco diem longiorem. Iſti, dum contra ortum

ſu. Qua k. de cauſa ad occaſum nauigantes, quamvis breuiſſimo die, vincunt ſpatia nocturnae nauigationis, vt Solem ipſum comitantes.

LXXIV. (LXXII.) Vaſaque l. horoſcopa [1] non vbique eadem [2] ſunt vſui, in trecentis [3] ſtadiis, aut, vt longiſſime, in quingentis, mutantibus ſemet vmbris Solis. Itaque vmbilici (quem m. gnomonem appellant) vmbra, in Aegypto meridiano tempore, aequinoctii die, paulo plus quam dimidiam gnomonis menſuram efficit. In vrbe Roma nona n. pars

1. *Horoſpica. Tol.* 2. *eidem. Longol.* 3. *tricenis. Ch.*

tum feruntur, relinquuntur a Sole: qui citius iisdem occultatur: ſic diem ii verſa vice habent breuiorem. H.

k. *Qua de cauſa ad Occaſum nauigantes, etc.)* Ita haec continuanda ſunt, quae perperam in Editis diducta leguntur: *Qua de cauſa ad Occaſum nauigantes, etc. vt Solem ipſum comitantes, vaſaque horoſcopa non vbique eadem ſunt vſui, etc.* Salmaſ. p. 651. a. Gr.

l. *Vaſaque horoſcopa non vbique eidem ſunt vſui*) *Horoſpica*, vterque codex, Tol. et Salmant. legit. Graeci horoſcopia appellant. *Pintian. Vaſaque horoſcopa non vbique eidem ſunt vſui*) Lege, *Eadem*, id eſt, vaſa. *Gelen.*

*Vaſaque*) Haec Martianus totidem verbis, L. VI. p. 194. Alia demonſtratio eſt rotunditatis terrae, a diuerſitate vmbrae gnomonis repetita. Vaſa horoſcopa appellat horologia in plano deſcripta, horizonti ad libellam reſpondentia. Vaſa dicuntur, quod area in qua lineae ducebantur, labri interdum inſtar et conchae erat, cuius in margine deſcribebantur horae, Horoſcopa, ab ὥρα et σκοπέω, hoc eſt, ab inſpiciendis horis. Quia in his vaſis, inquit, vmbra gnomonis mutatur, vſum illorum quoque mutari neceſſe eſt, vbi ſunt in alium locum translata, vbi non eſt eadem eleuatio poli. Haec autem poli diuerſa eleuatio oritur ex tumore terrae. H.

m. *Quem gnomonem appellant*) Vide infra cap. 10. lib. XXXVI. et cap. 60. et 34. lib. VII. Item Vegetium cap. 8. lib. IX. Vitruuium lib. IX. c. 4. et 8. Ex recentioribus vero Clauium gnomonicis. *Dalecampius*

n. *Nona pars)* Ita Vitruu. L. IX. c. 8. p. 197. *Sol*, inquit,

pars gnomonis deeſt vmbrae. In o. oppido Ancone [1] ſupereſt quinta. Decima [2] in p. parte Italiae, quae Venetia appellatur, eisdem horis vmbra gnomoni par fit.

LXXV. (LXXIII.) Simili modo tradunt in Syene oppido, quod eſt ſupra Alexandriam quinque q. millibus ſtadiorum [3], ſolſtitii r. die medio nullam vmbram

1. *Ancona. M.* 2. *quinta treceſima. M. trigeſima. In parte etc. Gr. et Alii.* 3. *ſtadium. Chiff.*

quit, *aequinoctiali tempore, Ariete Libraque verſando, quas ex gnomone partes habet novem, eas vmbrae facit octo, in declinatione caeli, quae eſt Romae.* Hoc eſt, ſi gnomonis longitudo diuidatur in nouem partes, meridiano tempore, (nam de ſola vmbra meridiana agitur, ſiue quam rectam vocant) vmbra gnomonis habebit tantum octo partes Romae: ſiue erunt gnomonis partes nouem: vmbrae, octonae. H.

o. *In oppido Ancona)* Scribo, *Ancone*, nec enim primae, ſed tertiae inflexionis eſt. Ancon Graece, apud nos Anco, vt Naro, Narbo, Hippo, Aſcalo, aſtipulantibus non ſolum vetuſtis codicibus, ſed etiam Priſciano grammatico. *Pintianus.*

p. *Decima in parte)* Vide Not. et Em. N. LXV. (hic adi.) *In oppido Ancone ſupereſt quinta. Decima in parte Italiae etc)* Hactenus editum eſt, *In oppido Ancone ſupereſt quinta, XXX. In parte Italiae etc.* MSS. hic variant. Nos ex certiſſima coniectura, edi curauimus: *Ancone ſupereſt quinta. Decima in parte Italiae*, etc. In decima Italiae regione Venetiam ſtatuit in Geographicis libro ſequente. Neque ſimile veri eſt in tot particulas, hoc eſt, in quintas triceſimas, ab homine πλατυμωτέρως vbique agente, gnomonem, vmbramue diuidi. H.

q. *Quinque millibus)* Totidem numerat Strabo, L. II. p. 114. Efficiunt ea ſtadia, paſſuum millia DCXXV. H.

r. *Solſtitii die)* Hoc etiam Pauſanias refert in Arcad. L. VIII. p. 518. Lucan. L. II. v. 587. *Vmbras nusquam flectente Syene.* Vide etiam Strab. L. II. p. 114. Et de puteo Syenes, qui meridie nullam vmbram facit, Arrianus in Ind. p. 559. Ex eo manifeſtum eſt oppidum Syenem eſſe ſub ipſo Tropico Caneri gr. 23. 30'. latitudinis ſeptemtrionalis. H.

bram iaci: puteumque eius experimenti gratia factum, totum illuminari. Ex quo apparere, tum Solem illi loco supra verticem esse: quod et in India supra flumen Hypasin fieri tempore eodem Onesicritus scripsit [1]. Constatque in Berenicę s. vrbe Troglodytarum, et inde stadiis quatuor t. millibus DCCCXX in eadem gente, Ptolemaide u. oppido quod x. in margine Rubri maris ad y. primos elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quinis diebus, totidemque postea [2] fieri, et z. per eos XC. dies in meridiem vmbras

1. *Scribit. Chiff.* 2. *post. M.*

s. *Berenicę)* Steph. p. 160. Βερενίκη ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ. De Berenice narrat hoc ipsum Strabo, L. II. p. 133. H.

t. *Quatuor mill. DCCCXX)* Sunt passuum millia DCII. vt Plinius ait, L. VI. sect. 34. vbi haec eadem rursus tractantur. H.

u. *Ptolemaide)* Haec Ptolemais ἐπὶ θήρας, et Πτολεμαὶς πρὸς τῇ θήρᾳ τῶν ἐλεφάντων est cognominata, apud Strabonem, L. XVI. p. 770. De eius situ dicemus L. VI. sect. 34. H.

x. *Quod in margine Rubri maris ad primos, etc)* Scribe: *Quod in margine Rubri maris primum, ad elephantorum venatus conditum est.* Vide *Salm.* pag. 424. a. Paulo post ibid. legend. *Rursus in Meroë, insula haec, caputque gentis Aethiopum quinque millibus stadium (a Syene in amne Nilo habitatur, bis in anno absumi vmbras sole duodevicesimam Tauri partem, et quartamdecimam Leonis obtinente. Gron.*

y. *Ad primos)* Ptolemaei duo, Philadelphus et Euergetes, primi fuere Graecorum, qui elephantorum venationem in his oris instituerint. Auctor Agatharcides, L. I. de Mari rubro ap. Photium, cod. 250. p. 1322. Πτολεμαῖον Φασὶ τὸν μετὰ τὸν Λάγε πρῶτον ἐλεφάντων θήραν συζῆσαι θαι. Frustra Salmasius, p. 424. corrigit, *primum ad eleph.* H.

z. *Et per eos XC)* Vide Not. et Em. N. LXVI. (hic adi.) *Per eos XC dies in meridiem vmbras iaci)* Salmasius in Exerc. Plin. p. 424. haec ita interpretatur, vt ridiculum Plinio affingat errorem: Solem nimirum per XC. dies fixum et immobilem stare supra

bras iaci. Rurſus in Meroë, (Inſula a., haec caput gentis b. Aethiopum, a quinque millibus c. ſtadiorum [1] a Syene in amne Nilo habitatur:) bis anno abſumi vmbras, Sole duodeuiceſimam Tauri partem, et quartam decimam Leonis obtinente. In Indiae gente Oretum d., mons eſt Maleus nomine, iuxta quem

1. *Sic ex MSS. Meroe inſula, haec quae eſt et. Chiff. Meroe, inſula haec caputque. Tol. Meroe inſula, quae eſt caput etc. Gr. qui nec Parenthesi incluſit. 2. ſtadium. Ch.*

ſupra verticem Ptolemaitarum. Sed alia longe Plinii mens eſt. Ptolemaitas ait, Meroetas, et quotquot ſub illo viuunt caeli tractu, XLV. diebus ante ſolſtitium, totidemque poſtea, Sole XV. gradum in Tauro, ac deinde XV. in Leone obtinente, nullas meridiano tempore habere vmbras. Eiuſdem tamen diei ceteris horis, vmbras quodammodo in meridiem cadere, propter obliquitatem ſphaerae. Iis enim oritur Sol ad Caeciam, ad Corum occidit. Vnde liquet his extremis diebus vmbras meridie quidem ibi conſumi, reliquis vero horis, et intermediis XC. diebus, vmbras ad Auſtrum cadere, cum reliquo anni tempore in Septemtrionem porrigantur. Videre hoc ante nos alii. H.

a. *Inſula haec)* Eadem de Merce habet Strabo, L. II. p. 77. H.

b. *Caputque gentis)* Strabo, L. I. p. 32. Μερόη, τὸ βασίλειον, καὶ μητρόπολις τῶν Αἰθιόπων. H.

c. *Quinque millibus)* Hoc eſt, vt diximus, DCXXV. mill. paſſ. quo interuallo diſtare Syenen a Meroe ſcribit Strabo, L. II. p. 114. et Eratoſthenes apud Plinium, L. VI. ſect. 35. Ex eo inter Syenen et Meroen interuallo, quale eſt inter Alexandriam et Syenen, et ex tempore, quo mox dicturus eſt Plinius in Meroe abſumi vmbras, recte conficit D. Delisle, in Hiſtoria Academiae Regiae ſcientiarum, anni 1708. Meroen inſulam ſtatui debere grad. circiter 16. 30′. latitudinis Borealis. H.

d. *Oretum)* De Oritis, L. VI. ſect. 25. At ſect. 22. eiusdem libri hoc ipſum retractans de Maleo monte, Suaris illum attribuit, non Oretis. *In interiore ſitu*, inquit, *Monedes et Suari, quorum mons Maleus, in quo vmbrae ad Septemtrionem cadunt hieme: aeſtate, in auſtrum, per*

quem vmbrae aestate in austrum, hieme in septemtrionem iaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet septemtrio. In eadem India Patalis [1] celeberrimo portu, Sol e. dexter oritur, vmbrae in meridiem cadunt. Septemtrionem, ibi Alexandro morante, annotatum [2] prima f. tantum noctis parte aspici. Onesicritus dux eius scripsit: quibus in locis Indiae vmbrae non g. sint, septemtrionem non conspici, et ea loca appellari h. Ascia, nec horas dinumerari ibi.

LXXVI.

1. *Sic ex MSS. Hard. consentit Chiff. Patales Gr. et Al.*
2. *annotatum, sed princ.*

*per senos menses. Septemtriones eo tractu semel in anno apparere, nec nisi XV. diebus, Baeton auctor est, etc.* Alii fortasse hi Oretae ab Oritis, de quibus L. VI. sect. 25. etsi a suo monte quem incolunt, vtique Ὀρείτας fortasse appellati sunt. Vide quae ea de re dicturi sumus L. VI. sect. 22. H.

e. *Sol dexter)* Si dextrum Plinius occiduam mundi plagam intellexit, vti sect. 6. et 55. secutus hoc loco videtur scriptores sideralis scientiae parum peritos. Neque enim his Indiae incolis aliter fere quam nobis aestate Sol oritur: vmbrae licet meridiana hora versus austrum proiiciantur: cum inter Tropicum Cancri, et aequinoctialem circulum ii sedem habeant. Si vero Poetarum more locutus, septemtrionem dextrum vocat, vt sinistram Lucanus, L. III. v. 248. meridianam partem, cum Arabes Ἀμφισκίους in eodem caeli tractu sitos, qui cis Tropicum Pompeio venerant auxilio, mirari ait vmbras suas numquam ire sinistras, hoc est, numquam in austrum proiici medio die, iis diebus quibus sol progreditur ad Tropicum Cancri: haud satis sibi constans in eius acceptione vocis videtur. H.

f. *Prima tantum)* Prima vigilia, de qua diximus sect. 71. Habet haec quoque Martianus, L. VI. p. 193. H.

g. *Vmbrae non sint)* Medio die, Sole eorum verticem lustrante. H.

h. *Ascia)* Ἀπὸ τῆς σκιᾶς, quae vox vmbram sonat, et α quod στερητικὸν seu priuativum vocant. Ascia loca sunt, vbi in meridie nullam vmbram rectam gnomones proiiciunt,

LXXVI. (LXXIV.) At in tota Troglodytice, vmbras i. bis quadragintaquinque diebus in anno Eratoſthenes in k. contrarium cadere prodidit.

LXXVII. (LXXV.) Sic fit l., vt vario lucis incremento, in Meroe longiſſimus dies XII. horas m. aequinoctiales, et octo partes vnius horae colligat: Alexandriae n. vero XIV. horas: In Italia quindecim; in Britannia XVII; vbi o. aeſtate lucidae p. noctes,

iiciunt, Sole tum eorum vertici imminente. H.

i. *Vmbras bis)* Ἀμφίσκιοι Graecis dicantur, quorum vmbrae alternatim auſtrales, ac boreales ſunt, prout Solem habent modo ad auſtrum, modo ad boream deflectentem a vertice. Iidem aſcii dicti, hoc eſt, carentes vmbris, quod bis in anno illis euenit, medio die, vt diximus. H.

k. *In contrarium cadere prodidit)* Hoc euenit, quia Troglodytica ſita eſt inter Tropicum Cancri et Aequatorem. *Dalec.*

l. *Sic fit)* Haec Martianus totidem fere verbis, L. VI. p. 194. H.

m. *XII. horas)* Strabo, L. II. p. 133. ait *tredecim*. Τοῖς δὲ κατὰ Μερόην καὶ Πτολεμαΐδα τὴν ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ, ἡ μέγιστη ἡμέρα ὡρῶν ἰσημερινῶν ἐστὶ τρισκαίδεκα. Martianus Plinium ſecutus, *duodecim* et *beſſem*. H.

n. *Alexandriae)* Conſentit Strabo l. c. De Italia item, p. 134. H.

o. *Vbi aeſtate lucidae noctes haud dubie repromittunt, id quod cogit ratio credi, ſolſtitialibus diebus accedente Sole propius verticem mundi, anguſto lucis ambitu ſubiecto terrae continuos dies haberi)* In exemplari Salmant. *haud dubia repromittunt*, ſcriptum invenies, non *haud dubie repromittunt*. Item quinque illa verba, *anguſto lucis ambitu, ſubiecta terrae*, indebito loco, ni fallor, poſita ſunt. Sic enim, vt ſentio, ſcribendum eſt; *Vbi aeſtate lucidae noctes anguſto lucis ambitu ſubiecta terrae:* quibus verbis oſtenditur ratio, quare in Britannia aeſtate lucidae noctes ſint. *Ambitum* enim *lucis* appellat lineam illam, quam ſol deſignat motu coacto. Quod autem ſequitur ſtatim, *Senis menſibus*, in eodem exemplari non *menſibus*, ſcriptum eſt, ſed, *diebus*, vt immerito hac parte taxetur Plinius a Budaeo, primo libro de aſſe. Quid ſi duo illa verba, *ſenis menſibus*, aut *ſenis diebus*, falſo adiecta ſunt? *Pint.*

noctes [1], haud dubie repromittunt id, quod cogit ratio credi; solstitii q. diebus accedente Sole propius verticem mundi, angusto r. lucis ambitu, sub-

 iecta

1. *Noctes, angusto lucis ambitu subiecta terrae, haud dubia repromittunt id, etc. mundi continuos, etc. Pint. transpositione verborum corrigit.*

p. *Lucidae noctes.)* Vnde poeta, *Minime contentos nocte Britannos*, dixit. H.

q. *Solstitii diebus.)* Caue putes his verbis dies tantum aliquot designari citra vltraque solstitium. Totum illud spatium intellige, quod vt ait ipse L. IV. sect. 26. ab aequinoctio verno in autumnum interiacet, cum signa borealia Sol perlustrat, cum solstitium fit, et dies amoeniores sunt. Quemadmodum e contrario Solem ad brumam remotum dicit, cum australia percurrit, quo tempore bruma maxime dominatur, et tristis hiems. Sensisse ita sane Plinium oportuit: quid senserit tamen, opportunius dicetur, L. IV. sect. 26. Vide Not. et Em. N. LXVII. (hic pos.) *Continuos dies habere senis mensibus, noctesque e diuerso, Sole ad brumam remoto.)* Quid est quod Pintianus, Longolliusque hanc lectionem solicitant? quorum ille *senis diebus*, iste *binis mensibus*, scribendum pronunciant. At et sua vulgatae scripturae constat sententia, neque ea mutari sine contemptu veterum exemplarium, atque adeo sine veritatis dispendio potest. Sic enim scribere oportuisse Plinium, cogit ipsa ratio credi, vt eius verbis vtar: ita scripsisse docet Martianus, L. VI. p. 194. dum hunc locum transcribens ita ait: *Hinc est, quod in Meroe longissimus dies XII. aequinoctiales horas, et alterius bessem secat: Alexandriae XIV. in Italia XV. in Britannia XVII. Solstitiali vero tempore, cum caeli verticem Sol inuectus subiectas laeuorsum terras perpetui dici continuatione collustrat: item brumali descensu semiannuam facit horrere noctem, quod in insula Thyle comperium Pytheas Massilienses asseruit.* Semiannua vox senorum certe mensium est. Vide quae dicturi sumus, L. IV. sect. 25. H.

r. *Angusto lucis.)* Exiguus enimuero est circulus ille, quem Sol describit solstitii diebus, cum supra horizontem attollitur, cerniturque ab iis, qui septemtrionales siue polares mundi tractus incolunt, vbi sunt cardines mundi, minimique siue extremi siderum ambi-

tus,

iecta terrae continuos dies habere senis[1] mensibus; noctesque e diuerso ad brumam remoto. Quod fieri in insula Thule s., Pytheas Massiliensis scripsit, sex dierum nauigatione in septemtrionem a Britannia distante: quidam vero et in Mona t., quae distat a Camalduno[2] Britanniae u. oppido circiter ducentis millibus affirmant.

LXXVIII. (LXXVI.) Vmbrarum x. hanc rationem, et quam[3] vocant gnomonicen y., inuenit Anaximenes z. Milesius, Anaximandri (de quo a. dixi-

1. *Senis diebus. Pintianus, vetusti codicis fidem secutus, binis. Longol.* 2. *Camoladuno. M. Tacitus, lib. XIII. Camuloduno, Ptolemaeus Camumludonum. Pintian. Camaloduno Gr.* 3. *quem vocant gnomonem, inuenit Milesius Anaximander, de quo diximus, primusque. Pint. ex Laert. sic Vitruu. lib. VI. c. 4. 8. in vita Anaximandri.*

tus, vt Plinius loquitur, L. IV. sect. 26. *Subiecta terrae* Plinius plagam vocat caelo Solique in eo terrarum tractu subiectam. H.

s. *Thule)* Islandia. *Dalec.*

t. *Mona)* Vulgo, *Man.* Id. *Mona)* De ea L. IV. sect. 30. H.

u. *Camalduno)* Sic MSS. omnes, quos vidimus, et vetustae editiones; Romana, Parmensis, Taruisina, etc. At est Colonia Camolodunum Tacito, Annal. L. XII. p. 181. Apud Gruter. p. 439. COLONIAE VICTRICENSIS. QVAE. EST. IN BRITANNIA. CAMALODVNI. Hodie deminuta voce, *Maldon* vocant, teste Cambdeno. Neque est Colcestria, vt alii volunt. H.

x. *Vmbrarum hanc rationem et quam vocant Gnomonicen, inuenit Anaximenes Milesius, Anaximandri, de quo diximus, discipulus)* Hic locus in aliis exemplaribus aliter legitur. Sed nulla mihi lectio satisfacit. Existimo enim verba esse partim aduentitia, partim etiam deprauata, scribendumque ad hunc modum, *Vmbrarum hanc rationem, et quem vocant gnomonem, inuenit Milesius Anaximander, de quo diximus.* caetera redundant, ex Laertio Diogene in vita Anaximandri *Pint.*

y. *Gnomoniceu)* Rationem deprehendendi horas ex stilo, vmbra indicante. H.

z. *Anaximenes)* Quem Anaximandri discipulum fuisse confirmat quoque Cicero.

diximus [1]) discipulus: primusque b. horologium; quod appellant sciothericon c., Lacedaemone ostendit.



1. *Diximus, et Thaletis. Vet.* L. IV. Ac. Quu. p. 79. Milesium, Laertius. H.

a. *De quo diximus)* sect. 6. H.

b. *Primusque)* Gnomonis inuentum Laertius, L. II. Anaximandro ipsi adiudicat: discipuli forte laudem in magistrum deriuans, a quo quae inchoata acceperat, arte ille industriaque perfecit. Cum Laertio Suidas facit p. 241. H.

c. *Sciothericon*) Quod deprehenduntur ad vmbram horae. Sunt enim et automata per arenam, aquam, orbiculos, etc. de quibus Varro de re rustic. lib. III. cap. 5. et ibi Fulv. Vrsin. Vitruv. Archit. L. IX. cap. 9. Proclus hyporypos. Vide et infra L. VII. cap. 60. et Cael. Rhodig. antiq. lect. VII. cap. 9. et L. X. cap. 39. et L. XIV. cap. 7. *Dalec.*

*Sciothericon)* Quo deprehenduntur ad vmbram horae. Σκιοθηρον et Σκιαθήρας Graecis ab indaganda vmbra. Vide Not. et Em. N. LXVIII. (hic subi.) *Sciothericon.*) Negat Salmasius, p. 632. secutus. Snellium in Eratosthene Batauo, c. 4. p. 21. negat, inquam, Sciothera illa horis signandis apta fuisse: sed solstitiis tantum, aequinoctiisque significandis. Negat horarum notationem aut nomen fuisse ante Alexandri M. tempora. Verum Laertius, L. II. p. 33. Anaximandrum ait rerum duarum inuentorem fuisse: Primum ex Phauorino, gnomonem in solariis constituisse, εὗρε δὲ γνώμονα πρῶτος, vtique ad designandas diei horas. Alterum, in horoscopiis siue solariis non quemlibet gnomonem panxisse, sed eum qui solstitia praeterea, aequinoctiaque monstraret. Herodotus L. II. Gnomonicen et dierum in partes duodecim fractionem a Babyloniis ad Graecos manasse scribit: Πόλον μὲν γὰρ, καὶ γνώμονα, καὶ τὰ δώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρας παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες. *Num polum, et gnomonem, et duodecim diei partes a Babyloniis Graeci didicerunt.* Eae vero non statim horarum nomine processerunt: sed, aut partium, vt indicat Herodotus, aut σημείων signorum, vt Iul. Pollux, L. I. c. 8. refert ex Menandro. Haec et alia multo plura Petauius L. VII. Var. Diss. in Vranol. c. 8. p. 272. Sed rem meo quidem iudicio

LXXIX. (LXXVII.) Ipſum d. diem alii aliter obſeruauere. Babyłonii e. inter duos Solis exortus: Athenienſes f. inter duos occaſus: Vmbri g. a meridie

cio planius conficit eximius Xenophontis locus, in quem incidi L. IV. Mem. p. 800. Οὐκοῦν δὲ ἐπειδὴ ὁ μὲν ἥλιος Φωτεινὸς ὢν τάς τε ὥρας τῆς ἡμέρας ἡμῖν καὶ τἄλλα πάντα σαφηνίζει etc. Vbi fallum apparet eſſe quod Salmaſius aiebat vocem ὥραν a nemine ſcriptorum qui Alexandri tempora aut Platonis anteiret, pro diei particula vſurpatam. Mathematici porro illi qui horoſcopia publice et in propatulo collocabant, non ſolum eruditis, et Aſtronomiae peritis, ſed vulgo ea proponebat: Igitur non ad ſola diſcernenda ſolſtitia ex vmbrarum ratione, ſed ad ciuiles diei partes, et ad quotidiana gubernanda negotia pertinebant. Quid enim intereſt plebeiorum hominum ac ciuium, ſcire quo momento exacte ſolſtitia commiſſa ſint? Et vero demum id, quod plurimum cauſae noſtrae patrocinatur, hoc Anaximenis horologium ſciotherícon, deſignandis cuiusque diei horis fuiſſe concinnatum, Plinius ipſe verbis conceptis admonet, L. VII. ſect. 60. non ſolſtitiis, aequinoctiiſque tantum ſignandis. H.

d. *Ipſum diem alii aliter obſeruauere*) Alex. ab Alex. cap. 20. L. IV. *Diei ſpatium totum veteres diuiſerunt in matutinum, ortum, meridiem, occaſum: noctis vero in veſperum, conticinium, ſiue intempeſtam noctem, gallicinium et Luciferum.* Aliter paulo Cenſorin. de die nat. cap. 23. et 34. Beroald. ad Apulei. pag. 35. *Dal.*

e. *Babyłonii*) Ita Varro, libro Rerum Humanarum, quem de diebus ſcripſit, apud Gellium, L. III. c. 2. p. 208. et Macrob. L. I. Saturnal. c. 3. p. 195. Cenſorin. c. 23. p. 170. Iſidorus, L. I. Origg. c. 39. Ita hodieque computant Baleares et Norimbergenſes. H.

f. *Athenienſes*) Ita Varro, et Cenſorinus, locis citatis. Quibus igitur auctoribus ſcripſerit Iſidorus, l. c. diem ſecundum Aegyptios inchoare ab occaſu Solis, et ſecundum Athenienſes a ſexta hora diei, adhuc requiro. Hunc Athenienſium morem ſeruant hodieque Auſtriaci, Poloni, Sinenſes: maximeque Itali, vnde nomen Horis Italicis. H.

g. *Vmbri*) De Vmbris et Romanis eadem rurſum Varro et

ridie in meridiem: vulgus omne a luce ad tenebras: ſacerdotes Romani, et qui diem diffiniere [1] ciuilem h.; item Aegyptii, et Hipparchus, a media nocte in mediam. Minora [2] autem i. interualla eſſe lucis inter ortus Solis iuxta ſolſtitia, quam aequinoctia, apparet: quia poſitio Signiferi circa media ſui obliquior eſt; iuxta ſolſtitium vero [3] rectior.

LXXX. (LXXVIII.) Contexenda ſunt his caeleſtibus k. nexa cauſis. Namque Aethiopas vicini ſideris l. vapore torreri, aduſtisque ſimiles gigni, barba et capillo vibrato m., non eſt dubium. Et aduerſa plaga mundi, atque glaciali, candida cute eſſe gentes, flauis promiſſas crinibus: truces n. vero ex



1. *Finitore. M.* 2. *Minora maiorauen, etc. Chiff.* 3. *autem. Ch.*

ro et Cenſorinus l. c. Huius moris cauſas inueſtigat Plutarchus in quaeſt. Rom. p. 284. Secuti ſunt Arabes, et plerique Aſtronomi vnde horae Aſtronomicae appellatae. H.

h. *Ciuilem)* Gellius l. c. p. 212. *Diem, quem Romani ciuilem appellauerunt, a ſexta noctis hora oriri ait*, hoc eſt, a media nocte. H.

i. *Minora autem)* Solis, inquit, infra finitorem circulum mora, quae noctem facit, atque interualla lucis, minor eſt, iuxta ſolſtitia, hoc eſt, iuxta aeſtiuum Tropicum, quam iuxta aequinoctia: Quia ſigniſer circulus circa mediam ſui partem, decliuior eſt verſus auſtrum, minoremque facit cum finitore angulum: circa ſolſtitium vero erectior, ſublimior, maiorque cernitur, et reuera eſt. H.

k. *Caeleſtibus)* Eaquorum cauſa ratioque connexa eſt cum caeleſtibus. H.

l. *Sideris vapore)* Solis ardore. H.

m. *Vibrato)* Torto. Auctor Moreti: *Afra gens, tota patrium teſtante figura, Torta comam, labroque tumens, et fuſca colore.* Hoc crinium diſcrimen geminum Lucanus expreſſit L. X. v. 131. — *Pars tamen flauos gerit altera crines, Vt nullas Caeſar Rheni ſe dicat in aruis Tam rutilas vidiſſe comas: pars ſanguinis vſti Torta caput, refugoſque gerens a fronte capillos.* H.

n. *Truces vero ex caeli rigore*

caeli rigore has [1], illas mobilitate o. hebetes. Ipſoque [2] crurum p. argumento, illis in ſupera ſuccum reuocari, natura q. vaporis: his in inferas partes depelli, humore deciduo. Hic graues feras, illic varias effigies animalium prouenire, et [3] maxime alitum, et in multas figuras gigni volucres. Corporum autem proceritatem vtrobique: illic ignium niſu, hic humoris alimento. Medio vero terrae ſalubris [4] vtrimque mixtura, fertilis ad omnia tractus,

1. *Sic ex MSS. Hard. caelitus Rhodig. Antiq. lect. lib. III. c. 12. legit: has et illas mobilitate hebetes. lege, truces et caeli rigore et has. Illas vero, etc. habentes Gr.* 2. *criniumque ipſorum. CH. Ipſorumque crinium. Vet.* 3. *et redundat.* 4. *ſalubri vtrinque miſtura. V.*

*gore has et illas)* Scribe ex Salmant. exemplari, verbis commutatis, *Trucis vero ex caeli rigore et has. Illas, etc.* cum maiore. *Pintian.*

o. *Mobilitate hebetes)* Ignea caeli aerisque mobilitate, quae in his plagis potiſſimum viget. Hanc caeli Aethiopici mobilitatem iterum commemorat, L. VI. ſect. 35. Prius legebatur, *has et illas mobilitates habentes:* nullo plane ſenſu. H.

p. *Ipſoque crurum)* Vide Not. et Em. N. LXIX. (hic adi.) *Ipſoque crurum argumento)* Ita Reg. cod. 2. aliique, quos ſecutus eſt primus omnium Gelenius. Priores enim editiones habent, *ipſoque crinium argumento* inductis in fraudem editoribus, propterea quia de capillo vibrato, promiſſisque crinibus proxime eſt facta mentio: id tamen Latius in editionem ſuam quoque inſeruit. Nos codices defendimus cum experientia, tum Galeni teſtimonio, L. III. de temper. c. 6. p. 72. Tom. III. εἰ μὲν ὁμαλῶς ἅπαν ἔχει τὸ σῶμα τῆς κράσεως οἷς μὲν ἰσχνὰ τὰ σκέλη, ξηροὶ πάντως εἰσὶν, ὑγροὶ δ' οἷς παχέα. Siccos ait eſſe, quibus macra ſunt crura: humidos, quibus craſſa. Quam apte cum Plinianis iſta congruunt, cum ait illis, hoc eſt, Aethiopibus, in ſupera ſiccum reuocari; vi caloris deſiccantis: his vero, nempe borealibus, in inferas partes, crura ſcilicet, depelli humore deciduo? H.

q. *Natura)* Vi caloris. H.

ctus [5], magna et in colore temperies, ritus molles, ſenſus liquidus, ingenia fecunda, totiusque naturae capacia. Iisdem imperia, quae nunquam extimis gentibus fuerint [6] ſicut ne illae quidem his paruerint [7], auulſae, ac pro r. immanitate [8] naturae vrgentis illas, ſolitariae.

LXXXI. (LXXIX. s.) Babyloniorum t. placita motus u. terrae, hiatusque, et caetera omnia, vi ſi-

 derum

5. *Gron. paulo aliter: tractus, modicus eorum habitus. Magna et in colore temperies. Ritus etc.* 6. *fuerunt. V.* 7. *paruerunt. V.* 8. *pronitate. V. vnitate. Ch.*

r. *Pro immanitate naturae)* Salmant. codex, *Pronunciante naturae.* Toletanus, *Pro vnitate naturae.* Legendum puto, *Pronitate naturae.* Sic melius, quam vt Hermolaus emendat, *Pro immanitate naturae. Pintian.*

*Pro immanitate)* Pintiano magis placet legi, *pronitate.* Sed nihil intereſt. Vltimae gentes, inquit: quemadmodum imperare diu nequeunt, virium defectu, aut prudentiae: ita nec parere, cum ſint auulſae a nobis, atque in alium orbem quaſi relegatae. Quin ſi aditus aliquis pateret, tamen ſiue illa immanitas, peregrinitasque, ſive pronitas naturae, ſubduceret eas a nobis, ac ſummoveret. In Chiffl cod. ac Reg. 2. *pro vnitate:* haud improbabili ſententia, vt ſit intellectus, a natura ipſa, quae horum tractuum vnitati pacique conſulat, arceri ac ſummoueri a commercio noſtro gentes eas ſolitarias ac feras. De hoc argumento Photium vide in Biblioth. cod. CCXLIX. in vita Pythagorae. H.

s. *De motu terrae)* Haec ex Ariſtot. lib. II. Meteorol. et cap. 1. lib. II. de Plantis. item cap. 4. de Mundo, Seneca in Quaeſt. Natur. Vide auctores a Ioan. Raſſio collectos, et Plutarch. de Plac. Philoſ. lib. III. c. 15. et Strob. eclog. lib. I. pag. 68. *Dalec.* v. Ind. cap. I.. II.

t. *Babyloniorum placita)* De Chaldaeorum Philoſophis loquitur. *Dalec.*

u. *Motus terrae)* Si quando Romae terra quaſſata fuiſſet, ſupplicatio in triduum decernebatur, feriis a praetore indictis, praeeuntibus duumviris, eoque die terrae motum nemo praenuntiabat, tanquam foedum et abominandum quodpiam, nec Dei nomen, cui ſacrum fiebat, edebatur, quod Pontificum libris

derum [1] existimant fieri, sed x. illorum trium, quibus fulmina assignant: fieri autem, meantium y. cum Sole, aut congruentium, et maxime circa quadrata mundi. 2. Praeclara [2] quaedam esse et immortalis in [3] eo, si credimus a. diuinitas perhibetur Anaximandro [4] Milesio Physico: quem ferunt Lacedaemoniis praedixisse, vt [5] vrbem ac tecta custodirent b.: instare enim motum terrae [6], cum et vrbs tota

1. *Siderum. vi. Ch.* 2. *Praeclara quaedam et immortalis (si credimus) diuinitas perhibetur Anaximand. Ex vett. Cod.* 3. *haec duo vocabula (in eo) d. in Vet. et M.* 4. *Anaximene, ex Aristot. Meteor. lib. II.* 5. *ne, ex Cicer. lib. I. de Diuin.* 6. *terrae et tum vrbs. M.*

libris traditum non esset cuius Dei nutu impetioue terra moueretur. Vide Alex. ab Alex. cap. 27. lib. V. Vide Rhodig. cap. 27. lib. XXX. *Idem.*

x. *Sed illorum trium*) Saturni, Iouis, ac Martis, vbi dictum est sect. 18. H.

y. *Meantium*) Vel quando meant cum Sole, *in coniunctione cum eo*, vel quando cum eo conueniunt in aspectu, maxime vero in quadrato, *qui fit cum distant a Sole*, quarta mundi, *siue caeli* parte. H.

z. *Praeclara quaedam esse, etc*) Aristoteles terrae motuum, τῶν σεισμῶν, haec refert genera, 1. χασματίας, recessus, 2. ῥήκτας, hiatus, 3. ἐσιφάσας, succussionem, 4. ἰάσας, impulsionem, 5. ἐπιπλίντας, inclinationem, 6. παλματίας, vibrationem. Vide Dionem in Traiano quatuor genera recensentem, etc. et Ammian. Marcellin. lib. XVII. mihi pag. 1503. *Dalec.*

a. *Si credimus*) Vncinis inclusa a Gron. sunt haec verba.

b. *Custodirent*) Cauerent. Vide Not. et Em. N. LXX. (hic adi.) Significatu vocis paulo insolentiore, *custodirent* dixisse pro *cauerent*, declarat tum vnanimis codicum consensus, in quibus diserte legitur, *vt vrbem et tecta*, etc. tum ipse Cicero; *Multa medici*, inquit ille, L. I. de Diu. p. 201. *multa gubernatores, agricolae etiam multa praesentiunt: sed nullam eorum diuinationem voco: ne illam quidem, qua ab Anaximandro Physico moniti Lacedaemonii sunt, vt vrbem et tecta linquerent, armatique in agro excubarent, quod terrae motus instaret; tum, cum et vrbs tota corruit, et ex monte Taygeto extrema montis quasi*

puppis

tota eorum corruit, et Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta, cladem [1] insuper eam ruina pressit. Perhibetur c. et Pherecydi [2] Pythagorae doctori alia coniectatio, sed et illa diuina; hausto d. aquae e puteo praesensisse, e. ac [3] praedixisse ibi terrae motum. Quae si vera sunt, quantum a Deo tamdem videri possunt tales distare, dum viuant [4]? Et haec quidem arbitrio cuiusque existimanda relinquantur: ventos f. in causa esse non

1. *Clades eam, insuper et ruina oppressit. M.* 2. *MSS. secutus Hard. consentit Ch. Pherecydis Pythagorae doctoris. Gr.* 3. *ac praedixisse.) haec duo vocab. in M.* d. 4 *viuum.*

*puppis aucta est. Ne Pherecydes quidem, ille Pythagorae magister, potius diuinus habebitur, quam Physicus: qui cum vidisset haustam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit instare.* Quo in loco caue libentius legas, *bibisset*, quam *vidisset*, aut ex hoc Plinii contextu, aut ex Apollonio, qui in hist. Mir. c. 5. τὸν δὲ πίοντα bibentem id sensisse scribit. Nam *vidisse* rursum scribitur, L. II. de Diuin. p. 223. et *hausto* Plinius, non *potu* dixit. *Hard.* Hunc Plinii locum laudauit I. Meurs. in Not. ad Apoll. Dyscolum c. 5. quem videas.

c. *Perhibetur et Pherecydis Pythagorae doctoris alia coniect. tio*) Scribe dandi casu, *Perhibetur et Pherecydi Pythagorae doctori alia coniectatio.* Ex vtroque codice. Sic paulo ante, *Praeclara quaedam esse, immortalis in eo si credimus, diuinitas perhibetur Anaximandro Milesio physico.* In quibus verbis substantiuum illud verbum *esse*, superfluit ex vetere lectione: duas vero dictiones *in eo*, quis non videt, glossulam esse interlinealem? *Pinsian.*

d. *Hausto aquae*) Hoc vaticinium Ammianus Marcell. L. XXII. p. 236. adscribit Anaxagorae, quem *dum putealem limum contrectaret, tremores futuros* ait *praedixisse terrae.* Euseb. L. X. de Praep. Euang. Pythagorae ipsi: Pherecydi vero, praeter Tullium L. II. de Diuin. p. 223. Maximus Tyrius, serm. 3. vbi hoc Sami accidisse ait. H.

e. *Ac praedixisse ibi terrae motum*) Particula *ibi*, deest in vetustis codicibus. *Pius.*

f. *Ventos in causa*) Vide Not. et Em. N. LXXI. (hic pos.)

non dubium reor. Neque g. enim vmquam intremiſcunt h. terrae, niſi ſopito mari, caeloque adeo tranquillo, vt volatus auium non i. pendeant, ſubtracto

poſ.) *Fiunt et Solis Lunaeque defectu*) Pintianus emendat, *Fiunt et Lunae defectu*; quod de ſola Lunae defectione Ariſtoteles egerit. Sed cum eadem cauſa et in Solis deliquio, quae in deficiente Luna, terrae motum poſſit efficere, quod demonſtrat egregie Cabeus in L. I Meteor. text. 49. p. 263. nihil ego, contra omnium librorum fidem, mutare auſim. Iuuat hic porro corollarii vice breuiter ſubdere, quid de terrae motus cauſis recentior Phyſica ſtatuat. Ait enim terrae motum perinde contingere ex repentina inflammatione halitus ſulphurei ac bituminoſi, qui ignem facile concipiat in cryptis ſubterraneis: quemadmodum in cuniculis factitiis vſu venit, quas *Minas* vocant: in quibus concluſus, inflammatusque puluis pyrius, ſuperextantes concutit, extuſbatque moles. Ita fere Gaſſendus in L. X. Laertii, p. 1045. H.

g. *Neque enim)* Seneca, Nat. Quu. L. VI. c. 12. p. 907. *Spiritum eſſe qui terram moueat, et plurimis, et maximis auctoribus placet. Archelaus antiquitatis diligens, ait ita: Venti in concaua terrarum deferuntur: deinde vbi iam omnia ſpatia plena ſunt, et in quantum aer potuit, denſatus eſt, is qui, ſuperueniet ſpiritus, priorem premit et elidit — Tunc ille quaerens locum, omnes anguſtias dimouet, et clauſtra ſua conatur effringere. Sic euenit, vt terrae, ſpiritu luctante, et fugam quaerente, moueantur. Itaque cum terrae motus futurus eſt, praecedit aeris tranquillitas, et quies: videlicet, quia vis ſpiritus, quae concitare ventos ſolet, in inferna ſede detinetur — Quid ergo? Numquam flante vento terra concuſſa eſt? Admodum raro duo ſimul flauere venti. Fieri tamen et poteſt, et ſolet — In hac ſententia licet ponas Ariſtotelem, et diſcipulum eius Theophraſtum*, etc. Vide et Ariſt. Meteor. L. II. c. 8. p. 568. H.

h. *Intremiſcunt terrae, niſi ſopito mari)* Proclus ſcribit vt terrae motus ceſſet. Neptuno ſacrum fieri Aſphelio, quoniam mare ſaepius obſtat, ne terrae latebris erumpant venti, quamobrem Neptunum et γαιήοχον, et ἐνοσίχθονα vocauerunt. *Dalec.*

i. *Non pendeant)* Non aequabili volatu ſeſe librent, ob ſummam aeris tenuitatem, ſed alas crebro concutiant. H.

tracto omni ſpiritu qui vehit: nec k. vnquam, niſi poſt ventos, condito [1] ſcilicet in venas et l. caua eius occulto flatu. Neque m. aliud eſt in terra tremor, quam in nube tonitruum: nec hiatus aliud, quam cum fulmen erumpit, incluſo ſpiritu luctante, et ad libertatem exire nitente.

LXXXII. (LXXX. n.) Varie o. itaque quatitur, et mira eduntur opera: alibi proſtratis moenibus, alibi hiatu profundo hauſtis, alibi egeſtis molibus, alibi emiſſis amnibus: nonnumquam etiam ignibus, calidisue p. fontibus, alibi q. auerſo [2] fluminum curſu. Praecedit r. vero comitaturque terribilis ſonus,

1. *Receptam lect. ex MSS. tuetur Hard. conſentit Ch. calidos occultato flatu. M. conditos ſcilicet in venas et cauernas Gron. et Al.* 2. *ſic quoque M. et Ch. et quidem rectius. Aduerſo Gr.*

k. *Nec vnquam niſi poſt ventos conditos ſcilicet in venas et cauernas eius occulto afflatu)* Aptior multo noſtrorum exemplarium lectio, *Nec vnquam niſi poſt ventos, condito ſcilicet in venas et cava eius occulta afflatu. Pint.*

l. *Et caua)* Vento in terrae concaua abdito. H.

m. *Neque aliud eſt in, etc.)* Lege Senec. Quaeſt. Nat. lib. VI. cap. 9. *Dalecampius.*

*Neque aliud eſt)* Vt in nube, inquit, luctatione flatus aut vaporis, tonitruum editur, ſic in terra cauis aeris agitatione cietur tremor. H.

n. *De terrae hiatibus)* Totum hoc caput eſt ex Ariſtotele Meteorolog. lib. II. ſumma 3. Exempla aliquot habes apud Iul. Obſeq. de prodig. et Corn. Gemin. Coſmocrit. *Dalec.* cf. Ind. cap. L. II.

o. *Varie itaque)* Vide Ariſt. L. de mundo, c. 4. p. 608. H.

p. *Calidiſue)* Quales circa Aedepſum ſimili ex cauſa prodiere, teſte Ariſtot. Meteor. L. II. c. 8. p. 566. Διὸ δὲ τὰ θερμὰ τὰ περὶ Αἰδεψον ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας γέγονε. H.

q. *Alibi auerſo)* Ita MSS. omnes: non vt editi, *aduerſo*. Vide L. XXXI. ſect. 30. H.

r. *Praecedit vero)* Sic Ariſt. Meteor. L. II. c. 8. p. 569. H.

non dubium reor. Neque g. enim vmquam intremiscunt h. terrae, nisi sopito mari, caeloque adeo tranquillo, vt volatus auium non i. pendeant, subtracto

pos.) *Fiunt et Solis Lunaeque defectu*) Pintianus emendat, *Fiunt et Lunae defectu*; quod de sola Lunae defectione Aristoteles egerit. Sed cum eadem causa et in Solis deliquio, quae in deficiente Luna, terrae motum possit efficere, quod demonstrat egregie Cabeus in L. I Meteor. text. 49. p. 263. nihil ego, contra omnium librorum fidem, mutare ausim. Iuuat hic porro corollarii vice breuiter subdere, quid de terrae motus causis recentior Physica statuat. Ait enim terrae motum perinde contingere ex repentina inflammatione halitus sulphurei ac bitumminosi, qui ignem facile concipiat in cryptis subterraneis: quemadmodum in cuniculis factitiis vsu venit, quas *Minas* vocant: in quibus conclusus, inflammatusque puluis pyrius, superextantes concutit, exturbatque moles. Ita fere Gassendus in L. X. Laertii, p. 1045. H.

g. *Neque enim)* Seneca, Nat. Quu. L. VI. c. 12. p. 907. *Spiritum esse qui terram moueat, et plurimis, et maximis auctoribus placet. Archelaus antiquitatis diligens, ait ita: Venti in concaua terrarum deferuntur: deinde vbi iam omnia spatia plena sunt, et in quantum aer potuit, densatus est, is qui, superueniet spiritus, priorem premit et elidit — Tunc ille quaerens locum, omnes angustias dimouet, et claustra sua conatur effringere. Sic euenit, vt terrae, spiritu luctante, et fugam quaerente, moueantur. Itaque cum terrae motus futurus est, praecedit aeris tranquillitas, et quies: videlicet, quia vis spiritus, quae concitare ventos solet, in inferna sede detinetur — Quid ergo? Numquam flante vento terra concussa est? Admodum raro duo simul flauere venti. Fieri tamen et potest, et solet — In hac sententia licet ponas Aristotelem, et discipulum eius Theophrastum*, etc. Vide et Arist. Meteor. L. II. c. 8. p. 568. H.

h. *Intremiscunt terrae, nisi sopito mari)* Proclus scribit vt terrae motus cesset. Neptuno sacrum fieri Asphelio, quoniam mare saepius obstat, ne terrae latebris erumpant venti, quamobrem Neptunum et γαιήοχον, et ἐνοσίχθονα vocauerunt. *Dalec.*

i. *Non pendeant)* Non aequabili volatu sese librent, ob summam aeris tenuitatem, sed alas crebro concutiant. H.

tracto omni ſpiritu qui vehit: nec k. vnquam, niſi poſt ventos, condito [1] ſcilicet in venas et l. caua eius occulto flatu. Neque m. aliud eſt in terra tremor, quam in nube tonitruum: nec hiatus aliud, quam cum fulmen erumpit, incluſo ſpiritu luctante, et ad libertatem exire nitente.

LXXXII. (LXXX. n.) Varie o. itaque quatitur, et mira eduntur opera: alibi proſtratis moenibus, alibi hiatu profundo hauſtis, alibi egeſtis molibus, alibi emiſſis amnibus: nonnumquam etiam ignibus, calidisue p. fontibus, alibi q. auerſo [2] fluminum curſu. Praecedit r. vero comitaturque terribilis ſonus,

1. *Receptam lect. ex MSS. tuetur Hard. conſentit Ch. calidos occultato flatu. M. conditos ſcilicet in venas et cauernas Gron. et Al.* 2. *ſic quoque M. et Ch. et quidem rectius. Aduerſo Gr.*

k. *Nec vnquam niſi poſt ventos conditos ſcilicet in venas et cauernas eius occulto afflatu)* Aptior multo noſtrorum exemplarium lectio, *Nec vnquam niſi poſt ventos, condito ſcilicet in venas et cava eius occulta afflatu. Pint.*

l. *Et caua)* Vento in terrae concaua abdito. H.

m. *Neque aliud eſt in, etc.)* Lege Senec. Quaeſt. Nat. lib. VI. cap. 9. *Dalecampius.*

*Neque aliud eſt)* Vt in nube, inquit, luctatione flatus aut vaporis, tonitruum editur, ſic in terra cauis aeris agitatione cietur tremor. H.

n. *De terrae hiatibus)* Totum hoc caput eſt ex Ariſtotele Meteorolog. lib. II. ſumma 3. Exempla aliquot habes apud Iul. Obſeq. de prodig. et Corn. Gemin. Coſmocrit. *Dalec.* cf. Ind. cap. L. II.

o. *Varie itaque)* Vide Ariſt. L. de mundo, c. 4. p. 608. H.

p. *Calidiſue)* Quales circa Aedepſum ſimili ex cauſa prodiere, teſte Ariſtot. Meteor. L. II. c. 8. p. 566. Διὸ δὲ τὰ θερμὰ τὰ περὶ Αἰδεψον ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας γέγονε. H.

q. *Alibi auerſo)* Ita MSS. omnes: non vt editi, *aduerſo*. Vide L. XXXI. ſect. 30. H.

r. *Praecedit vero)* Sic Ariſt. Meteor. L. II. c. 8. p. 569. H.

ſonus, alias s. murmur [1] ſimilius mugitibus, aut clamori humano, armorumue [2] pulſantium fragori: pro qualitate materiae excipientis; formaque vel cauernarum, vel cuniculi, per quem [3] meat: exilius t. graſſante in anguſto; eodem rauco in recurvis [4], reſultante in duris, feruente in humidis, fluctuante in ſtagnantibus: item fremente contra ſolida. Itaque [5] et u. ſine metu ſaepe editur ſonus. Nec ſimplici modo quatitur [6], ſed tremit vibratque. Hiatus vero alias remanet, oſtendens quae ſorbuit, alias occultat ore compreſſo, rurſusque ita inducto ſolo, vt nulla veſtigia extent, vrbibus plerumque deuoratis, agrorumque tractu hauſto. Maritima x. autem

1. *Alias murmuri ſimilis, alias mugitibus. Chiff. aſtipulatur M.* 2. *arborumue. Chiff.* 3. *per quem fit exitus. Salm.* 4. *recuruis, reſultante in duris, fremente in humidis, fluctuante in ſtagnantibus, feruente contra ſolida. Itaque. Ch. et M. Vet. item Salmant. fluctuante et ſtagnantibus Gr.* 5. *quandoque M. Itaque et ſine motu. Gr.* 6. *quatitur vmquam Gr. particula vmquam d. in M.*

s. *Alias murmur*) Seneca, L. VI. c. 13. p. 908. *Idcoque*, ait, *antequam terra moueatur, ſolet mugitus audiri, ventis in abdito tumultuantibus: nec enim aliter poſſet, vt ait noſter Virgilius: Sub pedibus mugire ſolum, et iuga celſa moueri, Niſi hoc eſſet opus ventorum, etc.* H.

t. *Exilius*) Hoc ad ſonum referri debet, qui tum editur, cum per anguſtum foramen ſpiritus meat. Nam ſi de vi agitur, vehementiaque concuſſus, ſecus ſe res habet. *Per aliquam rimam maligne fugit*, inquit Seneca l. c. c. 14. *et hoc acrius fertur, quo anguſtius.* Hunc locum ex vett. codd. aliter interpunximus, quam libri hactenus editi: Vide Ariſt. l. c. H.

u. *Itaque et ſine*) Ariſt. l. c. H.

x. *Maritima maxime quatiuntur*) Quamobrem Homero Neptunus vocatur ἐνοσίγαιος. *Dal.*

autem maxime quatiuntur. Nec montuoſa [1] tali malo carent. Exploratum eſt mihi, Alpes, Apenninumque [2] ſaepius tremuiſſe. Et autumno ac vere terrae crebrius mouentur, ſicut fiunt fulmina. Ideo Gallia 2. et Aegyptus minime quatiuntur: quoniam hic aeſtatis cauſa obſtat, illic hiemis. Item noctu ſaepius, quam interdiu. Maximi autem motus exiſtunt matutini, veſpertinique; ſed propinqua luce crebri; interdiu a. autem circa meridiem. Fiunt [3] et

1. *Cb. quoque, montoſa Gr.* 2. *Apennias. M. poenias. Longol.* 3. *Fiunt et Lunae defectu: Pmr. et Ariſtot.*

γ. *Nec montuoſa*) Ita MSS. omnes, non *montoſa*. Vide Senecam l. c. c. 26. p. 912 H.

1. *Gallia et Aegyptus minime quatiuntur*) Seneca cap. 26. L. VI. Quaeſt. nat. quia ex limo concreuit tota, quem affert Nilus turbido affluxu. Quamobrem nulla interualla habet, accreſcente in ſolidum limo, nihil inane quod interueniat, et ſpiritum includat. Moueri tamen aliquando Aegyptum idem aſſerit. *Dal.*

*Ideo Gallia*) Narrat Monſtreletius, anno 1424. Provinciae Narbonnenſis tractum motu concuſſum. Sed Galliae nomine apud Plinium Narbonenſis prouincia admodum raro cenſetur, vt dicemus L. XVI. ſect. 13. Agathias l. II. p. 52. Alexandriam Aegypti, cum ibi iuri diſcundo daret operam, tremuiſſe ait: idque prodigii inſtar fuiſſe. De Aegypto, vide Senecam, L. VI. Nat. Quu. c. 26. p. 912. Eius hoc multo verius pronunciatum eſt: *Erramus, ſi vllam terrarum partem ab periculo immunem credimus. Omnia ſub eadem iacent rege. Nihil ita, vt immobile eſſet, natura concepit, etc.* Et ſane hoc ipſo quo iſta commentamur anno, poſt Chriſtum natum 1682. die Maii duodecima, hora poſt mediam noctem ſecunda, concuri Lutetiam terrae motu ſenſimus: quo deinde motu accepimus vehementius quaſſata eſſe complura Campaniae oppida, dirutas aedes circa Vogeſum montem, in Lotharingiae Alſatiaeque confinio. H.

a. *Interdiu autem circa meridiem fiunt et Solis Lunaeque defectu*) Ariſtoteles, quem hoc libro ſequi videtur Plinius, Lunae tantum defectu terram quati prodit, de Sole

et Solis Lunaeque defectu, quoniam tempeſtates tunc ſopiuntur. Praecipue vero, cum ſequitur imbrem aeſtus, imbresue [1] aeſtum.

LXXXIII. (LXXXI.) Nauigantes quoque ſentiunt non dubia coniectura, ſine flatu intumeſcente fluctu ſubito aut quatiente b. icti [2]. Intremunt vero et in nauibus poſita, aeque quam in aedificiis, crepituque praenunciant. Quin et volucres non impauidae ſedentes [3]. Eſt c. et [4] in caelo ſignum, praeceditque motu futuro, aut interdiu, aut paulo poſt occaſum ſereno, ceu [5] tenuis linea nubis in longum porrectae ſpatium. Eſt d. et in puteis turbidior aqua, nec ſine odoris taedio.

LXXXIV.

1. *Imberue.* 2. *ictu.* Ch. 3. *MSS. auctoritate ſic Hard. et Ch. ſentiunt Al. ſedent Gr.* 4. *ſed et in caelo ſignum praecedit motu futuro.* M. 5. *tenuis ſeu lineae nube in longum porrecta ſpat.* Ch. *Tenuis ſeu lanea nubes in long. porrecta. Pintian ex Virg. Tenula nec lanae per caelum vellera ferri.*

le nullum verbum. Quare dictio *Solis*, ſuperuacanea eſſe videtur, adiecta, vt coniicio, ab aliquo, qui putabat indifferenter terram tremere vtriuſque ſideris defectu. Legendum itaque, *Interdiu autem circa meridiem.* Sed haec verba anterioribus adiunge iſta. Sequitur ſtatim alius ſenſus: *Fiunt et Lunae defectu, quoniam tempeſtates tunc ſopiuntur.* Pint.

*Fiunt et Solis*) Vide Not. et Em. N. LXXI. (quae p. 411. poſit.)

b. *Icti*) Reg. 2. et Chiffl. *ictu.* H.

c. *Eſt et in caelo*) Ad verbum ita Ariſt. L. II. Meteor. c. 8. p. 569. Τὸ δὲ αὐτὸν αἴτιον καὶ τὸ εἰωθότος ἐνίοτε γίγνεσθαι σημεῖα πρὸ τῶν σεισμῶν, ἢ γὰρ μεθ' ἡμέραν, ἢ μικρὸν μετὰ δυσμὰς αἰθρίας ἔσης. νεφέλιον λεπτὸν φαινέται διατεῖνον, καὶ μικρὸν, οἷον γραμμῆς μῆκος εὐθύτητι διηρισμένον. etc. H.

d. *Eſt et in puteis*) Vide quae de Pherecyde dicta ſunt, ſect. 81. H.

LXXXIV. (LXXXII.) Sicut e. in [1] iisdem est remedium, f. quale [2] et crebri specus praebent: conceptum [3] enim spiritum exhalant: quod g. in [4] certis notatur oppidis, quae minus quatiuntur, crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Multoque sunt tutiora in iisdem illis quae h. pendent: sicut Neapoli in Italia intelligitur; parte eius, quae solida est, ad tales casus i. obnoxia. Tutissimi sunt aedificiorum fornices, k. anguli [5] quoque parietum, alterno l. pulsu [6] renitente. Et [7] latere terreno facti parietes minore noxa quatiuntur. Magna differentia est et in ipso genere motus: pluribus

1. *Sed et in iisdem est remedium. Vet.* 2. *quale cloacae et V.* 3. *Ex MSS. auct. Hard. sic et Ch. praeconceptum Gr.* 4. *totis notatur oppidis: minus quippe quatiuntur. ex M. et Ch.* 5. *non anguloſi quoque parietes Vet.* 6. *MSS. codd. sequitur Hard. consentit Ch. postesque alterno pulsu renitentes Gr. pulsui M.* 7. *E latere terraue. V*

e. *Sicut in iisdem)* In puteis perfugium, et cauis specubus. H.

f. *Quale et crebri specus praebent)* Exemplar Salmanticense, *Quam rem et trebri specus praebent.* Pintian.

g. *Quod in certis notatur oppidis)* Apographon Toletanum, *Quod in totis notatur oppidis.* Salmanticense, *Quod in tutis notatur oppidis*, egregie. Nam sequitur statim, *Multoque sunt tutiora in iisdem illis quae pendent*, hoc est, cum omnia tuta oppida minus infestentur: hoc malo partes quae pendent, sunt adhuc tutiores. *Idem.*

h. *Quae pendent)* Structis fornice cameris imposita aedificia intelligit: quod genus camerarum spiramenta plerumque habet non pauca, quibus exeat ad libertatem aer. H.

i. *Ad tales casus)* Huc refer quod Tacitus ait Annal. L. XV. theatrum Neapoli terrae motu sine vllius noxa collapsum. H.

k. *Anguli quoque)* Seneca Nat. Quu. L. VI. c. 30. p. 913. *Diductis aedificia angulis vidimus moueri, iterumque componi.* H.

l. *Alterno pulsu* Quando, vt paulo post ait ipse, alter motus alteri renititur. H.

bus ſiquidem modis quatitur. Tutiſſimum eſt, cum vibrat criſpante aedificiorum crepitu: et m. cum intumeſcit aſſurgens, alternoque motu reſidet: innoxium et cum concurrentia tecta contrario ictu arietant; quoniam alter motus alteri reniſitur. Vndantis inclinatio, et fluctus [1] more quaedam volutatio infeſta eſt: aut cum in vnam partem totus ſe motus impellit. Deſinunt n. autem tremores, cum ventus emerſit: ſin vero durauere, non ante quadraginta dies ſiſtuntur: plerumque et tardius, vtpote cum quidam annuo et biennio ſpatio durauerint.

LXXXV. (LXXXIII.) Factum eſt ſemel, quod equidem in Hetruſcae diſciplinae voluminibus inueni [2], ingens o. terrarum portentum, L. Marcio, Sex. p. Iulio [3] Coſſ. in agro Mutinenſi. Namque montes duo inter ſe concurrerunt, crepitu maximo aſſultantes; recedentesque, inter [4] eos flamma fumoque in caelum exeunte interdiu, ſpectante e via Aemilia magna equitum Romanorum, familiarumque et [5] viatorum multitudine. Eo concurſu villae omnes elifae: animalia permulta, quae intra fuerant, exanima-

1. *Fluctuum. Ch.* 2. *inuenitur. Ch.* 3. *Lucio. Ch.* 4. *interea. M.* 5. *uxorum. M.*

m. *Et cum intumeſcit*) Ariſt. Meteor. L. II. c. 8. pag. 570. H.

n. *Deſinunt autem*) Reliqua prorſus ad verbum Ariſt. habet, l. c. p. 569. H.

o *Ingens terrarum*) Ingentius multo quod contigiſſe fertur ſaeculo hoc ineunte, non procul Lima in Peruuia: terrae motus ſcilicet, quo non proditus eſt immanior. Furnerius, L. XV. Hydrog. c. 18. p. 538. ſic illum deſcribit, vt vrbes, montes, flumina omnia, ſusque deque, horae octante peruerſa eo fuiſſe dicat: et tractu quidem leucarum trecentarum ſecundum littus: ſeptuaginta in continentem: Seneca interim falſo pronunciante, numquam terrae motum vltra millia paſſuum ducenta extendi. H.

p. *Sex Iulio*) A. V. C. DCXXIII. H.

nimata ſunt, anno ante ſociale q. bellum: quod haud ſcio an funeſtius terrae [1] ipſi Italiae fuerit, quam [2] ciuilia. Non minus mirum oſtentum et noſtra cognouit aetas, anno Neronis principis r. ſupremo, ſicut in rebus eius expoſuimus s., pratis oleisque intercedente via publica, in contrarias ſedes transgreſſis, in agro Marrucino, praediis Vectii t. Marcelli equitis Romani, res Neronis procurantis.

LXXXVI. (LXXXIV. u.) Fiunt x. ſimul cum terrae motu et inundationes maris, eodem y. videlicet ſpiritu infuſi, ac terrae ſidentis [3] ſinu recepti. Maximus terrae memoria mortalium extitit motus, Tiberii Caeſaris principatu, XII. z. vrbibus Aſiae vna



1. *Sic ex MS. Hard. conſentit Ch. ipſi terrae Italiae Gr.*
2. *bella ciuilia. Ch.* 3. *Ex MSS. Hard. et V. Aut reſidentis ſinu Gr. Al.*

q. *Sociale bellum*) Idem Marſicum bellum appellatum, quod a Marſis primum concitatum fuerit. Adeo formidoloſum et exitiale Italiae, vt nec Hannibalis nec Pyrrhi fuerit tanta vaſtatio, inquit Florus, a quo fuſe illud deſcribitur, L. III. c. 18. p. 137. Vide etiam Appianum, L. I. Ciuil. p. 371. H.

r. *Principis*) Vide infra c. 5. lib. XVII. ſub finem. *Dal.*

s. *Expoſuimus*) In libris hiſtoriarum, quos a fine Auſidii Baſſi compoſuit, vt in praefatione dictum eſt. H.

t. *Vectii Marcelli*) Repetit hoc rurſum, L. XVII. ſect. 38. Notandum hic interim, alias res Neronis, alias res fuiſſe Imperii ſiue Reipublicae. H.

u. *Miracula terrae motus*) Vide Ariſt. Meteor L. I. ſum. 4. per totum, et l. II. c. 2. de Mundo c. 4. *Dal.* cf. ind. cap. L. II.

x. *Fiunt ſimul*) Sic. Ariſt. Meteor. L. II. c. 8. p. 570. H.

y. *Eodem*) Fluctus in terras impellente et infundente vento: atque alio ſimul terrae ſidentis ſinu recepto, eamdem quatiente. H.

z. *XII. Vrbibus*) Meminit Strabo L. XII. p. 57. Tacitus Annal. II. p. 55. *Eodem anno duodecim celebres Aſiae vrbes collapſae, nocturno motu terrae, quo improuiſior grauiorque peſtis fuit — Aſperrima in Sardianos lues, plurimum in eoſdem miſericordiae traxit: nam centies ſeſtertium pollicitus Caeſar: et quantum aerario*

nocte proſtratis. Creberrimus Punico a. bello, intra eumdem annum ſepties atque quinquagies nuntiatus Romam. Quo quidem anno ad Traſymenum b. lacum dimicantes, maximum c. motum neque Poeni ſenſere, nec Romani. Nec vero ſimplex malum, aut in ipſo tantum motu periculum eſt; ſed d. par aut maius e. oſtento [1]. Numquam vrbs Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id praenuntium eſſet.

LXXXVII. (LXXXV.) Eadem naſcentium cauſa terrarum eſt, cum f. idem ille ſpiritus attollendo potens ſolo, non valuit [2] erumpere. Naſcuntur enim

1. *Sic ex MSS. Hard. M. Vet. Chiff. ſed par aut maius oſtentum Gr.* 2. *valet. M.*

*aerario aut fiſco pendebant, in quinquennium remiſit. Magnetes a Sipylo proximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Aegaeatas, Apollonienſes, quique Moſteni, aut Macedones Hyrcani vocantur, et Hierocaeſaream, Myrinam, Cymen, Tmolum, levari idem in tempus tributis, etc.* Exſtant Tiberii Caeſaris nummi, monimentum liberalitatis in afflictas vrbes: quibus nummis inſcriptum: CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. His duodecim vrbibus Epheſum addit Euſ. in Chron. Tacitus ait id contigiſſe, C. Caelio, L. Pomponio Coſſ. quarto Tiberii Principis anno. H.

a. *Punico bello)* Secundo de quo Florum, v. L. II. c. 6. p. 59. H.

b. *Traſymenum)* Liuius lib. II. Decadis tertiae. *Dalec.*

*Traſymenum)* In agro Perufino, hodie *Lago de Perugia*. Hic nobilis pugna, atque inter paucas memorata populi Rom. clades, inquit Liuius L. XXII. p. 120. Tertium fulmen Hannibalis, inquit, Florus l. c. H.

c. *Maximum motum)* Huius meminit Florus l. c. H.

d. *Sed par aut maius oſtentum)* Lege, *oſtento*, vt ſimilis caſus ſimili reſpondeat, exemplari etiam vtroque ſic praeferente. *Pintian.*

e. *Oſtento)* Magis in oſtento, quam in motu malum. H.

f. *Cum idem ille)* Ita Sen. Nat. Quu. L. VI. c. 21. p. 910. H.

enim nec fluminum tantum inuectu, ſicut Echinades inſulae ab Acheloo g. amne congeſtae; maiorque pars Aegypti h. a Nilo, in i. quam a Pharo inſula k. noctis et diei curſum [1] fuiſſe Homero l. credimus:



1. *Curſus fuit, ſi Homero. Pint.*

g. *Ab Acheloo)* Strabo L. I. p. 59. ex Heſiodo, et L. X. p. 458. affirmat pariter Acheloo limum aggerente, ex Echinadibus alias eſſe iam continenti adiunctas, alias etiam progreſſu temporis adiungendas. Et ante eum Herodot. L. II. p. 93. H.

h. *Aegypti)* Herodotus vocat Aegyptum ποταμοῦ δῶρον, fluuii donum, vt et Seneca, Quaeſt. nat. cap. 26. lib. VI. *Dalec.*

i. *In quam a Pharo inſula noctis et diei curſum fuiſſe Homero credimus)* Scribo contra omnia exemplaria, *noctis et diei curſus fuit, ſi Homero credimus:* vt paulo poſt, *Herodoto quidem ſi credimus, mare fuit ſupra Memphin. Pint. In quam a Pharo inſula, etc)* Nunc Alexandriae ponte iungitur. Vide cap. 11. lib. XIII. *Dalec.*

k. *A Pharo)* de Pharo dicemus, L. V. ſect. 34. H.

l. *Homero)* Odyſſ. δ. *Dal. Homero)* Sic etiam. Ariſt. Meteor. L. I. 14. p. 547. et Mela L. II. c. 7. p. 43. Aegypti partem illam, quae Delta vocatur, aggeſtione limi Niliaci factam eſſe plerique veterum putarunt, Homero (vt putant) duce, Odyſſ. IV. v. 354. Νῆσος ἐπὶ πρὸ τις ἐστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ Αἰγύπτῳ προπάροιθε (Φάρον δὲ ἐκκλήσκουσι) Τόσσον ἄνευ θ' ὅσσον τε πανυμερὴς γλαφυρὴ νηῦς Ἤνυσεν, etc. Quae ſic Lucanus reddidit L. X. v. 509. *Tunc clauſtrum pelagi cepit Pharon: inſula quondam In medio ſtetit illa mari, ſub tempore vatis Proteos: at nunc eſt Pellaeis proxima muris.* Sen. Nat. Quu. L. VI. c. 6. p. 912. *Tantum enim, ſi Homero fides eſt, aberat a continenti Pharos, quantum nauis diurno curſu metiri pleuis lata velis*, etc. Et L. IV. c. 2. *Debet Aegyptus Nilo non tantum fecunditatem terrarum, ſed etiam ipſas.* Hoc commentum refellunt eruditi hoc argumento: Nam ſi Pharos ab ora Aegypti et Nili oſtio tanta intercapedine diſtabat, atque hoc, quantum eſt, ſpatium oppletum eſt intra annos mille ab excidio Troiae ad conditam Alexandriam, quomodo deinceps intra longius ſpatium nihil eſt ei limi aut terrarum additum? Et vero

dimus: ſed et receſſu maris, ſicut eidem m. de n. Circeiis. Quod accidiſſe et in Ambraciae [1] portu decem millium paſſuum interuallo; et Athenienſium quinque millium ad Piraeeum o. memoratur: et Epheſi, vbi quondam aedem Dianae [2] alluebat. Herodoto p. quidem ſi credimus, mare fuit ſupra Mem-

1. *Vmbraciae. Chiff.* 2. *abluebat. Chiff.*

vero id riſit iamdudum Strabo L. I. p. 30. At Homerum Plinius ipſe non, intellexit. Pharos Homerica inſula, ipſa eſt *ὀμιχμώνη*, Terra habitabilis, Oceano (vt putabatur) circumcincta: nec aliud ſunt ceterae fere, quae in Odyſſea commemorantur, inſulae. Habitabilem autem dico in hoc vno hemiſphaerio: altero in vndis in infinitum ſpatium immenſis, vt tunc credebatur magno errore, innatante et obruto. Eſt ea Homerica Pharos, non ante vnum ex oſtiis Nili, vt vera Pharos ſemper eſt et fuit, iuncta ponte Alexandriae, ſed ante Aegyptum, hoc eſt, ante Nilum ipſum totum, at pariter fabuloſum; hoc eſt, ante finem hominis, ſiue dilapſum eius e vita. *Omnes enim morimur, et quaſi aquae dilabimur ſuper terram*, 2. Reg. XIV. 14. Diſtat autem ea inſula ab Aegypto ſiue Nilo, diei vnius noctisque curſu ſecundiſſimo; hoc eſt, toto vitae tempore etiam bene et fortunate actae. Eſt ea in mari vndoſo, hoc eſt, variae in eo agitantur curae. Ibi portus eſt portuoſus, vnde deducuntur naues in mare, poſtquum hauſerunt aquam nigram, *ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ*, hoc eſt, poſtquam naſcendo vitam hauſere curis tetris futurám pleniſſimam. Non aquationem certe hic Homerus intelligit; cum neque ex mari fiat aquatio; et diſtare dicatur continens ab inſula, in qua hauritur aqua nigra, noctis vnius et diei curſu velociſſimo. H.

m. *Sicut eidem*) Subintellige, Homero credimus. Plin. L. III. ſ. 9 *Circeti quondam inſula, vt creditur Homero.* H.

n. *De Circeiis*) Odyſſ. κ. *εἰδὼν γὰρ σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθὼν Νῆσον, τὴν περὶ πόντος ἀπείρατος ἐξεφάνῶται. Dal.*

o. *Ad Piraeeum*) Ita Strabo, L. I. p. 58. De Piraeeo, L. IV. ſect. 11. H.

p. *Herodoto quidem*) L. II. Euterpe, p. 93. vnde haec Plinius; ibi enim de Epheſo, Aegypto ac Memphi, Ilio,

Memphim vsque ad Aethiopum montes: itemque q. a[1] planis Arabiae. Mare et circa Ilium, et tota Teuthrania r. quaque campos intulerit Maeander.

LXXXVIII. (LXXXVI.) Naſcuntur s. et alio modo terrae, ac repente in aliquo[2] mari emergunt, velut t. paria ſecum faciente natura; quaeque hauſerit hiatus, alio u. loco reddente.

LXXXVIV. (LXXXVII.) Clarae iam pridem inſulae, Delos x. et Rhodos, memoriae[3] produntur



1. *In Pint.* 2. *alto. M. alio, Cod. Salmantic.* 3. *memoria. M.*

Ilio, Teuthrania, Maeandrique campis, eadem referuntur. H.

q. *Itemque a planis Arabiae*) Subdubito an legi debeat, *in planis Arabiae*, ex ipſo quem allegat Herodoto, libro ſecundo. *Eſt*, inquit, *Arabiae regionis non procul ab Aegypto ſinus maris productus, in quo ſinu quotidie reciprocatio aquarum et vadoſum aeſtuarium eſt.* Pintian.

r. *Teuthrania*) Troadis mediterranea parte. *Dalec.*

s. *Naſcuntur et alio, etc.*) Vide Strabonem ſub finem L. I. *Dal.*

t. *Velut paria*) Velut ſua damna compenſante natura. H.

*Velut paria*) Columella, L. I. c. 8. *cum rationibus domini paria facere* famulum dixit, qui accepti et expenſi rationes pares eſſe oſtendit: qui quod aliunde accepit, alibi vel aliunde compenſat, Sen. ep. 19. *Poteram tecum hac Maecenatis ſententia parem facere rationem:* hoc eſt, debitum omne exſoluere. H.

u. *Alio loco*) Sic proximam Lemno inſulam, quam Chryſea vocant, mari abſorptam eſſe, Pauſan. refert in Arcad. L. VIII. p. 509. quo tempore enata alia eſt, Hiera nomine: de qua dicetur ſect. ſq. H.

x. *Delos et Rhodos*) Dicta ἀπὸ τῦ δηλῶσθαι. De Rhodo Philo lib. de Mundo. Heracleides lib. περὶ πολιτειῶν, Ῥόδον τὴν νῆσον, inquit, τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι, λέγεσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆναι δὲ ὕστερον ξηρανθεῖσαν. Hadri. Iun. cap. 15. L. III. Vide infra c. 12. L. IV. *Dal.*

*Delos*) Ammian. L XVII. p. 98. *In Aſia Delos emerſit, et Hiera, et Anaphe, et Rhodus.* Vide etiam Pindarum in Olymp. od. 7. H.

enatae. Poſtea minores, vltra Melon, Anaphe y., inter Lemnum et Helleſpontum, Nea z.: inter a. Lebedum[1] et Teon, Halone: inter Cycladas Olympiadis b. cxxxv. anno quarto, Thera c. et Therasia.

1. *Lesbon. Chiff.*

y. *Anaphe)* Strabo L. II. *Dalec.*

*Anaphe)* Supra Theram inſulam, non procul Lacedaemone, ſtatuitur a Cononе apud Photium in Bibl. cod. 186. p. 456. ἐν Ἀνάφῃ τῇ νήσῳ. αὕτη δ' ἐστὶν ὑπὲρ νήσου Θήρας, ἐχ ἑκὰς τῆς Λακεδαιμονίων. H.

z. *Nea)* Numero multitudinis Νέαι *Nea* vocantur ab Antigono hiſt. mirabil. c. 9. inter Lemniorum inſulas Stephano item et Suidae. Dicemus de ea iterum, L. IV. ſect. 23. H.

a. *Inter Lebedum)* Vid. Not. et Em. n. LXXII. (paulo poſt). Eſt hic annus Vrbis Romae DV. calculo Olympiadum Pliniano. *Inter Lebedum et Teon)* Quamquam Salmaſio magis arridet lectio Chiffletiani codicis, *inter Leſbum*, nihil tamen moueo contra fidem ceterorum, vt Reg. 2. etc. et vetuſtarum editionum: cum praeſertim haec Halone rurſum a Plinio memoretur, L. V. ſect. 38. proxime Myomneſum, quam Stephanus p. 477. ſtatuit inter Lebedum et Teon, μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου. H.

b. *Olympiadis CXXXV.)* Vide N. et Em. N. LXXIII. (paulo poſt) Annus hic eſt Vrbis Romae DV. Similis exortus alterius inſulae ſiue rupis, e mari enatae anno 1707. deſcribitur in Hiſtoria regia ſcientiarum anni 1728. p. 23. *Olymp. CXXXV.)* Atqui longe Thera ante hanc Olympiada exſtitit, vti ex Herodoto conſtat L. IV. p. 172. ceteriſque. Hanc enim, Calliſten antea nominatam Cadmus incolis frequentauit: Battus deinde Cyrenarum conditor tenuit: Similis eſt Senecae lapſus, qui Therasiam Valerio Aſiatico iterum Conſule prodiiſſe ſcribit, L. II. Nat. Quu. c. 26. p. 853 et L. VI. c. 21. p. 910. hoc eſt, Claudii principatu. Meminit enim eius inſulae Strabo, qui dudum ante obierat, L. X. p. 484. H.

c. *Thera et Therasia)* Seneca VI. Nat. Quaeſt. *Theren et Thian noſtrae aetatis inſulam hanc ſpectantibus nobis in Aegaeo mari enatam, quis dubitat quin in lucem ſpiritus vexerit.* Dal.

rasia [1]. Inter easdem post annos cxxx d. Hiera, eademque [2] Automate. Et [3] ab duobus stadiis post annos e. cx. in nostro aeuo [4], M. f. Iunio Silano, L. Balbo Coss. ad VIII. Idus Iulias, Thia. (LXXXVIII.) Ante nos et [5] iuxta Italiam inter Aeolias ff. insulas,



1. *et Thia. Brod. Senec.* 2. *eadem quae*] *M.* 3. *Ab ea duobus. Chiff.* 4. *aeno, Iunio Syllaneo, Mar. Caelio Balbo, Chiff. Salm. ex MSS. Sillano Hard.* 5. *d. in M.*

d. *Post annos CXXX)* Iustinus, L. XXX. c. 4. p. 233. ait prodiisse Hieram, circiter id tempus quo bellum a Romanis susceptum est adversus Philippum Macedonum regem. Consentit Iustino Plutarchus, L. de Pythiae oraculis, p. 399. Id vero bellum septuaginta ferme annis Plinianam epocham antecedit. H.

e. *Post annos CX)* Vide Not. et Em. N. LXXIV. (paulo inf.) Interim corollarii vice lubet hic addere quod refert Gassendus in L. X. Laertii, p. 1050. ne nostrum quidem saeculum consimili ostento carere. Nam anno 1638. a Iulii calculis ad Idus ita coepit eructare Vulcanus (verba sunt ipsa litterarum quas recitat) non admodum procul ab insula S. Michaelis, quae Acorum seu Tercerarum vna est, et qua mare quidem altum est vlnis seu brachiis, vt vocant, 160. vt inde efformata fuerit insula, longitudinis trium leucarum, latitudinis sesquileucae, altitudinis 60. brachiorum. Causas tanti miraculi idem indagat, ea de re vberius disputando. Tu, si otium est, consule. *Post an. CX)* Igitur id contigisse necesse est A. V. DCCXLV. quamuis non ante annum DCCLXXII. Tiberii Imp. sextum, Consules fuisse M. Iunius Silanus, L. Norbanus Balbus Flaccus scribantur in Fastis. H.

f. *M Iunio Syllano, L. Balbo Consulibus)* Codex Salmanticensis, *Iunio Syllano, M. Laelio Balbo Consulibus.* Toler. *Caelio*, legit, non *Laelio*. De hoc Iunio Syllano, quem princeps Caligula *auream pecudem* appellabat, collega Silii Neruae in Consulatu, principatu Tiberii Caesaris, mox ab Agrippina Neronis matre veneno extincto, vide Cornelium Tacitum Historiarum libro IV. et item XIII. *Pintian.*

ff. *Aeolias insulas)* Vulcanias, Liparaeas, Hephaestias, infra cap. 8. lib. III. sub finem. *Dalec.*

item iuxta Cretam emerſit e mari M M [1] D. g. paſſuum vna cum calidis fontibus: altera Olympiadis h. CLXIII [2], anno tertio, in Tuſco ſinu, flagrans haec violento cum flatu. i. Proditurque [3] memoriae magna circa illam multitudine piſcium fluitante, confeſtim exſpiraſſe, quibus ex his cibus fuiſſet. Sic et Pithecuſas k. in Campano ſinu ferunt ortas. Mox l. in his montem Epopon m., cum repente flamma ex eo emicuiſſet, campeſtri aequatum planitie. In eadem [4] et oppidum hauſtum profundo: alioque motu terrae n.[5] ſtagnum emerſiſſe: et alio, prouolutis montibus inſulam extitiſſe Prochytam. o.

XC.

1. *Sic et Tol. M. D. Gr.* 2. *ſic et Ch. Tol. CXLIII. Gr.* 3. *quoque. M.* 4. *iisdem. M.* 5. *ſtatiuas. Long. Scalig. in Var.*

g. *MM. D)* Ita codices Reg. 2. Colb. 2. Tolet. etc. Editi M. D. H.

h. *CLXIII)* Ita praelaudati codices. Editi, praepoſtere CXLIII. H.

i. *Proditurque)* Rem plane ſimilem accidiſſe in Caria prope Lorima vrbem Seneca refert, Nat. Quu. L. III. c. 19. p. 871. H.

k. *Pithecuſas)* Aenaria, Inarime Homero. Pithecuſae Graecis. cap. 6. lib. III. *Dal.*

*Pithecuſas)* Conſentit Strabo L. VI. p. 258. In Campano ſitu, *Golfo di Napoli.* H.

l. *Mox in his montem Epopon)* Scribo, *Epomeum*, non, *Epopon*, ex Strabone lib. V. non longe a fine: Timaeus ait, *priſcos quoque illos multas de Pithecuſſis fabulas edidiſſe prodit. Paulo ante ipſum collem Epomeum in inſulae medio ſitum, per quoſdam terrae motus incendia euomuiſſe tradit. Pintian.*

m. *Epopon)* Idem Strabo L. V. p. 248. ex Timaeo refert τὸν Ἐπωπέα λόφον motu terrae concuſſum, ignes euomuiſſe, et quidquid erat medium inter mare et ipſum, rurſus ad mare perpuliſſe. Campeſtri aequatum planitie non dicit. H.

n. *Stagnum emerſiſſe)* Vt intelligas omnia in vna inſula accidiſſe, oppidum hiatu hauſtum, ſtagnum emerſiſſe, montes prouolutos, non eodem tamen terrae motu, ſed alio poſt alium. *Gelen.*

*Stagnum emerſiſſe)* Seu lacum, qui hodie *Lago Agnano.* Vid. Not. et Em. N. LXXV.

XC. Namque et hoc modo insulas rerum natura fecit. Auellit Siciliam p. Italiae, Cyprum Syriae, Euboeam q. Boeotiae, Euboeae Atalantem r. et Macrin,

LXXV. (hic colloc.) *Stagnum emersisse)* Dubitat Ortelius in Thes. Geogr. num *Statiuas* pro *Stagnum* rescribi oporteat, ob eum Papinii Statii versiculum, *Aenariaeque lacus modicos, Statiuasque renatas.* Venere in eamdem suspicionem ante eum Scaliger et Longolius et *Statiuas* ii reponi malunt: Sed nocet coniectoribus nimia quandoque eruditio. Ego ab exemplaribus MSS. Reg. 2. Colb. 2. etc. vetustisque libris, quos vidi, minime discedendum aio. Triplicem terrae motum a Plinio numerari in vna eademque insula: oppidum hiatu haustum, primo: altero, stagnum emersisse: postremo, montes prouolutos, Prochytamque enatam. Nam a Pithecusis Prochytam fuisse auulsam, auctor est Strabo, L. V. p. 247. νῆσος ἡ Προχύτη, Πιθηκουσσῶν δ' ἔστιν ἀπόσπασμα. H.

o. *Prochytam)* Vide cap. 8. lib. III. *Delecampius.*

*Prochytam)* Vide Not. et Em. numero citato proxime. H. (h. l. lit. r.)

p. *Siciliam)* Seneca lib. VI. Nat. Quaest. cap. 29. *Dalec.*

*Siciliam)* Hoc et Seneca credidit, Nat. Quu. L. VI. c. 29. p. 913. Ouid. Metam. L. V. v. 290 — *Zancle quoque iuncta fuisse Dicitur Italiae: donec confinia Pontus Abstulit, et media tellurem repulit vnda.* H.

q. *Euboeam)* *Euboea et ipsa auulsa Boeotiae,* inquit Plinius L. IV. s. 21. H.

r. *Atalantem)* Vid. Not. et Em. N. LXXVI. (hic colloc.)

*Euboeae Atalantem)* Quum antea Chersonesus esset isthmo vi maris abrupto, ex peninsula factam esse insulam Atalanten, scribit etiam Diodorus, L. XII. p. 111. et Strabo L. I. p. 60. Ait autem Thucydides L. III. p. 233. Atalantem insulam, inundatione subita, quae Olympiade LXXXVIII. contigit, totam aquis fuisse superfusam. Igitur ante id tempus insula fuit. Quod etiam repetit L. II. p. 119. vbi in ea insula νήσῳ, munimentum ait fuisse, praesidiumque Atheniensium. Seneca Thucydidem legerat, qui ex eo refert Quu. Nat. L. VI. c. 24. p. 911. *circa belli Peloponnesiaci tempus Atalantam insulam aut totam, aut certe maxima ex parte superfusam.* H.

crin, Besbycum Bithyniae, Leucosiam s. Sirenum promontorio.

XCI. (LXXXIX.) Rursus abstulit insulas mari, iunxitque terris: Antissam t. Lesbo, u. Zephyrium[1] Halicarnasso, x. Aethusam[2] Myndo, Dromiscon y. et Pernen z. Mileto, Narthecusam Parthenio promontorio. Hybanda quondam insula Ioniae, cc. nunc a mari abest stadiis. Syrien a. Ephesus in mediter-

1. *Zephyriam. V. M.* 2. *Aecbusam. Ch. al Aerbechusam.*

s. *Leucosiam)* Leucosia Sirenum vna in Neptunium promontorium e mari eiecta insulae nomen dedit Lycophron in Cassandra: *αὐτὴν δὲ τὴν προϋχέσαν εἰς ἐνιπέως Λευκωσία ῥιφεῖσα τὴν ἐπώνυμον πέτραν ὀκήσει δαρόν.* Canterus cap. 10. lib. III. *Alia est Leucosia dicta ab Aeneae consobrina, ibi sepulta, cuius meminit Halicarnassaeus lib. I. et quae deprauata scriptura Festo* Lectosia *dicitur.* Sirenas Ausonius in Grypho vocat *Siredonas*, quasi *σειρηδόνας*, cantu allicientes: *Tres in Trinacria Seiridones: omnia trina. Dalec.*

*Leucosiam*) Ita Strabo L. VI. p. 258. H.

t. *Antissam*) Ouid. Metam. XV. v. 287. *Fluctibus ambitae fuerant Antissa, Pharosque Et Phoenissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.* Vide etiam Strabonem, L. I. p. 60. vbi hoc ipsum ex Myrsili relatu probat. H.

u. *Zephyrium*) Vnde iuncto terris Zephyrio, id nomen etiam Halicarnasso ipsi haesit, cui annexum fuit: *Ζεφύριον, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας*, inquit Stephanus p. 288. Strabonis L. XIV. p. 656. est *Ζεφύρα*. H.

x. *Aethusam Myndo*) Plinius lib. V. cap. 31. *Aethecusam* nominat, etsi aliter habeat vetus lectio, vt suo loco dicetur. Caeterum vtro modo legatur, per *ae*, diphthongon scribendum esse, ex etymologia Graeca, notius est quam vt indicari egeat. Item Mindo per *y*, vt in Pomponium diximus. *Pintian.*

y. *Domiston et Prienem Mileto, Artemisiam Parthenio promontorio*) In Vett. Cod. verius legitur, *Dromiscon et Pernen Mileto, Narthecusam Parthenio promontorio. Gelen.*

z. *Pernen*) Ita codd. MSS. Nec placet nobis *Prienen* huius vocabuli vice reponi: sed Barbaro tamen placet. H.

a. *Syriten Ephesus in mediterranea habet*) Plinius libro

diterranea [1] habet: Derasidas et Sophoniam vicina ei Magnesia. Epidaurus et Oricum insulae esse desierunt.

XCII. (XC.) In totum abstulit terras, primum omnium vbi Atlanticum mare est, si b. Platoni credimus, immenso spatio. Mox c. interno, quae videmus [2] hodie, mersam Acarnaniam Ambracio sinu, Achaiam Corinthio, Europam Asiamque Propontide et Ponto. Ad hoc perrupit mare d. Leucada,

1. *Mediterraneo. M.* 2. *quo. M. Hodieque vid. Ch*

bro V. cap. 31. *Syrien*, non *Syrien* appellat: cui suffragatur et vetus lectio. *Pintian.*

*Syrien*) De Syrie et Derasidis, rursum L. V. sect. 31. De Epid auro et Orico, L. III. s 26. H.

b. *Si Platoni*) In Timaeo, p. 25. vbi insulam ait ad columnas Herculis olim exstitisse, Atalanticam cognominatam, opibus, imperioque Europae et Africae praepotentem, ipsa Libya Asiaque maiorem, ex qua ad alias insulas, mox ad continentem ex aduerso huius orbis nostri quem colimus, traiectus facilis foret: Eamdem porro post ingentes terrae motus, et eluuiones aquarum, vnius diei spatio haustam fluctibus insulam videri desiisse: nunc immenso ibi interfuso pelago haud facile peruiam esse ad Antichthonas viam. Eadem Strabo refert de Atlantide ex Platone, L. II. p. 102. Sed haec esse fabulis propiora, quum vt iis immorandum sit, nemo prudens non subodoratur. Meminit etiam Tertullianus huius Platonicae sententiae in Apolog. c. 40. p. 32. Plinius autem non ex Timaeo, sed ex opere Platonis quod intercidit, accepisse istud videtur, quod hic ex Platone refert: neque enim insulam, vt in Timaeo dicitur, absorptam Plinius dicit, sed *terras*; hoc est, vt vocem eam intelligit sect. sup. partem continentis. H.

c. *Mox interno quae videmus hodie, etc*) Lege, *quo videmus hodie*, ex codice Salmant. vt referat mari interno. *Pintian.*

d. *Leucada*) Ouid. Metam. L. XV. v. 289. *Leucada continuam veteres habuere coloni, Nunc freta circumeunt.* Strabo quoque L. I. p. 59. Leucadem ait factam insulam, Corinthiis isthmum exscindentibus. Aduersarine igitur sibi

cada, Antirrhium e. Helleſpontum f., Boſphoros duos.

XCIII. (XCI.) Atque g. vt ſinus et ſtagna praeteream, ipſa [1] ſe comeſt terra: deuorauit Cybotum altiſſimum montem, cum oppido h. Curite [2]: Sipylum in i. Magneſia: et prius in eodem loco clariſſi-

1. *MSS. auctoritatem ſequitur Gr. ipſa ſe comeſt terra. Deuorauit. Chiff. ipſa quae ſe comeſt, terra. M. ipſa ſe condens Gr.* 2. *Curice. Chiff.*

ſibi Plinius, et Straboni exiſtimandus eſt, qui L. IV. f. 2. fateatur Leucadem, non mari irrumpente, ſed opere accolarum abſciſſam eſſe a continente? Minime ſane. Bis potius continenti redditam fateamur. Nam Liuius L. XLIII. diſerte teſtatur, belli etiam Philippici tempore peninſulam fuiſſe: quae tamen Strabonis Liuiique ipſius aeuo inſula fuit. H.

e. *Antirrhium)* A Rhio diviſum quinque ſtadiorum freto, vt ait Strabo, L. VIII. p. 335. Vide quae dicturi ſumus L. IV. ſect. 3. H.

f. *Helleſpontum)* Stratonis Phyſici ea ſententia fuit, referente Strabone L. I. p. 49. Euxinum mare non fuiſſe olim cum Aegeo coniunctum: ſed viam vi aquarum factam. H.

g. *Atque vt ſinus et ſtagna praeteream, ipſa ſe condere terra, etc.)* Ambo exemplaria, *ipſa ſecum eſt terra.* Scribo, *ipſa ſe comeſt terra*, vt L. VIII. cap. 51. *Comeſſe foetus his non eſt prodigium.* et Cicero pro Cluentio, *Comeſtum* dixit, Priſciano auctore L. X. Verbum autem quod ſequitur continuo, *Devorauit*, cum maiore litera ſcriptum, initium eſſe debet ſequentis clauſulae. Porro *Cibotum* montem coniicio fuiſſe prouinciae Phrygiae. Nam Apameam Phrygiae etiam vrbem, appellatam aliis nominibus *Caelenas* et *Cibotos*, L. V. tradit: vt forte, quod frequenter accidit, mons vrbis nomen dederit. Confirmant hoc verba ſequentia, *Sipylum in Magneſia*. Pintian.

h. *Oppido Curite)* Illo fortaſſis, quod Curopolim Cariae Stephanus appellat, p. 382. Sed Reg. 1. 2. Colb. 2. habent *Carite*, Chiff. *Curice*. H.

i. *Sipylum)* Sipylum euerſam terrae motu, regnante Tantalo, Strabo quoque prodidit, L. I. p. 58. et ante eum Ariſtot. Meteor. L. II. c. 8. p. 570. H.

riſſimam vrbem, quae Tantalis vocabatur. Galanis[1] et k. Gamales vrbium in Phoenice agros cum ipſis: Phegium Aethiopiae[2] iugum excelſiſſimum, tamquam l. non infida graſſarentur et litora.

XCIV. (XCII.) Pyrrham m. et Antiſſam circa Maeotim Pontus abſtulit: Elicen n. et Buram[3] in ſinu Corinthio, quarum in alto veſtigia apparent. Ex inſula Cea o. amplius triginta[4] millia paſſuum abrupta

1. *Galenes et Galames Chiff.* 2. *Iopes. Longol. vide c. 13. l. V.* 3. *Burſam, ſinus Corinthius. Ch.* 4. *trecenta. M.*

k. *Galanis et Gamales*) Vide Not. et Em. N. LXXVII. (hic ext.) *Galanis et G. etc.*) In Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiff. etc. *Galnes et Galames*: quae lectio fortaſſis eſt potior, quam edita. Aut certe de alia Gamale accipiendum illud eſt, quam de qua agitur l. V. ſ. 14. Geminam Ioſephus agnoſcit: prope Iordanem alteram: alteram haud procul Carmelo. H.

l. *Tanquam*) Perinde ac ſi *damna tantum in medio terrarum ſentirentur*, ac non ipſa etiam infida graſſarentur maris littora, *terrasque ſorberent*. H.

m. *Pyrrham*) Caue de Pyrrha et Antiſſa accipias, Lesbi inſulae oppidis, de quibus L. V. ſect. 39. H.

n. *Elicen*) Strabo L. VIII. Ariſt. de mundo. Calliſthenes apud Senecam L. VI. Quaeſt. Nat. Ouid. Si quaeris Polyp. L. II. Xylan. ſuper vitam M. Antonii L. IV. p. 334. *Dalec.*

*Elicen*) De his vrbibus rurſum dicetur L. IV. ſect. 6. Ouid. Metam. XV. v. 293. *Si quaeris Elicen, et Burin, Achaidos vrbes, Inuenies ſub aquis, et adhuc oſtendere nautae Inclinata ſolent cum moenibus oppida merſis.* De harum vrbium ſubuerſione ſcripſit libros integros Calliſthenes ille, quem Alexander Magnus occidit, vt refert Seneca Nat. Quu. L. IX. c. 23. p. 911. Vide etiam Ariſtot. L. de mundo, c. 4. p. 608. et Strab. I. p. 59. Contigit haec clades biennio ante pugnam Leuctricam. H.

o. *Cea*) Hoc Plinius iterum L. IV. ſ. 10. Vide Not. et Emend. N. LXXVIII. (hic conſp.) *Ex inſula Cea*) Hic fortaſſe Tertullianus fueris emendandus in Apolog. c. 4. cum ait, *Leginas*, — — *et Delon, et Rhodon, et Co inſu-*

pta ſubito cum plurimis p. mortalium [1] rapuit. Et in Sicilia dimidiam Tyndarida q. vrbem, ac quicquid ab Italia r. deeſt. Similiter in Boeotia et [2] Eleuſina. s.

XCV. (XCIII.) Motus enim terrae ſileantur, et quidquid eſt, vbi ſaltem buſta vrbium extant [3] ſimul vt terrae t. miracula potius dicamus, quam ſcelera natu-

1. *Mortalium. Rapuit et. Ch.* 2. *d. in Ch.* 3. *extant ſepultarum. M.*

*inſulas multis cum millibus hominum peſſum abiiſſe.* Nam de Ceo inſula, non de Co, quae patria Hippocratis eſt, relatum id ab hiſtoricis memini. H.

p. *Mortalibus*) Ita Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiff. etc. Editores repoſuerant, *mortalium*. H.

q. *Tyndarida*) *Nam cum radices vrbis*, inquit Fazellus decad. 1. L. IX. c. 7. p. 204. *maris fructibus impeterentur, ſaeuiente hieme, vndiſque ſupra ſolitum irruentibus, a cetera vrbe ea pars diuulſa, diſiectaque, cum habitatoribus in pelagus repente prolapſa eſt, cuius vorago ingens ac horrenda adhuc cernitur.* H.

r. *Ab Italia*) Spatium intelligit, fretumue quo Sicilia nunc ab Italia diſpeſcitur. Hinc Rhegio nomen, vt dicetur L. III. ſ. 14. vide Strabonem L. I. p. 60. Seneca Nat. Quu. L. VI. c. 29. p. 913. *Hac inundatione, quam poetarum maximi celebrant, ab Italia Sicilia reiecta eſt.* H.

s. *Eleuſina*) Vide Not. et Em. N. LXXIX. (hic colloc.) *In Boeotia Eleuſina*) Hallucinatur Ammianus L. XVII. p. 98. cum Eleuſin Boeotiae ciuitatem inter eas vrbes enumerat, quae terrae motu emerſerunt: cum inter eas locum habeat, quae diluuio peſſum abierunt, vt praeter Plinium auctor eſt Pauſanias in Boeoticis L. IX. et Strabo, L. IX. p. 407. H.

t. *Terrae miracula*) Vide Not. et Emend. N. LXXX. (hic conſp.) *Simul vt terrae miracula potius dicamus, quam ſcelera naturae*) Ex his verbis Plinii editores lemma huic capiti ſeu titulo confinxerunt: *De miraculis terrarum:* perinde quaſi id foret huic capiti argumentum proprium ac peculiare, non toto illud opere ſparſum, ſed *de ſpiraculis terrarum* ſcribi oportere admonet index, et ipſa capitis huiuſce materies: nam vt Maro cecinit Aeneid. L. VII. pro argumento

naturae. Et hercule non caeleſtia enarratu difficiliora fuerint. Metallorum opulentia tam varia, tam diues, tam foecunda, tot ſeculis ſuboriens, cum tantum quotidie orbe toto populentur ignes, ruinae, naufragia, bella, fraudes: tantum vero luxuria, et tot mortales conterant: gemmarum pictura tam multiplex; lapidum tam diſcolores maculae, interque eos candor u. alicuius, praeter lucem omnia excludens: medicatorum fontium vis: ignium tot x. locis emicantium perpetua tot ſeculis incendia: ſpiritus y. letales alibi [1], aut ſcrobibus z. emiſſi, aut ipſo loci ſitu mortiferi; alibi [2] volucribus a. tantum, vt b. Soracte vicino Vrbi tractu: alibi [3] praeter

1. *aliubi. Ch.* 2. *aliubi. Ch.* 3. *aliubi. Idem.*

to ſunt: *Specus horrendum, et diri ſpiracula Ditis.* H.

u. *Candor alicuius)* Vel vnionis, vel Adamantis. *Dal.*

*Candor alicuius)* De phengite lapide loquor, de quo ille vberius, L. XXXVI. ſ. 46. H.

x. *Ignium tot)* Aetnae ac Veſuuii. Adde Heclam in Islandia, alioſque prope innumeros, quorum Maffeus, et alii rerum Indicarum ſcriptores meminerunt. H.

y. *Spiritus letales alibi)* Vide Rhodig. capite 12. L. VIII. Babylone in Apollinis templo arculam inuentam, qua conſciſſa proſilierit ſpiritus peſtilens, non ſolum Babyloniis, ſed accolis etiam Parthis. Item principatu M. Antonini et Veri, diruto Apollinis fano Seleuciae, repertum a militibus foramen, quod obturauerant Chaldaei, eoque recluſo vaporem letiferum prorupiſſe, qui funeſtus in Gallias vſque ſit debacchatus. *Dalec.*

z. *Scrobibus emiſſi)* Seneca L. VI Nat. Quaeſt. c. 28. *Dalec.*

a. *Alibi volucribus)* Seneca Nat. Quu. L. VI. c. 28. p. 912. *Quid quod pluribus Italiae locis, per quaedam foramina peſtilens exhalatur vapor, quem non homini ducere, non ferae tutum eſt? Aues quoque in illum inciderint, — — in ipſo volatu cadunt, liuentque corpora, et non aliter quam per vim eliſae fauces tument.* H.

b. *Vt Soracte)* Hodie, *Monte S. Oreſte*, in prouincia Patrimonii S. Petri. Ibi ſpelunca halitum peſtiferum emittens, teſte Seruio in eum

ter hominem c., caeteris animantibus: nonnumquam et homini, vt in Sinueſſano agro, et Puteolano d.: e. ſpiracula [1] vocant, alii Charoneas f. ſcrobes, mortiferum ſpiritum exhalantes. Item in g. Hirpinis

1. *Quae ſpiracula. Ch. ſunt ſpiracula, quae vocant alii. M.*

Virgilii locum, L. XI. *Summe Deum Sancti cuſtos Socactis Apollo.* H.

c. *Praeter hominem )* Prope Neapolim ſpelunca eſt anguſta, vulgo *Grotta del Cane* appellata, quod in eam coniecti canes omni motu ſenſuque deſtituantur illico, donec vicinae aquae immerſi, quaſi ſpiritum vitamque recuperent: nec quidquam homini tamen halitus nocet. De huiuſmodi exſpirationibus noxiis, multa erudite Caeſius, L. I. de mineral. c. 7. ſ. 12. n. 30. H.

d. *Puteolano )* Cicero I. de Diuinat. *Plutonia* vocat, eaque ſibi in Aſia viſa tradit, nempe ad Hierapolin. Idem L. II. multis diſputat, qua ratione Delphicus anhelitus et afflatus, quo Pythia mente incitata, oracula edebat, euanuerit, et ceſſauerit. Vide Rhodig. cap. 16. L. VIII. Idem auctor c. 12, L. XIX. Charoneis ſuffocari quaeuis animalia tradit, praeter ea quibus exſciſſa ſunt genitalia. *Χαρωνίται βάλευται*, Plutarchus in Antonio. Orcini ſenatores Suetonio in Auguſto, poſt Caeſaris necem ad orcum demiſſi et Charonem gratia vel praemio allecti. Victorius cap. 16. L. XVI. Fuit et Athenis *χαρώνιος θύρα* in Nomophylacio *δι' ἧς οἱ κατάδικος τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἐξήγοντο.* Zenobius, Pollux, Rhodig. cap. 9. Lib. XVII. Brod. c. 8. L. IV. *Dal.*

*Puteolano )* De ſpecu loquitur, qui hodieque viſitur prope Puteolos, ad laeuam lacus Aniani, *Lago Aguano.* H.

e. *Spiracula vocant )* *Spiracula Ditis.* Virg. VII. Aeneid. nempe in quibus eſt, rupto ingens Acheronte vorago, id eſt, eruptio, et exaeſtuatio *ἀποῤῥώξ.* Homer. 2. Iliad. *ὄρυξ γὰρ δεινὴ ῥυγὸς ὕδατος ἐστὶν ἀποῤῥώξ.* Vide Turn. cap. 28. L. XXVI. *Dal.*

f. *Charoneas )* *Χαρώνεια βάραθρα* mortifero ſpiritu quem exhalant, vitam homini eripere ſcribit et Galenus L. VII. de vſu partium c. 8. p. 458. Tom. IV. H.

g. *Hirpinis )* Strabo L. VI. *Leucis, oppidulo non procul a Tarento ſeiuncto, foetidam aquam fons effundit.* Dal.

pinis h. Amſancti [1], ad i. Mephitis aedem, locum k., quem qui intrauere, moriuntur. Simili l. modo Hierapoli m. in Aſia, Matris tantum magnae ſacerdoti n. innoxium. Alibi [2] fatidici o. ſpecus, quorum exhalatione temulenti futura praecinunt, vt Delphis, nobiliſſimo oraculo. Quibus in rebus quid poſſit aliud cauſae afferre [3] mortalium quiſpiam, quam diffuſae per omne naturae ſubinde aliter atque aliter numen erumpens?



1. *Anſacti. Ch.* 2. *Aliubi. Ch.* 3. *ſic et M. efferre Gr.*

h. *Amſancti*) Virgilius, Aen. L. VII. v. 563. *Eſt locus Italiae in medio, ſub montibus altis, Nobilis et fama multis memoratus in oris, Amſancti valles: denſis hunc frondibus atrum Vrget vtrimque latus — Hic ſpecus horrendum, et ſacui ſpiracula Ditis Monſtrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago*, etc. Meminit huius peſtiferae terrarum partis Cicero de Diuin. L. I. p. 189. H.

i. *Ad Mephitis*) Ita codices MSS. omnes: etſi dubitet Hermolaus, num *Ditis* reponi oporteat. Mephitis ipſa Iuno eſt, aeri corrupto praeſidens, cui templum excitatum apud Cremonam auctor eſt Tacitus Hiſt. L. III. p. 71. Hodie locus ipſe Amſancti, Mephitis retinet nomen, *Muſiti*. Ipſa vero Mephitis interdum pro putore ſumitur, vt pro igne Vulcanus, Iupiter pro aere. Ita Virgilius L. VII. v. 84. — *Saeuamque exhalat opaca mephitim*. H.

k. *Locum*) Speluncam: quidam *Lacum* legunt. *Dalec.*

l. *Simili modo*) Hoc etiam refert Ariſt. vel quisquis eſt auctor libri de mundo, c. 4. p. 607. H.

m. *Hierapoli in Aſia*) Galenus lib. I. tuendae valetudinis, circa Sardeis talem quoque locum eſſe tradit. *Dalec.*

*Hierapoli*) Refert hoc pluribus Strabo, L. XII. p. 579. et L. XIII. p. 629. H.

n. *Sacerdoti*) Ita Apuleius libro de mundo. Innoxium quoque caeteris exſectis ac ſemiuiris eſſe, tradunt Dio in vita Traiani, Damaſcius apud Photium in Bibl. cod. 242. p. 1053. et Ammianus, L. XXIII. H.

o. *Alibi fatidici*) Haec totidem verbis Ariſt. loc. cit. H.

XCVI. (XCIV.) Quaedam p. vero terrae ad ingreſſus tremunt, ſicut in Gabienſi agro, non procul vrbe Roma, iugera ferme ducenta, equitantium curſu: ſimiliter in Reatino. (XCV.) Quaedam q. inſulae ſemper fluctuant [1], ſicut in agro Caecubo, et eodem Reatino, Mutinenſi [2], r. Statonienſi.

1. *Fluitant. V. 2. ſic habent MSS. Hard. Mutienſi Gr et Al.*

p. *Quaedam vero terrae ad ingreſſus tremunt)* Exemplar. Tolet. *premuntur*, legit, non, *tremunt*: verius puto. *Pint.*

*Quaedam vero)* Ad ingreſſum ambulantium, et equorum curſus terrae quoque tremere ſentiuntur in Brabantino agro, quae Belgii pars eſt, circa S. Audomari Fanum. H.

q. *Quaedam inſulae ſemper fluctuant)* Conſiderandum an ſit commodior lectio, *fluitant*. Plinius infra, capite 107. non longe a fine: *Sicut illa permira naturae opera, aes et plumbum in maſſam mergi, dilatata fluitare.* et lib. VII. cap. 17. *Virorum cadavera ſupina fluitare: foeminarum prona. Pint. Quaedam inſulae ſemper fluctuant)* Theoph. cap. 11. lib. IV. Hiſtoriae νήσων πλωτάδων meminit, vide Senecam cap. 25. lib. III. Quaeſt. nat. et And. Bacc. de Ther. lib. IV. pag. 264. *Dalec.*

*Quaedam inſulae)* Seneca Nat. Quu. L. III. c. 25. p. 873. *Sunt multi*, inquit, *lapides pumicoſi et laeues, ex quibus quae conſtant inſulae, in Lydia natant. Theophraſtus eſt auctor. Ipſe ad Cutilias natantem inſulam vidi. Alia in Vadimonis lacu vehitur: alia in lacu Statonenſi. Cutiliarum inſula et arbores habet, et herbas nutrit, tamen aqua ſuſtinetur: et in hanc atque illam partem non tantum vento impellitur, ſed et aura: nec vnquam illi per diem et noctem in vno loco ſtatio eſt: adeo mouetur leui flatu. Huic duplex cauſa eſt: Aquae grauitas medicatae, et ob hoc ponderoſae: et ipſius inſulae materia vectabilis, quae non eſt corporis ſolidi.* etc. Tales inſulas, quae arbores habeant, quae contis impellantur quo lubet, et in quibus pecudes et armenta paſcantur, ad Fanum S. Audomari in Belgio, magna cum voluptate ipſe ſpectaui. Quas vero Seneca ſe vidiſſe teſtatur, et Plinius hoc loco refert, earum hodie nulla fluctuat. De fluitantibus in Orchomeno, et Aegypto, v. Theophr. hiſt. L. IV. c. 13. H.

r. *Staronienſi)* In cod. Reg. 1. 2.

nienſi [1]. In s. Vadimonis [2] lacu, et ad t. Cutilias aquas opaca ſilua, quae numquam die ac noctu [3] eodem loco viſitur. In u. Lydia quae vocantur Calaminae x., non ventis ſolum, ſed etiam contis [4]



1. *Stationenſi. Chiff. forſan Statinienſi. Statinas enim meminit Statius.* 2. *Vadimontis. Ch.* 3. *nocte. M. Ch.* 4. *contis, vel quo. V.*

1. 2. et Chiffl. *Stationenſi.* At Varro de Re Ruſt L. III. c. 12. Statonenſem: Plinius L. III. ſ. 8. Statones accolas vocat. H.

s. *Vadimonis lacu)* Vadimonius lacus; ad quem lib. IX. Liuius ſcribit, Hetruſcos a Romanis ſuperatos fuiſſe, monti Roſulo vicinus, inter Sutrium et Nepe medius eſt Blondo: alii prope Tiberim collocant, iuxta Baſſano, inter Orti et Galeſe caſtella. Vide Ortel. Theſaur. *Dalec.*

*In Vadimonis)* De eo lacu Liuius, L. IX. p. 166. ſed multo eleganter Plinius Iunior, L. VIII. ep. 20. Hodie *Lago di Beſſanello*, in Etruriae parte, quae Patrimonium D. Petri dicitur, milliaribus a Tiberi vix tribus. H.

t. *Ad Cutilias aquas)* Strabo, καὶ τὰ ἐν Κοτυλίαις ψυχρὰ ὕδατα, ἀφ' ὧν καὶ πίνεσι, καὶ ἐγκαθέζοντες θεραπεύεσι νόσες. Oppidum quod ad eam paludem erat *Cutilias* numero plurali dixerunt, et inde aquas eas. Aluminoſas eas fuiſſe Gal. tradit; Graecis ſedes quaerentibus reſponſum eſt redditum: ξείχεται μαιόμενοι Σικελῶν σατέρνιον αἶαν, ἣδ' ἀβορι-γενέων Κοτύλη, ἃ νάσος ὀ-χεῖται. *Dalec.*

*Ad Cutilias)* De his L. III. ſ. 17. vide et Varronem de Ling. Lat. L. IV. p. 20. H.

u. *In Lydia)* Martianus L. IX. c. 1. p. 214. *Nonne*, inquit, *ipſius veruſtatis perſuaſione compertum, in Lydia Nympharum inſulas dici, quas etiam recentior aſſerentium Varro ſe vidiſſe teſtatur: quae in medium ſtagnum a continenti procedentes cantu tibiarum, primo in circulum motae, dehinc ad littora reuertuntur.* Locus Varronis quem laudat, eſt de R.R. L. III. c. 17. vbi Fuluius Vrſinus in Notis, Sotionis fragmentum affert, hoc ipſum de iis inſulis quae ſunt in lacu qui Calamina dicebatur, commemorantis. Vt inde liqueat Calaminae paludis, λιμνης Καλαμίνης partem aliquam ac veluti ſinum fuiſſe Nymphaeam, de quo mox Plinius, in quo exiguae illae, ceterisque minores, ad ictum pedum, qui in Symphoniae cantu fieri ſolet, mouerentur. H.

x. *Calaminae)* Inſulae Calaminae et Saltuares eaedem.

Prope

quo libeat impulsae, multorum ciuium Mithridatico bello salus. Sunt y. et in Nymphaeo paruae, Saltuares dictae; quoniam in symphoniae z. cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. In Tarquiniensi a. lacu magno Italiae, duae nemora circumferunt [1], nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus; quadratam numquam.

XCVII. (XCVI.) Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cuius quamdam b. aream [2] non c. impluit.

1. *Circumierunt. Ch.* 2. *aram. Ch.*

Prope fuit Nymphaarum templum quibus erant dicatae. Plinius Nymphaeum vocat. Sotion in Eclogis, ἐν Λυδίᾳ ἐστὶν λίμνη Καλαμίνη καλουμένη, ἱερὰ δὲ ἐστὶ νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος, καὶ μέσον αὐτῶν ἕνα ἐν βασιλέα προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι, θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες ἐνιαυσίας ἐξιλάσκονται. τούτων δὲ ἐπιτελουμένων ὅπειδὰν ἐπὶ τῆς ἡίονος κτύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσιν, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς παραγίνεται ἐπὶ τὴν ἡίονα. Varro lib. III. de Re Rust. capite 17. Cum eodem tempore insulas Lydorum ibi χορεύουσας vidisses. Vide ibi Fulu. Vrsini notas. *Dalec.*

y. *Sunt et in Nymphaeo parvne, Saltuares dictae)* Legend. *Sunt et in Nymphaeo Saliares dictae, quoniam in symphoniae cantu ad ictum modulantium pedum mouentur. Saliares* sunt ὀρχησερίδες, χορητίδες, a saliis, qui sunt ὀρχησαί. *Nymphaeum* Lydiae stagnum erat, in quo insulae illae Calaminae et Saliares dictae habebantur. *Salmas.* p. 125. a. b. *Gron.*

z. *Symphoniae)* De hac voce dicemus, L. IX. s. 8. H.

a. *Tarquiniensi)* *Lago di Bracciano*, ab oppido proximo nomen habet in Etruria. H.

b. *Aream)* Vide Not. et Em. N. LXXXI. (hic pos.) *In cuius quamdam aream non impluit)* Sic in omnibus libris editis *aream* legitur, et in vtroque Reg. cod. At in Chiffl. *aram*, praue: tametsi Tacitus hist. L. II. p. 34. templum Veneris Paphiae describens, *Sanguinem aras*, inquit, *effundere veritum, precibus et igne puro altaria adolentur: nec vllis imbribus quamquam in aperto, madescunt.* H.

c. *Non impluit)* Tacitus lib.

pluit. Item in d. Nea, oppido Troadis, circa ſimulacrum Mineruae. In eodem et relicta ſacrificia non putreſcunt.

XCVIII. Iuxta Harpaſa e. oppidum Aſiae cautes ſtat horrenda, vno digito mobilis: eadem, ſi toto corpore impellatur, reſiſtens. In f. Taurorum peninſula in ciuitate g. Paraſino [1] terra eſt, qua ſanantur omnia vulnera. At circa Aſſon h. Troadis lapis naſcitur, quo conſumuntur omnia corpora: Sarcophagus i. vocatur. Duo k. ſunt montes iuxta



1. *Characena.*

lib. XVIII. de illa ara: *Sanguinem aras offundere vetitum, precibus et igne puro altaria adolentur, nec vllis imbribus, quamquam in aperto madeſcunt. Dalec.*

d. *In Nea*) Stephanus, p. 487. Νέα, κώμη καὶ Φρούριον Φρυγίας. H.

e. *Harpaſa*) De eo oppido, L. V. ſ. 29. H.

f. *In Taurorum peninſula in ciuitate Taraſino*) Scribo, *in ciuitate Characena*, a Characе ciuitate Tauricae Cherroneſi, Ptolemaeo, Stephano, Plinio, etſi in Plinio lib. IV. cap. 12. corrupte etiam, *Charaſcui*, ſcriptum ſit, vt proprio loco dicetur. *Pint.*

g. *Paraſino*) Ita omnes codices MSS. librique editi: quorum ab auctoritate deſciſcere vix auſim, etſi eruditi quidam *in ciuitate Characena*, ſcribendum putent. Ptolemaeo L. III. c. 6. p. 83. Παρώρα vrbs eſt Tauricae Cherſoneſi, eadem forte cum Paraſino. H.

h. *Aſſon Troadis*) De qua L. V. ſ. 32. H.

i. *Sarcophagus*) Si omnia corpora conſumit, πανφάγος potius quam σαρκοφάγος dicitur. *Dalec.*

*Sarcophagus*) Quoniam corpora comeſt. Σὰρξ enim *corpus* ſeu *carnem*, Φαγεῖν *comeſſe* ſonat. Σαρκοφάγος λίθος Stephano, p. 126. verbo Ἄσσος. Vide quae dicturi ſumus L. XXXVI. ſ. 27. In littore Veraguae in America ſeptemtrionali eamdem vim ineſſe arenis obſeruarunt Hiſpani, vt teſtatur Herrera, L. VIII. Dec. 1. H.

k. *Duo ſunt montes*) Idem montibus duobus Aethiopiae infra cap. 16. lib. XXXVI. in fine capitis. *Dalec.*

*Duo ſunt*) De hoc miraculo iterum dicetur L. XXXVI. ſ. 25. H.

flumen Indum: alteri natura eſt, vt ferrum omne teneat, alteri vt reſpuat. Itaque ſi ſint claui in calciamento, veſtigia auelli in altero non poſſe, in altero non poſſe, in altero ſiſti [1]. Locris et Crotone l. peſtilentiam numquam fuiſſe, nec [2] vllo terrae motu laboratum, annotatum eſt. In Lycia vero ſemper a terrae XL. dies ſerenos eſſe. In agro Arpano [3] frumentum ſatum non naſcitur. Ad m. aras Mucias [4] in n. Veiente, et apud Tuſculanum, et o. in ſil-

1. *Obſiſti.* 2. *ne illo terrae motu adnotatum eſt. Ch.* 3. *ex MSS. ſic Hard. Ardano. Gr.* 4. *Murtias Gr.*

l. *Crotone*) Vide apud Strabonem l. VI. vetus proverbium, Κρότωνος ὑγιέςερον. *Dalec.*

*Crotone*) Vnde nata paroemia, cuius Strabo meminit, L. VI. p. 262. ob ſalubritatem aeris ὑγιέςερον Κρότωνος. Scribit etiam Scaliger Exer. 32. in Card. p. 140. oram illam occidentalis Aethiopiae, quae Nigri fluuium accolit, cui calidiſſima ſit, peſtilentiae quoque omnis expertem eſſe. H.

m. *Ad aras Murtias*) Veneri Murtiae dicatas, de qua infra cap. 29. lib. XV. Rhodig. cap. 12. lib. XVIII. *Mutias* probat, nempe in honorem Q. Mutii Scaeuolae erectas, qui tanta integritate Aſiae praefuit, vt in eius gloriam *Mutia* diem feſtum Aſiatici celeberauerint, ſicut et Syracuſani *Marcellea*, eodem fere laudis genere, quo Scipioni in ſella Iouis Capitolini, Catoni in curia ſtatua poſita eſt. *Dalec.*

*Mucias*) Vide Not. et Em. LXXXII. (hic poſ.) *Ad aras Mucias*) Ita Reg. 1. 2. et Colb. 2. atque editiones veteres; quod et Rhodiginus probat, L. XVIII. c. 12. p. 841. In honorem ſorte Q. Mucii Scaeuolae, vel ab eo erectae arae illae fuerunt, Seſtianae a Seſtio, L. IV. c. 34. Prius *Murtias* legebatur. H.

n. *In Veiente, etc.*) Hodie *Martignano*, ſeu Marthenano: aliis tamen aliter. Vide. Ortel. Theſ. Marthenian. *Dalec.*

o. *Et in ſilua Ciminia, etc*) Ciminius mons, Viterbio proximus. Ciminius lacus hodie Viterbienſis. In eo monte Ciminia ſilua, in qua victos a Fabio conſule Hetruſcos ſcribit Liuius l. IX. Per montem illum tendebat via Caſſia, vbi nunc eſt Surianum,

in ſilua Ciminia loca ſunt, in quibus in terram depacta non detrahuntur. In Cruſtumino natum foenum ibi noxium, extra ſalubre eſt.

XCIX. (XCVII.) Et de aquarum natura complura dicta ſunt: ſed aeſtus p. maris accedere, et reciprocare, maxime mirum: pluribus quidem modis, verum cauſa in q. Sole, Lunaque. Bis inter duos exortus Lunae affluunt, bisque remeant, vicenis quaternisque ſemper r. horis. Et s. primum attol-



rianum, arx munitiſſima. *Idem.*

*Ciminia)* Saltus Cimmius prope Viterbium in Etruria, vnde nomen, *Monte Viterbo:* adiacet ei lacus cognominis, *Lago di Ronciglione.* De vtroque Virg. Aen. VII. v. 697. *Et Cimini cum monte lacus.* De ſilua Ciminia, Livius, L. IX. p. 165. H

p. *Aeſtus maris accedere)* De hoc vide Ptolemaeum lib. II. cap. 12. Quadrip. et Ariſt. Prob. ſect. 23. Item Meteor. lib. II. ſum. 1. per totum. et Plutarch. de plac. phil. lib. III. cap. 17. et Stob. eclog. phyſ. cap. 25. pag. 69. Solin. Polyhiſt. 22. S. Aug. de ciuit. Dei lib. VII. cap. 22. *Dalec.*

q. *In Sole, Lunaque)* Plures e veteribus cum Plinio ad vtrumque: Pytheas Maſſilienſis, ad Solem vnum retulit, teſte Plutarcho, de placit. Philoſ. L. III. c. 17. p. 897. Merito tamen Luna videtur in hac ſcena vel omnes vna per ſe, vel certe praecipuas partes agere: quando tam admirabilis eſt huius cum Lunae motu connexio, vt caecum eſſe neceſſe ſit qui non animaduertat. H.

r. *Semper horis)* Πλατικῶς loquitur, et ad vulgi ſenſum. Alias enim vicenis quaternis horis cum dodrante, ſeu minutis horae octo et quadraginta dicere debuiſſet: cum Luna tantumdem inſumet ſpatii, vt ad idem Meridiani punctum remeet, quod vbi eſt aſſecuta, affluxus maris eſt maximus. H.

s. *Et primum)* Et attollente ſe *ab ortu verſus meridiem* cum Luna caelo, aeſtus intumeſcunt: mox a meridiano caeli vertice, caelo vergente in occaſum, reſidunt: rurſusque ab occaſu ad oppoſitum meridianum, qua ſpectat antipodas, iterum aeſtuant: hinc donec ad horizontem noſtrum exortiuum perveniat, rurſum ſubſidunt. H.

lente se cum eâ mundo intumescentes, mox a meridiano caeli fastigio vergente in occasum residentes: rursusque ab occasu subter caeli ima, et meridiano contraria, accedente, inundantes: hinc donec iterum exoriatur, se resorbentes [1]. Nec vnquam eodem tempore, quo pridie, reflui, vt [2] ancillantes fidere, trahenteque secum auido haustu maria, et assidue aliunde, quam pridie exoriente: paribus tamen interuallis reciproci, fenisque semper horis u., non x, cuiusque diei aut noctis, aut loci, sed aequinoctialibus: ideoque inaequales vulgarium horarum spatio, vtcumque plures in y. eas [3] aut diei aut noctis illarum

1. *Ex MSS. sic emend. Hard. sic quoque Tol. sorbentes Gr.*
2. *vt ancillantes sideri auido, trahentique secum haustu maria, et assidue aliunde, quam pridie, exoriente. Ch.*
3. *eos. sub. aestus.*

t. *Vt ancillante)* Credas ancillari sidus, et indulgere mari, vt non ab eadem parte, qua pridie, pastum ex Oceano hauriat. Haec vero poetis venditanda ratio, non physicis. H.

u. *Horis)* Has horas vulgares et temporales καιρικὰς Graeci vocant, vt aequinoctiales ἰσημερινὰς. Vide Senec. Quaest. Nat. lib. II. cap. 28. Vide et annotata in cap. 10. lib. XXXVI. *Dalec.*

x. *Non cuiusque)* Non cuiuslibet diei noctisue horas vulgares, aut cuiusuis loci proprias intelligo, sed aequinoctiales et pares. Ideoque aestus sunt inaequales, si vulgarium horarum, *vt sunt Italicae*, spatium intelligas; cum plures vulgares horae, siue diei *hibernae*, sive noctis *aestiuae paucioribus* horis aequinoctialibus respondeant: aequinoctio tantum vbique sint pares. H.

y. *Plures in eas)* Cum enim horae illae vulgares, exempli gratia Italicae, sic numerentur, vt ab exortu Solis ad occasum duodecim esse iubeat, totidemque rursum ab occasu, donec Sol iterum exoriatur: noctis aestiuae, atque hibernae diei horas duodecim necesse est esse breuissimas, atque adeo plures illarum vni horae aequinoctiali respondere. Frustra est Dalecampius, nec Plinii mentem est assecutus, cum legendum admonuit, *Plures in eos*, subintellige maris aestus. H.

rum menſurae cadunt, et aequinoctio tantum pares vbique. Ingens argumentum, plenumque lucis ac vocis etiam diurnae [1], hebetes eſſe, qui negent ſubtermeare ſidera, ac rurſus eadem reſurgere: ſimilemque terris, imo vero vniuerſae naturae exinde faciem, in iisdem ortus occaſusque operibus: non aliter ſub terra manifeſto ſideris curſu, alioue effectu, quam cum praeter oculos noſtros feratur. Multiplex etiamnum lunaris differentia, primumque ſeptenis diebus. Quippe [2] modici noua ad diuiduam aeſtus, pleniores ab ea exundant, plenaque maxime feruent. Inde miteſcunt. Pares a. ad ſeptimam primis: iterumque alio laterc diuidua augentur. In a. coitu [3] Solis pares plenae. Eadem Aquilonia b., et a terris longius recedente mitiores, quam cum [4] in auſtros digreſſa, propiore niſu vim ſuam exercet. Per c octonos quoque annos ad principia motus et

paria

1. *Diuinae.* 2. *ex MSS. ſic Hard. quippe modici a noua ad diuiduam aeſtus, pleniores ab ea exundant. Ch.* 3. *ſic quoque Chiff. pares plane. Ead M.* 4. *d. in Ch. et rectius.*

2. *Pares)* A plenilunio ad diem inde ſeptimum, pares ſunt aeſtus prioribus, *a noua Luna, ſcilicet ad diuiduam*, Rurſum cum alio latere diuidua eſt, *(alterum vocant Lunae quadrantem)* augeri aeſtus incipiunt: in coniunctione cum Sole, *ſeu nouilunio*, aeſtus ſunt pares iis qui plena luna fiunt. H.

a. *In coitu Solis pares)* Lege: *In coitu Solis paret et plena. Eadem Aquilonia et a terris longius recedente, mitiores.* Salmaſius.

*Pares plenae)* Vide Not. et Em. N. LXXXIII. (hic adi.) *In coitu Solis pares plenae. Eadem Aquilonia - - - mitiores)* Secuti ſumus codices Reg. 1. 2. Chiff. etc. id ipſa loci exigente ſententia. Prius legebatur, *in coitu Solis paras. Plane eadem etc.* Salmaſius coniiciebat, pag. 1007. *In coitu Solis paret et plenae*: Satis infeliciter. H.

b. *Eadem Aquilonia)* Ex vicinitate Lunae ad terras aeſtum augeri fatetur etiam Franc. Reſta, in Meteorol. tract. 1. de mari c. 15. pag. 668. ex Alberto M. H.

c. *Per octonos)* Cur vero non potius annis vndeviginti

paria incrementa centesimo Lunae reuocantur ambitu, augente[1] ea cuncta: Solis annuis causis, duobus aequinoctiis maxime tumentes, et autumnali amplius, quam verno: inanes d. vero bruma, et magis solstitio. Nec tamen in ipsis, quos dixi temporum articulis: sed e. paucis post diebus sicuti neque in plena aut nouissima, sed postea: nec statim vt f. Lunam mundus ostendat occultetue, aut media plaga declinet, verum duabus fere horis aequinoctialibus serius: tardiore g. semper ad terras omnium, quae geruntur in caelo, effectu cadente, quam visu[2] sicuti fulguris, et tonitrus, et fulminum. Omnes h. autem aestus in Oceano maiora inte-

1. *Augentibus. Vet. Pint.* 2. *nisu.*

ti redeunt hae vices, cum Sol Lunaque tunc ad eosdem ferme situs reuertuntur? aut cur non aliis lunaribus periodis? Id fieri Plinius existimat, quod octo annorum spatio centum Lunae circuitiones numerentur. H.

d. *Inanes vero bruma) Manes vero bruma*, Tol. et Salmant. codices Legendum forte, *mansuetiores*, vt paulo ante, *Mitiores quam cum in Austros degressa.* Pintian.

*Inanes)* Depressiores aestus aut minus tumentes. H.

e. *Sed paucis)* Altero nempe post die: non igitur ipso interlunii, pleniluniue, aut Lunae διχοτόμου, sed altero tantum post ea temporum momenta die. H.

f. *Vt Lunam)* Nec in eo praecise puncto quo Lunam terris caelum ostendit, subducitue, aut in meridiana caeli plaga sistit: (caelum enim secum rapere ac torquere sidera nouimus:) sed aliquanto post. H.

g. *Tardiore semper ad terras omnium quae geruntur in caelo effectu cadente quam visu)* Lego, *nisu*, non *visu*, verbo Plinio familiari, vt liquebit etiam paulo post. *Pint.*

h. *Omnes autem aestus in, etc.)* Romani veteres aestum maris accedentem *Veniliam* appellarunt, reciprocantem vero et in salum redeuntem, *Salaciam.* Cum autem in Germanicum Oceanum penetrassent Germanicis vocabulis pro Venilia, *Maladinam* dixerunt, vulgo *marce*, et pro Salacia *Lidunam*, quibus vocabulis vsus est Marcellus

integunt ſpatia inundantque, quam in reliquo mari: ſiue quia totum in vniuerſitate animoſius eſt, quam in parte; ſiue quia magnitudo aperta ſideris vim laxe graſſantis efficacius ſentit, eamdem anguſtiis arcentibus. Qua de cauſa nec lacus, nec amnes ſimiliter mouentur. Octogenis i. cubitis ſupra Britanniam intumeſcere aeſtus Pytheas Maſſilienſis auctor eſt. Interiora k. autem maria terris clauduntur, vt portu. Quibusdam tamen in locis ſpatioſior l. laxitas m. ditioni [1] paret [2]: vtpote cum plura exempla ſint, in tranquillo mari, nulloque velorum impulſu [3], tertio n. die ex Italia provecto-

1. *Dictioni Ch.* 2. *patet. Alii.* 3. *pulſu. Ch.*

cellus Empiricus, *Conficitur*, inquit, 12 *Cal. Iulias. Non intereſt quo die vel Luna: Liduna, vel Malina.* His verbis apparet obſeruatione ſuperſtitioſa Marcellum credidiſſe, alias vires herbis eſſe collectis, cum mare inundat; alias cum recedit. Oceanum refuſum vocat Virg. VII. Aeneid refluentem ἀψέῤῥοον Homerus: idem aeſtum extumeſcentem, ac detumeſcentem ἁλοσύδνην vocat. Vide Scalig. in Feſtum, voce Salacia. *Dal.*

i. *Octogenis)* Vix Pytheae hac in parte habenda fides. Tameſis certe, vbi aeſtus eſt maximus, mare vix recipit ad cubitos XIV. Inter Norvegiam et Daniam vix ſentitur aeſtus. At in ora Galliae San-Macloviana, quae Anglicae opponitur, vſque ad LXX. pedes aeſtus attolluntur, et quandoque ad XC. vt aiunt Furnerius, Hydrogr. L. IX. c. 21. p. 353. Fr. Reſta, Tract. 2. de mari c. 15. et alii. H.

k. *Interiora)* Mediterranea. H.

l. *Spatioſior laxitas)* Lunae viribus ac imperio. *Dal.*

m. *Ditioni)* Lunae Soliſque efficientiae, *quae ciet aeſtum.* H.

n. *Tertio die)* Africana littora ad Vticam, Tunetum, Hipponem, aliaſque quasdam oras, ſentiunt quidem aliquem aeſtum, ſed leuem: et Melita certe multo maiorem. Quare quod tertio die ex Italia Vticam deſcenſus ſit factus, id non tam aeſtui, quam prono aquarum Ponti,

Pro-

vectorum [1] Vticam, aestu feruente. Circa litora autem magis quam in alto deprehenduntur hi motus: quoniam o. et in corpore extrema pulsum venarum, id est, spiritus magis sentiunt. In plerisque tamen aestuariis propter dispares siderum in quoque tractu exortus, diuersi existunt aestus, tempore, non ratione, discordes; sicut in p. Syrtibus.

C. Et quorumdam tamen priuata natura est, velut Tauromneitani [2] euripi q. saepius, et in Euboea septies r. die ac nocte reciprocantis. Aestus [3] idem s. triduo

1. *Perrectorum. Ch. 6. Tauromeitani. Ch. 3. idem aestus, etc.*

Propontidis, et Aegei maris lapsui in mare internum, atque inde in oras Africanas, adiuuante tamen nonnihil, si ita videtur, ipso aestu, tribuendum est. H.

o. *Quoniam et in corpore)* Adiuuat forsan hanc similitudinem Furnerii doctrina, statuentis Hydrogr. L. IX. c. 8. p. 340. vt in corporibus nostris febrium statas reuersiones, sic in mari aestus cieri, commotis vaporibus halitibusque marina aqua inclusis. H.

p. *In Syrtibus)* De his Solinus, c. 27. p. 49 *Syrtes inaccessas vndosum ac reciprocum mare efficit, cuius sali defectus vel incrementa haud promtum est deprehendere: ita incertis motibus nunc in breuia crescit dorsuosa, nunc aestibus inundatur inquietis: et auctor est Varro perflabilem ibi terram ventis penetrantibus, subitam vim spiritus citissimi, aut euomere maria, aut reforbere.* H.

q. *Euripi)* Vide Pomponium Melam. *Dal.*

*Euripi)* Euripon vocant, inquit Mela, L. II. c. 7. p. 43. agens de Chalcidico, *rapidum mare, et alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus inuicem versis, adeo immodice fluens, vt ventos etiam ac plena ventis nauigia frustrerur.* H.

r. *Septies die)* Ita Strabo, L. I. p. 55. Cicero de N. D. L. I. aliique. At Gillius, qui ea loca vestigauit, vt narrat Fr. Resta in Meteorol. Tr. I. de mari, c. 13. p. 656. didicisse se ex incolis ait, bis tantum fluere, bisque refluere, non septies aestuare: aliquando tamen has vices minime obseruare. Ita etiam Gassendus in L. X. Laertii, p. 1091. H.

triduo in menſe conſiſtit, ſeptima, octaua, nonaque Luna. Gadibus t., qui eſt delubro Herculis proximus, fons incluſus ad putei modum, alias ſimul cum Oceano augetur minuiturque, alias vero vtrumque contrariis temporibus. Eodem in loco alter, Oceani motibus conſentit. In ripa Baetis oppidum eſt, cuius putei creſcente aeſtu minuuntur, augeſcunt decedente, mediis temporum immobiles. Eadem natura in Hiſpeli oppido vni puteo, caeteris vulgaris. Et Pontus u. ſemper extra meat in

s. *Aeſtus idem*) Conſiſtentia, ſiue mediocritas aquarum non ſolum ſeptima die ſentitur, ſed et octaua, ac nona durat. Hoc Veneti prouerbio Italo ſignant, *Dalli otto alli noue l' acqua no' ſi muoue*, hoc eſt, ab octaua die ad nonam, aqua non ſe mouet: idemque aiunt accidere vltima quadratura: *Dalli ventitino alli ventidue, la no' va ne in ſù ne in Zuc:* hoc eſt, a 21. ad 22. neque creſcit, neque decreſcit. H.

t. *Gadibus*) Strabo ſub finem lib. III. *Dalec.*

*Gadibus*) Ita Polybius apud Strabonem, L. III. p. 172. Et in Petrocoriis Galliae oppido fons eſt omnino ſimilis, qui ſimul cum Oceano augetur minuiturque, quamquam ipſe a mari diſſitus leucis circiter XL. hoc eſt, paſſuum millibus fere centum. H.

u. *Pontus ſemper*) Seneca in praefatione L. IV. Quaeſt. Nat. *Ob hoc Pontus in inferum mare aſſidue fluit rapidus, non vt caetera maria alternans vltro citro aeſtus, in vnam partem ſemper pronus et torrens. Quod niſi faceret, hiſque itineribus quod cuique deeſt redderetur, et quod cuique ſupereſt emitteretur, iam aut ſicca eſſent omnia, aut inundata.* Vide infra cap. 13. L. IV. *Dal.*

*Et Pontus*) Ariſtot. Meteor. L. II. c. 1. p. 550. Strabo L. I. p. 503. Seneca Nat. Quu. L. IV. c. 2. p. 887. aliique. Eſt illud ſane admirabilitatis maximae, Ponti aquas et Aegei maris in internum ſeu mediterraneum mare labi: nihil viciſſim ex eo in Pontum refluere: adeoque parum in Atlanticum Oceanum, per Gaditanum fretum, vt cum ſex horis in Oceanum illud effluat, Oceanus ipſe, quaſi victor in mediterraneum pelagus ingrediatur per horas duode-

vigin-

in Propontidem, introrsus x. in Pontum numquam refluo mari.

CI. (XCVIII.) Omnia y. plenilunio maria purgantur; quaedam et ſtato tempore. Circa z. Meſſanam et Mylas fimo ſimilia exſpuuntur in litus purgamenta: vnde fabula, Solis a. boues ibi ſtabulari. His addit (vt nihil, quod equidem nouerim, praeteream) Ariſtoteles, nullum animal niſi b. aeſtu recedente exſpirare. Obſeruatum id multum in Gallico c. Oceano, et dumtaxat in homine compertum.

CII. (XCIX.) Quo vera d. coniectatio exiſtit, haud fruſtra e. ſpiritus [1] ſidus Lunam exiſtimari. Hoc eſſe

1. *Spiritus. Vet. ſpirituoſum ſidus Lunam etc. Ch. et M. ſpiritum ſidus Lunae. Gr.*

viginti, vti obſeruatum eſt a Furnerio, Hydrog. L. IX. c. 6. p. 338. nec tamen tanta aquarum copia terras inundari. H.

x. *Introrſus in Pontum numquam refluo mari)* Legend. *Prorſus in Pontum, etc.* ex autographo Toletano. *Pint.*

y. *Omnia plenilunio)* Ita et Seneca, Nat. Quu. L. III. c. 26. p. 874. vbi etiam addit quibusdam hoc fontibus ſimili ratione contingere. Strabo quoque, L. I. p. 53. H.

z. *Circa Meſſanam, etc.)* Seneca L. III. c. 26 *Dal.*

*Circa Meſſanam)* Haec totidem verbis Seneca cit. loco. Id experimento comprobatum a ſe viſumque olim teſtatur Fazellus decad. 1. L. IX. de reb. Siculis, c. 8. H.

a. *Solis boues)* Seneca l. c. Apollonii Scholiaſt. ad L. IV. v. 965. aliique. Hanc tamen fabulam confictam a veteribus, ob eximiam in locis illis paſcuorum felicitatem, auctor eſt Theophr. Hiſt. plant. L. VIII. c. 3. H.

b. *Niſi aeſtu)* Deprehenſum vſu eſt in maritimo Belgii tractu, eos qui obeſiore paulo corpore eſſent, aeſtu accedente periclitari: qui graciliore et ſicco, eodem recedente. H.

c. *In Gallico)* Et in Atlantico iuxta Gades, vt refert Philoſtratus, L. V. de vita Apollonii c. 1. p. 210. H.

d. *Quo vera coniectatio exiſtit)* Legend. *Quo vero coniectatio exiſtit haud fruſtra ſpiritus ſidus Lunam exiſtimari. Hoc eſt, quod terras ſaturet, accedenſque corpora impleat, abſcedens inanit.* Vide Sal-

esse [1] quod terras saturet, accedensque corpora impleat, abscedens inaniat. Ideo cum incremento eius f. augeri conchylia, et maxime spiritum sentire, quibus sanguis non sit. Sed g. et sanguinem [2] hominum etiam cum lumine eius augeri ac minui: frondes quoque ac pabula (vt h. suo loco dicetur) sentire, in omnia eadem penetrante vi.

CIII. (C.) Itaque [3] Solis ardore siccatur i. liquor: et hoc esse masculum sidus accepimus, torrens cuncta sorbensque.

CIV.

1. *Est Ch.* 2. *Sic quoque Ch. sanguine hominem Gr.* 3. *Ita, cum Solis ardore siccetur liquor (nam et hoc, etc. sorbensque) sic mari, etc. Pint.*

Salmas. p. 755. b. *Gr. Quo vero coniectatio existit, haud frustra sidus Lunae existimari)* *Lunam*, habet autographum Toletanum, non, *Lunae:* recte opinor. *Pintianus.*

e. *Spiritus sidus)* Hoc est, vitae sidus, quod vitalem humorem ac spiritus in corporibus rebusque omnibus varie temperet. Ita rescripsimus ex cod. Reg. 1. cum prius legeretur, *spiritum sidus Lunae.* In Chiff. *spiritu o sum.* H.

f. *Augeri conchylia)* Luna alit ostrea, et implet echinos, muribus, et pecori fibras addit. Lucilius ad Gellium cap. 7. L. XX. Vide Arist. de partibus animal. L. IV. cap. 5. Prol. quadrip. L. I. c. 2. et ibi Procl. *Dal.*

*Conchylia)* Horat. L. II. Sat. 4. v. 30. *Lubrica nascentes implent conchylia Lunae.* Vide quae diximus sect. 41. H.

g. *Sed et sanguine hominem etiam cum lumine eius augeri)* Lego, *Sed et sanguinem hominum etiam, etc.* ex vtroque exemplari. *Pintian.*

*Sanguinem hominum)* Ita Reg. 1. 2. Chiff. Tolet. etc. non *sanguine hominem*, vt editi. Egregie in eam sententiam Iulius Firmicus L. IV. Mathes. in praef. p. 84. *Nam et crescentis Lunae*, inquit, *augmenta in corporibus nostris, et deficientis luminis damna sentimus. Medullae enim humani corporis, cum Luna crescunt: cum vero inanis coeperit luminibus destitui, tenuati corporis fatigatione langueſcunt* etc. H.

h. *Vt suo loco)* Libro praesertim XVIII. f. 75. H.

i. *Siccatur liquor)* Ita mare, quod magis magisque exsiccari in Sole in dies, futurumque aliquando vt to-

CIV. Sic mari late patenti saporem k. incoqui salis; aut l. quia exhausto inde dulci tenuique, quod facillime trahat vis ignea, omne m. asperius [1] crassiusque linquatur: ideo n. summa [2] aequorum aqua dulcio-

1. *Summam aequorum aquam dulciorem profunda. Alii.*
2. *et asperius. Ch.*

tum absumatur, affirmat Aristoteles, Meteorol. L. II. c. 1. p. 549. H.

k. *Saporem incoqui salis)* Rhodig. c. 15. et 16. L. XXVI. Plutarch. de plac. ph. III. cap. 16. *Dalec.*

l. *Aut quia exhausto inde dulci)* Dictionem, *aut*, supervacaneam censemus: totum enim perturbat sensum, qui sine illa constat perbelle. Nam etsi paulo post similes particulae sequantur, non tamen ad hanc referendae sunt, sed ad confutandam Aristotelis, et Senecae, et aliorum opinionem de salso maris sapore, appositae. *Pint.*

*Aut quia)* Tergeminam in medio causam proponit, cur salsum sit mare. Hanc priorem affert etiam Hippocrates L. de aere, locis, et aquis, c. 4. p. 197. Tom. VI. et Arist. L. II. p. 552. Eam porro fuisse et Anaximandri sententiam, auctor est Plutarchus L. III. de plac. Philos. c. 16. p. 896. H.

m. *Omne asperius crassiusque linquatur)* Scribo, *liquatur*, hoc est, liquescit ardore Solis: quod cum fieri nequeat in profunda parte aequorum, quo radii Solis non penetrant, sequitur quod subiungit, *summam aequorum aquam, etsi salsa sentiatur, dulciorem tamen esse profunda. P.*

n. *Ideo summa)* Vide Not. et Em. N. LXXXIV. (hic adi.) *Ideo summa aequorum aqua dulciorem profundam)* Sunt critici, qui sincerum vas amant incrustare: quique corrigere malunt, quam intelligere; dum hunc locum ita perturbata sententia mutant, *Ideo summam aequorum aquam dulciorem esse profunda: vel summam aequorum aquam dulciorem profundit.* Sed et a Plinii mente discedere, et a codicum omnium prorsus auctoritate deficere emendationem huiuscemodi certissimum est. Ait enim ille summam aquam ideo esse salsam, quia Solis attractu exhausto tenui dulcique, linquitur id quod asperius, idque esse quod gustu tractatur. Scio recentiores plurimos in ea esse haeresi, quae marinas aquas in imo salliores pertendit, quam in superficie: quoniam aqua salsa quam dulcis, vt Arist. ait, multo

est

dulciorem profundam: hanc esse veriorem causam asperi saporis, quam quod mare terrae o. sudor sit aeternus; aut p. quia plurimum [1] ex arido misceatur



1. *Plurimus ex arido misceatur illi vapor.* Ch. Sal.

est grauior. Sed quid Plinius senserit, scripseritue, id vero prius inuestigandum nobis incumbit, quam quid scribere eum ac sentire oportuerit. Arist. certe, sect. 23. probl. 30. p. 788. Διὰ τί τῆς θαλάσσης τὰ ἄνω τῶν ἐν τῷ βάθει ἁλμυρώτερα; ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς φρέασι τοῖς ποτίμοις τὸ ἐπιπολῆς ἁλμυρώτερον τοῦ εἰς βάθος καὶ τοὐναντίον τὸ κατωτέρω βαθύτερον γὰρ τὸ ἁλμυρόν. Ἢ διότι ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἀναγει ἀεὶ τὸ ἐλαφρότατον ἀπὸ τῶν ὑγρῶν; Gaza interprete: *Cur superius mare salsius et calidius est, quam inferius? et in puteis quoque potui idoneis pars superna salsior quam ima? quamquam esse e contrario debuit: grauius enim quod salsum est. An quia Sol et aer partem humoris leuissimam assidue detrahunt?* Et vero scimus vrinatores in vitreis vasculis e maris profundo aquam dulcem extulisse. H.

o. *Terrae sudor.)* Id quod existimauit Empedocles, vt refert Plutarch. l. c. p. 897. aliique veteres apud Aristotelem Meteor. L. II. c. 1. p. 550. quorum ipse opinionem ridet. H.

p. *Aut quia plurimum)* Altera ratio, quam pro salsugine maris explicanda proponit; Quia aqua maris ab exhalationibus terrae siccioribus calorem habet admixtum, sibique ingenitum. Quod autem calidum est, salsius est quam quod dulce, τὸ γὰρ ἁλμυρὸν θερμοτέρον τοῦ ποτίμου, inquit Aristot. sect. 23. Probl. 30. p. 788. Vide Not. et Em. N. LXXXV. (hic conspp.) *Aut quia plurimum ex arido miscetur illi vapore*) Gronouiana editio, *Aut quia plurimum ex arido miscetur illi sine vapore:* quae dictio *sine* praepositere addita, contra fidem omnium librorum, palam facit nescisse, qui sic edi curauit, quae vis subesset apud Plinium, optimosque Latinitatis auctores, huic voci *vapor*. Calorem enim significat: vti monuimus sect. 40. et alias saepe: non halitum illum frigidum humidumque, quem vulgo vaporem dicimus, ex aquis exhalantem. Sed vel ipsum calorem siderum, vel terrenum halitum, (exhalationem vocant) eorumdem vi in sublime tractum. Haud porro multum abludit, quod Plinius hoc loco affert, a Platonicorum sententia, existiman

illi vapore; aut q. quia terrae natura [1] ſicut medicatas aquas inficiat. Eſt in exemplis, Dionyſio Siciliae tyranno, cum r. pulſus eſt ea potentia, accidiſſe prodigium, vt s. vno die in portu dulceſceret mare. (CI.) E contrario ferunt Lunae foemineum ac molle ſidus, atque nocturnum ſoluere humorem, et trahere, non auferre. Id manifeſtum eſſe, quod ss. fera-

1. *Ex MSS. ſic emendauit Hard. conſentit Ch. natura medicatis aquas Gr. interficiat dat Hard. forte ex operarum errore.*

mantium genus aquae elementaris eſſe omnino geminum: alterum ex aere coactum vi frigoris, dulce: aliud, quod e terra ardoris et incendii vehementia exhalaſſet, ſalſum. Ita enim Plutarch. L. IV. de plac. Philoſ. c. 16. p. 897. Οἱ ἀπὸ Πλάτωνος τῶν ϛοιχειώδες ὕδατος, τὸ μὲν ἐξ ἀέρος κατὰ περίψυξιν συνιϛάμενον, γλυκὺ γίνεται, τὸ δ' ἀπὸ γῆς κατὰ περίκαυσιν καὶ ἐκπύρωσιν ἀναθυμιώμενον, ἁλμυρόν. H.

q. *Aut quia terrae*) Tertia ratio. Forte id euenit, inquit, quia terrae, quae marinis aquis ſubſternitur, natura eſt huiuſcemodi, vt medicata ſua vi ſeu amarore aquas inficiat. Multos eſſe in mari alueo Salinos montes, et reluti fodinas, quae ſub inde quaſi renaſcantur, haud improbabile recentioribus phyſicis videtur: cum tota paene inſula, quae *Ormuz* appellatur, nihil ſit praeter durum candidumque Salem, ex quo aedes ipſae exſtrui in eo tractu ſolent. Sed hoc vrinatorum experientiae aduerſatur, qui dulcem aquam ex imo mari in vitreis vaſculis attulerunt. H.

r. *Cum pulſus eſt*) Ac litteras deinde puerulus Corinthi docuit, magiſter luctus factus ex tyranno, vt ait Valerius Max. L. VI. c. 9. p. 329. vſque eo imperio carere non poterat, inquit, Cicero Tuſc. L. III. p. 379. H.

s. *Vt vno die in portu dulceſceret mare*) Vide Val. Max. cap. vltimo lib. VI. *Dalec.*

ss. *Quod ferarum occiſa corpora in tabem viſu ſuo reſolvat*) Scribendum, vt reſtatus ſum, *niſu*, non *viſu*, vt ſupra cap. 97. *Eadem aquilonia et e terris longius recedente mitiores quam quum in Auſtros digreſſa propiore niſu vim ſuam exercet.* Appellat *niſum* Plinius defluuium illud, quod a ſideribus in terram decidens, varios pro qualitate ipſius ſideris gignit effectus. *Influentias* philoſophi iuniores, hoc eſt, infantes ac barbari,

ferarum occiſa corpora in tabem viſu ſuo reſoluat: ſomnoque t. ſopitis torporem contractum in caput reuocet, glaciem refundat u., cunctaque humifico ſpiritu laxet. Ita penſari naturae vices, ſemperque ſufficere, aliis ſiderum elementa cogentibus, aliis vero fundentibus. Sed x. in dulcibus aquis Lunae alimentum eſſe, ſicut in marinis Solis.

CV. (CII.) Altiſſimum mare XV. y. ſtadiorum Fabianus tradit. Alii z. in Ponto ex aduerſo Cora-



bari, appellitant. Veruſta etiam exemplaria, *niſu* legunt, non aliter. *Pintian.*

t. *Somnoque ſopitis*) Elegans Macrobii in eam rem locus, Saturn. L. VII. c. 16. p. 641. *Non eſt ergo mirum, ſi ratione proprietatis quae ſingulis ineſt, calor Solis arefacit, lunaris humectat: Hinc et nutrices pueros alentes experimentis obtegunt, cum ſub Luna praetereunt: ne plenos per aetatem naturalis humoris amplius lunare lumen humectet — Hoc quoque notum eſt, quia ſi quis diu ſub Luna ſomno ſe dederit, aegre excitatur, et proximus fit inſano, ponderе preſſus humoris, qui in omne eius corpus diffuſus atque diſperſus eſt proprietate lunari, quae vt corpus infundat, omnes eius aperit et laxat meatus:* etc. H.

u. *Refundat*) Soluat. Certum eſt in plenilunio non eſſe nocturna frigora tam efficacia, quam alio tempore: idque a Lunae lumine, in quo videtur aliquid ineſſe caloris. H.

x. *Sed et in dulcibus*) Ita Zeno, Chryſippus, Poſidonius, aliique apud Laert. in Zenone, L. VII. Τρεπέσθαι δὲ τὰ ἔμπυρα ταῦτα, καὶ τὰ ἄλλα ἄζρα, τὸν μὲν ἥλιον, ἐκ τῆς μεγάλης θαλάττης, τὴν δὲ σελήνην, ἐκ ποτίμων ὑδάτων. H.

y. *XV. Stadiorum*) Scribit quoque Priſcianus, Iulii Caeſaris cura emenſis maribus, miſſis per orbem, qui eorum profunditatem explorarent, eam XV. ſtadiorum altitudinem repertam eſſe. Multo breuiore menſura rem Scaliger definit, Exerc. 38. vbi ait, *Aquae profunditatem raro excedere paſſus LXXX. Pluribus locis non accedere ad vicenos: paucisſimis ad centenos: paucioribus hunc numerum ſuperare.* Vide Ricciolum, de varia profunditate marium, Tom. I. p. 728. H.

z. *Alii in Ponto*) Sic etiam Ariſtot. Meteorol. L. I. c. 13

xorum gentis (vocant Βαθέα a., Ponti) trecentis fere a continenti ſtadiis immenſam altitudinem maris tradunt, vadis numquam repertis.

CVI. (CIII. b.) Mirabilius [1] id faciunt aquae dulces, iuxta c. mare vt fiſtulis emicantes [2]. Nam nec aquarum natura a miraculis ceſſat. Dulces mari invehuntur, leuiores haud dubie. Ideo et marinae [3], quarum natura grauior, magis inuecta ſuſtinent. Quaedam vero et dulces inter ſe ſupermeant alias. Vt d. in Fucino lacu inuectus e. amnis, in Lario

1. *Mirabile. CH.* 2. *emanentes. M.* 3. *marina natura grauior, magis inuecta ſuſtinet. Tol. V. Cod.*

c. 13. p. 546. Κατὰ Κοράξους περὶ τὰ καλούμενα Βαθέα τῆς Πόντου, ταῦτα δ' ἔξιν ἀπείρου τι τῆς θαλάττης βάθους. Οὐδεὶς γὰρ πώποτε καθιεὶς ἠδυνήθη πέρας εὑρεῖν. ταύτη δὴ πόρρω τῆς γῆς σχεδὸν περὶ τριακόσια στάδια, etc. H.

a. Βαθέα) Hoc eſt, maris immenſa profunditas. Eadem porro altitudo eſſe dicitur in mari Caſpio, in freto Britanniae et Hiberniae, et prope Vlmam Sueciae. Mare iuxta Taprobanen, Plinius L. VI. ſ. 24. profunditate tanta eſſe ait, nullae vt anchorae fidant. De ſtagnis etiam Seneca, Nat. Quu. L. III. c. 19. p. 871. *Iam quis ignorat*, inquit, *eſſe quaedam ſtagna ſine fundo?* H.

b. *Miracula aquarum, etc)* De aquarum miraculis vide Vitruu. lib. VIII. cap 3. et And. Baccium de therm. paſſim quidem, cum primis tamen lib. VI. cap. 23. *Dalec.* v. Ind. cap. L. II.

c. *Iuxta mare)* Vide Ariſt. Sect. 28. Problem. 19. 21. 27. *Dalec.*

*Iuxta mare)* Qualis eſt ille qui iuxta Aradum, de quo L. V. ſect. 34. In inſula S. Iacobi, nouo orbe, mille paſſibus a litore fons in alto emicat ſuauiſſimi ſaporis, tanta vi emergens, vt ſupra mare exſiliat ad cubiti altitudinem. H.

d. *Vt in Fucino lacu) Lago di Celano* hodie. *Dalec.*

e. *Inuectus amnis)* Vide Not. et Em. N. LXXXVI. (paulo poſt) Fucinus lacus, hodie *Lago di Celano.* Larius, *Lago di Como.* Verbanus, *Lago Maggiore.* Benacus, *Lago di Guarda.* Seuinus, *Lago di Seo*, vel *d' Iſeo.* Lemannus, *le lac de Geneue.* Amnium nomina dicemus,

L. III.

rio f. Addua g., in h. Verbano Ticinus, in i. Benaco Mincius k., in l. Seuino Ollius m., in Lemanno Rhodanus, hic trans Alpes, ſuperiores in Italia, multorum millium tranſitu hoſpitales ſuas tantum, nec n. largiores, quam intulere [1], aquas euehentes. Proditum hoc et in Oronte o. amne Syriae, multisque p. aliis. Quidam vero odio maris ſub-



1. *Tulere. M.*

L. III. f. 23. *Vt in Fucino lacu inuectus amnis)* Sic Reg. 2. ceterique codices MSS. Mirari porro hoc loco ſubit cur huius amnis nomen praetereat ſilentio, qui ceteros ſuo quenique proprio nomine indigitat: ſed quo modo nomen diſſimulat, id alibi ipſe aperit, nempe L. XXXI. f. 24. vbi Piconum vel Pitonium vocat. Vibius Sequeſter, p. 335. *Pitornium* appellat, *qui per medium lacum Fucinum Marſorum ita decurrit, vt aquae eius non miſceantur ſtagno.* H.

f. *Lario) Lago di Como. D.*

g. *Addua) Ada. Dal.*

h. *In Verbano) Maior. D.*

i. *In Benaco) La Gargde. Dal.*

k. *Mincius) Mento. Dal.*

l. *In Seuinno) Iſero. Dal.*

m. *Ollius) Oglio. Dal.*

n. *Nec largiores)* Si flumina lacubus innatare hoc vno Plinius argumento colligit, quod in exitu non maiorem euehant aquae vim, quam quantam intulerunt, ludit operam. Nam etſi permiſceantur inter ſe vel maxime, imminui lacus non continuo debet, ſi per eum amnis tranſierit. Quid quod enim ex iisdem amnibus nati lacus? qui amnes vbi depreſſiorem locum, hoc eſt, alueum lacus impleuerint, eamdem aquae molem trahentes pergunt porro vlterius, quo patitur decliuitas loci, alueique ſinus. Alioqui tamen, cum amnes quidam violentius per lacus ſeruntur, impermixtas ferme aquas ſeruare vulgo exiſtimantur: qua ratione fluuii quidam inſigniores retinent in mari per milliaria aliquot et curſus ſui tenorem, et ſaporem aquae. H.

o. *In Oronte)* Ita Strabo, L. VI. p. 275. De Oronte dicemus L. V. f. 18. H.

p. *Multisque aliis)* Singulare eſt in eo genere, quod de Tigri et Arethuſa narratur, L. VI. f. 31. H.

ſubeunt vada, ſicut Arethuſa q. fons Syracuſanus, in quo redduntur iacta in r. Alpheum, qui per Olympiam fluens, Peloponneſiaco litori infunditur. Subeunt terras [1], rurſusque redduntur, Lycus s. in Aſia, Eraſinus in Argolica, Tigris in Meſopotamia. Et quae in Aeſculapii t. fonte Athenis immerſa [2] ſunt, in Phalerico u. redduntur. Et in x. Atinate campo fluuius merſus poſt xx. M. paſſ. exit: et in Aqui-

1. *Terrae. Cb.* 2. *emerſa. Cb. M.*

q. *Arethuſa)* Dicemus ea de re oportunius, L. XXXI. ſ. 30. H.

r. *In Alpheum)* Idem tradunt de Alpheo Strabo et Timaeus *Dal.*

s. *Lycus in Aſia, etc.)* *Sic vbi terreno Lycus eſt epotus hiatu, Exiſtit procul hinc alioque renaſcitur ore.* De Eraſino vide Senec. Quaeſt. Nat. lib. III. cap. 26. *Sic modo qui bibitur tacito ſub iurgite lapſus, Redditur Argolicis ingens Eraſinus in vndis.* Virgilius de Arethuſa, *Sic tibi cum fluctus ſubterlabere Sicanos Doris amara ſuam non intermiſceat vndam. Dal.*

*Lycus in Aſia)* Ouid. Metam. XV. v. 273. *Sic vbi terreno Lycus eſt epotus hiatu, Exſiſtit procul hinc, alioque renaſcitur ore: Sic modo combibitur, tacito modo gurgite lapſus, Redditur Argolicis ingens Eraſinus in aruis.* Citat hos verſus etiam Seneca l. c. p. 873. ſubiungitque porro, *Idem et in oriente Tigrin facere: abſorberi: et deſideratum diu, tandem longe remoto loco, non tamen dubium an idem ſit, emergere.* Vide quae dicenda ſunt L. VI. ſ. 31. et quae ſcribit de Tigri, Oronte, aliisque Strabo, L. VI. p. 275. H.

t, *Aeſculapii fonte)* De hoc fonte Pauſanias in Atticis. H.

u. *Phalerico)* Fonte, cui nomen a Phalera Athenienſium portu, de quo L. IV. ſ. 11. H.

x. *Et in Atinate)* Tanagrum intelligit Principatus Citerioris in Italia amnem, qui in Salarim, *Selo*, defluit. Is infra Atinum, *Ateno*, ad diuerſorium publicum, *la Polla*, in ſpecum magno ſeſe cum murmure montis condens, poſt quatuor circiter paſſuum millia: haud procul oppido *Auletta* iterum emergit, ad diuerſorium, cui ex ea re facta appellatio, *L' boſteria del Pertuſo*, hoc eſt, Diuerſorium foraminis. H.

Aquileienſi Timauus. y. Nihil in Aſphaltite Iudaeae lacu, qui bitumen gignit, mergi poteſt, nec in Armeniae maioris Arethuſa: is quidem nitroſus piſces alit. In Salentino iuxta oppidum z. Manduriam [1] lacus ad margines plenus, neque exhauſtis aquis minuitur, neque infuſis augetur. In Ciconum a. flumine, et in b. Piceno lacu Velino lignum deiectum, lapideo cortice obducitur: et in Surio Colchidis flumine, adeo vt lapidem plerumque c. durans [2] adhuc



1. *Anduriam. Ch.* 2. *durus.*

y. *Timauus)* Hunc voragine abſorptum per CXXX. ſtadia ſub terras decurrere, ac rurſum emergere, ſcribit Poſidonius apud Strabonem L. V. p. 215. His adde Perſidis amnem Elaeum, de quo L. VI. f. 31. H.

z. *Manduriam)* In Chiffl. cod. *Ancuriam.* Liuius L. XXVII. p. 304. Mandurium in Salentinis agnoſcit. Stephano, Μανδύριον, πόλις Ἰαπυγίας. Lacus qui hic deſcribitur, *Andoria* hodieque appellatur, VII. circiter paſſuum mill. vltra Tarentum, ad oppidum *Caſalnuouo*, vt ait Leander. H.

a. *In Ciconum)* Seneca Nat. Quu. L. III. c. 20. p. 871. *Intereſt vtrum per loca ſulphure, an nitro, an bitumine plena aquae transeant. Hac ratione corruptae, cum vitae periculo bibuntur. Hinc illud de quo Ouid. ait: Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.* L. XV. Metam. v. 313. Ac paulo poſt: *Inde eſt quod res abiectae in eundem lacum lapideae ſubinde extrabuntur. Quod in Italia quibusdam locis euenit, ſiue virgam, ſiue frondem demerſeris, lapidem poſt paucos dies extrahis* etc. De Ciconum regione dicetur L. IV. f. 18. H.

b. *In Piceno lacu Velino)* *Piedi luco* Ouid. *Flumen habent Cicones quod potum ſaxea reddit Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus. Dal.*

*In Piceno)* Hoc eſt, vt ego quidem interpretandum benigne cenſeo, in ea Sabinorum regione, ex qua orti ſunt Picentes, vt dicetur, L. III. f. 18. Nam in mediis Sabinis, quae quarta Italiae regio eſt, lacus eſt Velinus, *Lago di Pie di Luco:* non in vero Piceno, quo quinta Italiae regio continetur. H.

c. *Durans adhuc integat cortex)* Rectior lectio, *durus*, etſi

huc integat cortex. Similiter in d. Silaro [1], vltra e. Surrentum, non virgulta modo immerſa, verum et folia lapideſcunt, alias ſalubri potu eius aquae. In exitu paludis f. Reatinae ſaxum creſcit. Et g. in Rubro mari oleae, virentesque frutices h. enaſcuntur. Sed et fontium plurimorum natura mira eſt feruore. Idque etiam in iugis Alpium, ipſoque in mari inter Italiam et Aenariam, vt in Baiano ſinu, et in Liri fluuio, multisque aliis. Nam i. dulcis hauſtus in mari [2] plurimis locis; vt ad Chelidonias inſulas, et Aradum [3], et in Gaditano Oceano. k. Patauí-

tauí-

1. *Sic ex MSS. Hard. in flumine Silaro Gr. flumine, d. in Tol. et Salm.* 2. *maris. Vet.* 3. *Arabum. Ch.*

etſi repugnant exemplaria, hoc ſenſu; non lignum tantum, ſed durum lapidem, duro adhuc integi cortice. *Pint.*

d. *In Silaro)* De eo L. III. f. 9. Eadem refert Strabo L. V. p. 251. Silius Italicus, L. VIII. *Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis.* H.

e. *Vltra Surrentum)* Vide Strabonem ſub finem lib. V. *Dalec.*

f. *Paludis Reatinae)* Ea palude ſola iumentorum vngulae durantur c. 2. l. XXXI. *D.*

*Paludis Reatinae)* Reate in Sabinis, de quo L. III. f. 17. De hac palude rurſum L. XXXI. f. 8. H.

g. *Et in Rubro mari oleae virentesque frutices enaſcuntur)* Haec verba deſiderantur in Tol. et Salmant. codd. *Pint.*

*Et in Rubro)* Vide Not. et Em. N. LXXXVII. (hic adi.)

*Et in Rubro mari* etc.) Tota haec clauſula, de oleis fruticibusque Rubri maris, expungenda eſt, ceu ſpuria: cum nulli eam libri manuſcripti habeant: atque huc translata temere ex L. XIII. f. 48. videatur. H.

h. *Frutices enaſcuntur)* Vide Theophraſt. in Hiſt. *Dal.*

i. *Nam dulcis)* De mari certe quod Aradum alluit, id Strabo diſerte affirmat, L. XVI. p. 754. modumque idem aperit, quo ex ipſo maris fundo dulcis aqua peti ibi ſoleat: qui modus hodieque in vſu frequenti eſt ad Ormuziam inſulam, vt Furnerius refert Hydrogr. L. IX. c. 26. p. 358. De Gaditano fonte ſeu puteo diximus, f. 100. H.

k. *Patauinorum)* Aquas Aponenſes dictas ſignificat, a Patauio quinto lapide diſſi-

tas:

tauinorum aquis calidis herbae virentes innaſcuntur: Piſanorum l. ranae: ad Vetulonios m. in Hetruria non procul a mari piſces. In Caſinate fluuius appellatur Scatebra n., frigidus, abundantior aeſtate. In eo, vt in Arcadiae Stymphali o., enaſcuntur [1] aquatiles muſculi. p. In q. Dodone Iouis fons cum

1. *Naſcuntur. M.*

tas: quarum e riuulis virides ſe florentesque plantas excerpſiſſe ſcribit Fallopius, L. de aquis thermalibus, c. 17. cum aquas illas non calidas modo, vt Plinius ait, ſed et feruentiſſimas eſſe idem Fallopius aſſeueret: Claudianus item, Carmine 49. cuius lemma, *Aponus. Eſtaque vicinis noxia pellis aquis: etc. Ardentis fecundus aquae, quacunque cauernas Perforat, offenſo eruditur igne, latex: etc. Quis ſterilem non credat humum? fumentia vernant Paſcua: luxuriat gramine cocta ſilex:* Eximia eſt huius fontis deſcriptio apud Caſſiodorum L. II. Variar. ep. 39. quae eſt Theodorici Regis ad Aloiſium architectum. H.

l. *Piſanorum)* Tertio fere a Piſis lapide, qua Luccam iter eſt. H.

m. *Ad Vetulonios)* *Viterbo. Dal.*

*Vetulonios)* Vetulonii oppidi rudera, *Vetuglia*, iuxta ſiluam *Vetletta* viſuntur etiamnum, in Etruria. Similis huic Vetuloniorum fonti fons ille, de quo Busbequius αὐτόπτης, ep. I. p. 10. *Illud quoque*, inquit, *dum eram Budae in* Hungaria *videre iuvit, fontem qui eſt extra portam, qua iter eſt Conſtantinopolim in ſummo mari feruentem, in cuius tamen fundo natantes deſpicias piſces: quos inde niſi coctos eximi poſſe non putes.* H.

n. *Scatebra)* Praeterfluit oppidum S. Germani prope Caſſinum, influit in Vinium, cuius Varro meminit: ambo deinde in Lirim, quem vocant *il Gariglione*. H.

o. *Stymphali)* Arcadiae is lacus eſt, Στυμφαλὶς Herod. L. VI. Erato, p. 358. H.

p. *Muſculi)* Mures exigui, vel aquatici mytuli, vt in multis Galliae fluuiis. *Dal.*

*Aquaniles muſculi)* Mures aquatici: non mituli piſces, vt viſum eſt nonnemini. Vide L. XXXI. f. 10. H.

q. *In Dodonæ)* Meminere huius fontis, ac miraculi, Lucretius, L. VI. Mela, L. II. c. 3. Solinus, c. 7. p. 22. Auguſtin. de Ciu. Dei, L. XXI. c. 5. Iſidorus, L. XIII. c. 13. alique. H.

cum ſit gelidus, et immerſas faces extinguat, ſi extinctae admoueantur, accendit. Idem meridie ſemper deficit; qua de cauſa Ἀναπαυόμενον r. vocant. Mox increſcens ad medium noctis exuberat: ab eo rurſus ſenſim deficit. In Illyriis ſupra fontem frigidum expanſae veſtes accenduntur. Iouis s. Hammonis [1] ſtagnum interdiu frigidum noctibus feruet. In t. Troglodytis fons u. Solis appellatur dulcis, circa diem

1. *Sic quoque Ch. fons frigidus Gr.*

r. *Anapauomenon)* Vide Pontanum. *Dal.*

Ἀναπαυόμενον) Quaſi alternis requieſcens, ac meridians: diem diffindens, vt Varro loquitur, inſititia quiete. Similem plane in Prouincia, quae Galliae pars eſt, Collis Martienſem appellatum, deſcribit eleganti oratione, Gaſſendus in L. X. Laertii, p. 1060. H.

s. *Iouis Hammonis fons)* Vide Scotonem, et noſtrum cap. 5. lib. V. *Dal.*

*Hammonis ſtagnum)* Vide Not. et Em. N. LXXXIX. (paulo poſt) Haec πικρὰ καλαμένη λίμνη, amarum ſtagnum, apud Diodorum, L. VII. p. 527. centum fere ſtadiis diſſitum ab oppidulis, quae nomine Iouis Hammonis cenſentur: quod nomen et ſtagno haeſit. *Iouis Ham. ſtagnum)* Ingentes tenebras effudere rei chorographicae, qui neglecta omnium codicum, Reg. 1. 2. Chiffl etc. vetere ac ſincera ſcriptura, edi curauerunt. *Hammonis fons*, pro voce *Stagnum*. Inde nata eruditorum conqueſtio, abire a ceteris ſcriptoribus Plinium, qui geminum fontem inducat, vbi ceteri vnum agnoſcant. H.

t. *In Troglodytis)* Aethiopibus ſcilicet, de quibus L. V. ſ. 5. et 8. Horum in confinio poſitam aedem Iouis Hammonis ad ſeptemtrionem, Curtius auctor eſt, L. IV. n. 29. p. 138. Harum regionum confuſi promixtique fines fecerunt, vt ab aliis ſcriptoribus aliubi collocaretur fons Solis, ipſumque Hammonis nemus ac fanum. In Lybia nonnulli, alii in Marmarica, in Cyrenaica alii, aliubi alii poſuerunt. H.

u. *Fons Solis)* De eo Herodot. L. IV. Melpom. p. 282. n. 181. Diodorus L. XVII. p. 528. Mela. L. I. c. 8. Curtius, l. c. n. 30. p. 139. aliique. Neque mirum debet videri, Garamantico fonti alteri, de quo L. V. ſ. 5. easdem prope mutationes adiudicari, vicesque caloris ac frigoris: cum tota haec regio, etiam mediis in arenis, multis

diem [1] maxime frigidus: mox paulatim tepeſcens, ad noctis media feruore et amaritudine x. infeſtatur [2]. Padi fons mediis diebus aeſtiuis velut interquieſcens ſemper aret. In Tenedo inſula fons, ſemper a tertia y. noctis hora in ſextam ab aeſtiuo ſolſtitio exundat. Et in Delo inſula Inopus [3] fons z. eodem, quo Nilus, modo, ac [4] pariter cum eo decreſcit augeturque. Contra Timauum amnem inſula a. parua in mari eſt cum fontibus calidis, qui pariter cum aeſtu maris creſcunt, minuunturque. In agro Pitinate b. trans Apen-

1. *Meridiem. Gr.* 2. *infeſtus. Vet.* 3. *Inolus. Ch.* 4. *ac pariter, redundant.*

tis manet fontibus, et dulcibus aquis, vt Curtius monet loc. c. H.

x. *Amaritudine)* Hoc in eo fonte ſingulare, nec cum Garamantico, aliisue, ſed cum ſtagno tamen, de quo proxime dictum eſt, ei commune. H.

y. *A tertia)* A tertia noctis hora *poſt Solis occaſum*, ad ſextam, *quae media nox*. H.

z. *Inopus fons)* Prodigioſa commenta augent, inquit Strabo L. VI. p. 271. qui Inopum e Nilo in Delum derivant: Ἐπιτείνεσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν, οἱ τὸν Ἴνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τῆ Νείλου περαιοῦντες. Idem habet et Pauſanias. Strabo L. X. p. 458. fluuiolum ait eſſe. Hunc igitur ſubterraneis occultisque meatibus venire Delum putabant: atque inde pares cum eo amne habere incrementi vices. Hodie nec huius fontis vllum, nec fluuii ibi veſtigium eſt. H.

a. *Inſula parua)* Peninſula eſt, cuius latus meridionale clauditur mari: orientale, Timauo amne: ſeptemtrionale, fluuiolo in Timavum defluente, cui cognomen a D. Antonii nomine inditum. Fontes calidi, *i bagni di monte Falcone*, ab oppido cognomine proximo appellantur: iidemque *di bagni di S Antonio*, ab aedicula huic Diuo ſacra. Diſtant a mari vno atque altero teli iactu: a Timaui fontibus, paſſibus fere mille. Hinc idem cum maris aeſtu incrementum detrimentumque patiuntur. Vide Senecam Nat. Quu. L. III. c. 16. *Sed quare quidam fontes ſenis horis pleni, ſenisque ſicci ſunt?* Cauſam afferre conatur Plinius Iun. L. IV. Ep. vlt. et Licetus L. V. de quaeſitis per epiſt. p. 277. H.

b. *Pitinate)* Pitinum ciuitas epiſcopalis fuit, vt appa-

ret

Apenninum fluuius Nouanus c. omnibus ſolſtitiis torrens, Bruma ſiccatur. In d. Faliſco omnis[1] aqua pota candidos e. boues facit: In Boeotia ee. amnis

1. *Clitumni amnis. Vet aſtipulat. M.*

ret ex Concilio Rom. ſub Symmacho. Exſtare eius veſtigia ait Holſtenius in Geogr. tribus circiter mill. paſſ. ab Aquilana ciuitate: Loco nomen, *Torre di Pitino*. H.

c. *Nouanus)* Forte *Vomanus* legi ſatius fuerit. Nam de Vomano flumine trans Apenninum in Piceno mentio L. III. ſ. 18. Exempla plurima fontium, amniumque, qui areſcant hieme, aeſtate redundent, vide apud Fr. Reſtam, in Meteorol. Tr. 2. de flum. et font. p. 735. Et in Vapiſcenſi agro Galliae, *Gap en Dauphiné*, referente Nic. Chorier, teſte oculato ac locuplete, L. I. hiſt. Delph. p. 36. fontes viſuntur ſolſtitio exundantes, qui ſenſim poſtea in dies vsque ad brumam decreſcant. H.

d. *In Faliſco omnis aqua pota candidos, etc.)* Faliſco. Virg. II. Georg. *Hinc albi Clitumne greges et maxima taurus Victima.* Silius lib. I. *Et lauet ingentem perfundens flumine ſacro Clitumnus taurum:* Eius fluuii Deus Iupiter Clitumnus vocabatur, de quo Plinius Iunior lib. VIII. Epiſtola 8. *Adiacet templum priſcum et religioſum: ſtat Clitumnus ipſe amictus ornatusque praetexta. Praeſens numen atque etiam fatidicum indicat ſortes.* Flumen ſacrum eum ideo vocarunt, quod, vt idem Plinius ait, in illo ad pontem vsque natare liceret, non nauigare. *Dal. In Faliſco Clitumni amnis aqua pota candidos boues facit)* Hominem peritum regionum, qui tam leui momento Clitumnum ex Vmbria in Hetruriam traduxit. Vetus lectio, *In Faliſco omnis aqua pota candidos boues facit. Gelen. In Faliſco omnis aqua)* *Amnis*, non *omnis*, noſtrates habent codices. *Pintian.*

*In Faliſco)* De Faliſca Plinius L. III. ſ. 8. H.

e. *Omnis aqua)* Vide Not. et Em. N. LXXXIX. (hic poſ.) *In faliſco omnis aqua pota candidos boues facit)* Ita Reg. 1. 2. etc. Labem intulere huic loco eruditi, qui cum apud Virgilium legiſſent, *Hinc albi, Clitumne, greges*, etc. vocem hanc *omnis aqua in Clitumni aquam* neglecta librorum MSS. auctoritate, mutare auſi ſunt: ſic enim in editione Parmenſi, aliisque veruſtioribus legitur. Quis tam ignarum locorum, Lario confinium, Plinium putauerit, vt neſciret Clitumnum

amnis Melas oues nigras: Cephiſſus f. ex eodem lacu profluens, albas: rurſus nigras Penius g., rufasque iuxta Ilium Xanthus, vnde et nomen amni. In i. Ponto

mnum amnem eſſe in Vmbria, Faliſcum vero agrum in Etruria, vt notat ipſe L. III f. 8. Etiamnum hodie totus hic Faliſcorum tractus, inter Ciminium montem, *Montagna di Viterbo*, et Tiberim amnem, circa Soractem montem boves albas habet. Hunc ab aquae potu circa ea loca fluentis trahi colorem Plinius arbitratur: haud temere. H.

ee. *In Boeotia)* Hoc de vtroque Boeotiae amne, tacito tamen nomine, refert ex Varrone Solinus, c. 7. p. 23. Seneca miraculum explicat, vel etiam auget, Nat. Quu. L. III. c. 25. p. 872. *Quibusdam fluminibus vis ineſt mira. Alia enim ſunt, quae pota inficiunt greges ouium: intraque breue tempus, quae fuere nigrae, albam ferunt lanam: quae albae venerant, nigrae abeunt. Hoc etiam in Boeotia amnes duo efficiunt: quorum alteri ab effectu Melas nomen eſt: vterque ex eodem lacu exeunt, diuerſa facturi.* H.

f. *Cephiſſus ex eodem, etc.)* Vterque in Orchomenium lacum effunditur. Theophraſt. c. 12. lib. IV. Hiſt. *Dalec.*

g. *Penius)* Vel vt ſcribitur L. IV. f. 15. *Peneus.* Graecis Πηνειὸς eſt. Seneca eleganter loco citato p. 873. *Si lana opus fuerit nigra, puellis paratus gratuitus infector eſt: ad Peneum gregem appellunt.* Sic enim prius legebatur, quam Muretus *ad Ceronem* ſcriberet. H.

h. *Rufasque)* Sic Ariſtot. Hiſt. Anim. L. III. c. 10. p. 353. vbi ξανθὰ πρόβατα ex Scamandri potu, qui deinde Xanthus ab ea re dictus eſt, prouenire ſcribit. Vitruuius pariter, L. VIII. c. 3. p. 162. ξανθὰ πρόβατα *armenta rufa* tranſtulit. Alii fulua malunt. Refert hoc ipſum Aelianus, Hiſt. Anim. L. VIII. c. 21. H.

i. *In Ponto fluuius Aſtaces irrigat campos)* Aſtacon oppidum eſſe Ponti in Bithynia vnde ſinus Aſtacenus dictus ſit, Strabo Ptolemaeus, Stephanus, Plinius, auctores ſunt. De fluuio qui *Aſtaces* dicatur, nihil comperi. Quamobrem ſcribendum hic puto, non *Aſtaces*, ſed *Aſtacenus*, poſſeſſiue, ſicuti multos hoc ipſo capite fluuios et aquas Plinius nominat, absque proprio nomine indicata modo regione in qua habeantur. *Pint. In Ponto fluuius Aſtaces irrigat campos, in quibus paſtae oues nigro lacte equae gentem alunt)* Cur abſurdum viſum eſt Scythicam gentem equi-

Ponto fluuius k. Aſtaces [1] rigat campos, in quibus paſtae [2] nigro lacte equae gentem alunt. In Reatino fons Neminie [3] appellatus, alio atque alio loco exoritur, annonae mutationem ſignificans. Brundiſii in portu fons, l. incorruptas [4] praeſtat aquas nauigantibus. Lynceſtis m. aqua, quae vocatur acidu-

1. *Aſtacenos rigat campos, irrigat. Ch.* 2. *oues paſtae nigro lacte, et equae. M. Vet.* 3. *ſic ex MSS. Hard. conſentit Ch. Neminia Gr.* 4. *incorruptas in ſpira praeſtat. Chiff. ſemper praeſt. M.*

equino lacte ali, is multo vaniora credidiſſet, quae Pauſanias de Victimis ex hoc armento tradit et ſacras quoque dapes apud illos equinis viſceribus conſtare. Certe apud Maronem legiſſe debuerat: *Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Gelen.*

k. *Aſtaces)* Vel *Aſtacenos:* hoc eſt, Aſtacenae regionis. H.

l. *Incorruptas praeſtat)* Ita Reg. 2. At Reg. 1. et Chiffl. *incorruptas in ſpira praeſtat:* forte, pro *incorruptas ſemper praeſtat.* H.

m. *Lynceſtis aqua)* Vibius Sequeſter *Lyceſium* nominat: Thraciaeque fluuium eſſe tradit. Ch. exemp. *Lynceſus* legit. Ouid. XV. Metam. *Huic fuit effectu diſpar Lynceſtius amnis, Quem quicumque parum moderato gutture traxit, Haud aliter turbat quam ſi mera vina bibiſſet.* Vide Senec. Quaeſt. Natur. lib. III. cap. 20. *Lynceſtae* Strabo. lib. VII. inter gentes Macedoniae refert, quae in Auſtrum et Ionium ſinum iacent. *Dalec.*

*Lynceſtis)* Nomen habet a Lynco oppido, de quo L. IV. ſ. 17. Ἐϛι δὲ καὶ περὶ Λύγκυν κρήνη τις ὕδατος ὄξεος, inquit Ariſtot. L. II. Meteorol. c. 3. p. 558. Vitruu. pariter L. VIII. c. 3. p. 163. *Sunt nonnullae*, inquit, *acidae venae fontium, vti Lynceſto*, etc. Seneca, L. III. c. 20. p 872. *Hoc habet mali et Lynceſtius amnis, Quem quicumque parum moderato gutture traxit, Haud aliter turbat, quam ſi mera vina bibiſſet.* Ouidiani ſunt verſus, ex L. XV. Metam. v. 329. Vide D. de Boiſſieu, L. de ſeptem miraculis Delphinatus, p. 123. in Oenirrhoe, ſeu fonte vinoſo, agri Vapincenſis. Plinius a Theopompo haec accepiſſe ſe profitetur L. XXXI. ſ. 13. De aqua Lynceſtide Theopompum laudat auctorem

acidula, vini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia n., et in agro o. Caleno. In p. Andro insula, templo Liberi patris, fontem, Nonis Ianuariis semper vini sapore fluere Mutianus q. ter Cos. credit: Διὸς r. Θεοδοσία [1] vocatur. Iuxta s. Nonacrim in Arcadia [2] Styx t., nec odore differens, nec colore, epota illico necat. Item in tt. Libroso [3] Tauro-

1. *Tecosia Vet. Dios Tecnosia Gr. Al.* 2. *consentit Ch. Arcadiae Gr.* 3. *Beroso, Gr. et Al.*

rem et Sotion, in Excerptis de fluminibus ac fontibus, p. 140. H.

n. *In Paphlagonia)* Vitruvius l. c. p. 164. et Athenaeus L. II p. 42. H.

o. *Agro Caleno)* In Campania. Val. Max. L. I. c. 8. p. 77. *Vel quare alteram in Macedonia, alteram in Caleno agro aquam, proprietatem vini, qua homines inebrientur, possidere natura voluerit.* H.

p. *In Andro)* De hoc miraculo dicetur, L. XXXI. s. 13. H.

q. *Mutianus)* Fuit is e gente Licinia, ex qua deinde Licinius Nerua Augustus, Licinii Valerianus et Gallienus Augustus cum filio Caesare, etc. H.

r. *Dios Tecnosia vocatur)* Ambo scripta exemplaria, *Dies Theodosia appellatur. Pinnian.*

Διὸς Δεοδοσία) Ita codices Reg. 1. 2. tresque alii, et Pintiani tuo: tamquam si dixeris, diuinum Iouis munus hunc fontem esse. Ea lectio potior videtur, quam quae hactenus recepta est in libris editis, Διὸς τεκνωσία, perinde ac si Iouis partus, (quia Iouis femore Liberum genitum fabulae ferunt) ad hunc fontem quidquam attineat. H.

s. *Iuxta Nonacrim)* Vitruvius l. c. p. 163. Plinius ipse L. XXXI. s. 19. aliique. Magnifice, vt solet, Seneca, Nat. Quu. L. III. c. 25. p. 872. *Circa Nonacrim in Arcadia Styx appellata ab incolis, advenas fallit, quia non facie, non odore suspecta est; qualia sunt magnorum artificum venena, quae deprehendi nisi morte non possunt.* Vide et Strabon. L. VIII. p. 389. Hoc refert ex Varrone Solinus c. 7. p. 22. H.

t. *Styx)* Vide cap. vlt. lib. XXXIX. et 2. lib. XXXI. *Dal.*

tt. *In Libroso)* Ita Reg. I. At Reg. 2. *Liberoso.* Editi deterius, *Beroso.* De Tauris Scythiae populis, L. IV. s. 26. H.

Taurorum colle tres fontes, ſine remedio, ſine dolore mortiferi. In u. Carrinenſi [1] Hiſpaniae agro duo fontes iuxta fluunt, alter omnia reſpuens, alter abſorbens. In eadem gente alius [2], aurei coloris omnes oſtendit piſces, nihil extra illam aquam caeteris differentes. In Comenſi iuxta Larium lacum, fons x. largus, horis ſingulis ſemper intumeſcit ac reſidet. In y. Cydonea inſula [3] ante Lesbon fons calidus, vere tantum fluit. Lacus z. Sinnaus [4] in Aſia circumnaſcente abſinthio inficitur a., Colophone in Apollinis Clarii ſpecu lacuna eſt, cuius b. potu mira reddun-

tur

1. *Catanenſi.* 2. *alueus. Cb.* 3. *In Sydonia inſula Gr. et Al.* 4. *Imaus. Cb.*

u. *In Carrinenſi Hiſpaniae, etc.)* Alii *Catanenſi*, leg. Fons ille Catanenſis abſorbens omnia hodie *Feruentia* vocatur: ager, Cadima, vicinus municipio Tentugallenſi. Auctor ſtirpis regum Luſitaniae narrat iumentum, quo vehebatur demerſo pede in eum fontem, vix extractum fuiſſe a duobus comitibus. *Dal.*

*Carrinenſi)* Pagus eſt tenuis, quatuor fere a Conimbrica leucis, quod etiamnum incolae appellant *Carromeu*, vt forte *Carrimenſi* ſcribi in Pliniano contextu oporteat. Ibi tres ii fontes viſuntur, quos Plinius hoc loco commemorat. Alterum ex iis omnia abſorbentem, *Ferueças* vocant, quod perenni aquarum et arenarum ebullitione feruet. Vide Vaſconcellium in deſcript. regni Luſit. et Andr. Reſendium L. II. Antiq. Luſit. H.

x. *Fons largus)* Hunc fontem deſcribit eximie Plinius Iun. L. IV. Ep. vlt. Eſt ad orientalem Larii lacus plagam, *Lago di Como*, X. mill. paſſ. a Como. H.

y. *Cydonea)* Vide L. V. ſ. 39. H.

z. *Lacus Sinnaus)* In Reg. 2. *Saunaus.* Reg. 1. et Colb. 1. *Aunaus.* Chiffl. *Imaus.* Alii, *Amaus.* Συναὸς vrbs eſt magnae Phrygiae Ptolemaeo, L. V. c. 2. p. 138. H.

a. *Inficitur)* Amareſcit. H.

b. *Cuius potu)* Tacitus Annal. L. II. p. 58. de Germanico: *Appellit Colophona, vt Clarii Apollinis oraculo vteretur. Non femina illic, vt apud Delphos: ſed certis e familiis,*

*et*

tur c. oracula, bibentium breuiore vita. Amnes retro fluere et noſtra vidit aetas, Neronis principis annis ſupremis, ſicut in rebus eius retulimus. d. Iam omnes fontes aeſtate quam hieme gelidiores eſſe, quem fallit? Sicut illa permira naturae opera, aes et plumbum in maſſa mergi, dilatata fluitare: eiusdemque ponderis alia ſidere; alia e. inuehi. Onera in aqua facilius moueri f. Scyrium[1] lapidem, quamuis grandem innatare, eumdemque comminutum mergi. Recentia cadauera ad vadum labi, intumeſcentia g. attolli. Inania vaſa haud facilius,



1. *Thyrreum Gr. et Alii.*

*et ferme Mileto accitus ſacerdos, numerum modo conſultantium, et nomina audit: tum in ſpecum digreſſus, hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerumque litterarum et carminum, edit reſponſa, etc.* H.

c. *Mira redduntur oracula)* Iis per ambages redditis exitium ſibi maturum impendere Germanicus monitus eſt. Rhod. cap. 5. lib. XXVII. *D.*

d. *Retulimus)* Supra cap. LXXXIII. *Dal.*

*Retulimus)* In libris hiſtoriarum, quos a fine Auſidii Baſſi compoſuit, vt dictum eſt in Praefatione ad Veſpaſianum. H.

e. *Alia inuehi)* In Silia Indiae montanae fluuio nihil innatare Strabo tradit lib. XV. *Dal.*

f. *Scyrium)* V. Not. et Em. N. XC. (hic adi.) *Scyrium lapidem, quamuis grandem innatare, eumdemque comminutum mergi)* Cum in libris editis omnibus legatur, *Thyrreum*, in Reg. 1. 2. Colb. 2. etc. *Tyreum:* nos ex certiſſima coniectura *Scyrium* reſcripſimus. Illud enim naturae miraculum a Plinio nunc refertur, cuius eſt iterum mentio L. XXXVI. ſ. 26. ſtatim initio, his verbis: *Lapidem e Scyro inſula integrum fluctuare tradunt, eumdem comminutum mergi.* H.

g. *Intumeſcentia)* Poſt duos vel tres dies, inquit Cardanus: poſt ſeptem, Leuinus Lemnius L. de occult. naturae. Cauſam huius emerſionis cadauerum ex aqua, refundunt Phyſici in ſpiritus, quibus pulmo et meatus omnes implentur, cum putreſcit corpus, et intabeſcit. Vide Fr. Reſtam, Tr. I. de mari. p. 706. Negant Luſitani

Taurorum colle tres fontes, ſine remedio, ſine dolore mortiferi. In u. Carrinenſi [1] Hiſpaniae agro duo fontes iuxta fluunt, alter omnia reſpuens, alter abſorbens. In eadem gente alius [2], aurei coloris omnes oſtendit piſces, nihil extra illam aquam caeteris differentes. In Comenſi iuxta Larium lacum, fons x. largus, horis ſingulis ſemper intumeſcit ac reſidet. In y. Cydonea inſula [3] ante Lesbon fons calidus, vere tantum fluit. Lacus z. Sinnaus [4] in Aſia circumnaſcente abſinthio inficitur a., Colophone in Apollinis Clarii ſpecu lacuna eſt, cuius b. potu mira reddun-

tur

1. *Catanenſi.* 2. *alueus. Cb.* 3. *In Sydonia inſula Gr. et Al.* 4. *Innaus. Cb.*

u. *In Carrinenſi Hiſpaniae, etc.)* Alii *Catanenſi*, leg. Fons ille Catanenſis abſorbens omnia hodie *Feruentia* vocatur: ager, Cadima, vicinus municipio Tentugallenſi. Auctor ſtirpis regum Luſitaniae narrat iumentum, quo vehebatur demerſo pede in eum fontem, vix extractum fuiſſe a duobus comitibus. *Dal.*

*Carrinenſi)* Pagus eſt tenuis, quatuor fere a Conimbrica leucis, quod etiamnum incolae appellant *Carromeu*, vt forte *Carrimenſi* ſcribi in Pliniano contextu oporteat. Ibi tres ii fontes viſuntur, quos Plinius hoc loco commemorat. Alterum ex iis omnia abſorbentem, *Feruenças* vocant, quod perenni aquarum et arenarum ebullitione feruet. Vide Vaſconcellium in deſcript. regni Luſit. et Andr. Reſendium L. II. Antiq. Luſit. H.

x. *Fons largus)* Hunc fontem deſcribit eximie Plinius Iun. L. IV. Ep. vlt. Eſt ad orientalem Larii lacus plagam, *Lago di Como*, X. mill. paſſ. a Como. H.

y. *Cydonea)* Vide L. V. ſ. 39. H.

z. *Lacus Sinnaus)* In Reg. 2. *Sannaus.* Reg. 1. et Colb. 1. *Annaus.* Chiffl. *Innaus.* Alii, *Amaus.* Συναὸς vrbs eſt magnae Phrygiae Ptolemaeo, L. V. c. 2. p. 138. H.

a. *Inficitur)* Amareſcit. H.

b. *Cuius potu)* Tacitus Annal. L. II. p. 58. de Germanico: *Appellit Colophona, vt Clarii Apollinis oraculo vteretur. Non femina illic, vt apud Delphos: ſed certis e familiis,*

*et*

tur c. oracula, bibentium breuiore vita. Amnes retro fluere et noſtra vidit aetas, Neronis principis annis ſupremis, ſicut in rebus eius retulimus. d. Iam omnes fontes aeſtate quam hieme gelidiores eſſe, quem fallit? Sicut illa permira naturae opera, aes et plumbum in maſſa mergi, dilatata fluitare: eiusdemque ponderis alia ſidere; alia e. inuehi. Onera in aqua facilius moueri f. Scyrium[1] lapidem, quamuis grandem innatare, eumdemque comminutum mergi. Recentia cadauera ad vadum labi, intumeſcentia g. attolli. Inania vaſa haud facilius,



1. *Thyrreum Gr. et Alii.*

*et ferme Mileto accitus ſacerdos, numerum modo conſultantium, et nomina audit: tum in ſpecum digreſſus, hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerumque litterarum et carminum, edit reſponſa, etc.* H.

c. *Mira redduntur oracula)* Iis per ambages redditis exitium ſibi maturum impendere Germanicus monitus eſt. Rhod. cap. 5. lib. XXVII. *D.*

d. *Retulimus)* Supra cap. LXXXIII. *Dal.*

*Retulimus)* In libris hiſtoriarum, quos a fine Auſidii Baſſi compoſuit, vt dictum eſt in Praefatione ad Veſpaſianum. H.

e. *Alia inuehi)* In Silia Indiae montanae fluuio nihil innatare Strabo tradit lib. XV. *Dal.*

f. *Scyrium)* V. Not. et Em. N. XC. (hic adi.) *Scyrium lapidem, quamuis grandem innatare, eumdemque comminutum mergi)* Cum in libris editis omnibus legatur, *Thyreum*, in Reg. 1. 2. Colb. 2. etc. *Tyreum:* nos ex certiſſima coniectura *Scyrium* reſcripſimus. Illud enim naturae miraculum a Plinio nunc refertur, cuius eſt iterum mentio L. XXXVI. ſ. 26. ſtatim initio, his verbis: *Lapidem e Scyro inſula integrum fluctuare tradunt, eumdem comminutum mergi.* H.

g. *Intumeſcentia)* Poſt duos, vel tres dies, inquit Cardanus: poſt ſeptem, Leuinus Lemnius L. de occult. naturae. Cauſam huius emerſionis cadauerum ex aqua, refundunt Phyſici in ſpiritus, quibus pulmo et meatus omnes implentur, cum putreſcit corpus, et intabeſcit. Vide Fr. Reſtam, Tr. I. de mari. p. 706. Negant Luſitani

quam plena, extrahi. Pluuias f. ſalinis aquas [1] vtiliores eſſe, quam reliquas: nec fieri ſalem, niſi admiſtis dulcibus. Marinas g. tardius gelare, celerius h. accendi. Hieme i. mare calidius eſſe, autumno k. ſalſius. Omne l. oleo tranquillari. Et m. ob

1. *Aquis. Ch.*

tani cadaucra in mare proiecta cis Aequatorem aquis immergi: vltra, mergi aiunt. Vide Furnerium Hydrogr. L. III. c. 28. p. 117. H.

f. *Pluuias ſalinis aquas vtiliores eſſe quam reliquas)* Codices noſtri, *Pluuias ſalinis aquis dulciores eſſe quam reliquas. Pintian.*

*Pluuias ſalinis)* Hoc illud eſt, quod rurſum ait L. XXXI. ſ. 39. *Sal vulgaris, plurimusque in ſalinis, mari affuſo, non ſine aquae dulcis riguis, ſed imbre maxime iuuante.* H.

g. *Marinas tardius)* Quia aquae ſalſae calidiores ſunt, vt ex Ariſtot. diximus, ſ. 104. H.

h. *Celerius accendi)* Ita Ariſtoteles ſect. 23. Probl. 15. p. 786. et Plutarch. Symp. L. I. qu. 9. p. 627. Αὐτή τε ἡ θάλαττα προσραινομένη ταῖς Φλοξὶ συνεκλάμπει, καὶ καίεται μάλιστα τῶν ὑδάτων τὸ θαλάττιον· ὡς δ' ἐγ' ὦμαι, διὰ τοῦτο καὶ θερμότατον ἐστίν. *Iniecta*, inquit, *in flammam aqua marina ſimul exardeſcit: neque vlla alia eſt aqua quae perinde incendatur: vtque mea fert ſententia; idcirco etiam eſt calidiſſima.* Quia pinguior eſt, vt indicio eſt oleum, quod ex ſale exprimitur, idcirco deuri poſſe Philoſophus l. c. putat, et Probl. 32. p. 788. Et ſane Dio refert, cum in pugna Actiaca Antonii milites conarentur plenis ſitulis ignem a Caeſarianis immiſſum reſtinguere, maiores inde vires cepiſſe. H.

i. *Hieme mare)* Ariſt. ſect. 26. Probl. 60. p. 806. H.

k. *Autumno)* Forte a pluviis primo autumno decidentibus, quas eſſe tum ſalſiuſculas docet Ariſtot. Meteor. L. II. c. 3. p. 556. Alioqui aeſtate ſalſius eſſe mare, ait Plutarch. in Quu. Nat. p. 914. H.

l. *Omne oleo)* Vide Plutarch. l. c. Διὰ τί τῆς θαλάττης ἐλαίῳ καταῤῥαινομένης γίνεται κατάφανεια καὶ γαλήνη, *Cur mare oleo conſperſum, perlucidum ſit et tranquillum?* H.

m. *Et ob id)* Plutarch. l. c. p. 914. Gerere tum credas oleum vicem conſpiciliorum, quibus lux maior, vegetiorque excipitur. H.

ob id vrinantes ore ſpargere; quoniam mitiget naturam aſperam, lucemque deportet. Niues n. in alto mari non cadere. Cum omnis aqua deorſum feratur, exſilire fontes, atque etiam in Aetnae radicibus flagrantis in tantum, vt quinquagena et centena millia paſſ. arenas [1] flammarum globo [2] eructet.

CVII. Iamque [3] et ignium, quod eſt naturae quartum elementum, reddamus aliqua miracula. Sed primum ex aquis.

CVIII.(CIV.) In o. Commagenes vrbe Samoſatis ſtagnum eſt, emittens limum (maltham p. vocant) flagrantem.



1. *Cineres et flammarum globos. M.* 2. *Ex MSS. ſic emend. Hard. conſentit Ch. globus Gr.* 3. *Namque. Ch.* 4. *in vrbe Comagenes Samoſata. Ch.*

n. *Niues)* Ob calidos halitus e mari exhalantes, quibus nix ante ſoluitur, quam decidat. Hinc etiam in locis maritimis eſt hiems mitior. H.

o. *In Comagenes vrbe Samoſata)* Scribo *Samoſatis*: neutrius enim eſt generis, clara natalibus Luciani, celebris apud Graecos ſcriptoris. Item *Commagenes*, cum duplici *m*, ſcribendum, vt oſtendimus in Pomponium. *Pint*

p. *Maltham vocant)* Maltha haec bitumen eſt. Malthae factitiae rationem, vide cap. 22. lib. XXXVI. *Dalec.*

*Maltham)* Vide Not. et Em. N. XCI. (paulo poſt) Malthae igitur nomine duo notantur a Plinio: Primum quidem, mixtura quaedam ex calce recenti, adipe ſuillo, et ficu, vt L. XXXVI. ſ. 58. Deinde limus flagrans, hoc capite in quo verſamur. De natiua, Agricola, L. I. de natura foſſilium p. 101. De factitia, L. VII. p. 321. *Maltham vocant)* Naphtham vocat Xiphilinus ex Dione in geſtis Pompeii, p. 1. ed. H. Stephani, vbi Luculli milites ait, dum Tigranocerta is obſideret, eo limo flagrante peſſime fuiſſe vexatos: eſſe illud genus bituminis, quod rebus omnibus adhaereſcat, nec humidis extingui poſſit: Τὰ Τιγρανόκερτα ἐπολιόρκει καὶ αὐτὸν οἱ βάρβαροι τῇ τε τοξείᾳ, καὶ τῇ νάφθᾳ κατὰ τῶν μηχανῶν χεομένῃ δεινῶς ἐκάκωσαν ἀσφαλτῶδες

tem. Cum quid attigit [1] ſolidi, adhaeret q.: praeterea tactu [2] ſequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo: flagrabatque miles armis ſuis: aquis etiam [3] accenditur. Terra tantum reſtingui docuere experimenta.

CIX. (CV.) Similis qq. eſt natura Naphthae: ita appellatur circa r. Babylonem [4], et in s. Aſtacenis [5] Par-

1. *Attingit. Vett.* 2. *Ex MSS. ſic Hard. conſentit Ch. tactus Gr.* 3. *d. in Ch.* 4. *Sic ex MSS. H. conſentit Ch.* 5 *Ex MSS. H. Auſtagenis. Gr. Anſtacenis. Ch.*

δες δὲ τὸ Φάρμακον τοῦτο, καὶ διάπυρον ἐτως ὡσθ' ὅσοις ἂν προσμίξῃ, πάντως αὐτὰ καταφλεγειν· ἐδ' ἀποσβέννυται ὑπ' ἀθενος ὑγρᾶς ῥᾳδιως. Simile quiddam accidiſſe Severi Imp. principatu, ſidem Dio refert, L. LXXV. p. 855. apud Xiphilinum. H.

q. *Adhaeret: praeterea tactus ſequitur fugientes)* Apographon Toletanum, *Adhaeret praeterea tactus, et ſequitur fugientes.* Salmanticenſe, *Adhaeret praeterea, et tactum ſequitur fugientis. Plur.*

qq. *Similis eſt natura naphthae, etc.)* Legend. *Similis eſt natura Naphthae: ita appellatur circa Babylonem, et in Aſtacene Parthiae profluens bituminis, etc.* Ἀσακηνὴ provincia eſt regni Parthorum. Per Parthiam igitur intellexit Plinius, τὴν τῶν Πάρθων ἐπικράτειαν. alias Ἀσακηνὴ diuerſa a Parthia proprie dicta, quae Παρθυηνὴ Graecis. *Salmaſ.* p. 241. b. Gr. *Similis eſt natura naphthae, etc.)* Latinorum quidam oleum viuum vocant. Gratius, *Vulcano condicta domus, quam ſubter eunti Stagna ſedent venis oleoque madentia vino.* Xiphilin. ex Dione refert Tigranocertanos naphtha ſeſe inter caetera defendiſſe, Lucullo vrbem oppugnante. Vide et And. Baccium de therm. lib. V. cap. 13, *Dalec.*

*Naphthae)* Vide quae diximus in Not. et Em. N. XCI. p. 469. p. H.

r. *Babylonem)* Iuxta Euphratem, vbi fontes bituminis plurimi, πηγαὶ ἀσφαλτίτιδες, inquit Iſidorus Characenus, p. 186. H.

s. *In Aſtacenis)* Vide Not. et Em. N. XCII. (hic coll.) *Aſtacenis Parthiae)* Quoniam Aſtacenos Ponti c. 103. nominarat, hos alterius iuris, Parthici nimirum imperii eſſe ſignificat. Ἀσακηνὴ, regio nominatur ab Iſidoro Characeno, ἐν σαθμοῖς Παρθικοῖς. H.

Parthiae, profluens, bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio ignium, transiliuntque t. protinus in eam vndecumque visam. u. Ita ferunt [1] a Medea pellicem x. crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona y. igne rapta.

CX. (CVI.) Verum in montium miraculis, ardet Aetna noctibus semper, tantoque aeuo ignium [2] materiae sufficit, niualis hibernis temporibus, egestumque cinerem pruinis operiens. Nec in illo tantum natura saeuit, exustionem z. terris denuncians.



1. *Fertur. Ch.* 2. *materia ignium. Ch. M.*

t. *Transiliuntque)* Concipiunt ignem illico, et arripiunt. Vide Dioscor. L. I. c. 101. et Strab. lib. XV. p. 743. Ii naphtham et aphtham vocant. H.

u. *Visam)* Eadem vis in radice Aproxidis infra c. 17. lib. XXIV. *Dal.*

x. *Pellicem)* Horat. *Hoc delibutis vlta donis Pellicem serpente fugit alite. Dal.*

y. *Corona igne)* Nota historia: Medeam iratam, veneno infectam pallam misisse ad pellicem Iasonis: ex qua palla ignis exsiliens, regium cum Creonte socero et noua nupta deussit. Horat. in L. Epod. de venenis Medeae, Carm. 5. *Quibus superba fugit vlta pellicem Magni Creontis filiam: Cum palla, tabo munus infectum, nouam Incendio nuptam abstulit.* Coronam fuisse, non pallam, auctor est Plinius. Adstipulatur Apuleius, L. I. Asin. aur. p. 64. *Et vt illa Medea, vnius dieculae a Creonte impetratis induciis totam eius domum, filiamque cum ipso sene, flammis coronalibus deusserat,* etc. H.

z. *Exustionem)* Veteres enim vniuersitatis rerum apocatastasin, id est, restitutionem, siue redintegrationem factam fuisse per cataclysmum tradunt, et olim futuram per ἐκπύρωσιν. Eius meminit Rhodig. cap. 21. lib. II. Eius fit et mentio infra c. 16. lib. VII. *Dal.*

*Exustionem)* Ignes subterraneos magis magisque crescere in dies, veteres opinabantur, ex quo rerum omnium consecuturam aliquando conflagrationem, τὴν ἐκπύρωσιν putabant. Vide quae dicturi sumus in eam rem, L. VII. f. 16. H.

cians. Flagrat a. in Phaſelide [1] mons Chimaera, et quidem immortali diebus ac noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui vere terra, aut b. foeno [2], Cnidius Cteſias tradit. Eadem c. in Lycia Hephaeſtii d. montes, teda flammante tacti [3], flagrant adeo, vt lapides quoque riuorum, et arenae in ipſis aquis ardeant: aliturque ignis ille pluuiis. Baculo ſi quis ex iis accenſo traxerit e. ſulcos, riuos ignium ſequi narrant. Flagrat in Bactris Cophanti noctibus vertex. Flagrat in Medis, et f. Sittacene [4], confi-

1. *Phaſelitis. Chiff. et Tol.* 2. *fimo. Long.* 3. *tracti flagrant, et adeo. Ch.* 4. *MSS. ſequitur Hard. e Caeſtia gente Gr. et Al.*

a. *Flagrat in Phaſelide mons Chimaera)* Ambo codices non *Phaſelide* habent, ſed *Phaſelitis*, quod et melius, vt paulo poſt *Flagrat in Bactris*, et mox, *Flagrat in Medis. Pint.*

*In Phaſelide)* De hac Lyciae parte, ſiue, vt alii volunt, Pamphyliae, quia in vtriusque confinio ſita, dicetur L. V. ſ. 26. Cteſiae Cnidii verba recitat Photius in Bibl. cod. 73. p. 146. Ὅτι πῦρ ἐστὶν ἐγγὺς Φασήλιδος ἐν Λυκίᾳ ἀθάνατον, καὶ ὅτι ἀεὶ καίεται ἐπὶ πέτρας καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὕδατι μὲν οὐ σβέννυται, ἀλλὰ ἀναφλέγει· φορυτῷ δὲ σβέννυται. Veteres codices legunt, *in Phaſelitis*, quemadmodum Antigonus in Mirab. hiſt c. 182. περὶ τὴν τῶν Φασηλιτῶν χώραν. H.

b. *Aut feno)* Cteſias φορυτῷ dixit, quae vox congeſta ſtramenta ſignificat: cuiusmodi ſunt ſeni ſtrues ex ſtabulis egeri ſolitae. Quae cauſa fortaſſis fuit, cur *fimo* mallet legi Longolius quam *feno*. H.

c. *Eadem in Lycia Hephaeſtii montes, etc.)* Legend. *Eadem in Lycia Hephaeſtii montes taeda flammante tractim flagrans, et adeo, etc.* vide *Salmaſ.* p. 801. b. *Gr.*

d. *Hephaeſtii)* De iis dicetur L. V. ſ 28. H.

e. *Traxerit)* Duxerit in terra ſulcos. H.

f. *Et Sittacene)* Vide Not. et Em. N. XCIII. (hic adi.) *Et Sittacene)* In libris editis hactenus, *et Ceſtia gente*. In cod. Reg. 1. et *in cutigente* R. 2. *in contingente*. Dum nobis felicior aliquis coniector ſuggerat quid reponi oporteat,

confinio Perſidis: Suſis quidem ad Turrim albam, e XV caminis, maximo eorum [1] et interdiu. Campus Babyloniae flagrat, quadam veluti piſcina iugeri magnitudine. Item g. Aethiopum iuxta Heſperium h. montem, ſtellarum modo campi noctu nitent. Similiter in Megalopolitanorum agro; tametſi internus i. ſit ille, iucundus, frondemque k. denſi ſupra



1. *Eorum. Et inter campos Babyloniae flagrat quaedam velut. Ch.*

porreat, edi curauimus, *Sittacene:* adducti auctoritate ſcriptoris De mirabil. Auſcult. p. 1153. cuius verba reddidiſſe fere Plinius creditur: Ἔστι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ, καὶ ἐν Ψιτακήνῃ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα, τὰ δὲ ἐν Μηδίᾳ ὀλίγον. τὰ δὲ ἐν Ψιττακήνῃ, πολύ. Ex Pſittacene, ſiue Sittacene, de qua L. VI. ſ. 31. *Pſittiagene* primum: mox *Ceſtia gente* potuit a librariis confingi. H.

g. *Item Aethiopum iuxta Heſperium montem)* Vtrumque exemplar, *Heſperum*, habet, non *Heſperium*. Vnde et *Heſperu Ceras* a Plinio alibi et Mela vocatur, vt in eum diximus. Proinde legendum hic, *Heſperu montem*, non *Heſperium*, etſi ſcio appellari etiam *Heſperion Ceras*, *Heſperios Aethiopas*. *Pintian.*

h. *Heſperium montem)* ſive Ἑσπέριον κέρας, de quo L. VI. ſ. 35. H.

i. *Internus)* In interiore nemore abditus. H.

k. *Frondemque denſi ſupra ſe nemoris non adurens, et iuxta gelidum fontem ſemper ardens. Nymphaei crater dira Apolloniatis ſuis portendit)* In tam paucis verbis quot res in cenſuram cadunt? Ante omnia coniunctio, *et*, cum maiore litera ſcribenda; vt adiuncta praecedentibus, ſit initium inſequentium. Legenda quoque verba illa, *Nymphaei crater*, ſine diſtinctione: deinde ſcribendum videtur, *egelidum*, non *gelidum*, quae dictio ſignificat tepidum vel ex Ouidiano verſu, cuius Seneca meminit libro declamationum ſecundo, *Et gelidum Boream, egelidumque Notum.* Tepidum vero fuiſſe fontem iuxta Nymphaei craterem, non frigidum, Strabo oſtendit ſeptimo geographumenon, his verbis: *In ipſis Apolloniatarum finibus celeber locus extat,*

*quem*

pra ſe nemoris non adurens, et l. iuxta gelidum fontem ſemper ardens. Nymphaei m. crater dira Apolloniatis ſuis portendit n., vt Theopompus tradidit. Augetur o. imbribus egeritque bitumen temperan-

*quem Nymphaeum vocant. Ibi vero et petra eſt ignem vomens, cui fontes ſubſunt, qui aquas tepidas bitumenque ſcatent, dum ipſa bituminis petra, vt par eſt, vritur.* haec Strabo. Praeterea videtur ordo verborum inuerſus eſſe, et praepoſtere conceptus, ſenſu aut nullo, aut vix cohaerente. Nam ſi ſemper ardet, qua ratione Apolloniatis ſuis dira portendit? Quapropter legendum cenſeo, *Et iuxta egelidum fontem Nymphaei crater. Dira ſemper Apolloniatis ſuis portendit ardens.* Neque enim crater ille ſemper ardet, vt oſtendunt Straboni verba paulo ante adducta, dum ipſa bituminis petra, vt par eſt, vritur: ſed cum ardet, dira ſemper Apolloniatis praenuntiat. Poſtremo diſpiciendum, an non *egelidum fontem*, ſed plurium numero *egelidos fontes* ſcribi debeat, vt Straboni cum Plinio conueniat. *Pint.*

l. *Et iuxta gelidum)* Vide Not. et Em. N. XCIV. (hic poſ.) *Et iuxta gelidum fontem ſemper ardens)* Laborabat hic locus interpunctione vitioſa, quae hanc clauſulam totam ad ſuperiora referebat, cum ad Nymphaei cratera pertinere ipſa orationis textura declaret: Quis enim ille fons inguſtabilis, de quo paulo poſt ea agitur, praeter hunc gelidum fontem eſſe alius queat? H.

m. *Nymphaei crater)* Sic petram vocabant flammas eructantem, cui fontes ſuberant, vnde bitumen manaret, in finibus Apolloniatarum poſitam, Strabo L. VII. p. 310. Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀπολλωνιατῶν καλεῖταί τι Νυμφαῖον· πέτρα δ' ἐϛὶ πῦρ ἀναδιδοῦσα etc. De hoc Nymphaeo rurſum L. III. ſ. 26. H.

n. *Portendit)* Cum dies noctesque ardere perſeueret, intermiſſiſſe ſemel fama eſt apud Apolloniatas, inquit Aelianus L. XIII. Var. hiſt. c. 16. quo tempore cum Illyriis bellum geſſerunt. Ita deſinendo magis, quam ardendo, Apolloniatis dira portendit. H.

o. *Augetur)* Vide Not. et Em. N. XCV. (hic poſ.) *Augetur imbribus)* Ita Dio L. XLI. p. 174. Sed Dionis locum interpres eius haud ſane ſatis fideliter reddidit: qui imbribus ſuperfuſis adoleſce-

perandum p. fonte illo inguſtabili: alias omni bitumine dilutius [1]. Sed quis haec miretur? in medio mari Hiera inſula Aeolia q. iuxta Italiam cum r. ipſo mari arſit per aliquot dies ſociali s. bello, donec legatio t. Senatus piauit. Maximo tamen ardet incendio Theon u. ochema dictum, Aethiopum iugum, torrentesque Solis x. ardoribus flammas egerit. Tot locis, tot incendiis rerum natura terras cremat.

CXI. (CVII.) Praeterea cum ſit huius vnius elementi ratio foecunda, ſeque ipſa [2] pariat, et minimis creſcat ſcintillis, quid fore putandum eſt in tot rogis terrae? Quae eſt illa natura, quae voracitatem

1. *Dulcius. M.* 2. *Ipſum.*

leſcere herbas ſcripſit, perinde quaſi id ſingulare quiddam ac prodigii ſimile ſit: cum imbribus augeri ignem Graecus auctor dixerit. H.

p. *Temperandum)* Diluendum. H.

q. *Aeolia)* Vna ex Aeoliis, de quibus L. III. ſ. 14. H.

r. *Cum ipſo mari)* Refert hoc oſtentum Poſidonius apud Strabonem L. VI. p. 277. multo vberius, accuratiusque. H.

s. *Sociali bello)* De quo diximus ſect. 85. H.

t. *Legatio Senatus)* De re tota certior factus Senatus a T. Flaminio Siciliae Praetore miſſis legatis Hieram Liparamque, rem ſacram fecerunt Diis manibus, marinisque, inquit Poſidonius loc. cit. τοῖς δὲ καταχθονίοις θεοῖς, καὶ τοῖς θαλαττίοις. H.

u. Θεῶν ὄχημα) Currum Deorum Latine licet interpretari. De eo dicemus L. VI. ſ. 35. H.

x. *Solis ardoribus)* Vide Not. et Em. N. XCVI. (hic ann.) *Torrentesque Solis ardoribus)* Venit in mentem aliquando ſatius fore, ſi ſcriberetur, *ſolis ardoribus*, quaſi tantum illis hae flammae nocerent. Sed viſum eſt nobis potius in lectione iam recepta acquieſcere: vt ſit haec loci ſententia: Solis ardoribus qui in eo tractu ſunt vehementiſſimi, regeri ab eo monte flammas, tamquam acceptas a Sole reddat, vel cum Sole ipſo de flammarum ardore contendat. H.

tatem in toto [1] mundo auidiſſimam ſine damno ſui paſcit? Addantur iis ſidera innumera, ingensque Sol. Addantur humani γ. ignes, et lapidum quoque inſiti naturae, attrita ζ. inter ſe ligna, iam nubium et origines fulminum. Excedit profecto omnia [2] miracula vllum [3] diem fuiſſe, quo non cuncta conflagrarent: cum ſpecula α. quoque concaua aduerſa Solis radiis facilius etiam accendant [4] quam vllus alius ignis. Quid β. quod innumerabiles parui, ſed natu-

1. *Iſto. M.* 2. *miracula omnia. Chiff.* 3. *vnum. Chiff.* 4. *ſic et Ch. accendantur. Gr.*

γ. *Humani ignes)* Hi noſtri ignes, quos vitae vſus requirit, vt Tullius ait de N. D. L. II. p. 67. H.

ζ. *Attrita inter ſe)* Ea de re dicemus L. XVI. f. 77. H.

α. *Specula quoque concaua, etc.)* De ſpeculis his exurentibus, quibus Romanorum ſuccendit naues Syracuſanus ille mathematicus celeberrimus Archimedes, res vulgo eruditorum nota eſt: cuiusmodi autem fuerint ea ſpecula non perinde conſtat. Pleroſque recentiorum in ea video ſententia eſſe, quaſi, in parabolae modum caua fuerint, vti praeter Vitell. a Milichio laudatum Orontius quoque peculiari libello perſecutus eſt, et Cardan. lib. III. de ſubtil. etc. Sed vetus auctor Anthemius *περὶ παραδόξων μηχανημάτων* (vti ex eo quod ſupereſt fragmento didicimus) *κλιβανοειδέα* fuiſſe tradit. Idem autem ab aliis praeſtitum reperies apud Zonaram in vita Anaſtaſ. Dicori. et Curion. Saracen. lib. II. p. 61. *Dalec.*

*Cum ſpecula)* Specula, inquit, concaua, Solis oppoſita radiis facilius accendunt, quam quiuis alius ignis. An non igitur excedit omnia miracula, vllum diem eſſe, quo non cuncta conflagrent et ab ipſo Sole, qui ingens eſt, et a ſideribus innumerabilibus; cum tanta vis inſit radiis huius vnius, vel ſpeculo exceptis? H.

β. *Quid quod innumerabiles parui, ſed naturales ſcatent?)* Alii, *Partus.* antiqua lectio, *Parui.* * Naturales dixit propter praecedentem ſpeculorum mentionem: *Parui*, quia hactenus de magnis loquutus. *Gelen. Quid quod innumerabiles parui, etc.)* Vide Senecam Quaeſt. Nat. lib. II. cap. 2. *Dalec.*

naturales ſcatent? In Nymphaeo exit e petra flamma, quae pluuiis accenditur. Exit c. et ad aquas Scantias. Haec d. quidem inualida, cum tranſit, nec longe in alia materia durans. Viret aeterno [1] hunc fontem igneum contegens fraxinus. Exit in Mutinenſi agro ſtatis e. Vulcano [2] diebus. Reperitur apud auctores, ſubiectis Ariciae f. aruis, ſi carbo decíderit, ardere g. terram. In agro Sabino et Sidicino h. vnctum flagrare lapidem. In Salentino oppido Egnatia i., impoſito ligno in ſaxum quoddam

1. *Ex aeterno. M. ſuperne. Alii.* 2. *Vulcanis. M.*

c. *Exit et ad aquas Scantias)* Eadem flamma micat in vliginoſa terra, cum baculo ſculpitur prope Gratianopolim Allobrogum, ad fontem quem Ardentem vocant, e quo ſtramen admotum poſſit accendi. *Dalec.*

*Aquas Scantias)* In Campania. Meminit ſiluae Scantiae non ſemel Cicero, orat. 1. de Lege Agr. H.

d. *Haec quidem)* Imbecilla, inquit, ea flamma eſt, cum a vena pabuli ſui diſceſſit; hoc eſt, a ſuo fonte. Mirabilius eſt quod de fonte Gratianopolitano ſcripſit Ardente, (id enim ei nomen eſt) narrat Auguſt. de Ciuit. Dei, et oculatus teſtis Nic. Chorrier, L. I. de hiſt. Delph. p. 47. Luculentius vero elegantiusque quam caeteri, Praeſes de Boiſſieu, L. de ſeptem mirac. Delphin. p. 1. *Fons*, inquit, *ille celebratus in agro Vocontiorum, ad radices Alpium maritimarum, tertii lapidis a Gratianopoli deverticulo, qui iugi flammarum exhalatione poſt hominum memoriam, noctu quidem violentius, interdiu ſegnius inaeſtuat, ea liquoris et ignis ſeu fidelitate, ſeu peruicacia, vt neque liquorem ignis calefaciat, neque ignem liquor extinguat*, etc. Hoc miraculum concinno admodum carmine idem exornauit. H.

e. *Vulcano)* Menſe Auguſto celebrata Vulcanalia ſcimus ex Columella L. XI. c. 3. H.

f. *Ariciae)* In Latio. Vide L. III. f. 9. H.

g. *Ardere terram)* Sulphurei quiddam aut bituminoſi ineſſe huic terrae neceſſe eſt. H.

h. *Et Sidicino)* Teani Sidicini agro in Campania, de quo L. III. f. 9. H.

i. *Egnatia)* Ridet hoc miraculum Horatius L. I. Sat. 5. v.

dam ibi ſacrum, protinus flammam exiſtere. In Laciniae k. Iunonis ara ſub dio ſita, cinerem immobilem eſſe, perflantibus vndique procellis. Quin et repentinos exiſtere ignes [1], et in corporibus etiam humanis. Traſimenum lacum arſiſſe totum: Seruio l. Tullio dormienti in pueritia, ex capite flammam emicuiſſe: L. m. Marcio in Hiſpania interemptis Scipionibus concionanti, et milites ad vltionem exhortanti, arſiſſe ſimili modo, Valerius n. Antias narrat. Plura mox et diſtinctius; nunc enim quadam mixtura rerum omnium exhibentur miracula. Verum o. egreſſa mens interpretationem naturae, feſtinat legentium animos per totum orbem velut manu ducere.

CXII.

1. *Sic et Chiff. ignes exiſtere Gr. et in aquis et in corporibus etiam hum. Gr.*

5. v. 97. — *Debinc Guatia lymphis Iratis exſtructa dedit riſusque, iocosque: Dum flamma, ſine thura liqueſcere limine ſacro Perſuadere cupit: credat Iudaeus apella, Non ego.* H.

k. *In Laciniae)* Val. Max. L. I. c. 8. p. 76. *Quapropter Crotone in templo Iunonis Laciniae aram ad omnes venatos immobili cinere donauerit potiſſimum natura.* Fuiſſe hanc aram Crotone, ſcribit etiam Dionyſ. Perieg. v. 371. H.

l. *Seruio Tullio)* Idem infra cap. 1. lib. XXXVII. Vide lib. II. Aeneid. Virg. de Iulo. *Dalec.*

*Seruio Tullio)* Val. Max. L. I. c. 6. n. 1. p. 37. *Seruio Tullio etiam tum puerulo dormienti, circa caput flammam emicuiſſe, domeſtici oculi adnotauerunt. Quod prodigium Priſci Tarquinii regis vxor Tanaquil admirata, Seruium ſeruā natum in modum filii educauit, et ad regium faſtigium euexit.* Vide pariter Liuium, L. I. Dion. Halic. L. IV. ipſumque adeo Plinium, L. XXXVI. f. vlt. H.

m. *L. Marcio)* Vide Valer. Max. l. c. n. 2. p. 38. H.

n *Valerius Antias)* Ex quo eamdem hiſtoriam recitat et Liuius L. XXV. p. 278. H.

o. *Verum egreſſa mens interpretationem naturae)* Archetypum Toletanum, non, *Verum*

CXII. (CVIII. p.) Pars q. noſtra terrarum, de qua memoro, ambienti (vt r. dictum eſt) Oceano velut innatans, longiſſime ab ortu ad occaſum patet, hoc eſt, ab India ad Herculis columnas Gadibus ſacratas s. octuagies [1] quinquies centena ſexaginta octo M. paſſ.

1. *Septuaginta octo Gr. Sabellico: octoginta quinque millia ſtadiorum, et praeterea ſexaginta octo.*

*Verum* legit, ſed *iterum:* vt legendum putem, *interim. Pintian.*

p. *Terrae vniuerſae menſura, etc.)* Capella philol. lib. VI. pag. 229. *Dalecampius.* v. Ind. cap. L. II.

q. *Pars noſtra)* Exſcripſit haec Martianus a Plinio, totidem fere verbis, vsque ad eum locum, *Alia via quae certior*, etc. L. VI. cap. de longitudine terrae, p. 198. 199. Exſcripſere et Theodoſii Miſſi, ſed vitioſiſſime. H.

r. *Vt dictum eſt)* Supra c. LXVI. *Dal.* et H.

s. *Octuagies quinquies)* Hoc eſt octuagies quinquies centena millia paſſuum, ac praeterea octo milliaria, et ſexaginta. Vide Not. et Em. N. XCVII. (hic conſp.) *Octuagies quinque centena ſexaginta octo mill.)* Ita Martianus L. VI. p. 198. hunc locum ad verbum transſcribens: cuius auctoritas, Sabellici et aliorum coniecturas explodit, qui legi volunt, *octoginta quinque millia ſtadiorum*, etc. Sed Martianum ipſum iam tum in deprauatos Plinii codices incidiſſe deprehendimus, cum ſcripſit, *Octuagies quinquies centena ſeptuaginta octo mill.* quemadmodum in Plinii libris ad hunc diem eſt editum. *Nos octuagies quinquies centena octo* repoſuimus ſiue LXXXV. LXVIII. (ſic enim ſcribebant veteres) pro LXXVII. detracta vnica, quae redundabat, denarii nota. Emendationis auctor fuit Arremidorus, cuius epitomen Agathemerus fecit, caputque integrum exſcripſit, capite quarto libri primi operis Geographici: cui titulus, vt Pliniano, Περὶ μήκους καὶ πλάτους τῆς οἰκουμένης. Sic igitur ille: Μῆκος δὲ τοῖς οἰκουμένης ἀπὸ Γάγγα εἰς τὰ Γάδειρα, σταδίων μυριάδων ς΄ καὶ ἡΦ΄ μϑ΄. Hoc eſt ſtadiorum 68549. quae omnino efficiunt millia paſſuum quot diximus, LXXXV. LXVIII. praeter fere quingentos. Et vero huic emendationi fauent etiam Codices Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. et alii, cum paulo

paſſ. vt Artemidoro auctori placet. Vt vero Iſidoro *, nonagies octies centena et decem [1] et octo M. Artemidorus adiicit amplius, a Gadibus circuitu ſacri promontorii ad promontorium t. Artabrum, quo longiſſime fons procurrit Hiſpaniae, u. CCCCXCI.[2] Id menſurae duplici currit via. A Gange amne oſtioque eius, quo ſe in Eoum Oceanum effundit per Indiam Parthyenenque ad Myriandrum vrbem Syriae, in Iſſico ſinu poſitam, quinquagies [3] bis x. centeſ

* *Sab. ſtadiorum M. XCVIII. ac praeterea XVIII. 1. LXVIII. Ch. 2. Octingenta M. nonaginta vnum Gr. Al. 3. quinquaginta quinque millia ſtadiorum. Sabellicus.*

paulo infra vbi totius ſpatii rurſum menſura ſummaque colligitur, ea eſſe ſtatuitur, quam diximus. Fauet et Parmenſis editio, aliaeque veteres, in quibus LXVIII. legitur. H.

t. *Promontorium Artabrum)* Ibi ſita eſt Olyſſipo. *Daleс.*

u. CCCCXCI.) Vide Not. et Em. N. XCVIII. (hic coll.) CCCCXCI.) Hactenus editum eſt DCCCXCI. Martianus etiam deterius, DCCCCXCI. Nos ex Artemidoro reponimus CCCCXCI. reſtituta priore nota centenarii, quam in quingenarium librarii transformarunt. Artemidori verba ſunt loco cit. p. 9. Ἀπὸ Γαδείρων δὲ διὰ ἱερᾶς ἀκρωτηρίας, καὶ Ἀρταβρῶν λιμένος, ϛάδιοι γπλβ. A Gadibus praeter ſacrum promontorium, et Artabrorum portum, ſtadia ſunt 3932. Efficiunt ea porro CCCCXCI. hoc eſt, quadraginta et vnum ſupra nonaginta millia paſſuum cum quingentis paſſibus, qui pro nihilo haberi ſolent in rotundis numeris. H.

x. *Quinquagies bis)* Ita codices ante laudati. Hoc eſt, quinquagies bis centena millia paſſuum, ac praeterea XV milliaria. Vide Not. et Em. N. XCIX. (hic inf.) *Quinquagies bis centena, XV. mill. paſſ.)* Iterum hoc loco Sabellicus mouet, legitque, *Quinquaginta quinque millia ſtadiorum.* Satis audacter id quidem. At Plinium Martianus eſt ſecutus, vel Artemidorum, cuius verba refert Agathemerus, l. c. Ἀπὸ μὲν Γάγγε ποταμῦ ἕως Μυριάνδρε τῷ ἐν Ἰσσικῷ κόλπῳ ϛαδίων μυριάδων δ καὶ ἀψκέ. Stadia ſunt 41725, ſiue millia paſſuum 5215000, quin-

centena quindecim M. paſſ. Inde proxima nauigatione Cyprum Inſulam, γ. Pataram [1] Lyciae, Rhodum, Aſtypalaeam in Carpathio mari inſulas, Laconicae [2] Taenarum, Lilybaeum Siciliae, ζ. Calarim [3] Sardiniae, α. vicies [4] et ſemel centena, tria millia

1. *Patras.* 2. *Taenarum Laconiae. Chiff.* 3. *Caralim, ex Strabone et Ptolemaeo. Vnde etiam infra lib. III. c. 7. propinquum promontorium Caralitanum appellatur.* 4. *trigeſies bis quinquaginta. Ch. tricies quater centena quinquaginta M. Alii.*

quagies et bis centena, quindecim millia paſſuum. H.

γ. *Pataram)* Vide Not. et Em. N. C. (hic. poſ.) *Pataram Lyciae)* Dalecampius in margine editionis ſuae reponit *Patras*, quae vrbs non Lyciae, ſed Achaiae fuit. Artemidorus l. c. εἰς Πάταρα. H.

ζ. *Calarim Sardiniae)* Oſtendimus in Pomponio *Caralim* enunciandum, non *Calarim*: errareque eos qui aliter proferant. *Pint.*

*Calarim)* Artemidorus apud Agathemerum l. c. ἐπὶ δὲ Καράλιν Σαρδοῦς. Vide quae dicturi ſumus L. III. ſ. 13. H.

α. *Vicies et ſemel)* Vide Not. et Em. N. CI. (hic adi.) *Vicies et ſemel centena, tria mil. paſſ.)* Nihil eſſe vſpiam arbitror, toto Pliniano opere, foedius deprauatum, quam hi numeri ſunt. In editis legebatur, *tricies quater centena quinquaginta mill. Deinde Gades quatuordecies centena quinquaginta mill.* In R. 1. 2. Colb. 3. Chiffl. XXXII. L. hoc eſt, *trigeſies bis centena, quinquaginta millia paſſ.* Sed duas videlicet ſummas in vnam conflarunt eorum codicum exaratores: Omiſere enim haec verba, *Deinde Gades*, etc. ac ſubſequentem numerum cum priore, qui *vicies* erat, iunxerunt. Nos Artemidorum ſecuti ſumus, apud quem particulares ſummae conſentiunt mirifice cum totali, quam idem Artemidorus ſaepe propoſuit, et Plinius ipſe paulo ante protulit, moxque iterum colliget. Artemidorus igitur l. c. a Myriandro interuallum ad Gades ait eſſe σταδίων διςμυρίων ς', ω' κ'. ſtadiorum 26820. A Calari vero ad Gades, σταδίων μυρίων, ſtadiorum 10000. Igitur a Myriandro Calarim, ſtadia ſunt 16820. quae efficiunt XXI. MMM. paſſ. hoc

millia paſſ. Deinde Gades duodecies b. centena, et quinquaginta M. paſſ. Quae menſura vniuerſa ab eo mari efficit octogies [1] quinquies centena, LXVIII [2] M. c. paſſ. Alia via, quae certior, itinere terreno maxime patet, a Gange ad Euphratem amnem d. quinquagies [3] et ſemel centena M. paſſ.

1. *Nonaginta octo millia ſtadiorum. Sabell.* 2. *LXXVIII. Gr.* 3 *quinquagies centena M. paſſ. et XXI. Gr. quinquaginta millia ſtadiorum et nouendecim. Sabellic. Long. paſſ. etiam leg. hic et in ſequentibus.*

eſt, vicies ſemel centena, et tria paſſuum millia, praeter quingentos. H.

b. *Gades duodecies)* Vide Not. et Em. N. CII. (hic conſp.) *Gades duodecies centena et quinquaginta millia paſſuum)* In libris editis perperam legitur *quatuordecies.* Artemidorus, vt diximus, habet decem millia ſtadiorum, quae efficiunt duodecies centena, et quinquaginta millia paſſuum. Adde Parmenſem editionem et Venetam 1479. in quibus legitur *duodecim*, haud dubie pro *duodecies.* Martianum nihil moror, apud quem corrupte admodum, *quadragies*, pro *quatuordecies*, ſi corrupto ille vſus eſt codice, vt videtur. H.

c. *LXVIII. mill.)* Vide Not. et Em. N. CIII. (hic conſ.) LXVIII. mill.) In editis poſt Hermolaum, *ſeptuaginta octo:* At Parmenſis editio, Veneta 1479. aliaeque LXVIIII. Regius vterque codex, Colb. 1. 2. Chiffl. LXVIII. idque cum ſuperiore Artemidori numero congruit, vt diximus. Iterum hic Sabellicus omnia ſuſque deque vertit. H.

d. *Quinquagies et ſemel)* Vide Not. et Em. N. CIV. (hic ext.) *Quinquagies et ſemel)* In editis, et apud Martianum ipſum, deſunt amplius centena millia: ſic enim habent, *quinquagies centena M. paſſ.* et XXI. In Reg. cod. 1. 2. et Colb. 2. LI. XIX. Corrigo LI. LXIX. hoc eſt, quinquagies et ſemel centena, et LXIX. mill. paſſ. Totidem enim paſſus efficiunt ſtadia, quae a Gange ad Euphratem Artemidorus ſtatuit, l. c. Καὶ ἄλλως, inquit, ἀπὸ Γάγγε ἕως Εὐφράτε ποταμοῦ, μυριάδων δ' καὶ α' τ' ν'. Alia via, a Gange ad Euphratem amnem, ſtadia 41350. Miror Sabellicum, qui ſtadiorum millia quinquaginta hoc loco reponit. H.

paſſ. et LXIX. Inde Cappadociae Mazaca e., CCCXIX. M. [1] Inde per Phrygiam, Cariam, Epheſum f., CCCCXV. Mill. ab Epheſo per Aegaeum pelagus Delum g., ducenta Iſthmum h. CCXII. quingenti [2]. Inde terra, et i. Lechaico [3] mari et Corin-



1. *CC. M. XLIV. Gr. Al.* 2. *CCXII. M. Gr. et Al.* 3. *ſic et Cb. Ab oppido Lechaeo ſinus Corinthiaci.*

e. *Mazaca CCCXIX mill.)* Vide Not. et Em. CV. Mazaca porro, Caeſarea Cappadociae eſt *M. CCCXIX mill.)* Libri omnes ſcribunt CCXLIV. quos ex Artemidoro fidenter emendamus. Ἀπ' Εὐφράτε, inquit, εἰς Μάζακα Καππαδόκων, ςάδια β φ'. ν'. Stadia 2550. efficiunt paſſus 318750. perfecto autem abſolutoque numero, CCCXIX. millia. H.

f. *Epheſum, CCCCXV. mill.)* Vide Not. et Em. N. CVI. (hic ext.) *Eph. CCCCXV. mill.)* Prius legebatur, CCCCXCVIII. pro CCCCXV. M. Verum Artemidorus l. c. Ἀπὸ δὲ Μαζάκων διὰ Φρυγίας τῆς παροριας, καὶ μεγαλῆς Καρίας ἕως Ἐφέσε ςάδιοι γ' τ' κ'. *A Mazacis vero per Phrygiam montanam, et magnam Cariam, vsque Epheſum, ſtadia 3320.* quae totidem, quot dixi, paſſus omnino efficiunt. H.

g. *Delum ducenta)* Conſentit plane hic numerus, et cum libris omnibus, et quod caput eſt, cum Artemidoro, qui ſtadia numerat 1600. Ἀπὸ δὲ Ἐφέσε εἰς Δῆλον διὰ τῆς Αἰγαίε, ςάδια α' χ'. H.

h. *Iſthmum CCXII. M. quing.)* Vide Not. et Emend. N. CVII. (hic ann.) *Iſthmum CCXII. M. quing.)* Editores Pliniani, cum in MSS. codicibus legerent, *Iſthmum CCXII. M. D. Inde terra*, etc. (ſic enim habent Reg. 1. 2. aliique:) edi curauerunt, CCXII. M. *Deinde terra:* cum eo loci littera D. quingenarii nota eſſet: quam nos reſtituimus, tum ex MSS. tum vero inprimis ex Artemidoro, qui ſpatium illud definiit ſtadiis 1700. Ἐπ' Ἰσθμον ςάδια α' ψ'. quae efficiunt CCXII. mill. cum quingentis paſſ. H.

i. *Et Lechaico)* Vide Not. et Em. N. CVIII. (hic poſ.) *Et Lechaico mari et Corinthiaco ſinu)* Ita correximus hunc locum, Pintianum ſecuti, vbi prius *Laconico* legebatur. Abeſt ſane ab hoc itinere longiſſime Laconicum mare: ſed vicinum eſt Iſthmo Lechaicum, a Lechaeo Corinthiaci

rinthiaco ſinu Patras Peloponneſi; xc. k. Mill. [1]: Leucadem l. LXXXVII. [2] millia quingenti [3]: Corcyram m. totidem: Acroceraunia n. centum triginta duo millia quingenti [4]: Brundiſium o. LXXXVII. [5] millia quingenti; Romam p. CCCLX. millia. Alpes vſque

1. *Ducenta duo M. D. Gr. et Al.* 2. *LXXXVI. Gr. Lechaico Gr.* 3. *d. in Chiff.* 4. *d. in Chiff.* 5. *LXXXVI. Gr. et Al.*

thiaci ſinus oppido cognominatum: de quo Plin. IV. ſ. 5. Emendationi noſtrae plane ſuffragatur Chiffletianus codex. H.

k. XC. *mill.)* Vide Not et Em. N. CIX. (hic ann.) XC. *mill.)* Prodigioſum hoc loco interuallum poſuere Plinii editores ab Iſthmi orientali parte vsque Patras, *ducenda duo millia quingenti:* ipſo Plinio repugnante, qui L. IV. ſ. 5. Iſthmi longitudinem ait eſſe paſſuum quinque millium: ſinus deinde Corinthiaci vſque Patras, LXXXV. quae ſumma efficit millia paſſuum XC. Atque hic numerus eſt, quem nos reſtituimus, quod eum non ſolum ſitus locorum, et Plinius ipſe, ſed et Artemidorus ſtatuit loco toties appellato, cum ait, Ἀπ' Ἰσθμοῦ διὰ Κορινθίας πόλεως εἰς Πάτρας, στάδια ψ' κ', ſtadia 720. ſiue, quod idem eſt, paſſus 9000. H.

l. *Leucadem* LXXXVII.) Vide Not. et Em. N. CX. (hic conſp.) *Leucadem* LXXVII.) Ita Chiffl. cod. Ita Plinius ipſe L. IV. ſ. 5. Ita demum Artemidorus toties appellatus: Λευκάδα, στάδια ψ'. Stadia 700 ſunt paſſus omnino LXXXVII. M. D. Male igitur in editis, LXXXVI. H.

m. *Corcyram totidem)* Artemidorus, ἐπὶ Κορκύραν, στάδια ψ' ſtadia 700. ſiue LXXXVII. mill. D. paſſ. H.

n. *Acroceraunia)* Conſentit plane Artemidorus: ἐπ' Ἀκροκεραύνια ὄρη στάδια α'ξ. Stadia 1060. ſunt paſſuum CXXXII. mill. cum quingentis. H.

o. *Brundiſium* LXXXVII.) Vide Not. et Em. N. CXI. (hic poſ.) *Brundiſium* LXXXVII.) Deeſt in libris milliare vnum. Artemidorus enim ἐπὶ Βρεντήσιον, στάδια ψ. Stadia 700. vt diximus, paſſus efficiunt LXXXVII M. D. H.

p. *Romam* CCCLX.) Artemidorus adſtipulatur, qui ſtadia numerat α'ω'π'. 2880. H.

vſque ad q. Scingomagum[1] vicum M. DXVIIII. r. Per Galliam ad Pyrenaeos montes Illiberim s. Hh 3 DCCCCXXVII.

1. *Calcincomacum. Vet. Circomagum DXVIII. Gr. Al.*

q. *Scingomagum)* Hodie *Suze.* Vide Not. et Em. N. CXII. (hic adu.) *Scingomagum)* Male hactenus *Cincomagum.* Strabo L. IV. p. 179. Ἔπ' Ἐβρόδυνον κώμην, εἶτ' ἄλλοι τοσοῦτοι διὰ Βριγαντίε κώμης, ἐκ Σκιγγομάγε, καὶ τῆς τῶν Ἄλπεων ὑπερθέσεως, ἐπὶ Ὦκελον τὸ πέρας τῆς Κοττίε γῆς· καὶ ἡ ἀπὸ Σκιγγομάγε δὲ ἤδη Ἰταλία λέγεται. *Ad Ebrodunum vicum: inde totidem per Brigantium vicum, a Scingomago, et Alpium altos transitus, vſque ad Ocelum, qui eſt terrae Cottiae finis: nam a Scingomago iam Italia dicitur.* Quibus ex rebus, aliisque idoneis argumentis, egregie probat Honor. Bouche, L. III. Hiſt. Prouinc. c. 3. p. 145. Scingomagum illud oppidum eſſe, quod poſtea Latinis Seguſium dictum eſt, vulgo *Suze*, Marchionatus titulo nobile, in Dioeceſi Taurinenſi: neque audiendum eſſe vulgus Geographorum, qui *Sezanne* interpretantur. Straboni, de Italiae capite, quod a Scingomago petit, adſtipulatur Itinerarium Hieroſol. *Seguſione* inquit, *inde incipit Italia.* H.

r. DXVIIII.) Vide Not. et Em. N. CXIII. (hic poſ.) DXVIII.) In libris omnibus DXVIIII. hoc eſt, vno milliari minus. Verum Artemidorus l. c. verum definit ſpatium: ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἕως Σκιγγομάγε κώμης, ὑπὸ ταῖς Ἄλπεσιν οὔσης, στάδια δ' ρ' ν' β'. Stadia 4152. quibus aequiualent paſſuum millia DXIX. H.

s. *Illiberim* DCCCCXXVII.) Vide Not. et Em. CXIV. (hic conſp.) *Illiberim etc.)* Hic rurſum aberrant a vero longiſſime codices Pliniani, quos vidi, omnes: ildemque nec ſatis ſibi conſtant. Editi quidem exhibent, CCCCCLVI. mil. Reg. 1. 2. CCCCLVI. Colb. 2. CCCCLXVI. cum ſcribi oporteat DCCCCXXVII. Apud Agathemerum quidem in lacuna eſt hoc loco numerus ſtadiorum, quae integra eſſe valde e re noſtra foret. Verum cum ex ſingularibus ſummis omnibus totalem colligat ſtadiorum 71560. et ad eas quae diſerte expreſſae ſunt, ſi addantur 7417. ſtadia, illa ipſa exſtitura ſit; iam nullus dubitationi locus relinquitur, quin eam ipſam hoc loco reponi oporteat.

Sunt

DCCCCXXVII.[1] Ad Oceanum et Hiſpaniae oram t. CCCXXXI.[2] Traiectu Gadis u. ſeptem millia quingenti. Quae menſura Artemidori[3] ratione efficit x. octuagies[4] nouies centena[5], XXXXV. Latitudo y. autem terrae a meridiano ſitu ad ſeptemtrionem, dimidio fere[6] minor colligitur, quadragies z. quater cente-

1. *DLVI. Gr. et Al.* 2. *CCCXXXII. Gr. Al.* 3. *Artemidoro atteſtante. Vet.* 4. *LXXXVI.* 5. *centena LXXXV. Gr. et Al.* 6. *ferme. Ch.*

Sunt autem ea ſtadia, hoc eſt, octuagies nouies DCCCCCXXVII. millia paſſuum, cum ſtadio vno, quod eſt in rotundo numero praetermiſſum. H.

t. CCCXXXI.) Vide Not. et Em. N. CXV. (hic. poſit.) CCCXXXI.) Plin. libri hic I. milliare addunt. Artemidorus, ἕως Γαδείρων, ϛαδία βχνα, ſtadia 26511. quae paſſus efficiunt CCCXXXI. mill. cum paſſibus fere CCCC. quae minor ſumma negligi plerumque ſolet. H.

u. *Gadis)* Fauet Artemidorus, qui traiectum Gadis ait eſſe ſtadiorum LX. H.

x. *Octuagies nouies)* Vide Not. et Em. N. CXVI. (hic adi.) *Octuagies nouies centena* XXXXV.) Mire hoc loco diſcrepant inter ſe codices. Editi quidem, *octuagies ſexies centena* LXXXV. Parmenſis editio *nonaginta*, (pro *nonagies*) LXIX. Martianus L. VI. p. 199. *octuagies quinquies* LXXVIII. At Regius codex. 1. 2. et Colb. 2. aliique, LXXXIX. LXXXX. hoc eſt, octuagies nouies centena, nonaginta millia. Ad haec ſincerae ſcripturae veſtigia accedit proxime noſtra emendatio, LXXXIX. XXXXV. Stabilitur autem inprimis Artemidori auctoritate ac ratione. Is enim ſummam omnium ſtadiorum colligens, ὁμοῦ ἀπὸ Γάγγου εἰς Γάδειρα, ϛαδίων μυριάδων ζ' καὶ αΦ'ξ ſtadia numerat 71560. quibus reſpondent omnino 8945000 paſſus, ac praeterea CLXXV. quorum in tanta menſura ratio vix haberi ſolet. H.

y. *Latitudo autem)* Haec totidem verbis Martianus, L. VI. p. 199. c. de latitudine terrae. H.

z. *Quadragies)* Vide Not. et Em. N. CXVII. (hic poſ.) *Quadragies)* Pliniani codices multi LIIII. LXII. perperam haud dubie pro XLIIII. XC. M. hoc eſt quadragies quater centena, et nonaginta millia: vt Guil. Pellicerii manu in ora librorum eius ſcriptum animad-

centena LXXXX millia [1]. Quo palam fit, quantum et hinc a. vapor abſtulerit, et illinc rigor [2]. Neque enim deeſſe arbitror terris, aut non eſſe globi formam; ſed inhabitabilia vtrimque incomperta eſſe. Haec menſura currit a litore Aethiopici Oceani, qua modo habitatur, ad Meroen b. decies [3] centena millia. Inde Alexandriam c., duodecies centena millia quinquaginta. Rhodum d. DLXIII, [4], e. Gnidum



1. LIV. *centena* LXII. *Gr. et Al.* 2. *liquor.* 3. *D.* CCCV. *Ch.* CCCCL. *Gr.* 4. *octog. quat. Ch* DLXXXIII. *Gr.*

animaduerti, ex probatis codicibus: quae ſumma reſpondet ſtadiis 35920. quo intervallo litus Aethiopici Oceani diſtare ab oſtio Tanais ſcripſit Artemidorus. Id vero planius multo fiet, collatis in vnam ſingularibus quae mox ponentur, menſuris. Martiani cum Plinii libris conſenſus, iam tum aetate eius deprauatos fuiſſe codices probat, quod alias ſaepe animaduertemus. H.

a. *Hinc vapor)* Hinc calor. et illinc frigus. H.

b. *Decies centena)* Vide Not. et Em. N. CXVIII. (hic adi.) *Decies centena)* Hic mirum in modum variant codices omnes. Libri editi, *quingenta quinquaginta millia.* Reg. 1. 2. Colb. et Chiffl. DCCV. Nos *decies centena*; ex Artemidoro. Πλάτος δὲ τῆς οἰκουμένης, inquit, ἀπὸ τῆς Αἰθιοπικῆς θαλάσσης ἐπὶ τὴν Μερόην, σταδίων ηʹ. Stadia 8000 efficiunt paſſus 1000000. Qui CCCCL. M. in Plinii textum induxerunt, ii ex Eratoſthenis computo Artemidori rationem metiri voluerunt, de qua videndus Strabo, L. I. p. 63. H.

c. *Alexandriam duodecies)* Conuenit plane hic numerus et cum Artemidoro, qui ſtadia decies mille ſtatuit, et cum ipſo Plinio et Eratoſthene, vti diximus ſ. 75. vbi Syenen a Meroe et Alexandria, medio itinere poſitam, abeſſe aiunt vtrimque DCXXV. mille paſſ. H.

d. *Rhodum*, DLXIII.) Vide Not. et Em. N. CXIX. (hic inſ.) *Rhodum* DLXIII.) Artemidorus habet tantum ſtadia δʹ Φʹ, 4500. ſeu paſſus DLXII. cum quingentis. Pliniani libri DLXXXIII. H.

e. *Gnidum*, LXXXVII.) Vide Not. et Em. CXX. (hic adi.) *Gnidum* LXXXVII.) In libris editis LXXXIIII. In Chiffl. LXXXV. In Colb. 2. LXXXVI. M. D. paſſ. H.

dum LXXXVII. [1] millia quingenti [2]. Con f., viginti quinque millia. Samum, C. millia. Chium g., LXXXXIV. [3] millia. Mitylenen h., LXV. millia. Tenedon i., XCIV. [4] millia. Sigeum k. promontorium, XII. millia quingenti. Os Ponti, CCCXII. millia, quingenti. Carambim promontorium, CCCL. Os Maeotidis, CCCXII. millia, quingenti. Oſtium l. Tanais

1. Octog. *quinque. Ch.* 2. LXXXIV. *Gr. et Al.* 3. XLIV. *Ch.* LXXXIV. *Gr.* 4. CXIX. *Ch.* XXVIII. *mill. Gr. et Al.*

f. *Con*, XXV.) Sic Artemidorus, de interuallo vtriusque inſulae: εἰς Κῶ, ϛάδια σ'. εἰς Σάμον, ϛάδια ω'. H.

g. *Chium*, LXXXXIV.) Vide Not. et Em. N. CXXI. (hic ext.) *Chium* XCIV.) Ita plane Reg. 1. 2. Colb. 2. aliique: quibus ſuffragatur Artemidorus: εἰς Χῖον, ϛάδια χ'ν', ſtadia 750. ſunt paſſuum millia LXXXIII. cum DCCL. Rotundo expletoque numero, LXXXXIV. In libris editis et MSS. quibusdam, excidit denarii nota, dum legunt tantum LXXXIV. pro LXXXXIV. H.

h. *Mitylenen* LXV.) Eodem recidunt Artemidori ſtadia 520. εἰς Μιτυλήνην, ϛάδια Φ' κ'. H.

i. *Tenedon* XLIV.) Vide Not. et Em. N. CXXII. (hic conſp.) XLIV.) Perturbatas hoc loco numerorum notas agnoſcere promtum eſt, cum in Chiffl. cod. hoc interuallum a Samo ad Chium attribuitur, quod ſane huc reuocari oportet, expuncto numero XXVIII. quem editi omnes retinent, vel CXIX quem manuſcripti. Artemidorus enim εἰς Τένεδον, inquit, ϛάδια τ'ν' ſtadia 350. quae efficiunt paſſuum XLIII. millia, cum DCCL. numero abſoluto, XLIV. mill. H.

k. *Sigeum)* De interuallo locorum conſentit Artemidorus: εἰς Σίγειόν, ρ'. Stadiis centum reſpondent ex aequo XII. millia paſſuum, cum quingentis. De Ponti item, Carambis, Maeotidisque diſtantia: ἐπὶ τὸ ϛόμα Πόντε, β' Φ'. Stadia 2500. Ἐπὶ Κάραμβιν, ϛάδια β' ω'. Stadia 2800. Εἰς ϛόμα Μαιώτιδος β' Φ'. Stadia 2500. Quae omnia cum Plinianis numeris plane congruunt. H.

l. *Oſtium Tanais* CCLXXV.) Vide Not. et Em. N. CXXIII. (hic conſp.) *Oſtium Tanais*, CCLXXV.) Sic Artemidorus, quem ſecuti ſumus, vt par

Tanais CCLXXV.[1] M. qui curſus compendiis maris breuior fieri poteſt, LXXXIX. m. M. Ab oſtio Tanais nihil modicum diligentiſſimi auctores fecere: Artemidorus n. vlteriora incomperta exiſtimauit, cum circa Tanaim Sarmatarum o. gentes degere fateretur ad ſeptemtriones verſas. Iſidorus adiecit duodecies[2] centena millia quinquaginta, vſque ad Thulen: quae coniectura diuinationis eſt. Ego non minore, quam proxime dicto ſpatio, Sarmatarum fines noſci intelligo. Et alioquin quantum eſſe debet, quod innumerabiles gentes ſubinde ſedem mutantes capiat? Vnde vlteriorem menſuram inhabitabilis plagae multo eſſe maiorem arbitror. Nam et a Germania immenſas inſulas non pridem



1. CCLXII. *Ch.* 2. *duodecim millia ſtadiorum et quinquaginta. Sabell. Ch.*

par fuit. Ἐπὶ Τάναϊν ποταμὸν, βσ'. Stadia 2200 efficiunt paſſus CCLXXV. mill. In libris omnibus excidit librariorum culpa denarii nota: nam CCLXV. tantum exhibent. H.

m. LXXXIX. *mil.)* Vide Not. et Em. N. CXXIV. (hic ext.) LXXXIX. *mil.)* Ita libri omnes. Ex Artemidoro tamen colligi dumtaxat poſſunt ſtadia 564. hoc eſt, paſſuum millia LXX. Martianus aberrat ab eo numero quam longiſſime, cum ait L. VI. p. 200. *Qui quidem curſus, ſi per maria tranſeatur, in compendium ducit millia* DCLXXVIII. H.

n. *Artemidorus)* Apud Agathemerum, l. c. Τὰ γὰρ ἄνω τῶν ἐκβολῶν τᾶ Τανάιδος ἀγνοεῖται εἰς Βορρᾶν. H.

o. *Sarmatarum gentes)* Herodoto Sarmatae ſupra Maeotin habitant quindecim dierum itinere. *Dalec.*

p. *Iſidorus adiecit)* Vide Not. et Em. N. CXXV. (hic poſ.) *Iſidorus adiecit duodecies centena millia quinquaginta)* Ita codices omnes MSS. et Martianus l. c. *Sed Iſidorus adiecit duodecies centena quinquaginta millia, vſque ad Thulen: quae quidem opinatio mihi videtur incerta.* Fruſtra igitur Sabellicus emendabat, *duodecim millia ſtadiorum, et quinquaginta.* H.

compertas, cognitum habeo. De longitudine ac latitudine haec ſunt, quae digna memoratu putem: Vniuerſum q. autem hunc circuitum Eratoſthenes r., in omnium quidem literarum ſubtilitate, et in hac vtique praeter caeteros ſolers, quem [1] cunctis probari video, ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadium prodidit. Quae s. menſura Romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia paſſ. Improbum auſum: verum ita ſubtili argumentatione [2] comprehenſum, vt pudeat non credere. Hipparchus t. et in coarguendo eo, et in reliqua omni diligentia mirus, adiicit ſtadiorum paulo minus XXV. millia. (CIX.) Alia u. Dionyſodoro fides: neque enim ſubtraham exemplum vani-

1. *Sic ex MSS. em. H etiam Ch. quam Gr. et Alii.* 2. *Sic et M. computatione. Gr.*

q. *Vniuerſum autem)* Haec Martianus L. VI. p. 194, Strabo L. II. Vitruuius, L. I. c. 6. p. 14. Macrob. L. II. in Somn. Scip. c. 20. p. 102. Cenſorinus, c. 13. p. 82. aliique. H.

r. *Eratoſthenes)* Is Cyrenaeus fuit, vt ſcribit Vitruu. c. 6. lib. I. *Dalec.*

s. *Quae menſura)* Ita Martianus L. VI. cap. de circuitu terrae, p. 198. Et verum id quidem. Nam ſtadium CXXV. paſſibus conſtat. Proinde ſi 252000 per 125 multiplices, fient 31500000 paſſ. Sed Eratoſthenis errorem detegit Ricciolus tom. I. Almag. p. 61. H.

t. *Hipparchus)* Eius ſententiam de terrae ambitu multis explicat Strabo, L. II. paene toto. H.

u. *Dionyſodoro)* Aliter inquit et cautius multo Dionyſodorus eſt audiendus, qui miraculo ſolo nititur, quam Hipparchus et Eratoſthenes, qui Geometricis nituntur principiis. Laudatur Διονυσόδωρος ab Heſychio, verbo Γλαύκε τέχνη p. 218. Huius inuentum eſſe quoddam genus horologii, quod *conum* vocabant, auctor eſt Vitruvius L. IX. c. 9. p. 199. Amiſenum mathematicum hunc fuiſſe auctor eſt Strabo L. XII. p. 548. et alterum eiusdem nominis Geometram extitiſſe. H.

vanitatis x. Graecae maximum. y. Melius[1] hic fuit, Geometrica ſcientia nobilis. Senecta diem obiit in patria. Funus z. duxere ei propinquae, ad quas pertinebat haereditas. Eae cum ſecutis diebus iuſta peragerent, inueniſſe dicuntur in ſepulchro epiſtolam Dionyſodori nomine ad ſuperos ſcriptam: Peruenisſe eum a ſepulchro ad infimam terram, eſſeque eo ſtadiorum a. quadraginta duo millia. Nec defuere Geometrae, qui interpretarentur, ſignificare epiſtolam, a medio terrarum orbe miſſam, quo deorſum ab ſummo longiſſimum eſſet ſpatium, et idem pilae b. medium. Ex quo conſequuta computatio eſt, vt c. circuitu eſſe ducenta[2] quin-

1. *Chius. M. alii, Cydius. al. Cydnius.* 2. *Ducenta quinquaginta duo millia ſtadiorum. Ch. Vet.*

x. *Vanitatis Graecae)* Quod nimirum Geometricam ſuam rationem experimento poſt mortem teſtari voluerit. At ſi menſuram ſpectes, non vanitatis illud, ſed veritatis eſt: quippe ad eam menſuram accedit, quam viri hodie eruditi probant: nec ab Eratoſthene ea abludit. H.

y. *Melius)* Ita Reg. 1. 2. etc. Ex inſula Melo, de qua L. IV. ſ. 23. H.

z. *Funus duxere)* Funus ducere, proſequi eſt, non antecedere. Ita L. VIII. ſ. 64. *Rex defuncto ei duxit exſequias.* Soli tibicines, praeficaeque, et quicumque pompae inſeruiebat, antecedere ſoliti. H.

a. *Stadiorum XLII. M.)* Siue paſſuum quinquagies bis centena quinquaginta millia. H.

b. *Pilae medium)* Atque adeo dimetientis dimidia pars, quam ſemidiametrum vocant. Diametrus igitur fuerit 84 millium ſtadiorum, ſeu centies quinquies centenum mill. paſſ. 10500000 paſſ. H.

c. *Vt circuitu eſſe ducenta quinquaginta quinque millia ſtadiorum pronunciarent)* Scribo, *CCLII. M. ſtadia pronunciarent*, ex ipſo Plinio capite praecedente, et Macrobio lib. in Somnium Scipionis ſecundo. Ptolemaeus vero et Marcianus aliam rationem ſecuti ſunt. Sed et calculi ratio, *duo millia*, non *quinque* ſcribendum eſſe convincit. Nam ſi a pilae medio

quinquaginta d. duo millia ſtadiorum pronuntiarent.

CXIII. Harmonica e. ratio, quae cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere, addit f. huic menſurae

dio ad ſummum, quae eſt dimetientis dimidia pars, colliguntur XLII. M. duplicata, haec ſumma reddet totum dimetientem, hoc eſt, LXXXIV. M. Qui numerus ſi triplicetur, (nam ſeptima pars dimetientis videtur ab Eratoſthene neglecta, vt parui momenti acceſſio ad totum circulum) conficiet numerum praedictum CC L II. M. ſtadiorum. *Plin.*

d. *Quinquaginta duo)* Ita Chiffl. Cod. cum alii habeant CCLV. vt editi. Quod ſi a pilae medio, quae eſt dimetientis dimidia pars, colliguntur XLII. millia ſtadiorum, dimetiens erit LXXXIV. numerus. Qui numerus ſi triplicetur, (neglecta enim videtur ſeptima dimetientis pars, quam Plinius mox addendam eſſe admonebit:) exſiſtet praedictus numerus CCLII. mill. ſtad. quam menſuram paulo antea Eratoſthenes quoque aſſignauit. Quod ſi ad triplicatam diametri menſuram, id quod exacta ratio requirit, ſeptimam dimetientis partem adieceris, nempe ſtadiorum millia duodecim, conficientur 264000. ſiue ducenta ſexaginta quatuor millia ſtadiorum, pro circuitu: hoc eſt paſſuum Romanorum 33000000 trecenties trigeſies centena millia. Recentiores hodie terrae ambitum aiunt eſſe 10270 leucarum, cum tribus leucae quadrantibus, poſita leuca communi duum millium expedarum, ſeu pedum 12000, quod Romana veteri computatione efficit 24648400 paſſ. hoc eſt, ducenties quadragies ſexies centena quadraginta octo millia, cum quadringentis paſſ. H.

e. *Harmonica)* Ratio naturae nihil niſi apte, nihil niſi perfectum abſolutumque molientis, cogit addi ad ſuperiorem menſuram ſtadiorum 252. mill. ſeptimam dimetientis partem. Nam triplicata diametros cum ſeptima diametri parte circuli perfectam rationem exhibet, vt dictum eſt ſect. 21. Diametri porro, quem conſtare vidimus ſtadiorum millibus LXXXIV. partem ſeptimam neceſſe eſt eſſe, duodecim millium ſtadiorum. H.

e. *Addit huic menſurae ſtadia ſeptem millia)* Scribendum videtur *XII. M.* non, *VII. M.* facili librariorum lapſu,

rae ſtadiorum XII. [1] millia; terrramque nonageſimam g. ſextam [2] totius mundi partem facit,

1. *Rectius ſic ex MSS. R. 1. 2. em. H. ſtadia* VII. *millia Gr.* 2. *Nonageſimam ſextam milleſimam t.m.p.f. Gr. at vti nos edidimus ex MSS. emend. Hard.*

lapſu, mutato *X*, in *V*. Duodecim autem ſuperiori ſummae defuerant ad complementum totius circuli: qui, vt eſt in confeſſo, et ſupra docuit Plinius, complectitur ter dimetientem et inſuper ſeptimam dimetientis partem. Dato ergo, dimetientem continere LXXXIV. M. conſequitur, vt ſeptima eius pars agat XII. M. ſtadia. *Pint.*

*XII. millia)* Ita vetus codex Dalecampii cum in ceteris perperam legatur, VII. millia, vt vidit ante nos Pintianus. Et ratio ipſa Arithmetica cogit credi, tertiam dimetientis partem, vt diximus, quam ſuperaddi Plinius praecipit, eſſe XII. mill. ſtadiorum. H.

g. *Nonageſimam)* Ergo ambitus terrae, quantus quantus eſt, multiplicetur per 96. quae inde ſumma colligetur, prodet ambitum caeli. Terrae porro circuitus conſtat, vt diximus 264000 ſtadiis. Igitur caeli circuitus erit ſtadiorum 25344000. quae Romana computatione paſſuum efficiunt 3168000000 tricies millies ſexcenties octogies centena millia. H.

# C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

## LIBER III.

Hactenus de ſitu, et miraculis terrae, aquarumque, et[1] ſiderum, ac ratione[2] vniuerſitatis, atque menſura[3]. Nunc de partibus; quamquam infinitum id quoque exiſtimatur[4], nec temere ſine aliqua reprehenſione tractatum[5]. Haud vllo in genere venia[6] iuſtiore, ſi modo minime mirum eſt, hominem genitum non omnia humana nouiſſe. Quapropter auctorem neminem vnum ſequar; ſed vt quemque veriſſimum in quaque parte arbitrabor. Quoniam commune ferme omnibus fuit, vt eos quisque diligentiſſime ſitus diceret[7], in quibus ipſe prodebat: ideo nec culpabo, aut coarguam quemquam. Locorum nuda nomina, et quanta[8] dabitur breuitate ponentur, claritate cauſisque dilatis in ſuas partes: nunc enim ſermo de toto eſt. Quare ſic accipi velim, vt a. ſi[9] vidua[10] fama ſua nomina, qualia fuere primordio ante res vllas geſtas, nuncupentur; et[11] ſint quaedam in his nomenclatura quidem, ſed mundi rerumque naturae. Terrarum orbis vniuerſus in tres diuiditur partes, Europam, Aſiam,

1. *Sic et Chiff. ac Gr.* 2. *Sic et Chiff. et Gr.* 3. *menſurae. V.* 4. *aeſtimatur. V.* 5. *tractandum. Vet.* 6. *Venia iuſtior eſt, Gr.* 7. *diſceret, ex quibus ipſe prodibat.* 8. *quantum dabitur breui.* 9. *ſicubi. V.* 10. *diuidua. Ch.* 11. *et, del. vid. ex Ch.*

a. *Vt ſi vidua)* Oppidorum, inquit, ita nunc audienda ſunt nomina, tam quam cum primum fuere condita, vt obſcura ſcilicet ingloriaque, citentur. H.

Asiam, Africam. Origo b. ab occasu Solis et Gaditano freto, qua irrumpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra Africa est, laeua Europa: inter c. has Asia est [1]. Termini amnes, Tanais, et Nilus. Quindecim d. M. pass. in longitudinem, quas e. diximus, fauces Oceani patent, quinque M. in latitudinem, a vico Mellaria Hispaniae ad promontorium Africae Album f., auctore Turranio Gracili [2] iuxta genito. T. Liuius, ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, vbi g. minus [3], VII. M. pass. vbi vero plurimum, X. M. Tam modico ore tam immensa aequorum vastitas panditur. Nec profunda altitudo mira-

1. *Est, deest in Ch.* 2. *Ex MSS. sic em. Hard. et V. Turannio Graccula. Gr.* 3. *sic et Ch. minimum Gr. Al.*

b. *Origo)* Mela L. I. c. 4. operis de situ Orbis: *Nunc exactius*, inquit, *oras situsque dicturo, inde est commodissimum, incipere, vnde terras nostrum pelagus ingreditur*, etc. H.

c. *Inter has)* Nam Europae Asia Africaeque obtenditur. H.

d. *Quindecim)* Sic Martianus, L. VI. c. de rotunditate terrae, p. 201. H.

e. *Quas diximus)* Plane modo, his verbis: *Gaditano freto*, etc. H.

f. *Album)* Nunc *Capo Spartel:* idem Ampelusia vocitatum, L. V. f. 1. H.

g. *Vbi minus)* Vbi plurimum, decem: vbi minus, septem: vbi minimum, quinque millia pass. vt dictum est proxime antea. Vide Not. et Em. N. I. (hic ext.) *Vbi minus VII. mill. pass.)* Ita restituimus admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chifl. vetustarumque editionum ante Frobenium, qui *vbi minimum* obtrusit imprudenter: Triplex enim modo quasi latitudinis ordo proponitur, vt nostra interpretatio planum fecit: cuiusmodi ab exscriptore Plinii Martiano Capella distinguitur, L. VI. c. de diuisione terrae, p. 201. *Latitudo vero*, inquit, *vbi angustior, quinque: vbi diffusa, septem: vbi prolixior, decem millibus explicabatur.* H.

miraculum minuit. Frequentes h. quippe taeniae candicantis vadi carinas territant. Qua de causa Limen i. interni maris multi eum locum appellauere. k. Proximis[1] autem faucibus vtrimque impositi montes coercent claustra[2]: Abila Africae Europae Calpe, laborum Herculis metae[3]. Quam ob causam indigenae columnas eius Dei vocant: creduntque l. perfossas[4] excluſa antea admisisse maria, et rerum naturae mutasse faciem.

(I.) Pri-

1. *Sic etiam Ch. proxima Gr.* 2. *veluti claustra.* 3. *meta. Ch.* 4. *perfossos (sub. montes.) Pint.*

h. *Frequentes)* Adeo parum depressi fundi mare ibi esse significat, vt vadum ipsum saxosum appareat, ac per latitudinem freti, ab Europa in Africam instar taeniae fasciaeue candicantis porrigatur: ταινίαν ὕφαλον appellat Strabo, L. I. p. 49. H.

i. *Limen interni maris)* Mediterranei, quod et supra *internum* dixit. Sallustio *mare secundum*, et fretum maris nostri: Isidoro, *mare magnum. Dalec.*

k. *Proximis autem)* Montes, inquit, vtrimque impositi faucibus quae fretum vrgent, sibique propinquant, claustra huiuscemodi continent. Pomponius Mela, L. II. c. 6. *Deinde angustissimum pelagus, et proxima inter se Europae atque Africae litora, montes efficiunt, vt initio diximus, columnae Herculis Abila et Calpe.* H.

l. *Perfossas)* Vide Not. et Em. N. II. (paulo inf.) De re ipsa Pomponius, vt solet, pereleganti breuitate, L. I. c. 5. *Hunc Abilam*, inquit, *illum Calpen vocant: columnas Herculis vtrumque. Addit fama nominis fabulam: Herculem iunctos olim perpetuo iugo diremisse colles; atque ita excluſum antea mole montium Oceanum, ad quae nunc inundat, admissum.* Seneca Nat. Quu. L. VI. c. 29. *Sic et Hispanias a contextu Africae mare eripuit. Creduntque perfossas)* Sic MSS. proxime laudati: Rectius tamen fortasse cum Pintiano *perfossos* agnoueris, montes scilicet, non columnas. Capella hoc ipsum agens, l. c. *Montium praedictorum*, inquit, *effossis radicibus eunlsoque confinio.* H.

(I.) Primum ergo de Europa altrice victoris omnium gentium populi, longeque terrarum pulcherrima, quam m. plerique merito non tertiam portionem fecere, verum aequam; in duas partes, ab amne Tanai ad Gaditanum fretum, vniuerso orbe diuiso. Oceanus hoc n. quod dictum est spatio Atlanticum [1] mare infundens, et auido meatu terras,

1. *In Atlanticum mare se infun.*

m. *Quam plerique merito non tertiam portionem fecere)* Isocrates in Panegyrico. Τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης, τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης δίχα τετμημένης. καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δ' Εὐρώπης καλουμένης, τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἴληφεν. Aethic. Cosmogr. postquam vulgo tandem receptam orbis terrarum tripertitam attulisset diuisionem. *Sed hinc*, inquit, *magnum inter doctos certamen fuit. Nam plurimi qui res diuinas euidentius agnouerunt, duas tantum partes accipiendas suadent, id est, Asiam et Europam tantummodo. Africam vero censent Europae finibus deputandam. Et reuera hoc ita esse euidenti documento monstratur. Quia non solum venenorum male altrix terra partem habet spatii, verum etiam est et caeli aduerso sidere plus destituta. Namque illam partem tertiam vocauerunt, non vt aequalem inclitis praecellentibusque sed situ pessimo, languidam ardoribus suis, in extremo positam, ab optimis secarunt: non diuisionis merito, sed sic vt incisa suis fluctibus inuenitur.* Id quod postea p. 32. paucioribus paulo verbis repetit, et p. 52. Simler. quoque alios auctores dilaudat, quibus addatur et Auson. ep. 18. Reuera autem rem aliter, quoad causas ab Aethico adductas, sese habere norunt partim eruditi, qui id omne ex hominum pendere arbitrio sciunt, partim vero qui hodierna die parentumque nostrorum memoria orbem terrarum ipsi. lustrauere, certioraque experti sunt. Qua de re cum primis, quod huc faciat, Leo Afer in descriptione Africae, caeterique Cosmographi recentiores. Sallustius in Iugurth. *In diuisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantummodo Asiam et Europam esse: sed Africam in Europa.* Dalec.

n. *Hoc quod dictum est)* Gaditano freto. H.

ras, quaecumque venientem expauere [1], demergens: reſiſtentes quoque flexuoſo litorum anfractu lambit: Europam vel maxime receſſibus crebris excauans: ſed in quatuor praecipuos [2] ſinus. Quorum o. primus a Calpe Hiſpaniae extimo (vt dictum eſt) monte, Locros p. et [3] Brutium vſque promontorium immenſo ambitu flectitur.

II. In eo prima Hiſpania terrarum eſt, vlterior appellata, eadem Baetica. Mox [4] a fine q. Vrgitano citerior, eademque Tarraconenſis ad Pyrenaea iuga. Vlterior in duas [5], per longitudinem, provincias diuiditur. Siquidem r. Baeticae latere ſeptemtrionali praetenditur Luſitania, amne Anas. diſcreta.

1. *Exſpectauere, excepere. Vet.* 2. *ſic ex MSS. H. et praecipue Gr.* 3. *deeſt in Chiff.* 4. *lege, a ſinu Virgitano. vrbs enim Virgi hac in parte a Pomponio collocatur: propinquusque ſinus appellatur, Virgitanus.* 5. *duas partes divid. Chiff.*

o. *Quorum primus a Calpe Hiſpania)* Scribe: *Quorum primus a Calpe Hiſpaniae extimo monte, Locros, Bruttium vſque promontorium immenſo ambitu amplectitur. Salmaſ.* pag. 83. *Gr.*

*Quorum primis)* Is Ibericum mare, Sardoum, Tyrrhenumque complectitur. H.

p. *Locros, etc.)* Pomponius quoque Brutium promontorium Locros ſtatuit: *Tertius ſinus*, inquit, *inter promontoria Zephyrium, et Brutium, Conſilinum, Caulloniam, Locrosque circumdat.* Brutium vero promontorium illud eſt, quod ſect. 10. Leucopetra appellatur. H.

q. *A fine Virgitano)* Ab oppido Vrci, qui Baeticae finis, idemque Tarraconenſis initium, vel dicitur ſect. 3. et 4. Vrci, Vrgi, Virgi, omnia eiusdem oppidi ſunt nomina. Hodie *Alcmaren.* Martianus a Plinio mutuatus, L. VI. p. 202. cap. de Hiſpania: *Ab Vrcitano fine*, inquit, *qua citerior meat, Tarraconenſis dicitur*, etc. Mela L. II. c. 6. *Virgi in ſinu quem Virgitanum vocant.* H.

r. *Siquidem)* Martianus l. c. H.

s. *Ana)* Nunc Maurorum lingua *Guadiana*, hoc eſt flumen *Anas.* Ἀνας Straboni L. III. p. 139. H.

creta. Ortus hic Laminitano t. agro citerioris Hiſpaniae: et modo ſe in ſtagna fundens, modo in anguſtias reſorbens, aut in totum cuniculis condens, et ſaepius naſci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur. Tarraconenſis autem hinc [1] affixa Pyrenaeo, totoque eius latere decurrens, et ſimul ad u. Gallicum Oceanum Iberico a mari transverſa [2] ſe pandens, Solorio x. monte, et Oretanis y. iugis, Carpetanisque, et Aſturum, a Baetica atque Luſitania diſtinguitur.

III. Baetica z. a flumine eam mediam ſecante cognominata, cunctas prouinciarum diuiti cultu,



1. *Hinc d. ap. Gr.* 2. *transuerſim. Vet.*

t. *Laminitano)* Ab oppido quod Λαμίνιον vocat Ptolemaeus in Carpetanis, L. II. c. 6. Laminium Antonius in Tarraconenſi, quod a capite fluminis Anae diſtare ait idem VII. paſſ. mill. Hodie oppido nomen eſt *Montiel*, et idem circumiacienti agro, *Campo de Montiel:* nec procul a fontibus ſe in diuerſa ſtagna fundit, ac ſe ipſe premit ſubinde anguſtioribus alueis, mox in totum curriculo ſe abſcondit, ſaepius ita naſci gaudens: quod circa Metellinum oppidum, multis ab ipſius exortu millibus contingere falſo vereres credidere. H.

u. *Ad Gallicum)* Qui et Aquitanicus appellatur. H.

x. *Solorio)* Solurium vocat Iſidorus, L. XIV. Orig. c. 8. qui montium Hiſpaniae altiſſimum eum prodit. Nunc vocant *Sierra de los Vertientes.* H.

y. *Oretanis)* Oretana iuga, hodie *Sierra de Alcaraz:* Carpetana, *Sierra di Guadalupe, Sierra di Pico:* Aſturum denique, *Sierra de las Aſturias.* Pro *Aſturum* fruſtra *Vettonum* reponit Ioh. Geneſ. Sepulueda L. III. ep. 45. ad Pintianum, p. 181. H.

z. *Baetica)* Andaluſia nunc eſt cum parte Granatenſis regni. Vnde ſit autem Andaluſiae factum nomen, mihi fateor eſſe incompertum. A Vandalis enim, opinor, Vandalia diceretur. Orientales, quibus ignoti ſunt Vandali, inquit D. D' Herbelot, in Biblioth. orient. p. 114. fabulantur ab Andaluſo Iapheti filio, Nôe Nepote, Andaluſiam nomen accepiſſe. H.

et quodam fertili ac peculiari nitore praecedit. Iuridici a. conuentus ei quatuor, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus [1], Hiſpalenſis. Oppida b. omnia numero CLXXV. In c. iis coloniae VIIII. [2] municipia

1. *Aſticianus. Ch.* 2. VIII. *Gr. Al.*

a. *Iuridici conuentus ei quatuor)* Martianus duos aſſignat Baeticae duntaxat conventus, Cordubenſem et Gaditanum. Mirumque mihi, cur in hac traditione, tam diuerſus abierit a ſuo Plinio, a quo in caeteris neque latum, vt aiunt, vnguem diſcedere ſolet. *Pintian.*

*Iuridici)* Quo tempore Romani Hiſpanias tenuere, ſuos in illis Senatus Iudiciarios habebant, quos *Conuentus Iuridicos* ſuo nomine appellabant. Hunc finitimi, tamquam ad Coloniae metropolim, ius petituri, et de controuerſiis, quae orirentur, diſceptaturi conueniebant: quemadmodum hodieque in Gallia forum iuris publici (Parlamenti Curiam vocant) Lutetiae Pariſiorum et Toloſae, et alibi conſtitutum perdurat: et in Caſtellae regno, Praetorium Valliſoletanum, et Granatenſe. H.

b. *Oppida omnia numero* CLXXV.) Et paulo poſt, *foedere II.* Scribe: *foedere IIII.* ex exemplari Tolet. eximie. neque enim inferiores numeri collecti redderent aliter praedictam ſummam 275. *Pint.*

*Numero* CLXXV.) Sic Martianus L. VI. c. de Hiſpania, p. 203. librique omnes. H.

c. *In his coloniae* VIIII.) Vide Not. et Em. N. III. (paulo poſt) vbi eadem opera, quid coloniae ſint, quid municipia, quid donata Latio oppida, quid denique foederata ac ſtipendiaria, dicturi ſumus. *In his coloniae VIIII. municipia octo: Latio antiquitus donata XXIX. libertate, VI. foedere, III. ſtipendiaria, CXX.)* Numeros ex fide eorumdem codicum reſtituimus: *coloniae VIIII. et foedere III.* cum prius octo tantum coloniae. foedere donata tantum oppida duo cenſerentur: id quod cum ſuperiore ſumma oppidorum omnino CLXXV. ſtare nequit. Porro de coloniarum ceterorumque iure, haec accipe. Poſt diuturnum bellum Romani Latinos pro ſociis et amicis ſibi adſciuerunt, dato iure, vt in bello Romanis legionibus permixti militarent, et ibi magiſtratus officiaque gerere, et honores com-

cipia XVIII. d. Latio [1] antiquitus donata XXIX. libertate VI. foedere [2] III. [3] ſtipendiaria CXX. [4]



1. *Lege Latio iure, vt infra cap. 3.* 2. *ſic quoque in Ch.* 3. II. *Gr. Al.* 4. CCX. *Gr. Al.*

communi iure accipere poſſent: ſed non Romae tamen petere magiſtratus aut gerere iisdem licuit, vt apertiſſime Plinius docet, L. VII. ſ. 43. nec repugnat Aſconius, de quo Sigonium vide, L. I. de antiquo iure Italiae, c. 4. p. 133. Atque id ius quidem, quia Latinis primum conceſſum, *Ius Latii* appellatum. Poſt tamen et ſuffragii in Vrbe ferendi, creandique Magiſtratus dari ſibi ius poſtularunt, vtque pro ciuibus Romanis pari cum caeteris iure haberentur. Impertitum et illud deinde praerogatiua quadam populis aliquot exteris, aegre tamen: vocatumque *Ius Ciuium Romanorum.* Vetus vero ius ad diſcrimen huius noui, *Ius antiquum Latii*, et *Latium antiquitus* dictum eſt: datumque idem ius longo poſt tempore vniuerſae Italiae: vnde Italicum ius dici coeptum. Cum ciues, militesque alio deducerent, vt ea incolerent loca, *Coloniam* vocabant: *Municipium* vero, cum loci alicuius indigenis ius illud Italicum, vel ciuium Romanorum, de quo egimus, communicarent. Ampliabant autem Romani, adſtringebantque arbitratu ſuo ius et immunitates eas, vt auctor eſt Tacitus Annal. L. XI. Quin ipſe Plinius coloniis quibusdam ius Italiae tantum conceſſum, aliis ſolam immunitatem a tributis innuit, ſectione huius libri tertia. Municipia ſuis viuebant legibus et inſtitutis: Coloniae Romanis. Suis quoque, oppida libertate donata: ſed neque Italico, neque ciuium Romanorum iure gaudebant, quorum alterutro municipia fruebantur: Ea vero *libera oppida*, et *liberae conditionis* vocabantur. Foederata erant, quibuscum populus Rom. foedus inierat, quorum ciues ſe foederatos, ſocios, fratres, populi Romani cognominabant, vt de Aruernis Galliae populis, Heduisque dicemus, L. IV. ſ. 32. et 33. Denique ſtipendiaria erant, quae veſtigal penderent, ſeu tributo ſoluendo obnoxia forent. H.

d. *Latio antiquitus donata* XXIX.) Quoniam hac tota Geographia frequens mentio fit iuris Latii, ac Municipalis, coloniarum, oppidorum, quae ſtipendiaria fuerunt et quae

Ex his digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia, a flumine Ana, litore Oceani, oppidum e. Onoba [1], Aeſtuaria cognominatum: Interfluentes [2], Luxia f., et Vrium: Arenae g. montes [3]: Bae-

1. *Oſſonoba. Gr. Al.* 2. *Interfluunt. Vet.* 3. *Ariani. Gr. Al.*

quae immunia, gentium, quae Romana ciuitate donatae ſint, Alexandrum ab Alex. cap. 10. lib. IV. conſulendum puto, qui ea omnia diligenter perſecutus eſt. Ius Latii leuatio cenſitionis fuit, vt idem ius experirentur in cenſitione quod Italicae coloniae, ac praeterea in traditionibus nixi, vſucapionibus, annali exceptione iure capiendi: immunitas vero cum nec pro capite, nec pro ſolo triburum pendebant. Videatur Onuph. Panuin. Imper. Rom. et Car. Sigon. de antiq. iur. *Dalec.*

e. *Onoba Aeſtuaria)* Ab aeſtuariis eo loci frequentibus. Sunt autem aeſtuaria (ἀναχύσεις Straboni lib. III. p. 140.) loca quae marinis aquis referta ſunt ex inundationibus pelagi, per quas ſaepe in mediterranea fluuiocum inſtar nauigantes accedunt. Oppidum id porro Anae fluuii oſtiis, vbi aeſtuaria fiunt accedente mari, proximum, nunc eſſe *Gibraleon* Rodericus Carus recte cenſet, L. III. Antiq. Hiſpal. c. 75. Vide Not. et Em. N. IV. (hic inf.) *Onoba Aeſtuaria)* MSS. Reg. et Colb. ac Pariſ. *Oſſonoba Aeſtuaria.* Parm. edit. *Oſſonaba Aſturiae.* Hermolaus, *Oſſonoba Luſturia,* quoniam inter amnes Luxiam et Vrium, ſita eſt. Nos Ὀνοβὰν Αἰγυρίαν, hoc eſt, Aeſtuariam, ab aeſtuariis, quae illic frequentia ſunt appellatione deducta, maluimus appellari, veſtigia codicum antiquorum ſumma fide ac religione ſecuti. Oſſonaba certe non huius loci eſt, ſed Luſitaniae, vt dicemus L. IV. ſ. 35. et ab Oſſonoba diuerſam Onobam et nomine et ſitu Marcianus Heracleotes agnoſcit, p. 71. et 73. hanc in qua nunc ſumus Ὀνοβὰν Ἀγυρίαν vocans prope Anae oſtia: vnde Ptolemaeus emendandus, apud quem L. II. c. 4. Ὀνοβὰ Αἰγυρία pro Ὀνοβαλιγυρία legitur. Hanc porro Onobam eſſe *Ayamonte*, oppidum ipſis Anae oſtiis impoſitum perperam Biuarius exiſtimauit, vt ſuppoſititium Maximo foetum vindicaret. H.

f. *Luxia et Vrium)* Nunc amnes eos *Odier*, et *Tinto* vocant, inter Anam et Baetim fluentes. H.

Baetis h. fluuius: Litus i. Corenſe [1] inflexo ſinu; cuius ex aduerſo Gades, inter k. inſulas dicendae. Promontorium Iunonis l., portus Baeſippo m. Oppida: Belon n., Mellaria o.: fretum ex Atlantico ma-



1. *Curonenſe. Ch.*

g. *Arenae)* Ab Vrio amne ad Baetim perpetua ſunt montium iuga. Vide Not. et Em. N. V. (hic coll.) *Arenae montes)* Ita Romana et Parmenſis editio vetus. MSS. Reg. 1. 2. etc. *Hareni montes.* Ipſi ſunt Mariani montes, quos in hoc Baeticae tractu Ptolemaeus agnoſcit L. II. c. 4. quem tractum haud multum a MSS. codicum lectione abludente vocabulo, *las Areas Gordas* vulgus appellitat. H.

h. *Baetis)* Nunc *Guadalquivir* vocant: quae vox Arabibus fluuium magnum ſonat. H.

i. *Litus Corenſe)* MSS. Reg. 1. 2. etc. *Curenſe.* Litus id a Baeti amne ad *Rio Guadalete* porrigitur, vbi oppidum *S. Lucar di Barameda.* H.

k. *Inter inſulas)* L. IV. ſect. 36. H.

l. *Iunonis)* Nunc *Capo de Trafalgar.* Ptolem. L. II. c. 4. ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ ναὸς Ἥρας. H.

m. *Baeſippo)* Hodie *Puerto Beges*, vel *Beger.* Vide Not. et Em. N. VI. (hic adi.) *Portus Baeſippo)* Melae quoque L. II. c. 7. *Beſippo ad Iunonis promontorium:* ex quo intelligitur hallucinatos eſſe viros alioqui eruditos, Rodericum Carum, qui L. III. Antiq. Hiſpal. c. 48. portum Baeſipponem eſſe exiſtimat, *Puerto de S. Maria*, ad oſtium amnis *Guadalete:* et Hieronymum Suritam, qui Baſilipponem, hodie *Camillana*, ſuper Hiſpalim ad Boream poſitum, cum hoc Baeſippone maritimo oppido confundit; cum diſertis verbis Mela Pomponius, Pliniusque, viri in Geographicis rebus ſupra famam accurati ac diligentes, inter Gades et Calpen, promontorio Iunonis Baeſiponem affigant. Ptolem. L. II. c. 4. Μυειστέως λιμὴν dicitur oppidum Βαισίππω. H.

n. *Belon)* Ptolemaeo l. c. Βαίλων πόλις καὶ ποταμὸς Martiano quoque Heracl. p. 70. Stephano, Βελὼν, πόλις καὶ ποταμὸς τῆς Βαιτικῆς, etc. poſt Strabonem, L. III. p. 140. Hodie *Tariffa*, ad ſretum. H.

o. *Mellaria)* Μελλαρία Martiano Heracl. p. 70. Nunc dirutae: loco nomen *Milareſe.* H.

ri. Carteia p., Tarteſſos [1] a Graecis dicta. Mons Calpe. q. Dein r. litore interno oppidum [2] Barbeſula cum fluuio. Item s. Salduba [3]: oppidum Suel

1. *Carpeſſum. Appian. Pauſaniae. Leopard.* 2. *oppida. Vet.* 3. *Item Salduba oppidum, Suel Malacha cum fl. Gr. et Al.*

p. *Carteia)* Καρτηία Ptolemaeo, L. II. c. 4. Nummus eſt ex aere minimo, apud P. Albaret, e Societate noſtra, Turnonii, inſcriptus, CARTEIA, quem ad nos ille inſpiciendum miſit. Pictus ea parte Genius ciuitatis eſt: pars altera eſt vſu detrita. Fabrica manifeſte Hiſpanica. Oppidi illius hodie rudera vix ſuperſunt. Portus ſupereſt admodum capax, cum caſtello, *Torre di Cartagena*, corrupto a vetere Carteia nomine. Roder. Carus, L. III. Antiq. Hiſpal. c. 24. Mela, L. II. c. 6. *Carteia, (vt quidam putant) aliquando Tarteſſus.* Pauſan. L. VI. Eliac. poſter. p. 378. et Strabo L. III. p. 151. ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηίαν προσαγορεύουσι. Gadium inſulam Tarteſſum quoque vocitatam dicemus, L. IV. f. 36. Et in inſula ad Baetis oſtia tertiam eo nomine vrbem veteres agnouere, Strabo p. 148. H.

q. *Mons Calpe)* Cum oppido cognomine, cuius meminere Strabo, L. III. p. 140. Antoninus, et nummus ſuſpectus. C. I. CALPE, hoc eſt, *Colonia Iulia Calpe*, ap. Spanhem, p. 766. Sed eadem plane ea eſt cum Carteia ſuperius dicta. H.

r. *Litore interno)* Litore interni maris, hoc eſt, mediterranei: ibi enim oppidum Barbeſula, nunc *Guadaiara*, ad amnem hodieque cognominem: Martianus Heracl. ἀπὸ Καρτηίας εἰς Βαρβήσολα — ἀπὸ δὲ Βαρβησόλων, etc. Fluuii Βαρβησόλα meminere Ptolem L. II. c. 4. et Tzetzes, Chil. 8. v. 712. H.

s. *Item Salduba)* Hoc eſt, vt Barbeſula, ſic etiam Salduba olim oppidum cum fluvio fuit cognomine: Suel non item. Salduba hodie *Marbella* eſt: ad amnem olim cognominem, qui nunc *Rio Verde* dicitur. Σὲλ inter Marbellam et Malacam, in regno Granatenſi caſtellum eſt, hodie *Molina*. Refert haec oppida Mela, L. II. c. 6. *Maenoba, Malaca, Suel, Salduba, Lacippo, Barbeſul.* Inſcriptio vetus apud Reineſium, p. 131. MVNICIPIO SVELITANO. Sunt qui velint eſſe

*Fucu-*

Suel [1]: Malaca t. cum fluuio, foederatorum. Dein Maenoba u. cum fluuio. x. Sexti [2] Firmum cognomine Iulium, Selambina y., Abdera. Murgis z. Baeti-



1. *Siue, Chiff.* 2. *Sextifirmium Ptolemaeo.*

*Fuengirolam*, vicum a Malaca leucis quatuor diſſitum, vbi haec reperta eruta que inſcriptio eſt, ſed ficta eadem et recens. H.

t. *Malaca)* Malaca, inquit, foederatorum oppidum eſt, cum fluuio. Ptolemaeo, L. II. c. 4. Μάλακα, qui vicinum amnem Σάδακαν vocat. Oppido incolae nomen fecere *Malaga:* Galli, *Malgues:* amni, *Guadalquivireio*, ſiue *Fiu Grande.* Regio vino nobilis, in Granatenſi regno. H.

u *Maenoba)* Μαίνοβα, Straboni L. III. p. 143. Ptolemaeo Μάνοβα, mendoſe. Fluuio nomen eſt hodie *Fiu Frio*, ſeu frigidus amnis: oppido, *Torres*, in litore regni Granatenſis. H.

x. *Sexti)* MSS. *Sexifirmum.* Mela, l. c. *Ex* vocat: *Sexitanum*, Antoninus: Σέξ Ptolemaeus, L. II. c. 4. hodie *Almunecar.* Vide Not. et Em. N. VII. (paulo poſt.) Hinc ſalſamentis Exitanis, ſive Sexitanis nomen, de quibus Strabo L. III. p. 156. aliique. *Sexti Firmum)* Admonet ipſa ſeries oppidorum, quae plane eadem eſt apud Melam, Plinium, Ptolemaeumque, Sexti Firmum prius Hiſpaniae oram legentibus a Calpe verſus Septemtrionem occurrere, quam Selambinam: quare Suritam, Rod. Carum, aliosque falli neceſſe eſt, qui id oppidum nunc *Motril* eſſe exiſtimant, quod citra Selambinam eſt. H.

y. *Selambina)* Σηλάμβινα Ptolemaeo, l. c. et mox Ἄβδαρα, Straboni, l. c. Ἄϋδηρα, Stephano Ἄβδηρα. Illam hodie *Salobrena* incolae: iſtam *Almeria* vocat Mariana, L. X. Hiſt. Hiſp. c. 18. p. 503. vtramque regni Granatenſis. Aliis Abdera *Adra*, eſſe videtur, haud adeo abludente ab Abdera vocabulo, medio fere inter Selambinam et Almeriam interuallo. H.

z. *Murgis)* Antonino Murgi, a Sexitano, M. P. XXXVIII. Hodie Almeria eſt, ſi Mendozam audimus in Conc. Illib. *Muxacra*, in ora vlteriore verſus ſeptemtrionem, ſi Marianam, L. I. Hiſt. Hiſp. c. 3. cui ſubſcribimus. Alia porro ab iſta Μᾶργις Ptolemaei eſt, L. II. c. 4. in mediterraneis Turdulorum Baeticorum oppidis. Alia item, quam hodie Murciam vocant, regni caput,

ras, quaecumque venientem expauere [1], demergens: reſiſtentes quoque flexuoſo litorum anfractu lambit: Europam vel maxime receſſibus crebris excauans: ſed in quatuor praecipuos [2] ſinus. Quorum o. primus a Calpe Hiſpaniae extimo (vt dictum eſt) monte, Locros p. et [3] Brutium vſque promontorium immenſo ambitu flectitur.

II. In eo prima Hiſpania terrarum eſt, vlterior appellata, eadem Baetica. Mox [4] a fine q. Vrgitano citerior, eademque Tarraconenſis ad Pyrenaea iuga. Vlterior in duas [5], per longitudinem, provincias diuiditur. Siquidem r. Baeticae latere ſeptemtrionali praetenditur Luſitania, amne Ana s. diſcreta.

1. *Exſpectauere, excepere. Vet.* 2. *ſic ex MSS. H. et praecipue Gr.* 3. *deeſt in Chiff.* 4. *lege, a ſinu Virgitano. vrbs enim Virgi hac in parte a Pomponio collocatur: propinquusque ſinus appellatur, Virgitanus.* 5. *duas partes divid. Chiff.*

o. *Quorum primus a Calpe Hiſpania)* Scribe: *Quorum primus a Calpe Hiſpaniae extimo monte, Locros, Bruttium vſque promontorium immenſo ambitu amplectitur. Salmaſ.* pag. 83. *Gr.*

*Quorum primus)* Is Ibericum mare, Sardoum, Tyrrhenumque complectitur. H.

p. *Locros, etc.)* Pomponius quoque Brutium promontorium Locros ſtatuit: *Tertius ſinus*, inquit, *inter promontoria Zephyrium, et Brutium, Conſilinum, Cauloniam, Locrosque circumdat.* Brutium vero promontorium illud eſt, quod ſect. 10. Leucopetra appellatur. H.

q. *A fine Virgitano)* Ab oppido Vrci, qui Baeticae finis, idemque Tarraconenſis initium, vel dicitur ſect. 3. et 4. Vrci, Vrgi, Virgi, omnia eiusdem oppidi ſunt nomina. Hodie *Alcmarem.* Martianus a Plinio mutuatus, L. VI. p. 202. cap. de Hiſpania: *Ab Vrcitano fine*, inquit, *qua citerior meat, Tarraconenſis dicitur*, etc. Mela L. II. c. 6. *Virgi in ſinu quem Virgitanum vocant.* H.

r. *Siquidem)* Martianus l. c. H.

s. *Ana)* Nunc Maurorum lingua *Guadiana*, hoc eſt flumen *Anas.* Ἄναϛ Straboni L. III. p. 139. H.

creta. Ortus hic Laminitano t. agro citerioris Hiſpaniae: et modo ſe in ſtagna fundens, modo in anguſtias reſorbens, aut in totum cuniculis condens, et ſaepius naſci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur. Tarraconenſis autem hinc [1] affixa Pyrenaeo, totoque eius latere decurrens, et ſimul ad u. Gallicum Oceanum Iberico a mari transverſa [2] ſe pandens, Solorio x. monte, et Oretanis y. iugis, Carpetanisque, et Aſturum, a Baetica atque Luſitania diſtinguitur.

III. Baetica z. a flumine eam mediam ſecante cognominata, cunctas prouinciarum diuiti cultu,



1. *Hinc d. ap. Gr.* 2. *transuerſim. Vet.*

t. *Laminitano)* Ab oppido quod Λαμίνιον vocat Ptolemaeus in Carpetanis, L. II. c. 6. Laminium Antonius in Tarraconenſi, quod a capite fluminis Anae diſtare ait idem VII. paſſ. mill. Hodie oppido nomen eſt *Montiel*, et idem circumiacienti agro, *Campo de Montiel:* nec procul a fontibus ſe in diuerſa ſtagna fundit, ac ſe ipſe premit ſubinde anguſtioribus alueis, mox in totum curriculo ſe abſcondit, ſaepius ita naſci gaudens: quod circa Metellinum oppidum, multis ab ipſius exortu millibus contingere falſo veteres credidere. H.

u. *Ad Gallicum)* Qui et Aquitanicus appellatur. H.

x. *Solorio)* Solurium vocat Iſidorus, L. XIV. Orig. c. 8. qui montium Hiſpaniae altiſſimum eum prodit. Nunc vocant *Sierra de los Vertientes.* H.

y. *Oretanis)* Oretana iuga, hodie *Sierra de Alcaraz:* Carpetana, *Sierra di Guadalupe, Sierra di Pico:* Aſturum denique, *Sierra de las Aſturias.* Pro *Aſturum* fruſtra *Vettonum* reponit Ioh. Geneſ. Sepulueda L. III. ep. 45. ad Pintianum, p. 181. H.

z. *Baetica)* Andaluſia nunc eſt cum parte Granatenſis regni. Vnde ſit autem Andaluſiae factum nomen, mihi fateor eſſe incompertum. A Vandalis enim, opinor, Vandalia diceretur. Orientales, quibus ignoti ſunt Vandali, inquit D. D' Herbelot, in Biblioth. orient. p. 114. fabulantur ab Andaluſo Iapheti filio, Nôe Nepote, Andaluſiam nomen accepiſſe. H.

et quodam fertili ac peculiari nitore praecedit. Iuridici a. conuentus ei quatuor, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus [1], Hiſpalenſis. Oppida b. omnia numero CLXXV. In c. iis coloniae VIIII. [2] municipia

1. *Aſticianus. Ch.* 2. VIII. *Gr. Al.*

a. *Iuridici conuentus ei quatuor)* Martianus duos aſſignat Baeticae duntaxat conventus, Cordubenſem et Gaditanum. Mirumque mihi, cur in hac traditione, tam diuerſus abierit a ſuo Plinio, a quo in caeteris neque latum, vt aiunt, vnguem diſcedere ſolet. *Pintian.*

*Iuridici)* Quo tempore Romani Hiſpanias tenuere, ſuos in illis Senatus Iudiciarios habebant, quos *Conuentus Iuridicos* ſuo nomine appellabant. Hunc finitimi, tamquam ad Coloniae metropolim, ius petituri, et de controuerſiis, quae orirentur, diſceptaturi conueniebant: quemadmodum hodieque in Gallia forum iuris publici (Parlamenti Curiam vocant) Lutetiae Pariſiorum et Toloſae, et alibi conſtitutum perdurat: et in Caſtellae regno, Praetorium Valliſoletanum, et Granatenſe. H.

b. *Oppida omnia numero* CLXXV.) Et paulo poſt, *foedere II.* Scribe: *foedere IIII.* ex exemplari Tolet. eximie. neque enim inferiores numeri collecti redderent aliter praedictam ſummam 275. *Pint.*

*Numero* CLXXV.) Sic Martianus L. VI. c. de Hiſpania, p. 203. librique omnes. H.

c. *In his coloniae* VIIII.) Vide Not. et Em. N. III. (paulo poſt) vbi eadem opera, quid coloniae ſint, quid municipia, quid donata Latio oppida, quid denique foederata ac ſtipendiaria, dicturi ſumus. *In his coloniae VIIII. municipia octo: Latio antiquitus donata XXIX. libertate, VI. foedere, III. ſtipendiaria, CXX.)* Numeros ex fide eorumdem codicum reſtituimus: *coloniae VIIII. et foedere III.* cum prius octo tantum coloniae, foedere donata tantum oppida duo cenſerentur: id quod cum ſuperiore ſumma oppidorum omnino CLXXV. ſtare nequit. Porro de coloniarum ceterorumque iure, haec accipe. Poſt diuturnum bellum Romani Latinos pro ſociis et amicis ſibi adſciuerunt, dato iure, vt in bello Romanis legionibus permixti militarent, et ibi magiſtratus officiaque gerere, et honores com-

cipia XVIII. d. Latio [1] antiquitus donata XXIX. libertate VI. foedere [2] III. [3] ſtipendiaria CXX. [4]



1. *Lege Latio iure, vt infra cap. 3.* 2. *ſic quoque in Ch.* 3. II. *Gr. Al.* 4. CCX. *Gr. Al.*

communi iure accipere poſſent: ſed non Romae tamen petere magiſtratus aut gerere iisdem licuit, vt apertiſſime Plinius docet, L. VII. ſ. 43. nec repugnat Aſconius, de quo Sigonium vide, L. I. de antiquo iure Italiae, c. 4. p. 133. Atque id ius quidem, quia Latinis primum conceſſum, *Ius Latii* appellatum. Poſt tamen et ſuffragii in Vrbe ferendi, creandique Magiſtratus dari ſibi ius poſtularunt, vtque pro ciuibus Romanis pari cum caeteris iure haberentur. Impetritum et illud deinde praerogatiua quadam populis aliquot exteris, aegre tamen: vocatumque *Ius Ciuium Romanorum.* Vetus vero ius ad diſcrimen huius noui, *Ius antiquum Latii*, et *Latium antiquitus* dictum eſt: datumque idem ius longo poſt tempore vniuerſae Italiae: vnde Italicum ius dici coeptum. Cum ciues, militesque alio deducerent, vt ea incolerent loca, *Coloniam* vocabant: *Municipium* vero, cum loci alicuius indigenis ius illud Italicum, vel ciuium Romanorum, de quo egimus, communicarent. Ampliabant autem Romani, adſtringebantque arbitratu ſuo ius et immunitates eas, vt auctor eſt Tacitus Annal. L. XI. Quin ipſe Plinius coloniis quibusdam ius Italiae tantum conceſſum, aliis ſolam immunitatem a tributis innuit, ſectione huius libri tertia. Municipia ſuis viuebant legibus et inſtitutis: Coloniae Romanis. Suis quoque, oppida libertate donata: ſed neque Italico, neque ciuium Romanorum iure gaudebant, quorum alterutro municipia fruebantur: Ea vero *libera oppida*, et *liberae conditionis* vocabantur. Foederata erant, quibuscum populus Rom. foedus inierat, quorum ciues ſe foederatos, ſocios, fratres, populi Romani cognominabant, vt de Aruernis Gallhae populis, Heduisque dicemus, L. IV. ſ. 32. et 33. Denique ſtipendiaria erant, quae veſtigal penderent, ſeu tributo ſoluendo obnoxia forent. H.

d. *Latio antiquitus donata* XXIX.) Quoniam hac tota Geographia frequens mentio fit iuris Latii, ac Municipalis, coloniarum, oppidorum, quae ſtipendiaria fuerunt et

quae

Ex his digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia, a flumine Ana, litore Oceani, oppidum e. Onoba [1], Aeſtuaria cognominatum: Interfluentes [2], Luxia f., et Vrium: Arenae g. montes [3]: Bae-

1. *Oſſonoba. Gr. Al.* 2. *Interfluunt. Vet.* 3. *Ariani. Gr. Al.*

quae immunia, gentium, quae Romana ciuitate donatae ſint, Alexandrum ab Alex. cap. 10. lib. IV. conſulendum puto, qui ea omnia diligenter perſecutus eſt. Ius Latii leuatio cenſitionis fuit, vt idem ius experirentur in cenſitione quod Italicae coloniae, ac praeterea in traditionibus nixi, vſucapionibus, annali exceptione iure capiendi: immunitas vero cum nec pro capite, nec pro ſolo tributum pendebant. Videatur Onuph. Panuin. Imper. Rom. et Car. Sigon. de antiq. iur. *Dalec.*

e. *Onoba Aeſtuaria)* Ab aeſtuariis eo loci frequentibus. Sunt autem aeſtuaria (ἀναχύσεις Straboni lib. III. p. 140.) loca quae marinis aquis referta ſunt ex inundationibus pelagi, per quas ſaepe in mediterranea fluuiocum inſtar nauigantes accedunt. Oppidum id porro Anae fluuii oſtiis, vbi aeſtuaria fiunt accedente mari, proximum, nunc eſſe *Gibraleon* Rodericus Carus recte cenſet, L. III. Antiq. Hiſpal. c. 75. Vide Not. et Em. N. IV. (hic inf.) *Onoba Aeſtuaria)* MSS. Reg. et Colb. ac Pariſ. *Oſſonoba Aeſtuaria.* Parm. edit *Oſſonaba Aſturiae.* Hermolaus, *Oſſonoba Luſturia,* quoniam inter amnes Luxiam et Vrium, ſita eſt. Nos Ὄνοβαν Αἰςυρίαν, hoc eſt, Aeſtuariam, ab aeſtuariis, quae illic frequentia ſunt appellatione deducta, maluimus appellari, veſtigia codicum antiquorum ſumma fide ac religione ſecuti. Oſſonaba certe non huius loci eſt, ſed Luſitaniae, vt dicemus L. IV. f. 35. et ab Oſſonoba diuerſam Onobam et nomine et ſitu Marcianus Heracleotes agnoſcit, p. 71. et 73. hanc in qua nunc ſumus Ὄνοβαν Ἀςυρίαν vocans prope Anae oſtia: vnde Ptolemaeus emendandus, apud quem L. II. c. 4. Ὄνοβα Αἰςυρία pro Ὄνοβα λιςυρία legitur. Hanc porro Onobam eſſe *Ayamonte,* oppidum ipſis Anae oſtiis impoſitum perperam Biuarius exiſtimauit, vt ſuppoſititium Maximo foetum vindicaret. H.

f. *Luxia et Vrium)* Nunc amnes eos *Odier*, et *Tinto* vocant, inter Anam et Baetim fluentes. H.

Baetis h. fluuius: Litus i. Corenſe [1] inflexo ſinu; cuius ex aduerſo Gades, inter k. inſulas dicendae. Promontorium Iunonis l., portus Baeſippo m. Oppida: Belon n., Mellaria o.: fretum ex Atlantico ma-



1. *Curonenſe. Ch.*

g. *Arenae)* Ab Vrio amne ad Baetim perpetua ſunt montium iuga. Vide Not. et Em. N. V. (hic coll.) *Arenae montes)* Ita Romana et Parmenſis editio vetus. MSS. Reg. 1. 2. etc. *Hareni montes.* Ipſi ſunt Mariani montes, quos in hoc Baeticae tractu Ptolemaeus agnoſcit L. II. c. 4. quem tractum haud multum a MSS. codicum lectione abludente vocabulo, *las Arcas Gordas* vulgus appellitat. H.

h. *Baetis)* Nunc *Guadalquivir* vocant: quae vox Arabibus fluuium magnum ſonat. H.

i. *Litus Corenſe)* MSS. Reg. 1. 2. etc. *Curenſe.* Litus id a Baeti amne ad *Rio Guadalete* porrigitur, vbi oppidum *S. Lucar di Barameda.* H.

k. *Inter inſulas)* L. IV. ſect. 36. H.

l. *Iunonis)* Nunc *Capo de Trafalgar.* Ptolem. L. II. c. 4. ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ ναὸς Ἥρας. H.

m. *Baeſippo)* Hodie *Puerto Beges*, vel *Beger.* Vide Not. et Em. N. VI. (hic adi.) *Portus Baeſippo)* Melae quoque L. II. c. 7. *Beſippo ad Iunonis promontorium:* ex quo intelligitur hallucinatos eſſe viros alioqui eruditos, Rodericum Carum, qui L. III. Antiq. Hiſpal. c. 48. portum Baeſipponem eſſe exiſtimat, *Puerto de S. Maria*, ad oſtium amnis *Guadalete:* et Hieronymum Suritam, qui Baſilipponem, hodie *Camillana*, ſuper Hiſpalim ad Boream poſitum, cum hoc Baeſippone maritimo oppido confundit; cum diſertis verbis Mela Pomponius, Pliniusque, viri in Geographicis rebus ſupra famam accurati ac diligentes, inter Gades et Calpen, promontorio Iunonis Baeſiponem affigant. Ptolem. L. II. c. 4. Μυειγθέως λιμὴν dicitur oppidum Βαισίππω. H.

n. *Belon)* Ptolemaeo l. c. Βαίλων πολις καὶ ποταμὸς Martiano quoque Heracl. p. 70. Stephano, Βελὼν, πολὶς καὶ ποταμὸς τῆς Βαιτικῆς, etc. poſt Strabonem, L. III. p. 140. Hodie *Tariffa*, ad fretum. H.

o. *Mellaria)* Μελλαρία Martiano Heracl. p. 70. Nunc dirutae: loco nomen *Milareſe.* H.

ri. Carteia p., Tarteſſos [1] a Graecis dicta. Mons Calpe. q. Dein r. litore interno oppidum [2] Barbeſula cum fluuio. Item s. Salduba [3]: oppidum Suel

1. *Carpeſſum. Appian. Pauſaniae. Leopard.* 2. *oppida. Vet.* 3. *Item Salduba oppidum, Suel Malacha cum fl. Gr. et Al.*

p. *Carteia)* Καρτηΐα Ptolemaeo, L. II. c. 4. Nummus eſt ex aere minimo, apud P. Albaret, e Societate noſtra, Turnonii, inſcriptus, CARTEIA, quem ad nos ille inſpiciendum miſit. Pictus ea parte Genius ciuitatis eſt: pars altera eſt vſu detrita. Fabrica manifeſte Hiſpanica. Oppidi illius hodie rudera vix ſuperſunt. Portus ſupereſt admodum capax, cum caſtello, *Torre di Cartagena*, corrupto a vetere Carteia nomine. Roder. Carus, L. III. Antiq. Hiſpal. c. 24. Mela, L. II. c. 6. *Carteia, (vt quidam putant) aliquando Tarteſſus.* Pauſan. L. VI. Eliac. poſter. p. 378. et Strabo L. III. p. 151. ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηΐαν προσαγορεύουσι. Gadium inſulam Tarteſſum quoque vocitatam dicemus, L. IV. f. 36. Et in inſula ad Baetis oſtia tertiam eo nomine vrbem veteres agnouere, Strabo p. 148. H.

q. *Mons Calpe)* Cum oppido cognomine, cuius meminere Strabo, L. III. p. 140. Antoninus, et nummus ſuſpectus. C. I. CALPE, hoc eſt, *Colonia Iulia Calpe*, ap. Spanhem, p. 766. Sed eadem plane ea eſt cum Carteia ſuperius dicta. H.

r. *Litore interno)* Litore interni maris, hoc eſt, mediterranei: ibi enim oppidum Barbeſula, nunc *Guadaiara*, ad amnem hodieque cognominem: Martianus Heracl. ἀπὸ Καρτηΐας εἰς Βαρβήσολα — ἀπὸ δὲ Βαρβησόλων, etc. Fluuii Βαρβησόλα meminere Ptolem L. II. c. 4. et Tzetzes, Chil. 8. v. 712. H.

s. *Item Salduba)* Hoc eſt, vt Barbeſula, ſic etiam Salduba olim oppidum cum fluvio fuit cognomine: Suel non item. Salduba hodie *Marbella* eſt: ad amnem olim cognominem, qui nunc *Rio Verde* dicitur. Σᾶελ inter Marbellam et Malacam, in regno Granatenſi caſtellum eſt, hodie *Molina*. Refert haec oppida Mela, L. II. c. 6. *Maenoba, Malaca, Suel, Salduba, Lacippo, Barbeſul.* Inſcriptio vetus apud Reineſium, p. 131. MVNICIPIO SVELITANO. Sunt qui velint eſſe

*Fucu-*

Suel [1]: Malaca t. cum fluuio, foederatorum. Dein Maenoba u. cum fluuio. x. Sexti [2] Firmum cognomine Iulium, Selambina y., Abdera. Murgis z.



1. *Siue, Chiff.* 2. *Sextifirmium Ptolemaeo.*

*Fuengirolam*, vicum a Malaca leucis quatuor diſſitum, vbi haec reperta eruta que inſcriptio eſt, ſed ficta eadem et recens. H.

t. *Malaca)* Malaca, inquit, foederatorum oppidum eſt, cum fluuio. Ptolemaeo, L. II. c. 4. Μάλακα, qui vicinum amnem Σάδακαν vocat. Oppido incolae nomen fecere *Malaga:* Galli, *Malgues:* amni, *Guadalquivireio*, ſiue *Fiu Grande.* Regio vino nobilis, in Granatenſi regno. H.

u *Maenoba)* Μαίνοβα, Straboni L. III. p. 143. Ptolemaeo Μάνοβα, mendoſe. Fluuio nomen eſt hodie *Fiu Frio*, ſeu frigidus amnis: oppido, *Torres*, in litore regni Granatenſis. H.

x. *Sexti)* MSS. *Sexifirmum.* Mela, l. c. *Ex* vocat: *Sexitanum*, Antoninus: Σὲξ Ptolemaeus, L. II. c. 4. hodie *Almunecar.* Vide Not. et Em. N. VII. (paulo poſt.) Hinc falſamentis Exitanis, ſive Sexitanis nomen, de quibus Strabo L. III. p. 156. aliique. *Sexti Firmum)* Admonet ipſa ſeries oppidorum, quae plane eadem eſt apud Melam, Plinium, Ptolemaeumque, Sexti Firmum prius Hiſpaniae oram legentibus a Calpe verſus Septemtrionem occurrere, quam Selambinam: quare Suritam, Rod. Carum, aliosque falli neceſſe eſt, qui id oppidum nunc *Motril* eſſe exiſtimant, quod citra Selambinam eſt. H.

y. *Selambina)* Σηλάμβινα Ptolemaeo, l. c. et mox Ἄβδαρα, Straboni, l. c. Ἄβδηρα, Stephano Ἄβδηρα. Illam hodie *Salobrena* incolae: iſtam *Almeria* vocat Mariana, L. X. Hiſt. Hiſp. c. 18. p. 503. vtramque regni Granatenſis. Aliis Abdera *Adra*, eſſe videtur, haud adeo abludente ab Abdera vocabulo, medio fere inter Selambinam et Almeriam interuallo. H.

z. *Murgis)* Antonino Murgi, a Sexitano, M. P. XXXVIII. Hodie Almeria eſt, ſi Mendozam audimus in Conc. Illib. *Muxacra*, in ora vlteriore verſus ſeptemtrionem, ſi Marianam, L. I. Hiſt. Hiſp. c. 3. cui ſubſcribimus. Alia porro ab iſta Μᾶργις Ptolemaei eſt, L. II. c. 4. in mediterraneis Turdulorum Baeticorum oppidis. Alia item, quam hodie Murciam vocant, regni caput,

Baeticae finis. Oram eam vniuerſam originis Poenorum exiſtimauit M. Agrippa. Ab a. Ana autem Atlantico Oceano obuerſa b. Baſtulorum Turdulorumque eſt. In [1] vniuerſam Hiſpaniam M. Varro peruenisſe Iberos c., et Perſas, et Phoenicas, Celtasque, et Poenos tradit. Luſum d. enim Liberi patris

1. *Turduli a Baeti fluuio ad Aetnam vſque protenduntur. Eorum finis ad promontorium ſacrum: Baſtuli vero a Calpe vſque Alimentam. Pinetus haec interſerit.*

caput, oppidum et a mari, et ab ora hac quam luſtramus longe diſſitum. H.

a. *Ab Ana)* Ad fretum vſque, Mela, L. III. c. 1. A freto *ad flumen Anam Turduli et Baſtuli habitant.* H.

b. *Obuerſa)* Subintellige, ora. A Turdulis ſiue Turdetanis, Baetica tota olim Turdetania appellata. Vide Strab. L. III. p. 139. H.

c. *Iberos* etc.) De his omnibus vide Diodor. Sic L. V. Bibl. p. 312. Appianus in Ibericis, p. 256. Melam, L. II. c. 6. aliosque. Phoenicum inprimis expeditionem in Hiſpaniam eo tempore ſuſceptam, quo Romanae vrbis fundamenta ponerentur, Mariana cenſet, L. I. Hiſt. Hiſp. c. 15. H.

d. *Luſum enim Liberi patris ac Lyſam cum eo bacchantium, etc.)* Scribe: *aut Lyſam cum eo bacchantem.* Martianus, *Cui*, inquit, *nomen fabulae a luſu Liberi patris, vel cum eo bacchantium ſociauit.* Fauent etiam ambo exemplaria. *Pintian. Luſum enim Liberi patris; ac Lyſſam, etc.)* Nota eſt ex poetis *lyſſa*, hoc eſt, rabies, Maenadum Bacchi comitum obuios thyrſo ferientium, et canes pecudesque diſcerpentium: de qua illud: *Et totum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris et lyncem Maenas flexura corymbis.* Gelen.

*Luſum enim)* Varro nugatur, ſi a ludo ſeu luſione, quae vox Latina eſt, iam tum Bacchi aeuo Luſitaniam cognominatam velit: aut a λύσσα, quae vox rabiem ſonat. Sic tamen Martianus accepit L. VI. c. de Hiſpania p. 203. *Luſitania, cui nomen fabula a luſu Liberi patris, vel cum eo bacchantium, ſociauit.* In MSS. *Lyſum.* An *Lyſum Liberi patris, aut Lyſam cum eo bacchantem* legi ſatius: vt *Lyſus* et *Lyſa* vnius hominis, qui Bacchi filius comesue fuerit, nomen geminum eſſe videatur? Bacchum ipſum Lyſium

patris, aut Lysam cum eo bacchantem [1] nomen dedisse Lusitaniae, et Pana praefectum eius e. vniversae [2]. At f. quae de Hercule ac Pyrene, vel Saturno traduntur, fabulosa in primis arbitror. Baetis in Tarraconensis [3] prouinciae, non vt aliqui dixere, g. Mentesa [4] oppido, sed Tugiensi h. exoriens saltu [5], iuxta i. quem Tader fluuius, qui Carthaginiensem agrum rigat, k. Ilorci [6] refugit Scipionis

1. *Patris comitem, aut Lyssam, bacchantem. Gor. Pinet.* 2. *eius vniuersa autem quae de.* 3. *Tarraconensi provincia.* 4. *Meteſa. Ch.* 5. *iuxta. deest ap. Gr.* 6. *ille ocyor refugit. Vet.*

Lysium apud Pausaniam dictum accepimus, a λύω quod curas soluit. *Bacchantem* habent editiones vetustae. H.

e. *Vniuersae)* Subintellige, Hispaniae. Verba Sosthenis de Baccho, L. XII. Ibericorum: Νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πᾶνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων, ὃς τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ Πανίαν μετωνόμασεν, ἣν οἱ μεταγενέστεροι Σπανίαν προσαγορεύσαν. Apud Plutarch. L. de flumin. p. 1159. H.

f. *At quae de Hercule)* Vetusti codices, *Quae autem de Hercule. Pint.*

f. *De Hercule, etc.)* De Herculis expeditione in Hispaniam Diod. Sic. L. IV. Bibl. p. 216. A Pyrene Bebrycis filia, quam Hercules adamarat, in Pyrenaeo monte sepulta, montis eius appellationem fabulose Silius deducit, L. III. H.

g. *Mentesa)* Haec Mentesa Bastulorum de qua s. 4. dicetur. Nunc vicus *S. Thomaé*: olim Episcopalis sedes, Gienam deinde transducta, *Iaen.* H.

h. *Tugiensi)* Ab oppido Tugia, cuius Antoninus meminit, et a Castulone, Malacam versus, distare ait, XXXV. M. P. Nunc iacet. Saltui Tugiensi nomen, *Sierra di Alcaraz.* H.

i. *Iuxta quem Tader)* Ita MSS. omnes. Ex iisdem montibus, quibus Baetis, Tader oritur: hodie *Segura* vocant: Sed is in ortum tendit, Murciam rigat, et in Illicitanum agrum deuoluitur, vt dicetur sect. sq. H.

k. *Ilorci)* Curuo, inquit, amnis deflectit anfractu, quasi refugiat Cn. Scipionis rogum aspicere: quem in turrim quamdam Asdrubalis copiae fugientem compulerant: qua

pionis rogum: verſusque in occaſum, Oceanum Atlanticum prouinciam l. adoptans petit, modicus primo, ſed multorum fluminum capax, quibus ipſe famam aquasque aufert. Baeticae m. primum ab [1] Oſſigitania n. infuſus, amoeno blandus alueo crebris dextra laeuaque accolitur oppidis. Celeberrima inter o. hunc et Oceani oram in mediterraneo Segeda, quae Augurina cognominatur, Iulia p. quae Fidentia: q. Vrgao [2] quae Alba: r. Ebura [3], quae

1. *Oſſigitaniae.* 2. *Virgao. Gr.* 3. *Hebura.*

qua incenſa cum omni comitatu miſere concrematus eſt: vt auctor eſt Appian. in Iberic. p. 263. Oppido hodie nomen *Lorquinum* eſt, ad amnem Taderem, in regno Murciae. H.

l. *Prouinciam)* Baeticae prouinciae, quam mediam ſecat, ſuum nomen impertiens. H.

m. *Baeticae primum ab Oſſigitania infuſus)* Alii, *Oſſigetania*. Codex Salmanticenſis, *Oſſigitania*, per *i*, in tertia, veriore lectione, ab *Oſſigi* oppido conuentus Cordubenſis cognomine Laconio, de quo mox paulo *P.*

n. *Oſſigitania)* Ab Oſſigi oppido, de quo mox: ab ea prouincia Baeticae initium duci haud obſcure innuit: citra verſus ſeptemtrionem et ortum, Tarraconenſem eſſe: quare ad Caſtulonem oppidum, qui Baeticae finis paulo poſt dicetur, Oſſigitania pertinuit. H.

o. *Inter hunc)* Inter Baetim, ab Oſſigitania, ad freum Gaditanum, et Atlantici oram Oceani, Cordubenſis conuentus mediterranea oppida iſta ſunt: Segeda, etc. H.

p. *Iulia, quae)* Tiberii nummus in Theſauro Goltzii, COL. IVL. FIDENTIA. Sed ſunt Goltziana Latina numiſmata pleraque adulterina et ficta. Straboni L. III. p. 141. Ἰουλία. Eſt Οὐλία vel potius Ἰκλία Ptolemai prope Cordubam, L. II. c. 4. H.

q. *Virgao)* Inſcriptio inventa Argonae in Agro Giennenſi, leucis duabus ab *Auduiar*, MVNIC. ALBENSE. VRGAVON. apud Gruter. p. 233. ſed ficta et recens. H.

r. *Ebura)* In MSS. quibusdam, *Ebora*. Non eſt haec *Ebora* Pomponii Melae, de qua ille in Baeticae littore, L. III. c. 1. nec Straboni Ἔβορα, quae eadem cum Ebora

quae Cerealis: Iliberi s., quod Liberini: Ilipula t., quae Laus: Aſtigi u., quod Iulienſes: Veſci x., quod Fauentia: y. Singili [1] z. Attegua [2], Arialdunum a., Agla-

1. *Singilia. Gr.* 2. *Hegua, Gr.*

Ebora Pomponii eſt, L. III. p. 140. Nunc, vt ergo reor, eſt *Alcala Rſal*, inter Granatam et Cordubam. H.

s. *Iliberi)* Loayſas in Conc. Illib. legit, *Eliberi, quod Eliberini.* Fuit in colle, cui nomen hodie eſt *Sierra de Elvira.* Ptolemaeo, l. c. Ἰλλιβερὶς. H.

t. *Ilipula)* Ptolemaeo, l. c. Ἰλλιπύλα μεγάλη. Nunc eſt Granata, regni cognominis caput. Vide Roder. Carum, L. III. Antiq. Hiſp. c. 11. p. 100. H.

u. *Aſtigi)* Nunc *Albama*, inter Granatam et internum mare, verſus Malacam. Mart. de Roa, in hiſt. Aſtigit. fol. 13. aliique: Ptolemaeo, l. c. Ἀστιγίς. Parmenſis editio, *Aſtici.* H.

x. *Veſci)* Οὔεσκις Ptolemaeo l. c. Forte *Archidona*, inter *Antequera*, et *Alcala Real.* H.

y. *Singili)* Eadem Antiquaria Antonino dicta, nunc *Antequera*, ſupra Malacam. Ibi reperta inſcriptio apud Gruter. exſtat, p. 437. MVNICIP. SINGILIENSIVM. H.

z. *Attegua)* Ἀττεγύα πόλις, Dioni, L. XLIII. p. 230. haud procul Corduba. Mariana, L. III. hiſt. Hiſp. c. 21. *Attegua*, inquit, *decimo ſexto ab vrbe Corduba lapide ſita erat, quo nunc loco ruinae tantum exſtant Tebae veteris nomine; Teva veia*, ſexto fere milliari ab Antiquaria Hiſpalim euntibus. Vide Not. et Em. N. VIII. (hic ext.) *Singili, Attegua)* Prius legebatur, *Singilia, Hegua.* Scio in hoc Baeticae tractu Αἴγαν a Strabone citari, L. III. p. 141. Sed cum *Singiliattegua* in MSS. ſcribatur Reg 1. 2. et. *Singili: Attegua*, haud cunctanter agnoſco. Nam de Attegua, praeter Dionem, quem laudaui, meminit non ſemel Hirtius, L. de bello Hiſp. p. 259. et Atteguenſes Pompeianarum partium fuiſſe, ſcribit Valer. Max. L. IX. c. 2. p. 425. H.

a. *Arialdunum)* MSS. Reg. et Colb. *Arialdunum, Aglamin, Vrbedo.* Hic aliqui comminiſcuntur, *Avia, Eldanum*: et a priore oppido dictum eſſe Feſtum Avienum volunt. Pro *Boebro.* Forte *Agabro* legi ſatius: quod cum Eliberitana et Aſtigitana Eccleſia, meminit etiam Agabrenſis Concilium Hiſpalenſe II. can. 1. H.

Aglaminor, Baebro [1]. Caſtra b. vinaria, c. Epiſibrium [2]: Hippo d. noua, Illurco e., Oſca f., Eſcua, Succubo, Nuditanum g., h. Tuati [3] vetus, i. omnia [4] Baſti-

1. *Vbeda.* 2. *Piſimbrium. Ch.* 3. *Tucci. Gr.* 4. *Omnia Baſtitaniae vergentis ad mare. Conuentus vero Cordubenſis circa flumen ipſum Oſſigi Gr. et Al.*

b. *Caſtra vinaria)* Forte quae Hirtio Caſtra Poſtumiana dicuntur, millibus fere quatuor ab Attegua et Succubi, L. de bello Hiſp. p. 255. quae Mariana, L. III. hiſt. c. 21. p. 123. nunc *Caſtro del Fiume* ait appellari. H.

c. *Epiſibrium)* MSS. R. 2. *Epiſimbrium.* Reg. 1. et Colb. 2. *Ciſimbrium.* H.

d. *Hippo)* MSS. *Iphonoba.* Hipponem Liuius agnoſcit, ſed in Carpetanis, haud procul Toleto, L. XXXIX. p. 496. H.

e. *Illurco)* Inſcriptio apud Gruterum, p. 406. ORDINIS. ILLVRCONENSIS ex Ant. Auguſtini ſcedis, reperta in pago *Pinos*, Granatenſis agri. Falſa et recens. H.

f. *Oſca*, etc.) Oſcam nunc aiunt eſſe *Hueſcar*, in confinio regni Granatenſis, et Caſtellae Nouae. Ita Ioh. Franc. Andrez, L. de patria S. Laurentii p. 6. aliique. *Eſcuam* Ptolemaeus Ἔσκαν vocat L. II. c. 4. *Succubo* Hirtio, L. de bello Hiſpanico p. 254. Vcubis vocatur, prope Atteguam. Succubitani municipii meminit Capitolinus, in M. Antonio, p. 22. H.

g. *Nuditanum)* MSS. *Vuditanum.* H.

h. *Tuati)* Vide Not. et Em. N. IX. (hic adi.) *Tuati vetus)* Ita MSS. omnes, librique editi ante Frobenium, qui *Tucci vetus* repoſuit. H.

i. *Omnia Baſtitaniae)* Recenſita inquit, hactenus oppida, in Baſtitaniae parte illa ſunt, quae non ad Oceanum, ſed internum vergat ad mare: ad conuentum vero quod ſpectat, Cordubam iura petunt. Baſterani Plinio iidem qui Baſtuli. A Baeti amne ad Carthaginem novam, Oceani internique maris oram tenuere. Auctor Strabo L. III. p. 156. Nomen a Baſta vrbe, quae hodie *Baza* eſt, inquit, Mariana, L. I. hiſt. Hiſp. c. 3. Apud Gruter. p. 349. BASTETANVS. At p. 225. permutatis litteris, BATESTANI. POPVLI. Sunt pleraeque omnes Inſcriptiones Gruterianae ſuſpectae aut fictae. H.

Baſtitaniae vergentis ad mare, conuentus vero Corduben ſis. Circa k. flumen ipſum Oſſigi l., quod cognominatur Laconicum [1]: Illiturgi n., quod Forum Iulium: Ipaſturgi, quod Triumphale: Sitia p.: et XIV. M. paſſuum remotum in mediterraneo Obulco q., quod Pontificenſe appellatur. Mox r. Ripepora

1. *Laconium.* Ch.

k. *Circa flumen)* Circa Baetim. H.

l. *Oſſigi)* In ſubſcriptione Concil. Illib. *Clementianus ab Oſſigi.* Nunc aiunt eſſe *Megibar*, inter *Anduiar*, et *Linarez*, in regno Giennenſi. In Hiſpania Laconicos mores et inſtituta floruiſſe auctor eſt Strabo, L. III. p. 154. Inde illa fortaſſe cognomina, Laconicum, et Laconimurgi, quae nunc occurrunt. Tamen in MSS. hoc loco *Laronium* ſcribitur. H.

n. *Illiturgi)* A Scipione aequatum ſolo id oppidum auctor eſt Liuius, L. XXVIII. p. 326. et Appian. in Iber. p. 272. cui Ἰλεργία πόλις dicitur, ſicut Ptolemaeo, L. II. c. 4. Ἰλουργὶς. Nunc eſt *Anduiar el veio*, tribus millibus ab *Anduiar* oppido ad Baetim ſito, ſupra Cordubam: vbi reperta inſcriptio, quam refert Morales, L. II. fol. 57. ORDO ILITVRGITANOR. ficta et recens. H.

p. *Sitia)* Σέτια Ptolemaeo, l. c. H.

q. *Obulco)* Ὀβόλκων Stephano. Ὄβελκον Ptolemaeo, L. II. c. 4. Hodie *Porcuna*, oppidum haud ignobile Cordubam inter, et Giennam. Ita Mariana, L. III. hiſt. Hiſp. c. 21. p. 123. Reperta ibi vetus inſcriptio, apud Gruterum, p. 105. MVNICIP. PONTIFICIS. Et p. 458. ORDO. PONTIFICIENSIS. OBVLCONENSIS. Id pluribus firmat argumentis, Mart. de Roa, in hiſt. Aſtig. p. 18. In nummo vetere, e Gaza Regia, OBVLCO. H.

r. *Mox Ripepora)* Poſt Obulconem, inquit, ſequitur in mediterraneo Ripepora, quod oppidum foederatorum fuit. In oppido *Monoro* repertum lapidem veruſtum Hieron. Surita ait in Anton. Itiner. p. 553. cum inſcript. RESPVB. EPORENSIS. Eporam a Corduba diſtare Antoninus prodidit M. P. XXVIII. a Caſtulone, L. Gruteri inſcript. p. 105. ORDO. MVN. EPOR. Hanc Eporam eſſe *Monoro*, in Cordubenſi Dioeceſi,

pora foederatorum, Sacili s. Martialium [1], Onoba. t. Et u. dextra, Corduba x., Colonia Patriciae cognomine [2]: inde primum nauigabili Baeti. Oppida: y. Carbula [3], Decuma z.: fluuius Singulis, eodem a. Baetis latere incedens [4]. Oppida Hiſpalenſis

1. *Maritalium. Vet.* 2. *Sic ex MSS. Hard. patricia coguominata Gr.* 3. *Carbule Gr. Carbulo Al.* 4. *Incidens Gr. Al.*

ceſi, cenſet pariter Roder. Carus, L. III. c. 22. p. 120. Haec, Ἔβορα Ptolemaei videtur, L. II. c. 4. in oppidis Turdulorum mediterraneis, proxime Onobam. H.

s. *Sacili)* Σακιλὶς Ptolemaeo, L. II. c. 4. in oppidis Turdulorum mediterraneis. Nunc *Alcorrucen* vocant. In Theſauro Goltzii, p. 244. MVN. SACILIS. H.

t. *Onoba)* Ὄνοβα Ptolemaeo l. c. Vt Narbo Martius, a Martia vt videtur, legione, quae eo deducta colonia eſt, ſic Onoba eamdem ob cauſam. Martialum cognominata creditur. At hoc verius Sacilis cognomen eſt, interpungique ſatius in hunc modum: *Sacili Martialium, Onoba.* H.

u. *Et dextra)* In ripa fluvii, quae meridiem ſpectat. H.

x. *Corduba)* Hodie *Corduba la veia*, leuca fere vna a Corduba noua, quam nos Cordoue dicimus in ſeptemtrionali amnis latere poſita. In nummo Auguſti, COLONIA PATRICIA. H.

y. *Carbula)* Ita MSS. Reg. 1. 2. etc. et in nummo antiquo ex aere, apud P. *Ludouicum Iobert* e Societate noſtra, CARBVLA. Non *Carbulo.* Carulam in Baetica habet Antoninus, ſed Ilipam inter et Hiſpalim: quare non eſt huius loci: quamquam aliter Suritae viſum, in Anton. Itiner. p. 562. et Roder. Caro, L. III. Antiq. Hiſpal. c. 49. H.

z. *Decuma)* In MSS. R. 1. 2. etc. *Detuma.* Forte *Detunda*, vel *Detunna.* Nam, vt Barbarus adnotauit, in hoc ipſo Baeticae tractu, inter mediterranea Turdulorum oppida Δητᾶντα a Ptolemaeo nominatur, haud procul Sacili. Situm eius oppidi fuiſſe neceſſe eſt inter Baetim et Singulim amnes. H.

a. *Eodem)* Dextro ſcilicet, et meridionali. Amnem hodie *Xenil*, et *Guadaxenil*, accolae nuncupant. H.

lensis conuentus: Celti b., Arua [1], Canama, Euia, Ilipa c. cogno-

1. *Celtica, Axatiara, Arucci, Menoba, Gr. Al.*

b. *Celti*, etc.) Antonino, vel Aethico potius, vt viris eruditis placet, in itinere ab Hispali Emeritam. Ceterorum oppidorum mentio in vetustis Inscriptionibus. Vide Not. et Em. N. X. (hic adi.) *Celti, Arua, Canama, Euia)* Vix vllus est in hoc opere Geographico, in quo atrocius sit grassata interpolatorum libido, et emendandi prurigo quaedam, quae eruditos etiam viros interdum tenet. In MSS. R. 1. 2. Colb. et Paris. *Celtiarava, Camana, aeua.* In edit. Romana, Parm. Froben. Geleuii aliisque ante Dalecampium, *Celtiaca, Vacamana, Acria.* Numerum oppidorum auxit, immutauitque. deinde Dalecampius: *Celtiaca, Axatiara, Arruci, Maenoba.* Ecquod in his verbis, veteris scripturae vestigium? Roder. Carus, L. III. Antiq. Hispal. c. 3. 8. et 9. legit, *Celsita, Axati, Arua, Arucci, Menoba, Canama, Aria.* Nostram emendationem potiorem his omnibus esse non modo priscorum codicum vestigia ipsa confirmant, vix vllo fere apice immutato, sed et inscriptiones veteres, quas modo allaturi sumus. *Axati*, certe et *Arucci* expunximus, quod de iis libri omnes conditiui silent: etsi non me praeterit Municipii Flauii, Axatitani, et Ciuitatis Aruccitanae, apud Grut. in Inscript. fieri mentionem, p. 432. et p. 238. Quin et ipsam Celtim ex hoc albo sustulissem: nisi meminisset, vt dixi, Antoninus: tratus Plinium in his oppidis appellandis, non tam situs cuiusque loci, quam seriei elementorum habuisse rationem: quamobrem *Alica* priore loco statuissem, cum Alicensis oppidi in Prouincia Baetica memoria exstet, apud Gruterum, p. 542. Quod vero ad Aruam attinet, apud eumdem, p. 476. inscriptio legitur, ORDO. MVNICIPII. ARVENSIS, reperta Alcolae, medio itinere inter Hispalim, et Cordubam. De Canama, p. 345. CANAMENSES LINTRARII. Oppidum Baeti impositum, nunc *Villanoua del Rio.* Denique EVIA apud eumdem legitur, p. 550. in inscriptione, procul ab hoc situ, sed in Baetica tamen reperta. H.

c. *Ilipa)* Nunc *Pennaflor*, ad Baetim, inter Cordubam, Hispalimque. Vide Not. et Em. N. XI. (hic coll.) *Ilipa, cognomine Ilia: Italica)* In

cognomine Ilia [1]: Italica. cc. Et a laeua, Hiſpalis colonia, cognomine Romulenſis. d. Ex adverſo

1. *Deeſt ap. Gr.*

MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. *Ilipa cognomine Illa Italica.* Parm. edit. *Ilipae cognomine Ila Italica.* Voculam *Ila*, veluti nihili ea foret, Frobenius prior expunxit, legitque, *Ilipa cognomine Italica*, atque ita ſcribendi ceteris deinde auctor fuit. Atqui Straboni L. III. p. 141. Ἰτάλικα καὶ Ἰλιπα, et quod idem eſt, Ptolemaeo Λαῖπα μεγάλη et Ἰτάλικα, ciuitates ſunt duae diſpares. Et fuit *Ila* ſiue *Ilia* Ilipae cognomen genuinum. Apud Gruterum, p. 351. IMMVNES ILIENSES. ILIPONENSES: vnde noſſe Reineſius potuit qui Ilienſes Iliponenſes forent, quod ſcire ſe negat, ep. 23. Alias ſine cognomine, apud eumdem Gruterum, p. 246. legitur MVNICIPIVM. INLIPENSE. H.

cc. *Italica)* Omnium ſcriptorum conſenſu hodie eſt *Seuilla la veja*, Hiſpali proxima: Silii vatis, vt quidem vulgo creditur, natalibus clara. Gruteri inſcriptio, p. 385. COLONIA. ITALICENSIS. IN PROV. BAET. In nummis Auguſti, ITALICA: Tiberii: MVN. ITAL. et MVN. ITALIC. *Municipium Italicenſe.* H.

d. *Romulenſis)* Huc pertinet vetus inſcriptio, apud Gruterum, p. 257. QVI. IVLIAE. ROMVLEAE. NEGOTIANTES. Hodie *Seuille.* Iuliam Romulam a Iulio Caeſare nuncupatam ait Iſidorus, L. XV. Origg. c. 1. Nummus eſt ex aere magno, in quo caput eſt femineum Orbi Romano impoſitum; cuius in vertice Lunae creſcentis effigies eſt, quod eſt ſymbolum Auguſtorum Solis ſidus. Epigraphe: IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. Iulia Auguſti filia haec eſt, eadem Tiberii coniux. At non hic ORBIS legi certe oportuit, veluti vna vox ſit. Nam quid ſibi vult *Genetrix Orbis?* Quae femina, quaeue Dea dici genuiſſe orbem poſſit, vllo bono ſenſu? In auerſa nummi area caput Auguſti radiatum eſt: ſupra, Solis ſidus: iuxta, fulmen. Epigraphe: PERMISSV DIVI AVG. COL. ROM. *Colonia Romulenſis.* A Diuo Auguſto ius impetraſſe ſe cudendae monetae hoc titulo colonia Romulenſis, ſiue Hiſpalis, gloriatur. Itaque legen-

ſo e. oppidum Oſſet, quod cognominatur Iulia Conſtantia: Vergentum, quod Iulii f. Genius; Orippo,



gendum in priore titulo eſt: IVLIA AVGVSTA GENETRIX, *Obſtrinxit Romulenſes Beneficio Impetrato Singulari.* Genetrix appellatur, vt ab altera Iulia ſecerneretur, quam ipſa genuerat, vxore Germanici nimirum, Iulia Agrippina Auguſta. *Mater* dici non debuit, ne *Mater Orbis* dici crederetur, hoc eſt, Orbis Romani, quo ſenſu dicta eſt Liuia Auguſta, Auguſti coniux, *Mater Patriae:* cum aliud vellent Romulenſes intelligi. Ergo ſcribi *Genetrix*, non *Mater* oportuit. H.

e. *Ex aduerſo)* Dextro igitur Baetis latere, ſeu meridiano: nam laeuo ſita olim Hiſpalis fuit. Igitur *Alcula de Guadaira* fuerit ſane potius Oſſet, quam *Alcala del Rio*, quantumcumque Pſeudo-Maximus refragari nobis in Chronico videatur: cum Oſſet oppidum Aquas duras iubet intelligi, vbi ſancti Gregorii ſacrae reliquiae aſſervantur. H.

f. *Iulii Genius)* Vt Athenienſes aedem Auguſti Genio, Suetonio teſte, dedicarunt: ſic vrbem ſuam Vergentenſes ſub Genii Caeſaris tutela ac praeſidio collocarunt. Nunc *Gelues*, vt quidem videtur, inter amnes Baetim et *Guadiamar*. Vide Not. et Em. N. XII. (hic coll.) *Vergentum, quod Iulii Genius: Orippo, Caura, Siarum)* Inſigniter deprauatus hactenus hic locus in libris omnibus ſic legebatur: *Vergentum, quod Iulii genitor, Hippo Cauraſiarum*, quae non oppidorum nomina, ſed vocum portenta erant. At Orippo, etiam ab Antonino memoratur, in itinere a Gadibus Cordubam, ab Hiſpali IX. M. P. Et apud Gruterum p. 803. inſcriptiones erutae in pago quem *Sarracatim* vocat, in agro Vtrerenſi, ORDO. SIARENSIVM. Apud Roder. Carum, L. III. Antiq. Hiſpal. 20. SIARENSIVM. MVNICIPIVM legitur. De Caura et Orippone mentio apud Poetam antiquum, A. Halum nomine, ortu Burdegalenſem, quem Tamayus edidit in Martyrol. Hiſp. *Hic Caura, Sauros ſuſtentat Orippo colonos.* Mox vt editione Romana a. 1470. et Parmenſi legitur, *Fluuius Menoba et ipſe*, legi oportet: non *Menoba Baeti et ipſe*, vt recentes libri cum Dalecampio, inani repetitione ſyllabae *ba* et *et* exhibent; Neque enim Menoba fluuius amni Baeti, ſed agris vel oppido Sciaro potius dicitur *infuſus.* Sic enim

pog., Caura[1] Siarum, fluuius Menoba, et h. ipſe[2] a dextro latere infuſus. At inter aeſtuaria Baetis, oppidum Nebriſſa i., cognomine Veneria, et Colobona. k. Coloniae: Aſta l., quae Regia dicitur: Et in mediterraneo Aſido m., quae Caeſariana[3]. Singulis fluuius in Baetin, quo dictum eſt ordine, irrumpens, Aſtigitanam n. coloniam alluit, cognomine Augu-

1. *Vergentium, Hippo, Cauraſiarum, fl. Gr.* 2. *Baeti et ipſe Gr.* 3. *Caeſarina. Ch.*

enim Plinius ipſe Baetim amnem paulo ante Baeticae dicit infuſum. H.

g. *Orippo, Caura, etc.)* Orippo, nunc *Villa de dos Hermanas*, IX. M. P. ab Hiſpali, eruditis creditur. Siarum *Sarracatin*, in agro Vtrerenſi, Mart de Roa, in hiſt. Aſtig. In nummo vet. ex aere, ap. D. Foucault, legitur CAVRA. H.

h. *Et ipſe a dextro)* Hoc eſt, meridiano. Nunc *Rio Guadalete* dicitur, in oſtium Baetis orientale, ἀνατολικώτερον, ſi fides Martiano, p. 71. olim influens: nunc eo oblimato, proprio in Oceanum ore ſe deuoluit, flexumque, vt Plinius paulo poſt ait, torſit, correxitue. v. Not. et Em. N. XII. (ſupra p. 515. n. f.) H.

i. *Nebriſſa)* Diſtare nunc a Baeti VIII. P. M. ſcribit Mariana, L. I. Hiſt. Hiſp. c. 3. et Anton Nebriſſenſis: altero Baetis oſtio nunc oblimato. Incolis *Lebrixa*. In nummo Claudii Imp. teſte Ligorio, ſed falſo plerumque apud Holſten. p. 128. COLONIA. VENEREA. NABRISSA. AVGVSTA. H.

k. *Et Colobona)* MSS. *Colobana*. Hodie *Tribuxena*, inter *Lebrixa*, et *S. Lucar di Barrameda*. Sic Roder. Carus L. III. Ant. Luſit. c. 22. Qui *Col. Onoba*, legi hic iubent, et a librorum omnium fide deſciſcunt, et plures colonias inuehunt, quam quot Plinius promiſerat. H

l. *Aſta)* Meminit Mela, L. III. c. 1. Ptolemaeus, L. II. c. 4. aliique. Nunc *Xerez della Frontera*, ad amnem *Guadalete*, teſte Mart. de Roa, in hiſt. Aſtig. Rudera vrbis inter *Xerez* et *Tribuxena* monſtrari ait Rod. Carus. H.

m. *Aſido)* Poſtea Aſidonia, demum *Medina Sidonia* appellata. Non eſt Ptolemaei Ἄσιδον, L. II. c. 4. quae inter Baetim Anamque ſita, iuxta Nertobrigam. H.

n. *Aſtigitanam)* Hodie *Ecija*, inter Hiſpalim, et Cordubam.

Auguſtam Firmam, ab ea nauigabilis. Huius conventus ſunt reliquae o. coloniae immunes: Tucci p., quae cognominatur Auguſta Gemella: Itucci q., quae Virtus Iulia: Attubi r., quae Claritas Iulia: Vrſo, quae s. Genua Vrbanorum: inter quae fuit t. Munda cum Pompeii filio capta. Oppida



dubam. Apud Gruterum p. 101. COL. AVG. FIR. Aſtigi reperta inſcriptio. Et apud Mart. de Roa, in hiſt. Aſtig. COL. IVL. AVG. FIR. In nummo vetere, COL. AST. AVGVSTA. H.

o. *Reliquae)* E coloniis novem, quas promiſerat, iam quinque appellauit: Gades, de quibus inter inſulas vberius, L. IV. ſ. 36. Corduham, Hiſpalim, Aſtam, Aſidonem. H.

p. *Tucci)* Hodie *Martos*, inter Corduham et Giennum. Τῦκι Ptolemaeus, L. II. c. 4. Γέμελλαν vocat Appianus, in Iber. p. 293. Gruteri inſcript. p. 323. COLONIAE. GEMELLAE. TVCCITANAE. Vnde Gemellae nomen, dicemus in Not. et Em. N. XIII. (hic poſ.) *Vrſo, quae Genua Vrbanorum:)* Ita libri omnes. Tamen erudite ſuſpicatur Anton. Auguſtinus, legi oportere *Gemina Vrbanorum*: deductis eo colonis militibus ex aliqua earum legionum quibus Geminae, aut Gemellae, cognomen fuit, quales erant VII. X. XIII. et XIV. quod ex duabus factae ſingulae erant, quae iuſtum legionum numerum non explorent. Auctor ipſe Caeſar, Bell. Ciu. L. III. p. 166. et Dio L. LV. Vrbanorum autem cognominatur, quod militum ſorte ex ſola Vrbe Roma conſcriptorum eſſet. H.

q. *Itucci)* Ἰτύκη Appiano in Iber. p. 292. H.

r. *Attubi)* Nunc eſſe *Eſpeio*, Marianae videtur L. III. hiſt. c. 21. Nobis *Oliuera*, prope Oſtipponem. In Theſauro Goltzii, p. 238. Neronis nummus, COL. CLARITAS. IVLIA. H.

s. VRSO) Hodie *Oſſuna*. Ducatus titulo inſignis: Mariana, L. III. hiſt. c. 22. Ὀρσῶνα vocat Appian. in Iber. p. 291. Vrſaonem Hirtius in bello Hiſp. p. 264. in Conc. Arelat. I. ſubſcribit *Natalis Presbyter de ciuitate Vrſolenſium*. Vide Not. et Em. N. XIII. (ſupra Not. p.) H.

t. *Fuit Munda)* Hac familiari forma loquendi *fuit*, exciſum deletumque aeuo ſuo oppidum, cui hanc praefigit voculam, innuit. De

libera: Aſtigi u. vetus, Oſtippo. x. Stipendiaria: Callet y., Calucula, Caſtra gemina, Ilipula minor, Meru-

Cn. Pompeio Magni F. ad Mundam interfecto, vide Liuii Epitomen, L. CXV. Hirtium, de Bello Ciu. p. 264 Velleium, L. II. n. 56. Florum, L. IV. c. 2. Dionem, L. XLIII. p. 233. H.

u. *Aſtigi vetus)* Nunc eſt *Albameda*, inter coloniam Aſtigitanam, et Oſtipponem, Martino de Roa, in hiſt. Aſtig. H.

x. *Oſtippo)* Meminit Anton. XIV. M. P. ab Ilipa, in itinere a Gadibus Cordubam. Aſtapa Liuio eſt, L. XXVIII. p. 327. Ἀσταπὰ, Appiano, in Iber. p. 273. nunc *Eſtepa:* tribus fere leucis ab Aſtigitana colonia, in agro Oſſunenſi. H.

y. *Callet*, etc.) In nummo Hiſpanico, apud Roder. Carum, L. III. c. 70. p. 197. CALLET. *Calucula.* Ptolemaeo, L. II. c. 4. Καλίκελα, *Obulcula.* Ὀβόλκολα Appiano in Iber. p. 293. Ὀβέκολα Ptolemaeo. Nunc eſt *Mancloua*, inter Aſtigitanam coloniam, et Carmonem, Rod. Caro, L. III. c. 41. *Oningis* Liuio eſt *Oringis.* Vide Not. et Em. N. XIV. (hic adi.) *Callet — Ilipula minor, Merucra, Sucrana, — Oningis)* Cum ſint haec oppida et extra Baeturiam poſita, et conuentus Aſtigitani, in eorumdem aſſignando ſitu aſſentiri viris eruditis non poſſum. Nam quod *Callet* nunc Cala eſſe cenſet Ioh. Fr. Andrez, L. de patria S. Laurentii, p. 212. et Rod. Carus, L. III. c. 70. et poſt illum Holſtenius, oppidum ſcilicet in media Baeturia poſitum, ſupra Hiſpalim, inter Baetim et Anam; quam oram Plinius nunc deſcribat, quemve conuentum, aeſtimaſſe ſatis non videntur. Ilipula vero minor, *ſi Niebla* eſt, ad amnem *Tinto*, fere inter oſtia Baetis et Anae, vt viſum eſt Roder. Caro, L. III. c. 81. ſane non Aſtigitani conuentus ea eſſe potuit, ſed Hiſpalenſis: Celticis Baeturiae populis, in quibus eſt *Niebla*, ei conuentui, vt Plinius mox ſubiungit, attributis. Denique ſi Oningis ibi fuit, vbi nunc Giennium eſt, vt cenſuit Mariana, L. II. hiſt. Hiſp. c. 21. p. 78. ad Cordubenſem conuentum pertinuit, non ad Aſtigitanum. Et Liuius ſane L. XXVIII. p. 319. haud procul Gadibus et Oceano ſtatuere Oringin videtur, quam ſolo aequatam a Scipione prodit. Pro *Merucra, Sucra-*

*na,*

Merucra, Sucrana [1], Obulcula, Oningis. Ab ora venienti prope z. Menobam amnem et ipsum nauigabilem, haud procul accolunt Alontigiceli a., Alostigi [2]. Quae autem regio a Baeti ad fluuium Anam tendit extra praedicta, Baeturia b. appellatur, in duas diuisa partes, totidemque gentes; Celticos c. qui Lusitaniam attingunt, Hispalensis conuentus: Turdulos d., qui Lusitaniam et Tarraconensem accolunt, iura e. Cordubam [3] petunt. Celticos f. a



*1. Sacrana. Gr. 2. Alagisti. Ch. 3. Corduba. S. M. perinde namque est atque si Turdulos hosce fori Cordubensis esse dixisses aut conuentus.*

*na*, MSS. *Marca*, *Sacruna*. At vetustae editiones, Romana et Parmensis, vt edidimus. H.

z. *Prope Menobam)* *Rio Guadalete*, vt diximus, non *Guadiamur*, vt Rod. Caro visum, L. III. c. 84. qui deinde accolarum eius amnis, quos Plinius mox appellat, perturbat situm. H.

a. *Alontigiceli)* MSS. Reg. et Colb. *Alontigi*, *Caeliloſtigi*. H.

b. *Baeturia)* Βαιτυρία Straboni, L. III. p. 142. Nunc magna ex parte *Petrocha* dicitur, ob petrarum frequentiam, teste Ioh. Sepulveda Cordubense, de patria sua sic scribente apud Pintianum, L. III. ep. 45. H.

c. *Celticos)* Nunc Andalusiae pars ea est, quae supra Baetim ad ripam vsque Anae et *Badaiox* ciuitatem. H.

d. *Turdulos)* Vbi hodie *Estremadura*, quae inter Anam et Baetim. H.

e. *Iura Cordubam)* Sunt fori conuentusque Cordubensis. H.

f. *Celticos a Celtiberis ex Lusitania)* Scribo: *Celticos, a Celticis ex Lusitania aduenisse.* Nam Celtiberi Tarraconensis prouinciae sunt populi, non Lusitaniae. De Celticis autem Lusitaniae, Plinius in quarto, Ptolemaeus primo. *Pint.*

*A Celtiberis)* A Celtiberis quidem, quoniam oppidorum vocabula in Celtiberia quoque sunt paria, in Baetica cognominibus distinguuntur: In Lusitania vero Celtiberos consedisse prius, quam in Baeturiam commigrarent, suadet linguae, sacrorumque similitudo: et nomina etiam nonnulla oppi-

dorum

Celtiberis ex Lusitania adueniſſe manifeſtum eſt, ſacris, lingua, oppidorum vocabulis, quae cognominibus in Baetica diſtinguuntur: g. Seriae [1] adiicitur Fama Iulia; h. Nertobrigae [2], Concordia Iulia: i. Segidae [3], Reſtituta Iulia: Contributae k. Iulia, Vcultuniacum l., quae et Turiga nunc [4] eſt: Laconi-

1. *Seria, quae dicitur fama Iul. Gr.* 2. *Vertobrige Gr.* 3. *Segede Gr.* 4. *Curiga Gr.*

dorum gemina. Hunc locum fruſtra ſollicant Pintianus, et Salmaſ. in Solin. p. 279. contra librorum omnium conſenſum. H.

g. *Seriae adiicitur)* Subintellige cognomen. Σέρια eſt Ptolemaeo, L. II. c. 4. quamquam in Turdetanis, ſeu Turtulis locat, iuxta Luſitaniam. Vide Not. et Em. N. XV. (hic adi.) *Seriae adiicitur, etc.)* Prius legebatur, *Seria quae dicitur Fama Iulia: Vertobrige, Concordia, — — Callenſibus Emanici.* Quam lectionem vitioſam oſtendit diſſona a priore parte poſterioris ſtructura ſermonis. Nos codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. fidem ſecuti ſumus, vt fere ſolemus. H.

h. *Nertobrigae)* Νερτόβριγα Ptolemaeo l. c. prope Contributam Κοντριβέταν. Eſt et alia Nertobriga Celtiberorum, apud Florum, L. II. c. 17. p. 91. Nertobriga haec Baeticae, nunc *Valera la veja*, prope *Frexenal*. Rod. Carus, L. III. c. 66. H.

i. *Segidae)* Huic cognominis alia in Celtiberis agnoſcitur a Stephano, Σεγίδη, πόλις Κελτιβήρων. Appiano in Iber. p. 279. Σεγήδη, πόλις Κελτιβήρων τῶν Βελλῶν λεγομένων, hoc eſt, Bellitanorum, de quibus ſect. ſq. H.

k. *Contributae)* Hanc ab Emerita diſtare M. P. XLIV. auctor eſt Antoninus. In Celtiberis quoque Contrebia ſeu Contributa fuit, de qua Florus, et Liuius. Tamagus in Martyrol. Hiſp. die 10. Decb. erutas ait ad oppidum *Medina de las Torres*, inſcriptiones multas, IVLIAE CONTRIB. H.

l. *Vcultuniacum quae et Turiga nunc eſt)* Exemplar Salmant. *Icuriga*. Toletan. *Et Curiga:* Ptolemaeus, *Acurgia*. Pintian.

*Vcultuniacum)* In MSS. *Muculumaccum*. Libentius agnouerim, *Muculuni item:* vt ſit ſententia. adiici ei oppido cognomen idem, nempe *Iulia*. Curicam a Contri-

conimurgi m., Conſtantia Iulia: Tereſibus Fortunales, et Callenſibus n. Emanici. Praeter o. haec in Celtica, Acinippo, Arunda, Arunci p., Turobrica, Laſtigi q., Alpeſa, Saepone, Serippo.



Contributa diſſitam ait Antoninus, M. P. XXIV. Non eſt *Carruca* Hirtii, L. de bello Hiſpanico p. 260. quippe quae iuxta Mundam poſita, vltra Baetim. Sed videtur eſſe Κάργια Ptolemaei, L. II. c 4. in Celticis Baeticis, haud dubie pro Κάργα, vel Τάργα. Nam Romana editio anni 1470. et Parmenſis anni 1476. habent *Turiga*. H.

m. *Laconimurgi)* In MSS. Regio et Colb. *Lacimurgae*. Et in Vettonibus Luſitaniae populis, vnde Celtici profecti ſunt, Λακωνίμαργον habet Ptolemaeus, L. II. c. 5. Nunc eſſe *Conſtantina* videtur, in Andaluſia ſupra *Pennaflor*: nec procul inde Tereſes tenuere oppidum, vbi *S. Nicolo del Puerto*. Tereſes a Fortunalibus perperam ſecernit Pſeudo-Maximus in Chronico. Coloniae Conſtantiae mentio apud Hygen. lib. de limitib. conſtit. p. 195. Sed ab iſta, vt puto, diuerſae. H.

n. *Callenſibus)* Quorum oppidum *Caçalla*, iuxta *Alanitz* et *S. Nicolo del Puerto*. Rod. Carus, L. III. c. 70. Olim Calentum dictum, ex Plinio ipſo, L. XXXV. ſ. 49. H.

o. *Praeter haec)* Ἀκενίπων Ptolemaeo, L. I. c. 4. in Baeticis Celticis, et Ἀρᾶνδα, et Ἀρᾶνι. In nummo vetere, apud Rod. Carum, L. III. c. 57. ACINIPO. Sed idem Carus et Aciniponem, et Arundam, et Arucci, et cetera, quae ſequuntur oppida, magno errore extra Baeturiae Celticam, quae tota Ana et Baeti amnibus clauditur, fere ad Gaditanum fretum ablegat, prope Mundam, vocum affinitate inductus in fraudem. H.

p. *Arunci)* Vel *Arucci*, nunc *Arroche*, Andaluſiae pagus in confinio Luſitaniae. Inſcriptio Gruteri, p. 238. CIVITAS ARVCCITANA. H.

q. *Laſtigi)* In numo vetere, quem exhibet Roder. Carus, L. III. c. 61. p. 186. LASTIGI. Et cap. 62. ORDO MVNICIPI FLAVI. SALPENSANI, in inſcriptione quam Vtrere vltra Hiſpalim, verſus fretum, repertam ait: Sed non continuo eius loci nomen Salpeſam fuiſſe recte colligit: quam in Celtica Baeturia fuiſſe, hoc eſt inter

Altera Baeturia [1], quam diximus Turdulorum, et conuentus Cordubenſis, habet oppida non ignobilia, Arſam r., Mellariam s., Mirobricam: regionis [2] Oſintiadis, Siſaponem. t. Gaditani [3] conuentus: ciuium Romanorum Regina u.: Latinorum [4] Regia Cariſſa x. cognomine Aurelia: Vrgia cognominata

1. *Altera Baetulia ab ea quam.* 2. *regiones Oſintigi Gr.* 2. *Tuditani. Ch.* 4. *Latinorum Laepia, Vlia, Cariſa Gr. Al.*

ter Baetim et Anam Plinius aſſeuerat. H.

r. *Arſam)* Ἄρσα Stephano, et Ptolemaeo, L. II. c. 4. et Appiano in Iber. p. 294. Tamayus in Martyr. Hiſp. 8. Iulii Eſtremadura fuiſſe ait, nunc *Argallen*, dici, leucis duabus a *Zalamea della Serena*. H.

s. *Mellariam)* Hodie *Fuente de la Ouejuna*, a Corduba leucis XIV. verſus Emeritam. Repertae ibi inſcriptiones, apud Gruterum p. 391. ORDO. MELLARIENSIS. Nec procul inde pagus eſt *Villa de Capilla*, veteribus Mirobrica, vt docet eruta ibi inſcriptio vetus, apud eumdem Gruter. p. 257. ex Ant. Auguſtini ſchedis, MIROBRICENSIVM. MVNIC. H.

t. *Siſaponem)* Vbi nunc *Almaden*, in Andaluſia ſupra Hiſpalim. Σισάπων Straboni dicitur, L. III. p. 142. Vide Not. et Em. N. XVI. (hic poſ.) *Regionis Oſintiadis Siſaponem.)* Hactenus in libris editis poſt Frobenium, *Regiones Oſintigi, Siſaponem.* In MSS. R. et C. ac Parm. ed. *Regiones Oſintiadis, Siſaponem.* Quam lectionem ceteris anteponimus, vt Siſaponi oppido circumiectus ager ſuo nomine cenſeatur: ſiquidem Oſſintiadem continenti Baeturia, ſicut minores regiones maioribus ſolent, ſimile veri eſt. H.

u. *Regina)* Ῥήγινα Ptolemaeo, L. II. c. 4. Apud Ambroſ. Moral. L. VII. fol. 101. RESP. REGINENSIVM. H.

x. *Cariſſa)* Κάρισσα Ptolemaeo, L. II. c. 4. eidemque Οὐγία eſt, quae Plinio Vrgia. Hodie *las Cabeças*, prope Nebriſſiam: Cariſſa vero vetus nomen, retinere dicitur, prope *Bornos*, ad ripam amnis Guadalete. Rod. Carus, L. III. c. 29. Vide Not. et Em. N. XVII. (hic conſp.) *Latinorum, Regia Cariſſa.)* Sic MSS. Reg. et Colb. veruſtaeque editiones omnes ante Dalecampium, Nec Laepiam habent, nec Vliam,

minata caſtrum Iulium: item γ. Caeſaris Salutarienſis: Stipendiaria, Beſaro. ζ, Belippo, Barbeſula, Lacippo, Baeſippo, Callet, Cappagum, Oleaſtro, Itucci, Brana a., Lacibi, Saguntia, Andoriſae [1]. Porro longitudinem vniuerſam eius prodidit M.[2] Agrippa CCCCLXV. M. paſſuum: latitudinem CCLVII. M. ſed b. cum termini Carthaginem vſque pro-

1. *Andoriſippo. Longitudinem.Gr.* 2. *Sic ex MSS. Hard.* CCCCLXV. *Gr. et Al.*

Vliam, quas ille hoc loco nobis obtruſit. Scio apud Gruterum, p. 271. legi ORDO REIP. VLIENSIVM. Sed reperta ea inſcriptio eſt apud *Monte-Mayor*, prope Cordubam; longe a Gaditano conuentu, in quo nunc ſumus. Hodie Montis-Maioris nomen habere putatur Vlia, inquit Mariana, L. III. hiſt. Hiſp. c. 20. p. 122. XX. ab vrbe Corduba lapide. Haud procul Corduba fuiſſe etiam Dio ſignificat, L. XLIII. p. 229. H.

γ. *Item Caeſaris)* Hoc ipſum oppidum Vrgia, inquit, quod Latii quoque iure gaudet, altero etiam cognomine dignoſcitur, Caeſaris nimirum Salutarienſis. H.

ζ. *Beſaro. etc.)* *Beſaro*, et *Belippo*, ignota ceteris oppida. De Barbeſula, et Baeſippone, initio ſectionis huius diximus. Λακίππωνος, meminit Ptolemaeus, L. II. c. 4. et Mela, L. II. c. 6. Eſt et Ὀλέαςρον, et Λακιβὶς, apud Ptolemaeum, et Σαγγντία: cuius rudera monſtrari aiunt *inter Arcos*, et *Xerez della Frontera*, ad amnem *Guadalete*, cum vetuſto nomine *Cigonza*. Oleaſtrum Mela, L. III. c. 1. lucum ait fuiſſe prope Gaditanum ſinum. H.

α. *Brana)* Forte Vrbona Οὐρβώνη, de qua Ptolem. L. II. c. 4. inter Oleaſtrum et Baeſipponem. Mox vbi *Andoriſae* ſcripſimus, et ſtatim ſubſequente periodo, *Porro longitudinem:* id MSS. codicum fidem ſecuti fecimus: cum prius legeretur, *Andoriſippo. Longitudinem*, etc. Sic ipſe Plinius, L. IV. ſ. 16. Deſcriptis quibusdam Graeciae regionibus, *Porro Epiri*, inquit, *Acbaiae — longitudo*, etc. H.

β. *Sed cum termini)* Sed eam longitudinem Agrippa tum prodidit, cum Baetica Carthaginem vſque pertineret. H.

procederent: quae cauſa magnos errores computatione[1] menſurae ſaepius parit, alibi mutato prouinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis paſſibus[2]. Incubuere mariá tam longo aeuo, alibi proceſſere littora, torſere ſe fluminum aut correxere flexus. Praeterea c. aliunde aliis exordium[3] menſurae eſt, et alia meatus: ita fit, vt nulli duo concinant. (II.) Baeticae longitudo nunc a Caſtulonis d. oppidi fine[4] Gades, CCL.[5] M. et a Murgi maritima ora XXV.[6] M. paſſ. amplior[7]. Latitudo a Carteiana ora e. CCXXXVI.[8] M. paſ. Agrippam quidem in tanta[9] viri diligentia, praeterque in hoc opere cura, cum orbem terrarum orbi f. ſpectandum

1. *comparatione. V.* 2. *paſſibus. Et dum incub.* 3. *Exordium eſt, menſura, et alia meatus.* 4. *finibus ad Gadeos.* 5. CCCCLXV. *M. Gr. et Al.* 6. *Sic ex MSS. Hard. conſentit Ch.* XXII. *M. Gr. et Al.* 7. *amplius. Vet.* 8. CXXVII. *Ch.* 9. *tanta virium diligentia.*

c. *Praeterea)* Non ab eodem termino, inquit, initium menſurae eſt omnibus, neque eadem via iter, ad eosdem etiam fines illam menſuram ducentibus. H.

d. *A Caſtulonis)* A Caſtulone oppido, inquit, qui Baeticae finis ac limes nunc ſtatuitur, vſque Gades, CCL. M. Caſtulonem Baeticae finem ſtatutum fuiſſe, auctor eſt etiam Strabo, L. III. p. 166. Nunc *Cazlona*, et *Cazorla*, in confinio Caſtellae Nouae, et Regni Granatenſis. Vide Not. et Em. N. XVIII. (hic poſ.) *A Caſtulonis oppidi fine Gades, CCL. M.)* Ita MSS. omnes Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Parmenſ. quoque editio, et Martianus ipſe L. VI. c. de Hiſpania, p. 203. a quo Hermolaus incaute citerioris Hiſpaniae menſuram mutuatus tranſtulit in vlteriorem, atque hoc loco Plinii textum inde corrupit, ſcribens CCCCLXX M. H.

e. CCXXXVI. M. *Paſſ.)* Martianus, L. VI. c. de Hiſp. p. 203. CCXXIV. H.

f. *Orbi ſpectandum)* Vide Not. et Em. N. XIX. (hic adſp.) *Orbi ſpectandum,)* Orbi repoſuimus admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et

dum [1] propoſiturus [2] eſſet, erraſſe quis credat, et cum eo Diuum Auguſtum? Is namque complexam eam porticum ex deſtinatione [3] et commentariis M. Agrippae a ſorore eius inchoatam peregit.

IV. (III.) Citerioris Hiſpaniae, ſicut complurium prouinciarum, aliquantum vetus forma mutata eſt; vtpote cum Pompeius Magnus trophaeis ſuis, quae ſtatuebat in Pyrenaeo g. DCCCLXXVI. [4] oppida ab Alpibus ad fines Hiſpaniae vlterioris in ditionem a ſe [5] redacta teſtatus ſit. Nunc h. vniuerſa prouincia diuiditur in conuentus ſeptem: Carthaginienſem, Tarraconenſem, Caeſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturum, Lucenſem, [6] Bracarum. Accedunt hh. inſu-

1. *Vrbi Gr.* 2. *proponeret, caece erraſſe.* 3. *deſignatione.* 4. *conſentit Ch.* DCCCXLVI. *Gr.* 5. *abs ſe. V.* 6. *Lucrenſem. Ch.*

et Pariſ. cum prius *vrbi* legeretur in libris impreſſis: Orbi, inquam, hoc eſt vniverſis terrarum gentibus Romam conſluentibus. Periret enim alioqui, cum inſigni illo Romanae vrbis praeconio loci ipſius etiam ex eiusdem verbi repetitione venuſtas. Sic paulo poſt, *porticum eum complexam* ſcripſimus, vbi *cam* habent libri editi perperam, cum ad *orbem* id referatur, quem porticus ea complectebatur. H.

g. DCCCLXXVI.) Sic MSS. omnes Reg. Colb. Pariſ. Chiffl. De Pompeii trophaeis in Pyrenaeo poſitis, Strabo, L. III. p. 156. Tamen vetuſtae editiones tantum habent DCCCXLVI. H.

h. *Nunc vniuerſa)* Haec Martianus iisdem verbis, L. VI. c. de Hiſpania, p. 203. Horum conuentuum mentio fere omnium in Inſcript. Gruteri. Lucenſis, apud Ambr. Morales, L. VI. fol. 69. H.

hh. *Accedunt inſulae, quarum mentione ſepoſita praeter ciuitates contributas aliis, prouincia ipſa CCCXIII. continet oppida. In iis colonias XII.)* Locus eſt vitiatiſſimus, cui opportune ſupperias tulit apographon Toletanum, in quo ad hunc modum legitur: *Accedunt inſulae, quarum mentione ſepoſita, ciuitates prouincia ipſa praeter, contributas aliis CCXCIII. continet oppida CLXXIX. Pint.*

insulae, quarum mentione sepositа[1] praeter ciuitates contributas aliis CCXCIV. prouincia ipsa continet oppida. i. CLXXIX. in iis colonias[2] XII. oppida ciuium Romanorum XIII. Latinorum veterum XVIII[3] foederatorum vnum, stipendiaria CXXXV.[4] Primi in ora Bastuli k.: post eos, quo dicetur ordine, intus recedentes Mentesani, Oretani, et ad Tagum Carpetani: iuxta eos Vaccaei, Vectones, et Celtiberi Areuaci[5]. Oppida orae proxima, Vrci l., adscriptumque Baeticae Barea m.; regio n. Mauitania[6], mox Deitania, dein Contestania; Carthago

1. *Sepositа ciuitatis prouincia ipsa, praeter contributas aliis.* CCXCIII. *continet oppida* CLXXIX. *Chiff. p. c. c. aliis, prou. i.* CCCCXCIV. *continet oppida. In iis colonias* XII. *Gr. et Al.* 2, *Coloniae. Vet. praeter ciuitates contributas aliis ducentas nonaginta quatuor, prouincia ipsa continet oppida* CLXXIX. 3. *sic ex MSS Hard. consentit Chiffl* XVII. *Gr. et Al.* 4. *Ex MSS. sic Hard. consentit Ch. quibusdam* CXXXVII. *At.* CXXXVI. *Gr.* 5. *Arrebaci. Gr.* 6. *Mauritania. Gr. et Al.*

i. *Oppida* CLXXIX.) Ita Reg. 2. Tolet. Chiffl. etc. Exactissime certe huic summae respondet, qui subiicitur numerus oppidorum citerioris Hispaniae, seu Tarraconensis. Contributae ciuitates eae sunt, quae maiorum iurisdictioni ac foro parent. H.

k. *Bastuli)* Qui et Batestani Plinio, vt diximus sup. sect. H.

l. *Vrci)* Οὔρκη Ptolemaeo L. II. c. 6. in Bastitanorum ora. De ea iam diximus sup. sect. ad ea verba, *Mox a fine Vrgitano.* H.

m. *Barea)* Barea etiam oppidum, inquit, Tarraconensis prouinciae, adscribitur a nonnullis Baeticae. Nunc *Vera*, prope *Muxacra*, quae veterum Murgis, vt diximus. Βάρεια in Bastulis ad Ibericum pelagus, Ptolemaeo, L. II. c. 6. H.

n. *Mauitania)* Ita Libri omnes: non *Mauritania*, vt editi: aut *Batestania*, vt nonnulli volunt. Minor ea regio, vt et Deitania, quae sequitur, Batestaniae finibus, quae maior fuit multis partibus, continebatur. H.

go o. noua, colonia: cuius a promontorio quod Saturni p. vocatur, Caeſariam Mauritaniae vrbem CLXXXVII. M. paſſ. traiectus. Reliqua in ora: flumen Tader q., colonia immunis Illici r., vnde Illicitanus ſinus. In eam contribuuntur Icoſitani. s. Mox Latinorum t. Lucentum, Dianium u. ſtipendiarium: Sucro x. fluuius, et quondam oppidum, Conte-

o. *Carthago)* Cartagena incolis: quam dux Poenorum Aſdrubal condidit, inquit Mela L. II. c. 6. H.

p. *Saturni)* Ptolemaeo Σκομβραρία ἄκρα. Nunc *Capo di Palos.* H.

q. *Tader)* Segura, vt ſup. ſect. diximus. Τέρεψ Ptolemaeo dici videtur, L. II. c. 6. H.

r. *Illici)* Mela, l. c. *Illicitanus ſinus*, inquit, *habet Alonem, et Lucentiam: et vnde ei nomen eſt, Illicen.* Nunc, vt recte Eſcolanus, L. IV. hiſt. Valent. c. 19. aliique *Elche:* aut id certe oppidum ex Illicis ruinis, quod propius a mari fuiſſe videtur, eſt excitatum. Sinui Illicitano tamen hodie nomen eſt *Golfo di Alicante*, a vicino, de quo mox dicemus, oppido. Colonia porro immunis cum dicitur, Italico iure donata ſignificatur, et immunitate ab omni cenſu, non modo capitis, ſed et ſoli. De eo iure multa pererudite Gothofredus in Cod. Theod. L. XIV. Tit. 13. de iure Italico, etc. p. 221. H.

s. *Icoſitani)* Ita libri omnes. Hi, inquit, Illicitanae coloniae foro ac iurisdictioni ſubduntur. H.

t. *Latinorum)* Hoc eſt, Latii iure donatum. Lucentum Arabes praefixo articulo *Alicante* dixere, celeberrimum hodie Valentini regni emporium. H.

u. *Dianium)* Straboni L. III. p. 159. Διάνιον. Nunc *Denia.* Iſidoro, *Zanium*, vt pro Diaeta, Zaeta dixere antiquitus. H.

x. *Sucro)* Σέκρωνος, hodie *Xucar*, meminit Strabo. l. c. Oppidi, Antoninus. Hic Sucronenſis pugna, inter Pompeium et Sertorium: de qua Plutarchus in Sertorio p. 578. Amnem hunc Conteſtaniae finem facit etiam Ptolemaeus, L. II. c. 6. cuius a Carthagine nova, quod et Plinius fecit, ducit initium. Oppidum hodie Alzira. H.

Conteſtaniae finis. Regio Edetania y. amoeno praetendente ſe ſtagno, ad Celtiberos recedens. Valentia z. colonia, III. M. paſſ. a mari remota: a. flumen [1] Turium, et tantumdem a mari Saguntum, ciuium [2] Romanorum oppidum, fide b., nobile: flumen c. Vduba [3]: regio Ilergaonum. d. Iberus e. amnis nauigabili

1. *Durias, quibusdam. Turia. Vet.* 2. *ciuium Romanorum fide oppidum nobile.* 3. *Idubeda Gr. et Al.*

y. *Edetania)* Ἠδητανῶν regio Ptolemaeo l. c. ad Iberum vſque et Caeſaraugustum ea pertinuit. Apud Gruterum p. 481. EDITANI. H.

z. *Valentia)* Valentini regni caput, *Valence.* Hanc Turium flumen praeterfluit. Nunc *Guadalayar* vocant: Mela, Turium: Turium Salluſtius appellat. H.

a. *Flumen Turium)* Alii, *Durias:* Toletanum archetypon, *Turium:* Salmant. *Torim:* Ptolemaeus, *Turulim. Pint.*

b. *Fide nobile)* Florus, L. II. c. 6. *In cauſam belli Saguntus delecta eſt* ab Hannibale, *vetus Hiſpaniae ciuitas, et opulenta: fideique erga Romanos, magnum quidem, ſed triſte monumentum — Iam nouem menſibus feſſi fame, machinis, ferro, verſa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum: tum deſuper ſe ſuosque, cum omnibus opibus ſuis, ferro et igni corrumpunt.* Vide Liuium L. XXI. p. 194. Auguſt. de ciuit. Dei. L. III. c. 20. et Appian. in Iber. p. 261. Indigenae locum eſſe putant, vbi nunc eſt *Morviedro*, quarto vel quinto lapide a Valentia ad Boream: vbi veteris Sagunti rudera fuiſſe oſtenſa Regi Catholico Philippo V. octaua die Maii, anni 1719. nuncii publici typis impreſſi prodiderunt. *Morviedro* dicunt patria lingua eſſe *murum veterem.* H.

c. *Flumen Idubeda)* Apographum Tolet. *Vdiba;* Salmant. *Vduba:* Nam *Idubeda* mons eſt celeber Hiſpaniae Straboni et Ptolemaeo. *Pint.*

*Flumen Vduba)* Sic Reg. et Colb. non *Idubeda*, quod montis eſt nomen Ptolemaeo, ac Straboni. Nunc *Moruedro*, quo Segobriga alluitur, *Segorte*, in Valentino regno. H.

d. *Ilergaonum)* Ab Vduba ad Iberum. Ἰλεργάονας Ptolemaeus L. VI. c. 6. et Liuius, L. XXII. p. 215. *Illurgauonenſes, qui flumen Iberum attingunt.* Caeſar appellat L. I. de bello ciu. p. 143. Tamen vltra Iberum Ilergaonas promouet Ptolemaeus:

gabili commercio diues, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobrica f., per CCCCL. M. paſſ. fluens: nauium per CCLX. M. a g. Varia oppido capax: quem propter vniuerſam Hiſpaniam Graeci appellauere Iberiam. Regio Coſſetania h., flumen Subi i.: colonia k. Tarraco, Scipionum opus, ſic-

vt

*i. Sic quoque Ch. vox per d. ap. Gr.*

maeus: et in nummis Dertoſa Ilergaonum genti adſcribitur. H.

e. *Iberus)* Accolis *Ebro*: nobis *l' Ebro*. H.

f. *Iuliobrica)* Ἰελιόβριγα Ptolemaeo, l. c. quam ſub eadem caeli parte locat, ac Iberi fontes. Nunc ipſi oppido nomen, *Fuente d' Ivero*: aliter aliis perperam ſtatuentibus Inſcriptio apud Ambr. Morales, fol. 67. IVLIOBRIGENSI. EX. GENTE. CANTABRORVM. H.

g. *A Varia)* Ex eius oppidi ruinis iuxta creuit ad Iberum amnem, quod *Logrono* nunc dicimus Οὐαρία Ptolemaeo in Beronibus, L. II. c. 6. et Straboni, L. III. p. 162. H.

h. *Coſſetania)* Sic libri omnes. Ptolemaeo, L. II. c. 6. Κοσητανοὶ, in quibus Tarraconem locat. Apud Gruterum, p. 499. TARRAC. VRBS. COSITANOR. Ab Ibero ea regio incipit: Tarracone clauditur. H.

i. *Subi)* Quod Tarraconem alluit. H.

k. *Colonia)* Haec Solinus, c. 23. p. 44. et Martianus L. VI. p. 202. Hodie *Tarragona* dicitur, in ora Catalauniae. Inſcriptio Gruteri, p. 382. COL. TARRAC. Tiberii nummus, in Muſeo noſtro Pariſienſi, C. V. T. hoc eſt, *Colonia Victrix Tarraco*. Sed praeter alios inſignis ille ex aere mediocri, cuius expreſſam in cera effigiem habemus, e Cimelio D. da Ballonffeaux, Senatoris Luxemburgici: vultum Auguſti et caput radiatum exhibet ex parte antica: Epigraphe: DIVVS AVGVSTVTTAEIM. In altera ſuperficie, armamentarium eſt, ianuis biforibus: hinc S inde C. Infra, PROVIDENT. Senſus eſt: DIVVS AVGVSTus *Voluit Turritam Tarraconem Armamentarium Eſſe Imperii. Senatusconſulto.* PROVIDENTia Auguſti. De cognomento *Turritae Tarraconis*, olim alibi diximus Ob ſimilem prouidentiam dictus eſt poſtea Imperator Nero, *Nouus Auguſtus*,

vt Carthago Poenorum. l. Regio m. Ilergetum, oppidum Subur n.: flumen Rubricatum o., a quo Laletani p. et Indigetes. q. Post r. eos, quo dicetur ordine, intus recedentes radice Pyrenaei, Auſetani, s. Lace-

in nummo Graeco perraro, cuius haec epigraphe eſt: ΠΡΟΝ. ΝΕΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Πρόνοια Νέᾳ Σεβαϛῷ. *Prouidentia Noui Auguſti:* hoc eſt, Principis Auguſto abauo ſuo ſimillimi. H.

l. *Poenorum)* Duce Hamilcare. Nunc eſt *Villa Franca de Panades*, in Catalaunia: etſi in Ilergaonibus a Ptolemaeo collocatur: Cis Iberum fuiſſe veterem hanc Carthaginem, vt et Tarraconem, Plinius haud obſcure innuit. Errant qui Cantavexa eſſe exiſtimant in Aragonia. H.

m. *Regio Illergetum)* Illurganonenſes, vel vt Fuluius Vrſinus legit, *Lurganoneſes.* Vide Caeſar. in Comment. *Dalec.*

*Ilergetum)* A Subi amne ad Rubricarum. Noti Liuio Ilergetes, L. XXI. p. 169. vbi de Hannibale: *Ilergetes inde, Barguſiosque, et Auſetanos, et Aquitaniam quae ſubiecta Pyrenaeis montibus eſt, ſubegit.* Gruteri inſcript. p. 519. CONTRA. ILERGETAS. H.

n. *Subur)* Σάβαρ, Ptolemaeo, L. II. c. 6. Nunc *Villa Noua.* Gruteri inſcriptio, iuxta Tarraconem eruta, p. 414. SVBVRITANI. H.

o. *Rubricatum)* Ῥουβρίκατος, Ptolemaeo l. c. hodie *Lobregat.* Ab hoc amne ait iam Laletanos appellari incolas: et proximos iis deinde, vbi nunc Emporiae ſunt, Indigetes, quorum regio Pyrenaeae Veneris promontorio clauderetur. Sic etiam Ptolemaeus, l. c. H.

p. *Laletani)* Sic libri omnes. Hinc Laletana vina Plinio, L. XIV. ſect. 8. Laletana ſapa, Martiali L. VII. Epigr. 52. Gruteri Inſcript. p. 490. PRAEFECTO. ORAE. MARITIMAE. LALETANAE. Ptolemaeo, L. II. c. 6. Λαιητανοὶ, Straboni, L. III. p. 159. Λεητανοί. H.

q. *Indigetes)* Ἐνδιγέται Ptolemaeo, l. c. Ἰνδικῆται Straboni, L. III. p. 160. H.

r. *Poſt eos)* Retro verſus occaſum Solis aeſtiuum, in mediterraneo. H.

s. *Auſetani)* Horum Liuius meminit l. c. Αὐσητανοὶ Ptolemaeo, L. II. c. 6. Oppidum Auſa, et Vicus Auſae, *Vic d' Oſona*, et frequentius *Vich*, inter Gerundam et Manreſam. H.

t. Lacetani [1]: perque Pyrenaeum Cerretani u., dein Vaſcones. In ora autem colonia Barcino x., cog-



1. *Ita legitur Straboni lib. III. et Ptolemaeo. Fuluio Vrſino Iacetani. Auſetani, Itani, Lacetani. Gr.*

t. *Lacetani)* Supra Gerundam in Pyrenaei radicibus. Vide Not. et Em. N. XX. (hic poſ.) *Auſetani, Laſetani)* Hactenus, *Auſetani, Itani, Laſetani.* Fuluius Vrſinus, *Iaccetani* legit ex Strabone, et Ptolemaeo. Nos *Itani* expunximus, de quibus in hoc tractu nihil vſquam compertum: ex quo mutila quaedam praecedentis vocis repetitio poſſ. haberi. Nam cum hos, quos recenſet Plinius. redditurum ſe promittat inferius, Auſetani quidem, aliique, ſuis locis apparent: Itani nusquam. At ne Lacetas cum Vrſino, Pelicerioque in Not. MSS. mutem, vetat Liuius qui Lacetanos ſaepe laudat, L. XXVIII. p. 329. L. XXXIV. p. 410. multoque expreſſius ſitum eorum indicat, L. XXI. p. 206. *Cn. Scipio:* inquit, *in Hiſpaniam cum claſſe et exercitu miſſus, cum ab oſtio Rhodani profectus, Pyrenaeosque montes circumvectus, Emporii appuliſſet claſſem, expoſito ibi exercitu, orſus a Lacetanis omnem oram vſque ad Iberum* etc. Λακητανίαν Dio, L. XLV. p. 274. Et Λακητανῶν ἔθνος. Plutarchus agnoſcit, tum alibi, tum in Catone maiore, p. 342. Lacetanos denique Caeſar L. I. Bell. Ciu. p. 143. cum Auſetanis et Tarraconenſibus iungit. Adeo placuere Iaccetani Cuiacio, vt non modo hoc loco, ſed vbi minime omnium oportuit, obtruſerit. Nam Dig. L. L. tit. 15. de Cenſibus, vbi Vlpianus, *Ius Italicum Valentini et Licitani habent:* ipſe *Iaccetani* legi cenſet oportere, L. X. Obſeru. c. 35. Alii *Lacetani:* neutri recte. Nos *Illicitani* ab Illici, de quo paulo ante Valentiam egimus, quod oppidum Latinorum, ſeu iuris Latini eſſe Plinius monet, reſtituimus. H.

u. *Cerretani)* Κερρῆται Ptolemaeo, L. II. c. 6. Straboni, L. III. p. 162. Κερρήτανοι. Κερήτανοι ἐν Ἰβηρίᾳ Dioni, L. XLVIII. p. 382. Vaſcones, non in Aquitania, ſed in Hiſpania collocat etiam Ptolemaeus l. c. Vaſcones ea aetate erant, qui hodie Nauarri: vt egregie probat Oihenartus, L. II. c. 1. p. 75. H.

x. *Barcino)* In Laeetanis, ſeu Laletanis, teſte Ptolemaeo, l. c. Nunc *Barcelona.*

Grute-

nomine Fauentia. Oppida ciuium Romanorum: Baetulo y., Iluro [1]: flumen Larnum z.: Blandae: flumen Alba a.: Emporiae b.; geminum hoc, veterum incolarum, et Graecorum, qui c. Phocaeenſium fuere ſoboles. Flumen Tichis. d. Ab eo Pyrenaea e. Ve-

1. *Irulo. Cb.*

Gruteri inſcriptio, p. 419. COL. F. I. A. P. BARCIN. hoc eſt, *Colonia Flauia Iulia Auguſta Pia* (non *Paterna*) *Barcino*. Ibi enim F. Flauia eſt. Nam eadem pagina legitur, COL. FLAV. P. BARC. At in Theſ. Goltzii, Galbae nummus, ſed fictus, vt Goltziani plerique: COL. BARCINO. FAVENTIA. H.

y. *Baetulo: Iluro)* Mela, L. II. c. 6. *Eluro, Baetullo.* Baetulam habet Liuius, L. XXVII. p. 307. Baetulo, hodie *Badalena*, in ora Catalauniae, leucis a Barcinone quatuor. Iluro, Διλερὼν Ptolemaeo (pro Αἰλουρὼν) in Laletanis, nunc *Pineda*, inter Βαιτελῶνα, et Βλάνδαν. Eſt et alia Iluro in Nouempopulania, *Oleron*, Hiſpanorum commercio dives. H.

z. *Larnum)* *Tornera* hodie, quo Blanda alluitur, *Blanes.* H.

a. *Alba)* Qui Melae Clodianus dicitur, L. II. c. 6. *Dein Ticer flumen ad Rhodam, Clodianum ad Emporias.* H.

b. *Emporiae)* Strabo, L. III. p. 159. Ἐμπορεῖον vocat, et Δίπολιν, hoc eſt, geminam vrbem, Graecos aduenas a veteribus incolis medio dirimente muro, diuidi teſtatus cum Plinio. Idem a Maſſilienſibus conditam, cum Stephano docet, et Scylace in Periplo, p. 2. Fuere autem Maſſilienſes orti a Phocaeenſibus, vt dicetur ſect. ſeq. Nunc *Ampuriae* vocant. Ptolemaeus Ἐμπορίαι in Indigetibus, L. II. c. 6. H.

c. *Qui Phocaeenſium fuere ſoboles)* Alii leg. *Phocenſium.* Scribe, *Phocaeenſium*, a Phocaea Ioniae, non a Phocide Helladis. *Gelen.*

d. *Tichis)* Qui Ticer ad Rhodam mox dictus eſt Melae Pomponio l. c. Nunc *Ter* accolis. H.

e. *Pyrenaea Venus)* Mela, L. II. c. 5. *Tum inter Pyrenaei promontoria, portus Veneris inſignis fano*, etc. Huic promontorio, inquit Mariana, L. I. hiſt. Hiſp. c. 2. olim a Veneris templo, nunc religione mutata a Cruce facta eſt

Venus in latere promontorii altero, XL. M. I.) Nunc per ſingulos conuentus reddentur inſignia praeter ſupradicta: Tarracone f. diſceptant populi XLIII.[1] quorum celeberrimi, ciuium Romanorum Dertuſani g., Biſgargitani h.: Latinorum i., Auſetani k., Cerretani l., qui Iuliani cognominantur, et qui Auguſtani: m. Edetani[2] Gerundenſes n., Geſſo-



1. *Sic ex MSS. Hard. conſentit Chiffl.* XLIV. *Gr. Al.*
2. *Sedetani, Gr. et Al.*

eſt appellatio, *Capo di Cruz.* H.

f. *Tarracone)* Hoc eſt, fuere hi Tarraconenſis fori: hinc iura petere coacti. H.

g. *Dertuſani)* Qui ciuium Romanorum iure potiebantur, vt et Biſgargitani, Oppidum Ptolemaeo, L. II. c. 6. Δέρτωσα Ilercaonum gente. Tiberii nummus apud Suritam, in Anton. Itin. p. 548. DERT. ILERGAONIA. Apud Reineſium, p. 316. vetus inſcriptio Dertoſae reperta, ORDO D. C. D. *Ordo Derionum Coloniae Dertoſae.* Nunc eſt *Tortoſe* ad Iberum. H.

h. *Biſgargitani)* Et hi ab oppido rurſum Ilergaonum mediterraneo, quod Βισσαργὶς Ptolemaeo, l. c. Germanici nummus, in Theſ. Goltzii, p. 242. MVN. BISCARGIS. H.

i. *Latinorum)* Qui Latii iure donati fuerant. Id autem fuit magiſtratus petendi cauſa ciuitatem adipiſci. Fuerunt Latini ciues, et veteres, nimirum ex Latio ipſo ciuitate donati, et noui beneficio principis idem adepti. Cuiacius cap. 35. lib. X. Obſeru. Car. Sigon. de vet. iur. et Onuph. Panuin. de Imperat. Roman. *Dale*.

k. *Auſetani)* Ab Auſa oppido, de quo ſupra. H.

l. *Cerretani)* Gentis huius ait oppida duo fuiſſe, vnde cognomen incolae tulerunt; Cerretani, ab oppido Iulia Libyca, Ἰέλια Λιβυκὰ, cuius Ptolemaeus meminit, L. II. c. 6. Auguſtani ab Auguſta. H.

m. *Edetani)* Vidi Not. et Em. N. XXI. (hic inf.) *Edetani)* Prius *Sedetani* legebatur. Atqui Sedetanos hic locum habere litterarum ſeries non patitur, quam in populis nunc recenſendis Plinius ſequitur: *Auſetani, Cerretani, Edetani, Gerundenſes*, etc. Ab Ἔδητα oppido nomen hi ſortiri videntur, quod vbi demum id fuerit, cis Iberum fuit,

rienſes: Teari o., qui Iulienſes. Stipendiariorum: Aquicaldenſes p., Onenſes q., r. Baeculonenſes [1]. 2.) Caeſarauguſta s. colonia immunis, amne Ibero affuſa, vbi oppidum antea vocabatur Salduba t., regionis u. Edetaniae [2], recipit populos CLII. Ex his ciuium Romanorum Belitanos x., Celſenſes y. ex colo-

1. *Baeculonenſes, Gr. et Al.* fuit: inter amnem eum et Pyrenaea iuga. Caue enim credas ab Edeta oppido Edetaniae ſiue Sedetaniae regionis, vbi Saguntum, Valentia, et Caeſarauguſta fuere, hos Sedetanos fuiſſe appellatos: cum ii Caeſarauguſtani fuerint, vt ſtatim Plinius admonet, non Tarraconenſis fori. Quid ſi *Deciani* ſcribas, a Δεκίανα Indigetum mediterraneo oppido apud Ptolemaeum L. II. c. 6. H.

n. *Gerundenſes)* Ab oppido Gerunda in Auſetanis, Ptol. l. c. Nunc *Girona* incolis, nobis *Girone*. H.

o. *Teari)* Quorum oppidum Tiara Iulia, Τιαριξλία in Ilergaonum mediterraneis ciuitatibus apud Ptol. l. c. qui Ilergaonas, vt monuimus, vltra Iberum, in Catalauniamque promouet. H.

p. *Aquicaldenſes)* Ab Aquis calidis, quae Ὕδατα θερμὰ Ptolemaeo, L. II. c. 6. in Auſetanis; nunc *Caldes*, leucis quatuor a Barcinone. H.

q. *Onenſes)* Ita libri omnes: etſi ab litera A auſpicandum id nomen ex literarum ſerie videatur. H.

2. *Sedetaniae Gr. et Al.*

r. *Baeculonenſes)* Ita MSS. Reg. etc. non Baetulonenſes, a Baetulone oppido ſuperius memorato: ſed a Βαικύλα Ptolemaei, in Auſetanis, inter Auſam, et Gerundam. H.

s. *Caeſarauguſta)* Nummos huius coloniae indices multos refert Patinus, p. 33. et ſeq. Nunc *Sarragoſſe*. H.

t. *Salduba)* MSS. Reg. et Colb. 1. 2. *Salduuia*. At vetus inſcriptio, apud Goltzium, p. 238. COL. CAESAREA. AVG. SALDVBA. In nummis Sexti Magni Pii, SAL. hoc eſt, *Salduba*. H.

u. *Edetaniae)* Ptolemaeus quoque, L. II. c. 6. Edetanis, ſiue Hedetanis, ſeu denique aſpiratione, vt fit, in ſibilum verſa, Sedetanis Caeſarauguſtam aſſignat. Σηδητανία Appiano, in Iber. p. 298. H.

x. *Belitanos)* Ab oppido Βελεία, in Edetanis, haud procul Caeſarauguſta, ap. Ptolem. L. I. c. 6. Hodie *Belchite*. Indulget coniecturae Reineſius, l. I. Var. Lect. c. 25. contra omnium librorum

colonia: Calaguritanos z., qui Naſſici cognominantur: Ilerdenſes a., Surdaonum gentis, iuxta quos Sicoris fluuius: Oſcenſes b., regionis Veſcitaniae [1]: Turiaſonenſes c., Latinorum veterum: [2] Caſcan-



1. *Beſſetaniae. Vet.* 2. *Caſcantes. Ch.*

rum fidem, cum Bilbilitanos, a Bilbili, quae Martialis patria, ſcribi iubet. H.

y. *Celſenſes. Ex colonia Calagurritanos)* Scribendum reor, *Celſenſi ex colonia Calagurritanos*, hoc ſenſu, Ex agro Celſenſis coloniae diſceptare Caeſareae auguſtae Calagurritanos cognomine Naſcicos. vt hoc ipſo cap. infra: *Conueniunt Carthaginem ex colonia Accitania Gemelleuſes, ex colonia Salarienſi oppidani Latii veteris Caſtulonenſes, qui Caeſari Venales appellantur.* Celſae autem Hiſpaniae coloniae et Strabo meminit in IV. lib. *Pint.*

*Celſenſes)* Oppidum Κέλσα in Ilergetibus, Ptolem. L. II. c. 6. Nunc *Xelſa*, ad Iberum. Nummus Tiberii, in Theſauro Goltzii, p. 242. COL. VIC. IVL. CELSA. Anton. Aug. ait eſſe *Vililla*, quae ad Iberum pariter leucae vnius interuallo a Celſa diſtat. Vide librum, quem de Nummis antiquis Populorum et Vrbium nuper in lucem edidimus. H.

z. *Calaguritanos)* Eorum vrbs *Calagurus* dicebatur. Florus cad. 20. lib. II. Epitomes. De Calaguritanis vide cap. 6. lib. VII. Val. Max. *Dalec.*

*Calaguritanos)* Ambr. Morales, ex vetere inſcript. MVN. CALAGVRIS. IVLIA. NASSICA. Nunc *Lobarre*, ab Hueſca leucis IV. diſſita. Sic Andrez, p. 33. H.

a. *Ilerdenſes)* Ἰλέρδα in Ilergetibus a Ptolemaeo collocatur, L. II. c. 6. Nunc *Lerida*, iuxta *Rio Segre*, qui Sicoris, etiam Lucano, L. IV. v. 14. vbi Ilerdae ſitum deſcribit: — *Placidis praelabitur vndis Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes*, etc. H.

b. *Oſcenſes)* Oſca eorum oppidum, Floro, L. III. c. 22. in Ilergetibus quoque ſtatuitur, (quorum pars Veſcitani, et Surdaones fuere) apud Ptolemaeum, L. II. c. 6. nunc *Hueſca* in Aragonia. Nummus Germanici, in Theſ. Goltzii, p. 242. COL. V. T. T. OSCA. Vide librum nuper a nobis de Nummis antiquis Populorum Vrbiumque editum. H.

c. *Turiaſonenſes)* Turiaſonenſes a Turiaſſone oppi-

tenſes d., Ergauicenſes e.: Graccuritanos f., Leonicenſes g., Oſſigerdenſes. h. Foederatos, Tarragenſes. i. Stipendiarios: k. Arcobricenſes [1], Andologen-

1. *Arcobrienſes. Cb.*

do ferrariis officinis nobili, cap. 14. lib. XXXIV. *Dal.*

*Turiaſonenſes)* Τυριαζὼ in Celtiberis, Ptolem. L. II. c. 6. In nummis antiquis, MVN. TVRIASO. et MVN. TVR. Nunc *Tarracona*, trans Iberum. H.

d. *Caſcantenſes)* Nummus Tiberii apud Patin. p. 616. MVNICIP. CASCANTVM. Κάσκαντον Ptolemaeo, L. II. c. 6. in Vaſconibus, hoc eſt, Nauarris. Nunc oppidum Nauarrae, *Caſcante*, trans Iberum, prope Turiaſonem. In decretis Hilari Papae, 252. *Tyriaſſonenſium, Aſcantenſium, Calaguritanorum:* lege, *Turiaſonenſium, Caſcantenſium*, etc. H.

e. *Ergauicenſes)* Εργαύικα in Celtiberis, Ptol. l. c. Apud Gruterum, p. 381. EX CONVENT. CAESAR. ERGAVIC. Hoc eſt, Ex Conventu: Caeſarauguſtano Ercauicenſes. Apud Patinum, p. 34. nummus antiquus, MVN. ERGAVICA. In Conc. Tolet. X. *Balduigius Arcauicenſis epiſcopus*, pro *Ercauicenſis*. H.

f. *Graccurritanos)* A Ti. Gracco nomen Graccuris accepit. Vide Liuii Epit. L. XLI. Nunc *Agreda* in Aragoniae confinio, prope Turiaſonem. Hinc Martyres Graccuritani in Martyrol. *Martyres de Agreda.* Γρακχεῖς Ptolemaeo, in Vaſconibus. H.

g. *Leonicenſes)* Oppidum Λεονίκα in Edetanis, Ptolemaeo L. II. c. 6. in quibus eſt ipſa Caeſarauguſta, cuius foro Leonicenſes diſceptabant. Nunc eſt *Alcaniz*, in Aragonia, ad amnem *Guadalope*, qui in Iberum influit. Edetanos a Valentia vſque Caeſarauguſtam pertinuiſſe iam monuimus. Nummus C. Caeſaris, in Theſ. Goltzii, p. 244. MVN. LEONICA. H.

h. *Oſſigerdenſes)* Ὀσικέρδα iuxta Leonicam ſtatuitur a Ptolemaeo. H.

i. *Tarragenſes)* Municipium Ταῤῥάγα Ptolemaeo in Vaſconibus. Hodieque *Tarrega*, leucis quinque ab Ilerda, in Catalaunia, verſus Barcinonem. H.

k. *Arcobrigenſes)* Ἀρκόβριγα Ptolemaeo, l. c. in gente Celtiberorum. Nunc in Caſtellae veteris Arragoniaeque confinio, ad *Rio Xalon*, qui in Iberim influit: *Arkoz*, haud procul *Siguença*. H.

logenſes l., Arocelitanos m., Burſaonenſes n., Calaguritanos o. qui Fibularenſes cognominantur, Complutenſes p., Carenſes q., Cincenſes r., s. Cortonenſes [1], Damanitanos t., Larnenſes u., x. Lurſen-

 ſes,

1. *Cotonenſes. Ch.*

l. *Andologenſes)* Ab *Andoſilla* Nauarrae oppidulo, Prud. Sandoval, apud Oihenartum, p. 90. hos ſuſpicatur nomen habuiſſe. H.

m. *Arocelitanos)* Ita MSS. omnes. Antoninus in itinere ab Aſturica Burdigalam, habet Aracelim, vel Arocelim, a Pompelone XXIV M. P. Hunc *Huarte Araquil*, leucis quinque Pompelone, verſus Solis occaſum, vt recte Oihenartus vidit, in Notit. Vaſcon. p. 90. H.

n. *Burſaonenſes)* Vel *Burſauolenſes*, de quibus Hirtius in bello Hiſp. p. 158. vel *Burſadenſes* ab oppido Βέρσαδα, de quo Ptolem. L. II. c. 6. in Celtiberis. H.

o. *Calaguritanos)* Nunc eſt *Calahorra* in Caſtella vetere. In Gaza Regia, nummus Auguſti, MVN. CALAG. IVL. H.

p. *Complutenſes)* *Alcala de Henarez.* H.

q. *Carenſes)* Vetus oppidum nomen retinet *Cares:* nouum, *Puente la Reyna*, leucis 4 a Pompelone. Inſcriptio apud Ambroſ. Morales, fol. 68. EX CAESARAVG. KARENSI. hoc eſt ex conventu Caeſarauguſtano, oppido ſeu municipio Carenſi: non, vt Scaliger interpretatur, in Gruteri indice, *Carenſes Caeſarauguſtani.* H.

r. *Cincenſes)* Ita libri omnes. Forte *Cinnenſes* ab oppido Κίννα in Iaccetania Ptolemaei, L. II. c. 6. H.

s. *Cortonenſes)* MSS. omnes, *Coronenſes.* H.

t. *Damanitanos)* In Edetanorum gente, in quibus ipſa Caeſarauguſta fuit, Δαμανία Ptolemaeo, l. c. H.

u. *Larnenſes)* Ab oppido, Larno amni, de quo ſupra, cognomine. H.

x. *Lurſenſes)* Vide Not. et Em. N. XXII. (hic poſ.) *Larnenſes, Lurſenſes, Lumberitanos)* Cum hoc loco populorum nomina diſponi per elementa debeant, mire omnia perturbata, permixtaque ſunt in libris ad hunc diem vulgatis: ſic enim habent: *Larnenſes, Ituriſenſes, Iſpalenſes, Lumberitanos.* In MSS. Reg. etc. *Larnenſes, Lurſenſes, Lumberitanos* De Iſpalenſibus nihil: vnde huc irrepſerint, incompertum adhuc. Hermolaus Ilurſenſes ab Ilurone iam antea memora-

ſes, y. Lumberitanos [1] Lacetanos z., Lubienſes [2], Pompelonenſes a., Segienſes. b. 3.) Carthaginem c. conueniunt populi LXV. [3] exceptis inſularum incolis. Ex colonia Accitana Gemellenſes d., et e. Libiſoſona [4] cognomine Foroauguſtana, quibus duabus

1. *Ilumberitanos, Gr. et Al.* 2. *Subienſes. Ch. Vibienſes. Gr. et Al.* 3. *ſic quoque Ch. LXII. Gr.* 4. *rectius Libiſoca, vt in vetuſtis codicibus, et apud Ptolemaeum, lib. II. c. 6.*

morato oppido, neque reuocando amplius: Iturienſes Dalecampius ab Ἰτούριστα Vaſconum ciuitate, repoſuit. H.

y. *Lumberitanos)* Ab oppido quod Galli *Lombier*, in Nauarra: incolae Vaſconice, *Irumberri* vocant, teſte Oihenarto, p. 90. leucis VII. a Pompelone. H.

z. *Lacetanos)* De his agemus in Not. et Em. N. XX. (v. p. 531. l. t.) De Lubienſibus nihil adhuc compertum, niſi ii ſunt qui Leuienſes corrupte forſitan nominantur, cum Caſcantenſibus et Calaguritanis proxime hoc tractu appellaris, in decretis Hilari Papae, p. 252. H.

a. *Pompelonenſes)* Ita Gruteri quoque inſcriptio, p. 325. et 455. Nobis *Pampelune*. H.

b. *Segienſes)* Segienſes, vel Segiſenſes, (vt recte Parm. ed.) a Σέγισα in Baſtinis oppido, apud Ptolem. L. II. c. 6. H.

c. *Carthaginem)* Carthaginem nouam, quae hodie in Murciae regno, *Carthagena*. *Carthagine noua conuentum agebat Galba*, inquit Sueton. in eius vita, c. 9. H.

d. *Gemellenſes)* Sic Accitanae coloniae ciues vocabantur: ipſa, *Colonia Iulia Gemella Accitana*, COL. IVL. GEM. ACCITANA, apud Gruterum, p. 271. Accis hodie *Guadix*, in Granatenſi regno. De Gemellae cognomine dicemus in Not. et Em. N. XIII. (vide p. 517. l. p.) In nummis antiquis, C. I. G. ACCI. et COL. GEM. ACCI. H.

e. *Libiſoſona)* Et haec colonia fuit, apud Gruterum, p. 260. ex Ant. Auguſtino, COLONIA LIBISOSANORVM. Eſtque Plinii calculo, qui XII. colonias in citeriore Hiſpania recenſet. Vide librum de nummis antiquis, verbo CELSA. Antonino, Libiſoſa eſt: Λιβισόνα Ptolemaeo in Oretanis,

L. II.

bus ius Italiae datum: ex colonia Salarienſe f. oppidani Latii veteris Caſtulonenſes, qui Caeſari Venales appellantur: Setabitani g., qui Auguſtani: Valerienſes. h. Stipendiariorum autem celeberrimi: i. Alabanenſes [1], k. Baſtitani [2], Conſaburenſes l. Dia-

1. *Sic quoque Ch. Labanenſes Vet. Babanenſes Gr. et Al.*
2. *Baſtiani. Vet.*

L. II. c. 6. Aiunt extare huius oppidi ruinas ad Lebazuza ſiue Lezuza, Caſtellae pagum, haud procul Concha, *Cuença*. H.

f. *Salarienſe)* Nunc *Cazorla* dicitur in regno Granatenſi: aeuo ſequiori *Saliotis*, vt auctor eſt Iulianus Archipresbyter Aduerſ. n. 356. Salariam et Caſtulonem diverſa duo Oretanorum oppida perperam, vt ſaepe ſolet, Ptolemaeus facit. Vetus inſcriptio in Theſauro Goltzii, p. 40. COL. IVL. AVG. SALARIENSIS. *Caeſaris Venales* dicuntur, quod agros eorum Caeſar emit. Sic Triumpilini inferius, ſect. 24. *venalis cum agris ſuis populus* appellatur. In Concilio Toletano X. *Marcus Caſtellonenſis epiſcopus*, pro *Caſtulonenſis*. H.

g. *Setabitani)* Σαιταβὶς Ptolemaeo, in Conteſtania, de qua ſupra. Straboni Σεταβὶς, L. III. p. 160. Nunc *Xatiua*, in regno Valentiae, ad amnem eius nominis, qui in Sucronem influit. Hinc ſudaria Setaba de quibus diximus in Praef. ad Titum, p. 2. In Conc. Tolet. X. *Athanaſius Setabitanus*. H.

h. *Valerienſes)* Vaſaeus, ipſam Concham *Cuença*, circa fontes Sucronis amnis poſitam, Coloniam olim Iuliam Valeriam appellatam eſſe: Ambr. Morales, non Concham ipſam, ſed pagum leucis ſeptem a Concha diſſitum, ad eumdem amnem putat, cui nomen hodie *Valera la veja*. In Conc. Tolet. X. *Stephanus Valerienſis epiſcopus*. H.

i. *Alabanenſes)* Sic MSS. omnes: non, vt editi hactenus, *Babanenſes*. Ab Ἄλαβα, vt Valerienſes ab Οὐαλερία, Celtiberorum oppidis, apud Ptolem. L. II. c. 6. haud procul Ercauica. H.

k. *Baſtitani)* A Baſti oppido, hodie *Baza*, in regno Granatae, ad *Rio Guadalentia*. Dedit id Baſtetaniae regioni nomen. H.

l. *Conſaburenſes)* Apud Gruter. p. 402. MVNIC. CONSABVRON. Apud Ambr. Morales, fol. 19. CONSABVRENSIS. Nunc

vt

Dianenſes m., n. Egeleſtani [1], Ilorcitani, Laminitani, Menteſani o. qui et Oretani p., Menteſani [2] qui et Baſtuli, Oretani qui et Germani cognominantur: caputque q. Celtiberiae Segobrigenſes r.: [3] Carpetaniae,

1. *Geleſtani. Ch.* 2. *Meteſani. Ch.* 3. *Carpetani. Ch.*

vt videtur, *Conſuegra*, Caſtellae nouae oppidulum, vltra Toletum, inter Tagum et Anam. H.

m. *Dianenſes)* A Dianio, de quo ſupra. Sic Ilorcitani, et Laminitani, ab Ilorci, et Laminio, de quibus hac ſectione diximus. H.

n. *Egeleſtani)* Ἐγελάσαι Straboni, L. III. p. 160. Nunc *Vnieſta*, prope Concham in Caſtella noua. Egelaſtae Plinius rurſum meminit, L. XXXI. ſ. 39. Apud Ptolem. L. II. c. 6. Ἐτέλεσα in Carpetanis, pro Ἐγέλεσα. Non poteſt eſſe *Medina Celi*, vt quibusdam viſum: nam Medina in Celtiberis fuit. H.

o. *Menteſani)* Gemina fuit olim Menteſa: altera in Oretanis, Ptolemaeo teſte, L. II. c. 6. vnde ciues Oretani cognominati: in Baſtetanis, Baſtulisue, altera, de qua iam diximus, ſect. 3. Menteſam Baſtiam vocat Antoninus: Baſtuli incolae eam ob rem cognominati. H.

p. *Oretani)* In Oretanis oppidum fuit Ὀρητὸν Γερμανῶν apud Ptol. L. II. c. 6. Lud. Nonius in ſua Hiſp. c. 62. putat eſſe *Calatraua*, non obſcuri nominis oppidum, ad fl. Anam, ſacrae militiae nomine inſigne. Vtriusque veſtigium, vt videtur exſtat in Conc. Tolet. X. Prioris quidem, ſiue Menteſae Oritanae, quod ſubſcripſiſſe ibi legitur *Daniel Diaconus Marcelli Epiſcopi Eccleſiae Vritanae.* Poſterioris item: *Martianus Abbas Valdefredi Epiſcopi Eccleſiae Menteſanae.* H.

q. *Caputque Celtiberia Segobrigenſes Carpetani, et Toletani)* Sic quidam legunt, verum nullo modo ſuſtineri poteſt haec lectio. Nam cum Plinius hic ſequatur ordinem Alphabeti, quo pacto poſt elementum, S, ſubſequi poſſint populi incipientis a C, quales ſunt Carpetani, non video. Legendum igitur, *Caputque Celtiberia Segobrigenſes, Carpetania Toletani. Pint.*

r. *Segobrigenſes)* Procul hi a Segobriga Valentini regni. Numantiae proximos in Celtiberia facit Ptolemaeus, L. II. c. 6. Bilbili, quae ibi fuit, vbi fere nunc *Calatajud*, Strabo, L. III. p. 162. in Celtiberis pariter cum Numantinis. H.

taniae s., Toletani Tago flumini impositi: Dein Viatienses t., et Virgilienses. 4.) In u. conuentum Clunienſem Varduli ducunt populos XIV. ex quibus Albanenſes x. tantum nominare libeat [1]: Turmodigi y. quatuor, in quibus Segiſamonenſes z., a. Segiſamejulienſes [2]. In eumdem conuentum Carietes b. et Vennenſes quinque ciuitatibus vadunt, qua-

1. *Libet.* 2. *et Sagiſemejulienſes. Ch.*

s. *Carpetaniae)* Subintellige, caput Toletum, vt Segobriga Celtiberiae. Καρπητανοὶ Appiano in Iber. p. 283. Καρπιτανὲς ὑπὲρ τὸν Ταγὸν, apud Plutarchum in Sertorio, p. 576. male, pro Καρπητανὲς. H.

t. *Viatienſes)* Oppidum Βιατία in Oretanis, apud Ptolem. L. II. c. 6. Et Virgilienſes ab Οὐεργιλία in Baſtitanis iuxta Oretanos. Apud Grut p. 324. VERGILIENSIS. Haec hodie Murcia, regni cognominis caput exiſtimatur. H.

u. *In conuentum)* Ambr. Morales, fol. 70. EX CLVNIENSI. Subintellige conventu. De Clunia mox dicemus. H.

x. *Albanenſes)* Albam vrbem etiam in Vardulis habet Ptolemaeus, L. II. c. 6. Alaua regio hodieque appellatur, ad Iberum, infra Guipuſcoa: eius regionis primaria ciuitas Vittoria appellatur. Ibi oppidulum hodie *Alvanna*. H.

y. *Turmodigi)* Nuſquam vox ea audita nobis. Quid ſi Murbogi potius, ex Ptolem. l. c. Μύρβογοι, Pelendonibus, Vaccaeisque finitimi? Valdulorum pars ii Turmodigi fuere. H.

z. *Segiſamonenſes)* A Segiſama, de qua Florus, L. IV. c. 12, p. 198. Nunc eſt *Veyzama*, in ea Cantabriae parte, quae Guipuſcoa dicitur, vt recte Mariana, L. III. hiſt. Hiſp. c. 25. p. 130. H.

a. *Segiſamejul)* Σεγίσαμα Ἰουλία in Vaccaeis, Ptolemaeo, L. II. c. 6. A Plinio, in Vardulis. Ex Ptolemaei numeris, ibi fere fuiſſe coniicio, vbi nunc *Sierra d' Occa*, haud procul Ibero amne, in confinio Caſtellae veteris H.

b. *Carietes)* Hos Ptolemaeus Καριζίκες vocat, quorum oppidum Οὐελία Velia fuit: ciues Plinio Velienſes. H.

quarum c. sunt Velienses [1]. d. Eodem [2] Pelendones [3] Celtiberorum, quatuor populis: quorum Numantini e. fuere clari: sicut in Vaccaeorum f. XVIII. ciuita-

1. *Vibienses. Scal.* 2. *Iidem. Vet.* 3. *Pelontones. Ch.*

c. *Quarum sunt)* Quarum e numero praecipue insignis Velia, de qua plane modo diximus. H.

d. *Eodem)* Hoc est, in eumdem conuentum disceptaturi vadunt Pelendones, quorum populi quatuor, e Celtiberorum gente vniuersi. Nam Celtiberia Pelendones, Areuacosque complectitur. Gruteri inscr. p. III. PELLENDONES. AREVACON. In Pelendonibus oriri Durium amnem auctor est Plinius L. IV. s. 34. H.

e. *Numantini)* Fuit vrbs Numantia haud procul a fontibus Durii amnis, vt testantur Florus, L. II. c. 18. p. 92. et Plinius, L. IV. s. 34. Rudera etiamnum visuntur, quibus nomen est *Puente Garray*, prope vrbem Soria. H.

f. *Vaccaeorum)* Οὐακκαῖοι Polybio in Fragm. L. III. p. 1503. qui eorum vrbem Ἰντερκατίαν laudat. Et apud Grut. p. 324. MODESTVS. INTERCATIENSIS. EX GENTE. VACCAEORVM. Fuisse Vaccaei videntur, in eo tractu, qui Salmanticam inter et Zamoram interiacet. Insignis error eorum est, qui Postumi Imperatoris nummum inscriptum, EXERCITVS VAC. ad Vaccaeos istos referunt, et Vaccaicum (credo) exercitum hic interpretantur. Est hic ex aere magno, apud P. Chamillart, et apud D. Vaillant, p. 188. inter rariores: vt et alter ibidem, et apud Tristanum, Tomo III. p. 167. EXERCITVS. ISC. vbi *Iscanicum* ex Isca ciuitate alterutra, sive quam *Exceter*, sive quam *Caberleon* vocant, putans signari: nihilo leuiore hallucinatione. Absonum enim est, a vico vel oppidulo duci cognomen exercitus, cum ne a nobili quidem et primaria ciuitate peti soleat. Nam quis audiuit, *le Regiment de Paris*, *le Regiment de Vienne*, *le Regiment de Madrit*, *le Regiment de Londres?* In vtroque nummo Imperator in equo dextera extenta signiferis cohortium imperat ex aduerso stantibus. Posterioris sententia est: EXERCITVS *Iubente Senatu Conscriptus.* Prioris ista: EXERCITVS *Vrgente Augusto Conscriptus.* In suo, qui ceteroqui priori simillimus est, legit D. Vaillant: EXERCITVS. YSC. eodem sensu: opifi-

ciuitatibus, Intercatienſes g., Pallantini h., Lacobricenſes i., Caucenſes. k. Nam in Cantabricis VII. [1] populis, Iuliobrica l. ſola memoratur. In Autrigonum m. decem ciuitatibus, Tritium, et Virouefca.

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conſentit Chiffl.* IV. *Gr. et Al.*

opifice induſtrie literam V literae I ſuperponente et connectente; quae prima eſt ſyllaba verbi IV*bente*. Conſenſum Poſtumi cum Senatu, praeter ſubiectas conſueto more literas SC. haec nummi poſterioris ſubſcriptio demonſtrat. Ceterum *Iubet Senatus*, *Auguſtus Vrget*. Cuſus poſt illos nummus eſt, quem de Vaillant, p. 186. rariſſimum vocat, eiusdem Poſtumi: EXERCITVS AVG. H.

g. *Intercatienſes, Palantini)* Scribendum, *Intercatenſes*, ex monumento antiquiſſimo, quod vſque in hodiernum diem legitur *Cluniae*, quae eſt finis in Celtiberiae. de qua mox paulo. *Pint.*

h. *Pallantini)* Pallantiam in Vaccaeis quoque locat Ptolem. L. II. c. 6. et Appian. in Iber. p. 300. Nunc *Palencia*, in Legionenſi regno. H.

i. *Lacobricenſes)* Lacobrigae in hoc tractu meminit Antoninus, XLVI. M. P. a Pallantia, in itinere ab Aſturica Tarraconem, et Burdigalam. Λακκοβρίτας vocat Plutarchus in Sertorio, p. 574. *Lacobrigae nomen*, inquit Feſtus, *a lacu et Briga, Hiſpaniae oppido.* Vox *briga* oppidum ſonat. H.

k. *Caucenſes)* Καῦκα in Vaccaeis quoque Ptolemaeo, l. c. et Appiano in Iber. p. 283. Vbi nunc *Coca* oppidum, vt recte Mariana, L. III. hiſt. Hiſp. c. 2. p. 93. inter Segouiam et Valliſoletum in Caſtella vetere. H.

l. *Iuliobrica)* Diximus de ea ſuperius, hac ſect. Non eſt his Cantabricis locus in nummo argenteo Gallieni Aug. e Gaza Regia, ſic inſcripto, IOVICANTAB. in quo Iupiter dextra fulmen tenet, haſtam ſiniſtra. Sententia enim haec eſt: *Iove Victore, Imperii Conſeruatore, Primae Narbonenſis Tutatore, Auguſtus Beatus.* Sic nummum inſcriptum, INT. VRB. olim explicuimus, *Ioue Narbonis Tutatore, Vrbi Roma Beata.* Et GENIO ANTI: *Genio Primae Narbonenſis, Tutatori Imperii.* H.

m. *Autrigonum)* Αὐτρίγονες ſunt Ptolemaeo, l. c. Oppida, Τρίτιον et Οὐϊρόυεσκα. In decretis Hilari Papae, p. 252. *Verouiſcenſium et Tri-*

*zenſium*

veſca. Areuacis n. nomen dedit fluuius Areua. Horum ſex oppida: Saguntia o., et Vxama p., quae nomina crebro aliis q. in locis vſurpantur: praeterea Segouia r. et noua s. Auguſta, Termes t., ipſa-

*zenſium ciuitas* pro *Tritienſium*. Vetus inſcr. ap. Ambr. Morales, fol. 65. TRITIENSI. Antoninus in itinere ab Aſturica Tarraconem, Tritiam a Viroueſca diſtare ait M. P. XI. Quod ſi itaque Viroueſca *Birbuſca* eſt, inter *Burgos*, et Iberum: Tritiam vbi nunc *Najara* eſt, prope *Logreno* et Iberum amnem, eſſe certe non potuit: quam tamen ſententiam placuiſſe video Suritae in Anton. p. 541. aliisque. H.

n. *Areuacis*) Ptolemaeo, L. II. c. 6. Ἀρεουάκαι, Straboni, L. III. p. 162. Ἀρεακάνοι, Areuam nunc *Arlanzo* vocant, Caſtellae veteris amnem, qui in Durium influit, ſupra Valliſoletum. H.

o. *Saguntia*) Vel Seguntia. Seguntiae Celtiberum Liuius meminit, L. XXXIV. p. 409. Antoninus item Segontiam vocat, quae nunc *Sigueça* dicitur, ad fontes amnis *Henarez*, in Caſtellae veteris Aragoniaeque confinio. H.

p. *Vxama*) Vxama quoque Antonino, in itiner ab Aſturica Caeſarauguſtam: a Numantia L. M. P. Nunc *el Borgo d' Oſma* ad Durium amnem, in Caſtella vetere. H.

q. *Aliis in locis*) Nam et Segontiam alteram a Caeſarauguſta XVI. M. P. habet Antoninus, nunc *Epila* dicitur, vt recte vidit I. Franc. Andrez, c. 2. p. 39. Et alteram Vxamam prope Corugnam in Gallaeciae littore agnoſcit Mariana, L. III. hiſt. c. 18. p. 118. Sunt et aliae, quae referre non eſt otii noſtri. H.

r. *Segouia*) Σεγουβία in Areuacis quoque Ptolemaeo, L. II. c. 6. Non ea eſt quae inter Valliſoletum, et Maditum, nobis *Segouie* dicitur: ſed altera eiusdem nominis vrbecula, quae ſub eadem fere caeli parte, atque ipſa Numantia, eodemque ſitu a Ptolemaeo collocatur. H.

s. *Noua Auguſta*) Et in Areuacis Ptolemaeo Νουδαυγούστα, prope Segobiam. H.

t. *Termes*) Τέρμες in Arevacis Ptolemaeo. Τερμιστὴν πόλιν vocat Appian. in Iber. p. 311. Hinc Termeſtini populi, apud Liuium in Epitome, L. LIV. et natio Termeſtina apud Tacitum Annal. L. IV. p. 155. Nunc *Lerma*, ad Areuam amnem, de quo ſupra. H.

ipſaque Clunia u. Celtiberiae finis. Ad Oceanum reliqua x. vergunt, Vardulique ex praedictis, et Cantabri. 5.) Iunguntur y. his Aſturum XXII.[1] populi, diuiſi in Auguſtanos z., et Tranſmontanos, Aſturica vrbe magnifica. In a. his ſunt b. Cigurri[2], Paeſici, Lancienſes c., d. Zoelae[3]. Numerus omnis multitudinis ad CCXL. M. liberorum capitum. 6.) Lu-

*1. Sic ex MSS. em. Hard. XII. Gr. et Al. 2. Giguri Gr. Peſici Id. 3. Zoeli. Ch.*

u. *Clunia)* Et haec in Arevacis Ptolemaeo. Dioni quoque Κλευία, L. XXXIX. p. 115. Inter Raudam ad Durium, *Aranda de Duero*, et Vxamam *Oſma*, medio fere interuallo ab Antonino collocatur. Nunc pagus *Crunna*, vel *Coruna del Conde*. Ibi conuentus Clunienſis repertum eſſe ſigillum aiunt, et a loci domino aſſeruari. Celtiberiae finis is dicitur, quoniam ad occaſum aequinoctialem ſunt Vettones, ad ſeſtiuum Aſtures, quos a Vettonibus Durius amnis diſterminat: Areuacae denique ad Boream. H.

x. *Reliqua vergunt)* Reliqua, inquit, quae pertinent ad conuentum Clunienſem: vt Vardulorum regio iam ſuperius dicta: et mox Cantabrorum, dicenda, L. IV. ſ. 34. H.

y. *Iunguntur his)* Cantabris. Inſcriptio Gruteri, p. CIIO. CONVENTVS ASTVRICENSIS. H.

z. *Auguſtanos)* Ab vrbe metropoli, quae in Auguſti nummo apud Goltzium, p. 237. COL. ASTVRICA. AVGVSTA. ſcribitur, *Aſtorga* in regno Legionenſi: Ἀστέρικα Αὐγούστα Ptolemaeo, L. II. c. 6. H.

a. *In his ſunt Giguri)* Ambo codices cum duplici *rr* *Cigurri:* Ptolemaeus, *Egurri. Pint.*

b. *Cigurri)* Ita MSS. omnes. Egurri forte ſcribendum ex Ptolemaeo, non longe ab Aſturica Auguſta Forum Egurrorum locante. De Paeſicia dicemus, L. IV. ſ. 34. H.

c. *Lancienſes)* Λαγκία maximum Aſturum oppidum a Dione dicitur, L. LIII. p. 514. A Mariana, L. III. Hiſt. Hiſp. c. 25. p. 132. iis locis ſitum, vbi nunc Ouetum cernitur, *Oviedo*. Plumbum Ouetanum laudatur a Plinio, L. XXXIV. ſ. 49. H.

6.) Lucenſis e. conuentus populorum eſt XVI. praeter Celticos f., et Lebunos, ignobilium[1], ac barbarae appellationis: ſed liberorum capitum ferme CLXVI. M. 7.) Simili modo Bracarum g. XXIV. ciuitates CLXXV.[2] M. capitum: ex quibus praeter ipſos Bracaros, h. Bibali[3], Coelerini, Gallaeci, Hequaeſi

1. *Ignominioſae. M. Vet.* 2. *conſentit Ch.* CCLXXV. *Gr. et Al.* 3. *Vibali, Celerini, Gallaeci, Aequeſilici, Gr.*

d. *Zoelae)* A quibus Zoelicum linum nomen traxit. Plinius, L. XIX. ſ. 2. *Non dudum ex Hiſpania Zoelicum venit in Italiam, plagis vtiliſſimum. Ciuitas ea Gallaeciae, et Oceano propinqua.* H.

e. *Lucenſis conuentus populorum eſt XVI. praeter Celticos et Lebunos ignominioſae ac barbarae appellationis)* Lege, *praeter Celticos et Lebunos ignobilium, ac barbarae appellationis*, ex vetere lectione, vt infra in Gallia Narbonenſi, *Oppida vero ignobilia XIX.* et ſaepe alias. *Pint.*

*Lucenſis)* Lucenſis conuentus mentio apud Ambr. Morales, fol. 69. Vrbs primaria Lucus Aſturum, Λεῦκος Ἀσταρῶν, Ptolemaeo, Dioni Ἀσύρων: hodie *Lugo* in Gallaecia. H.

f. *Celticos)* Cognominibus Nerias et Praeſamarcos, de quibus L. IV. ſ. 34. Lebuni ſimili modo ii eſſe videntur Hermolao, qui Leuni rurſum eodem libro appellantur: at ii Bracarenſis conventus eſſe vbi dicuntur, hi nunc Lucenſis. In MSS. legitur, *Leuanios.* H.

g. *Bracarum)* Subintelligе, conuentus, vt prius Aſturum Gruter. p. 411. CONVENTVS. BRACARI. Horum caput Bracara Auguſta, *Bragae.* H.

h. *Bibali, etc.)* Βίβαλοι, quorum oppidum Φόρον Βιβάλων Ptolemaeo, L. II. c. 6. Κοιλερνοὶ, eidem Gallaeci omnibus noti. Hequaeſi, in Inſcript. mox citanda. Λιμικοὶ Ptolemaeo rurſum appellati, cum oppido quod Φόρον Λιμικῶν appellat. Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 245. BIBALI. COELERNI. EQVAESI. INTERAMICI. LIMICI. AEBISOC. QVARQVERNI. Prius legebatur in Plinio, *Vibali*, et voce vnica e duabus conflata, *Aequeſilici.* Nos literarum ordine admoniti, et vetuſtorum monumentorum fide, locum correximus. Aquas Querquernas a Bracara diſtare ait Antoninus,

LIII.

quaesi, Limici, Querquerni, citra fastidium nominentur. Longitudo i. citerioris Hispaniae est, ad finem Castulonis a Pyrenaeo, sexcenta septem M. pass. et ora paulo amplius. Latitudo a Tarracone ad littus Olarsonis k. CCCVII. E[1] radicibus Pyrenaei, vbi cuneatur angustiis inter duo maria, paulatim deinde se pandens, qua contingit vlteriorem Hispaniam, tantumdem et amplius latitudini adiicit. Metallis plumbi, ferri, aeris, argenti, auri, tota ferme Hispania scatet: Citerior et l. specularibus[2] lapidibus: Baetica et minio. Sunt et marmorum lapicidinae. Vniuersae Hispaniae Vespasianus Imperator Augustus iactatus m. procellis Reipublicae Latii ius tribuit. Pyrenaei montes Hispanias Galliasque disterminant, promontoriis in duo diversa maria proiectis.

V. (IV.) Narbonensis prouincia appellatur pars Galliarum, quae n. interno mari alluitur, Bracca-



1. *Consentit Ch. Et rad. Gr.* 2. *specularis lapidis: Baetica et minio et marmorum lapidicinis. M.*

LIII. M. P. Κραυκερνοὶ sunt Ptolemaeo, et Τὰτα Κραυκερνῶν. H.

i. *Longitudo)* Martianus, L. VI. c. de Hisp. p. 203. H.

k. *Olarsonis)* De eo, L. IV. s. 34. H.

l. *Specularibus lapidibus)* Talcum vocant, seu Asini speculum. *Dal.*

*Specularibus)* Dicemus de his oportunius, L. XXXV. s. 45. H.

m. *Iactatus)* Vi ac necessitate quadam expressam esse eam liberalitatem innuit, vt Hispanos sibi deuinciret: cum iactaretur ipse Reipublicae procellis, hoc est, ciuili bello Vitellii, vt leuamen id quoddam eorum damnorum fuerit, quae ob ciuilia Imperatorum bella perpessa esset Hispania. Immunitatem a tributis, siue Claudius Imp. sive anteriorum aliquis iisdem concesserat, vti ex Seneca colligimus, L. VI. de Benef. c. 19. p. 111. H.

n. *Quae interno)* Mediterraneo. Haec Martianus a Plinio, L. VI. c. de Monte Pyrenaeo, p. 203. H.

ta o. ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiumque vel saluberrimis [1] Romano imperio iugis. A reliqua vero Gallia latere septemtrionali, montibus Gebenna p. et Iura q.: agrorum r. cultu, virorum, morumque dignatione, amplitudine opum, nulli [2] prouinciarum postferenda, breuiterque Italia verius quam prouincia. In s. ora regio Sardonum,

1. *Sic quoque Ch. vox vel deest ap. Gr.* 2. *nulla ei praeferenda. M.*

o. *Braccata)* A braccis, sive femoralibus lineis, *des brayes, ou hauts de chausses*: quod vestimenti genus Romanis veteribus inusitatum, ab iis in Gallia Narbonensi primo deprehensum est: quae inde ab iis Braccata est cognominata, inquit Alcuinus, Lib. de diuinis offic. H.

p. *Gebenna) Les montagnes de Geneve a l'entour de Anici, les montagnes de Fossigny. Dal.*

*Gebenna)* Habet eadem Mela, L. II. c. 5. Gebennam quoque Caesar, L. VII. belli Gallici p. 81. Gebennas vocat Lucanus, L. I. v. 435. Et *Gebennicos montes*, Mela. Galli, *les Mons des Cevennes*. Languedocium, vt vocant, a reliqua Gallia latere septemtrionali disterminant. H.

q. *Iura)* Est exiguus pagus in radice montis non longe distans a D. Claudio, Gallice *Mirou*, a quo Iura mons nomen accepit. *Dal.*

*Et Iura)* MSS. omnes, et *Iuribus*. Mela, L. II. c. 5. non Iuram Montem, sed Lemannum lacum, finem statuit Narbonensis Prouinciae. Iura pro locorum diuersitate varia sortitur nomina, *le Joux, le Mont. S Claude, le Credo*, etc. H.

r. *Agrorum cultu)* Non minus eleganter Saluianus patriam suam, hoc est, Provinciam describens, L. VII. *Illic omnis admodum regio*, inquit, *aut intertexta vineis, aut florulenta pratis, aut distincta culturis, aut consita pomis, aut amoenata lucis, aut irrigata fontibus, aut interfusa fluminibus, aut crinita messibus, etc.* H.

s. *In ora)* Post Pyrenaeae Veneris promontorium, in quo haesimus sect. sup. incipit Sardonum regio, quam nunc dicimus *le Comté de Roussillon*. Sic Mela L. II. c. 5. *Inde est ora Sardonum, et parua flumina, Telis et Tichis: vbi accreuere, persaeua.*

Colo-

num [1], intusque t. Consuaranorum. Flumina u.: Tecum x., Vernodubrum. Oppida y.: z. Illiberis [2], magnae quondam vrbis tenue vestigium: Ruscino a., Latinorum. Flumen Atax b. e Pyrenaeo Rubren-



1. *Sardaonum, vt praecedenti cap. legitur.* 2. *Illileberae. Ch. V. quibusdam Illybyrtis.*

*Colonia Ruscino, etc.* Ipsam Leridam Hispaniae ciuitatem, sup. sect. Surdaonum gentis esse dixit. In MSS. *Sordonum.* Auienus, *Sordos* appellat. H.

t. *Intusque)* Interior, inquit, seu remotior paulo a mari, regio Consuaranorum fuit. H.

u. *Flumina Tecum, Vernodubrum; etc.)* Scilicet Larnum, Alba, Tichis, vt superiori cap. *Dalec.*

u *Tecum)* Melae, l. c. *Tichis:* accolis hodieque *Tec.* Vrbem Helenam praefluit, *Elne.* Vernodubrum, *Later,* Perpinianum rigat. H.

y. *Oppida Illiberis)* Archetypum Toletanum, *Illiseberre:* Salmant. *Eliseberre:* Strabo, *Illibirris* fluuius et oppidum: Ptolemaeus *Illiberris. Pint.*

z. *Illiberis)* Vel Eliberris, quam Caucoliberim posterior aetas appellauit: Hispani, *Colibre:* nostri, *Colioure.* Ita de Catel, L. I. c. 7. secutus Loaysam, et alios. Mela, L. II. c. 5. *Vicus Eliberri, magnae quondam vrbis, et magnarum opum tenue vestigium.* Nummus est eximius, aeris minimi, in Cimelio D. Foucault, hac epigraphe: IMP. C. CLAVDIVS P. F. AVG. Claudii Gothici caput. In auersa parte, DEO CABIRO Faber malleum dextra tenet. Caue hic Cabiros cogites, aut Thessalonicam. Sententia est: *Duci Exercitus Optimo Claudio Arcum Beneſactis Insignem Ruscinonenses Obtulerunt*, ob victoriam praesertim Gothicam. Ingenioſe admodum significatur oblatum fuisse ab oppidanis Arcum triumphalem, sed a Claudio neglectum ac repudiatum, cum in area nummi non arcus pingitur, sed Faber tantummodo, ad exstruendum arcum paratus. H.

a. *Ruscino)* Non modo iure Latii donatam, sed et coloniam vocat Mela, l. c. Nunc castellum est, a Perpiniano oppido, quod Ruscinonem vicinitate sua exhausit, leuca dissitum, *la Tuor de Rouſſillon.* Eodem amne, quo Perpinianum, alluitur. Catel, L. I. c 7. H.

b. *Arax)* *L'Aude*, Narbonem secat. Vide Not. et

Em.

sem[1] c. permeans lacum: Narbo d. Martius, Decumanorum Colonia, XII. M. pass. a mari distans, Flu-

1. *Rubrosum. Vetus Narbonensem. Strab. lib. IV.*

Em. N. XXIII. (paulo post.) Ab eo amne Narbonenses olim Atacini dicti, vt de Varrone Atacino pluribus disputauimus, in Auctorum indice. *Atax e Pyrenaeo)* E Cemeno seu Gebenna monte dum fluere Atacem, non e Pyrenaeo, Strabo docet, L. IV. p. 182. haud satis peritum se locorum eorum fuisse prodit. Rectius Mela, a quo non ineleganter describitur, L. II. c. 5. *Atax ex Pyrenaeo monte digressus, qua sui fontis aquis venit exiguus, vadusque est, et ingentis alioquin aluei tenens, nisi vbi Narbonem attingit, nusquam nauigabilis: sed cum hibernis intumuit imbribus, vsque eo solitus assurgere, vt se ipse non capiat.* H.

c. *Rubrensem permeant lacum)* Rubrensis lacus alluit Narbonensem, Strabo lib. XVI. *Le lac qui est pres de Capdestam, et de l' Archevechè de Narbonne. Dalec.*

*Rubrensem)* Rubresum Mela vocat, L. III. c. 5. qua Atacem accipit, ore spatioso admodum: qua mare admittit, aditu tenuem, *L' Estang de la Rubine.* Nunc Atax minime lacum permeat: sed fossae per Narbonem ductae immissus, in mare effunditur ad VII. ab vrbe milliare. Catel. L. I. p. 58. H.

d. *Narbo)* Atacinorum, Decumanorumque colonia, Melae, l. c. Martius, a Marte, vt Sirmondus noster putat in Not. ad Sidonium, vel a Martia legione: Decumanorum a militibus decimae. Nummus argenteus apud Goltzium, in Magna Graecia, Tab. XX. n. 5. caput diadematum exhibet, cum claua Herculea. .)(. Lupa cum gemellis. Infra, ROMANO. Sic interpretamur: *ROma MArtii Narbonis Origo.* Cognomen enim illud habet a legione Martia, hoc est, Romulea. Nam Romulus Marte genitus ferebatur: hoc est, vir generosus; sed patre ob temporum vetustatem ignoto, quamuis nobili. In aliis ibidem nummis N. 1. et 2. caput est Romae galeatum. .)(. Caput equi, qui esse dicitur Marti sacer, quia generosus et bellicosus. Infra, ROMANO. vt proxime. In alio, Caput Romae galeatum. .)(. Leo iratus. Infra ROMANO. H.

Flumina: e. Arauris [1], Liria. f. Oppida de caetero rara, praeiacentibus ſtagnis g.: Agatha h. quondam Maſſilienſium i., et regio Volcarum k. Tectoſagum: atque vbi Rhoda l. Rhodiorum fuit: vnde dictus



1. *Rharraris. Strab. Araris Gr. et Al.*

e. *Arauris)* Ita recte, non *Araris*. Mela, L. II. c. 5. p. 39. *Tum ex Gebennis deprimitur Arauris iuxta Agatham fluit.* Ptolemaeo, L. II. c. 10. Ἀραύριος, Gallis *Airau*, vel *Erbau*. H.

f. *Liria)* MSS. omnes, *Libria*. Nunc *Lez* accolae vocant, et quos Medios ſecat, Monſpelienſes. H.

g. *Stagnis)* *Les Eſtangs de Thau, de Maguelone, et de Perault.* Maximae parti eius orae, marique mediterraneo ea praetenduntur. H.

h. *Agatha)* Iuxta quam Arauris fluit, vt Mela admonet l. c. nunc *Agde*: non, vt ſubtilioribus quibusdam viſum eſt, *Magueloſſe*, quae procul eſt ab Arauri diſſita. A Maſſilienſibus conditum eſſe oppidum Strabo auctor eſt, L. IV. p. 182. H.

i. *Maſſilienſium)* De Maſſilienſibus honorifice et magnifice multa Liuius lib. XXXVII. Valerius, Cicero pro Flacco, Iſocrates in Archidamo et Ariſtoteles conditam putant a Phocaeenſibus magni regis dominatum fugientibus: addit Plutarch. in Solone, illorum ducem fuiſſe Protum: Trogus vero, Peranon. Dictam volunt ἀπὸ τῆς μάσης, quod cum in littore piſcatorem gubernator nauis conſpexiſſet, iuſſi μάσαι τὸ ἀπόγειον σχοινίον, religare funem quo ad terram appellitur. Rhodig. cap. 8. lib. XVI. Maſſilienſes tamen mores Plautus in Caſina delicatos et muliebres intellexit: Athenaeus autem ait θηλυνθῆναι Μασσαλιώτας, καὶ αἰσχημονεῖν διὰ τὴν ἐν ψυχαῖς μαλακίαν καὶ διὰ τροφὴν γυναικοπαθεῖν, ὅθεν καὶ προσῆλθεν παροιμία, πλεύσας εἰς Μασσαλίαν. Brod. cap. 27. lib. III. qui et adnotat Maſſilienſes a Phocoeenſibus, non Phocenſibus oriundos. *Dalec.*

k. *Volcarum)* Haec regio agrum complexa eſt Agathenſem, atque adeo quidquid terrarum inde vſque ad oſtia ferme Rhodani protenditur. H.

l. *Rhoda)* *Poce de Rhore, Aiguemortes*, quo in loco Marius foſſam duxit. *Dalec.*

*Vbi Rhoda — fuit)* Familiari ea loquendi formula, *fuit*, excidiſſe id oppidum, cui vox ea adnectitur, iam aeuo ſuo innuit. Haec Rhodanuſia a Scymno Chio, ſiue

vt,

multo Galliarum fertiliſſimus Rhodanus amnis, ex Alpibus ſe rapiens per Lemannum lacum, ſegnemque m. deferens Ararim [1], nec minus ſeipſo n. torrentes [2] Iſaram, et Druentiam. Libyca o. appellantur duo eius ora modica: ex p. his alterum Hiſpa-

1. *Aurarim, quibusdam.* 2. *Sic et Ch. M torrentem. Gr. et Al.*

vt alii vocant, a Martiano Heracleota, p. 6. dicitur: alteramque Rhoden, quae in Hiſpania eſt, (nunc *Roſes* incolae Catalani vocant) a Rhodiis quoque conditam ſcribit. Hieronymus in prolog. epiſt. ad Galat. *Oppidum Rhoda*, inquit, *coloni Rhodiorum locaverunt, vnde amnis Rhodanus nomen accepit.* H.

m. *Segnemque)* Vnde Claudiano dicitur, *Lentus Arar.* Sauconam poſterior aetas appellauit, teſte Ammiano, L. XV. p. 55. hodieque, *la Saone.* H.

n. *Nec minus ſeipſo torrentem Iſaram et Druentiam)* *Torrentes* agnoſcit exemplar vtrumque, Salmant. et Tol. vt ambos fluuios comprehendat: quos, ſi Ptolemaeum ſequeris, *Iſara* accuſatiuo Graeco, et *Truentium* nominabis. *Pint.*

*Torrentes)* Gallis, *l' Iſere, et la Durance*, in latus vterque Rhodani orientale influit. Vide Not. et Em. N. XXIV. (hic poſ.) *Nec minus ſe ipſo torrentes, Iſaram et Druentiam)* Non *torrentem*, vt prius, ſed *torrentes* multitudinis numero repoſuimus, tum codicum omnium MSS. fide, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Pariſ. etc. tum ex re ipſa: namque ea vis torrenti ſimilis etiam Druentiae propria eſt, communisque cum Iſara et Rhodano. Vnde Silius Italicus, L. III. *Turbidus hic truncis, ſaxisque Druentia laetum Ductoris vaſtauit iter: namque Alpibus ortus Auulſas ornos, et Adeſi fragmina montis Cum ſonitu voluens fertur latrantibus vndis: Ac vada translato mutat fallacia curſu.* Vide et Liuium, L. XXI. p. 198. H.

o. *Libyca)* Ita libri omnes. Itaque nihil mutamus, tametſi oram vniuerſam a Rhodano Emporium vſque Hiſpaniae oppidum, Λιγυστίνην veteres appellarunt, quod eam Ligures tenuere: Scylax, p. 2. Παράπλους Λιγύων ἀπὸ Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανοῦ, etc. H.

p. *Ex his)* Ex duobus Libycis. Exſcripſit haec Martianus, L. VI. p. 204. cap. de Pyrenaeo, et Prou. Narb. Hiſpanienſe oſtium, quod in occidentem vergit, accolae vocant

ſpanienſe, alterum Metapinum: tertium, idemque ampliſſimum, Maſſalioticum. q. Sunt auctores, et Heracleam r. oppidum in oſtio Rhodani fuiſſe. Vltra s., foſſae [1] ex Rhodano C. Marii opere, et nomine



1. *Foſſam ex Rhodano C. paſſ. Marii, etc. Vet. foſſae. Ch.*

vocant *Grau Neuf*, Maſſalioticum, quod in ortum, *Gras d' Orgon.* Metapinum inter haec medium eſt nunc ſine nomine. His tribus oſtiis includitur inſula, quam vocant incolae, *Petite Camargue.* H.

q. *Maſſalioticum)* *Maſſalian* enim Graeci, non *Maſſilian* proferunt. In Narbonenſi Gallia recumbentibus qui ad nuptias inuitati eſſent prodiens virgo iubebatur a patre aquam ei porrigere, quem ſibi dari virum vellet. Ea ſorte Peranus Phoenicum Dux Senani regis Segoregiorum gener delectus condendae Maſſiliae locum a ſocero accepit. Rhodig. cap. 15. lib. XXVIII. Turneb. cap. 26. lib. XXVII. Ex Plutarcho in Solone Protum, non Peranum vocatum fuiſſe monſtrat. Maſſaliae, Salyum caput: a Salyis nomen inditum. *Dalec.*

r. *Et Heracleam)* Haec Ἡράκλεα Κελτικῆς Stephano. In agro San-Remigiano, prope oppidum *S. Remy*, oſtiumque Rhodani Hiſpanienſe, reperta inſcriptio, principatu Caroli V. Francorum regis, electam docet ab Ataulpho principe *Heracleam in Regiae maieſtatis ſedem.* Ibi igitur fuiſſe olim Heracleam putat, qui recitat inſcriptionem eam totam Honor. Bouche, L. III. hiſt. Prou. c. 5. p. 158. Verum diſtat ager ille San-Remigianus ab *oſtio Rhodani*, in quo fuiſſe Heracleam auctores, teſte Plinio, prodidere. H.

s. *Vltra foſſam ex Rhodano C. paſſuum Marii opere et nomine inſigne ſtagnum, Aſtromela oppidum)* Subſultans et vacillans oratio, erroribus ſcatens. Verbum, *vltra*, per maiorem literam ſcribendum, vt ſit principium ſententiae. *Vltra foſſa ex Rhodano, C. paſſuum, Marii opere et nomine inſignis. Stagnum Aſtromela. Oppidum, etc.* De foſſa Mariana Ptolemaeus et Pomponius. De ſtagno Stephanus, quod tamen ipſe *Maſtramellam* nominat cum duplici, *ll*, non *Aſtromelam.* Ptolemaeus item foſſas Marianas plurali numero vocat. *Pint.*

*Vltra)*

mine [1] t. insignes [2]: Stagnum, Mastramela u.: oppidum,

1. *Nomine* Latera *insigne stagnum. (L'estan de Lares.) Vide infra capite 15.* 2. *Insigne stagnum Mastrumela. Ipidum Maritima Auaticorum. Or. fossa ex Rh. C. M. o. et n. insigne stagnum: Astromela oppidum Gr. nomine. Insigne stagn. Al.*

*Vltra)* Vltra tria proxime appellata Rhodani ostia. Vide N. et Em. N. XXV. (hic adi.) Ptolemaeo, L. II. c. 10. Φόσσαι Μαριάναι. *Vltra, fossa ex Rhodano C. Marii)* Nemo omnium Geographorum apertius, quam Plinius, situm Marianarum fossarum signauit, nempe vltra Rhodani vetera ostia. Cuius ex verbis varias de fossarum Marianarum situ scriptorum sententias conuellere procliue admodum foret, si esset id otii nostri, aut instituti. *Fossas* plurali numero dicit, easque *insignes opere*: vnde errare eas intelligas, qui vnicam quaerunt, et obscura tantum illius vestigia se reperisse confitentur. Nunc sunt duo orientalia Rhodani ostia, in quae se potissimum postea amnis deuoluit. Insulam ex parte includunt, quam vocant *la grande Camargue*. Ex duabus hisce fossis, ei quae magis orientalis est, impositum postea Arelate Sextanorum est. Has quoque commemorat fossas Solinus c. 2. p. 17. *C. Marius bello Cimbrico factis manu fossis inuitauit mare: pernicioſamque feruentis Rhodani nauigationem temperauit.* H.

t. *Insigne stagnum: Astromela oppidum, etc.)* Lege: *insigne stagno Mastramela oppidum, Maritima Anaticorum.* Salmas. p. 94. *Gr.*

u. *Mastramela) L'Estang de Berre, ou de Martiguez.* Oppido, quod Maritimam Plinius vocat, nomen hodie *Marignane*. Vide N. et Em. N. XXVI. (hic conſp.) *Stagnum Mastramela: oppidum, Maritima Auaticorum)* Prius *Astromela* legebatur. At Stephanus p. 448. Μαςραμήλη, inquit, πόλις καὶ λίμνη τῆς Κελτικῆς. Vnde et illud effici videtur geminum oppido adiacenti fuisse nomen: alterum cum stagno commune: proprium alterum. At dum Geographorum vulgus id oppidum putat esse *Martiguez*, merito reprehenditur ab Honor. Bouche, L. III. hist. Prou. c. 6. p. 172. quod recentissime conditum id esse constat, hoc est, non ante annos quingentos, loco antea inculto ac deserto. Veri multo similius statuit esse *Mari-*

dum, Maritima x. Auaticorum: ſuperque campi y. lapidei, Herculis praeliorum memoria: Regio z. Anatiliorum [1], et intus Deſuuiatium [2], Cauarumque, a. Rurſus a mari Tricorium: et b. intus Tricollorum, Vocon-

1. *Natiliorum. M.* 2. *Deſuuiaticum. Ch. M.*

*Marignane*, ad ſtagni latus orientale. *Maritima Auaticorum*, inquit Mela, L. II. c. 5. *ſtagnum obſidet.* H.

x. *Maritima Auaticorum)* Ptolemaeus *Auatilorum.* Vetus tamen lectio et Pomponius, *Auaticorum. Pint.*

*Auaticorum)* Sic Mela, L. II. c. 5. et MSS. Id nomen agro ei fuit, qui Maritimae circumiectus erat, et contributus, in Anatiliorum regione, quae latius multo patuit: quare eadem Maritima in Anatiliorum agro poſita dicitur a Ptolemaeo, L. II. c. 10. H.

y. *Campi)* Vulgo, *la Crau*, Mela, L. II. c. 5. *Lapideus*, inquit, *vt vocant, campus, in quo Herculem contra Albionem et Geryona Neptuni liberos, dimicantem, cum tela defeciſſent: ab inuocato Ioue adiutum imbre lapidum ferunt. Credas pluiſſe: adeo multi paſſim et late iacent.* Vide Hygin. in Poet. Aſtron. L. II. c. Engonaſin, fol. 61. H.

z. *Anatiliorum)* Recte. In Inſcriptione San-Remigiana proxime laudata, ANATILII. Hi Arelatenſem agrum tenuere: Deſuuiates, quorum interior regio fuit, Taraſconenſem: Cauaras denique, a confluente Iſarae in Rhodanum, vbi fere Auenio eſt, ad Druentiam vſque, quam late patet, oram omnem, quae Rhodano alluitur. H.

a. *Rurſus a mari)* Rurſus, inquit, in ora eſt Tricoriorum regio: Τρικορία appellat Strabo, L. IV. p. 185. vbi nunc Maſſilienſis ager, Aquiſextienſis, et ſupra Druentiam Aptenſis. In Aptenſi fuere ſaltus Tricorii, quos Hannibal, dum peteret Italiam, ſuperauit. Vide Ammian. L. XV. p. 53. et Livium, L. XXI. p. 198. H.

b. *Et intus)* Intus recedunt a mari longius Tricolli, qui nunc Siſteronenſes: quorum caput fuiſſe olim creditur *Alaraute*, de quo Tabula Peutingeri. Hodie *Talard* in Delphinatu, via quae Siſterone Vapincum ducit. Ita Nic. Bouche, L. III. hiſt. Prou. c. 7. p. 178. H.

Vocontiorum c., et [1] Segouellaunorum d.: mox Allobrogum. e. At in ora Massilia Graecorum f. Phocaeensium [2] foederata. g. Promontorium h. Zao i.: Citha-

1. *Alias, Segalaunorum: quemadmodum et apud Ptolemaeum lib. II. cap. 8. Ch. Segouellanorum legit.* 2. *Phocensium.*

c. *Vocontiorum)* Hi Delphinatus partem orientalem tenuere, vt Cauares occiduam: Oppida iis fuere, Dea *Die*, et Vasio *Vaison*. H.

d. *Segouellaunorum)* Nominis Segouellaunorum vestigium adhuc restat in appellatione oppiduli Diae, et Tricoriis vicini, quod incolae vocant Saillans, et in pago prouinciae dicto Solies Salyum. *Dalec.*

*Segouellaunorum)* Pars Cauarum hi fuere: quamobrem Valentia, quae Plinio Cauarum vrbs dicitur, Segouellaunis, siue Segalaunis a Ptolemaeo adiudicatur, L. II. c. 10. Hodie *le Valentinois.* H.

e. *Allobrogum)* Inter Isaram, Rhodanumque, vt recte Polybius, L. III. p. 282. et qui Polybium sequitur Liuius, L. XXI. p. 198. apud quem pro *Arar* qui *Isara* reponunt, sincerum vas incrustant, nec scriptoris mentem assequuntur. H.

f *Phocaeensium)* Strabo, L. IV. p. 179. κτίσμα δ' ἐςὶ Φωκαιέων ἡ Μασσαλία, a Phocaea, vrbe Asiae, de qua dicemus in Ionia, L. V. A Phocide Graeciae regione profectos Massiliae conditores, non semel affirmat Lucanus, L. III. magno, vt puto, errore. H.

g. *Foederata)* Foederis causam docet Iustinus, L. XLIII. sub finem: *Massiliensium legati*, inquit, *a Delphis reuertentes, audierunt vrbem Romanam a Gallis captam, incensamque. Quam rem domi nunciatam publico funere Massilienses prosecuti sunt: aurumque, et argentum publicum, priuatumque contulerunt, ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem cognouerant. Ob quod meritum, et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in Senatu datus, et foedus aequo iure percussum.* H.

h. *Promontorium Citharista, Portus Regio)* Codices iidem, *Promontorium Lao citharista, portus, etc.* Sed cum constet ex Ptolemaeo Citharistam promontorium esse, scribendum videtur permutatione dictionum: *Citharista promontorium, Zao portus.* Pint. *Promontorium Citha-*

*ri-*

Citharista [1] portus. Regio Camatullicorum. k. Dein Suelteri l., supraque m. Verrucini [2]. In ora autem Athenopolis n. Massilienſium, Forum o. Iulii Octavano-

1. *Zaozita: ista portus. Chiff. aliis, Zaoportus. Promontorium Citharista, portus regio, Gr. Al.* 2. *Verticini. M.*

*tharista, etc.)* Lege: *Promontorium Citharista, Lacydon portus, regio Camatullicorum.* Is. Voss. in Melam. 174. Paulo ante legend. *Vltra fossa ex Rhodano, C. Marii opere et nomine, insigne stagnum Mastramele, oppidum Maritima Auaticorum.* Et oppidi et lacus nomen esse Mastramelam docet Stephanus. Vide Is. Vossium in Melam. *Gr.*

i. *Zao)* Ita MSS. omnes. Promontorio tamen idem praeterea quod portui nomen Citharistam esse, docet Ptolem. L. II. c. 6. ὁ Κιθαριστὸς τοῦ ἄκρου, hodie *Cap. Sisiat, ou de Cerchiech*, prope Telonem: Citharistae portui nomen hodie est *le port S. Georges, ou le port de Toulon.* Portum Citharistam a Massilia distare Antoninus ait XXX. M. P. Haec Citharistana parochia in territorio Arelatensi, cuius mentio tum in epistola Zosimi ad Episcopos Galliae, de privil. eccl. Arelat. tum libro II. vitae sancti Caesarii Arelat. H.

k. *Camatullicorum)* Vbi nunc Telonensis ager, *l' Evechè de Toulon*, vsque ad Samblacitanum sinum, *le Golfe de Grimaut:* a quo sinu haud procul abest vicus *Ramatuelle*, quod vetusti nominis vestigium seruat haud obscurum. H.

l. *Suelteri)* Nunc est Foroiulienſis ager, citra amnem Argenteum: *Brignole, et Draguignan.* Sic Honor. Bouche, L. VII. c. 7. p. 182. Fauet situs quem in Tab. Peutingeri *Selteri* obtinent. H.

m. *Verrucini)* Suelteris ad Boream adsiti: vbi nunc *Verignon*, et *Baryol.* H.

n. *Athenopolis)* Cum in ora positum id oppidum dicatur, inter portum Citharistam, et Forum Iulii: ipsum esse Telonem Martium non temere suspicamur. H.

o. *Forum Iulii Octauianorum)* Sic leg. alii; sed Apographon Toletanum, *Octavanorum*, legit, non *Octavianorum*, recte: sic vti paulo ante *decumani*, et mox *septumani*. Nominantur et hoc capite Sextani, et Secundani. Vt igitur a Decimus, Septimus, Sextus, Secundus, Decumani, Septumani, Sextani.

vanorum r. colonia, quae Pacensis appellatur, et Classica: amnis p. in ea Argenteus. Regio, Oxubiorum q., Ligaunorumque r.: super quos Suetri s., Qua-

r. *Octauianorum. Vet.* tani, Secundani, ita ab Octauus Octauani. *Pint. Forum Iulii Octauanorum)* Straboni *villa Franca.* Hod. *ville neuve pres de Nice:* aliis *Breil pres de Nice:* aut *villa Franca.* Oxubii *Oberrois. Dal.*

p. *Forum Iulii)* *Frejus.* Octauanorum colonia dicitur, quoniam octauae legionis militibus ea constaret. In Thesauro Goltziano, p. 240. nummus Augusti, COL. IVLIA. OCTAVIANORVM. Et alter Neronis, p. 241. COL. PACENS. CLASS. Pacensis a Pace dicta est: Classica ab Augusti classe fortassis, cuius ea nauale fuit. Vnde Strabo, L. IV. p. 184. Τὸ ναυσταθμὸν τὸ Καίσαρος τῦ Σεβαςῦ, ὅ καλῦσι Φόρον Ἰάλιον, v. Tacitum L. III. Suessam tamen, quae mediterranea ciuitas est, coloniam pariter Classicam dicemus appellatam, sect. 9. a militibus forte Classiariis eo deductis. Inscriptio apud Ioh. Poldo, lib. de Antiq. Nemaus. p. 165. MILITVM. LEG. VIII. AVG. CIVITAS. FOROIVLIENSIVM. H.

p. *Amnis in ea argenteus)* Vetus lectio, *amni siue Argenteus.* Scribendum puto, *Amnes Caenus, Argenteus,* ex Ptolemaeo, qui tamen *Argentius* cum *i,* in tertia enunciat. P.

p. *Argenteus)* Accolis dictus hodieque *Argens,* a colore aquae argenteo. Arenam deuehit, qua portum iam illum oppleuit, Augusti nauium receptorem, de quo modo diximus. H.

q. *Oxubiorum)* Quorum caput ipsum Forum Iulii fuit: vt *Deciatium* Antipolis. Hic Ἀιμὴν Ὀξυβίος apud Strabonem, L. IV. p. 185. H.

r. *Ligaunorumque)* Ingaunorumque, vt capite sequenti legitur. Eius nationis caput est Albium Ingaunum (vulgo Arbenga) vt eodem capite. *Dalec.*

*Ligaunorumque)* Sic libri omnes. Ingaunos, qui vltra Varum sedes habent, frustra Dalecampius inculcare hic nititur pro Ligaunis, qui ante Varum Antipolimque ipsam a Plinio appellantur, et iunguntur Oxubiis. Grassensem, vt agunt, tenuisse agrum videntur. H.

s. *Suetri)* Ptolemaeus, L. III. c. 1. meminit Σαετρίων in maritimis Alpibus quorum oppidum Σαλίνας vocat. Id esse *Scillans* Holstenius putat, in Dioecesi Sanitiensi, *Senez.* At rectius

Quariates t., Adunicates. At in ora oppidum Latinum u. Antipolis. Regio Deciatium: amnis Varus, ex Alpium monte x. Cema [1] profusus. In mediterraneo coloniae: Arelate y. Sextanorum, [2] Beterrae

1. *Sic ex MSS. Hard. conf. Vet. monte Acema Gr. et Al.*
2. *Bilterae. Vet. Bliterae Septumanorum Gr.*

rectius Honorius Bouche, L. III. hist. Prou. c. 2. p. 119. vrbem Castellanam interpretatur, Verdoni amni impositam, qui in Druentiam labitur, eodem Sanitienli agro: eamque sententiam idoneis firmat argumentis. Errant plerique Geographorum, qui Saluria in Sabaudia esse putant, *le Marquisat de Saluces.* H.

t. *Quariates etc.)* Quantum ex situ coniicimus, ibi fuere, vbi nunc Senetium est, et Dinia. H.

u. *Latinum)* Hoc est, Latii iure donatum, vt dicemus in Not. et Em. N. III. (v. p. 500. l. c.) Nunc *Antibe.* Ptolemaeo L. II. c. 10. Ἀντίπολις in agro Δεκιατίων, quem Varus amnis claudit, *le Var.* Melae, L. II. c. 5. *Oppidum Deciarum Antipolis:* sic enim legendum. H.

x. *Acema)* Alii, *amnis Cema.* Cum omnes Geographi Varum in hac ora Galliae fines faciant, miror cur castigatoribus libuerit Cemam pro Varo supponere, reclamantibus manuscriptis codicibus. *Gelen.*

y. *Arelate)* Arelatem Romam Gallulam vocauit Ausonius, ob celeberrimum et opportunissimum emporium, cuius commoditatibus inuitatus Flauius Constantinus tyrannus, Imperator in Britanniis salutatus, tempore Honorii iunioris, sedem imperii sui illic statuit. Vide commentarios Scaligeri in Ausonium cap. 24. lib. I. *Dalec.*

*Arelate)* *Arles.* Sextanorum dicta, quod esset colonia militum sextae legionis. Sic Primanos primae, Vnaetviceſimanos vigesimae primae, Tacitus vocat, L. II. hist. p. 44. Tertianos tertiae, L. III. hist. p. 68. Quintanos, L. IV. hist. p. 96. etc. Nummus Caii Caesaris in Thesauro Goltzii, COL. ARELAT. SEXTAN. Et Apud Grut. p. 257. SEXTANI. ARELATENSES. Sed ficta illa: genuinus, inter ceteros Arelate percussos, nummus iste insignis est, in Cimelio Mediceo, et Gaza Reginae Christinae, ex aere maximo. Caput laureatum exhibet Fl. Iul. Constantii Augu-

terrae 7. Septimanorum, Arauſio a. Secundanorum. In b. agro Cauarum Valentia, Vienna Allobrogum. Oppi-

Auguſti, qui frater Fl. Iul. Conſtantis D. N. CONSTANTIVS. P. F. AVG. )(. LARGITIO. Sedet Auguſtus; hinc vrbe Arelatenſi turrita porrigente dextram Conſtantio, inſtar offerentis ei aliquid: inde haſtato milite Imperatorem complectente. Nos largitionem hic ſignificari olim, ſed timide, ſuſpicati ſumus, alios ſecuti: ſed pictura haud dubie aliud repraeſentat; et (quod tunc menti non ſuccurrebat) totidem hic fere voces, quot litterae ſunt, hac ſententia: *Liberum ARelate Gratuitam Indictionem Tributi Imperatori Obtulit.* Gallice: *La Ville d' Arles, ville libre, a offert à l' Empereur de lui faire lever vn ſubſide, par forme de don gratuit.* Miles hic adſtat idcirco, vt ad alendos milites, qui vel limites imperii tutarentur, vel itinerum ſecuritatem praeſtarent, collatum pecuniarium ſubſidium intelligatur. Atque idcirco Imperatori datum, non Auguſto, dici videtur. Nihil eſt in pictura certe, quod largitionem indicet, aut liberalitatem Auguſti, vt in nummis inſcriptis, LIBERAL. AVG. vel CONG. DAT. etc. In imo nummi margine fabricae locus non ſubnotatur; quoniam in ipſo indicatur titulo. Delineatur hic nummus a Spanhemio, in edit. priore p. 823. H.

7. *Bliterae Septumanorum)* *Beterre*, vterque Codex: Ptolemaeus, *Betirae. Plin. Beterrae)* Sic MSS. omnes, Reg. Colb. et Thuan. L. XIV. non *Bliterae:* etſi ita id Melae ac Straboni nomen ſcribitur. Septimanorum nomen habet a ſeptima legione. Hinc circumiecta regio Septimania appellata, a Sidonio, qui aliis Beterrenſis ager. Mox Septimaniae nomen a Gothis ad vniuerſum Languedocium translatum. Nunc eſt oppidum *Beziers.* Inſcriptio apud Gruterum p. 270. SEP. BAETER. hoc eſt, *Septimani Baeterrenſes.* Stephano Βαιτάρρας dicitur. In Gaza Regia nummus eſt inſcriptus, ΒΗΤΗΡΡΑΤΩΝ: at ex oppido Syriae aliquo, vt videtur, nunc ſitus ignoti: non ex Baeterris certe prouinciae Narbonenſis H.

a. *Arauſio) Orange.* Nummus Neronis, in Theſ. Goltzii, p. 237. COL. ARAVSIO. SECVNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. Deducti nempe eo milites ex cohorte XXXIII. ſecundae legionis. H.

b. *In agro etc.)* Et hae

Oppida c. Latina, Aquae d. Sextiae Salluuiorum [1] Auenio e. Cauarum, Apta Iulia Vulgientium, Alebece f. Reiorum Apollinarium [2], Alba g. Heluorum,

1. *Sic Hard. conf Ch. Salyorum Gr. et Al.* 2. *Alebeceriorum Apollinarium Gr. et Al.*

quoque in coloniarum numerum reponendae. Οὐαλεντία κολωνία Ptolemaeo, L. II. c. 10. Et in Theſ. Goltzii p. 242. nummus Neronis, COL. VIENNA. LEG. VII. CLAVDIANA. PIA. Cauarum, Allobrogumque ſitus, antea deſcripſimus. H.

c. *Oppida Latina)* Latii iure donata a Senatu, vel a Principe. H.

d. *Aquae Sextiae Salyorum)* *Salicas* hos item Ptolemaeus nominat, non *Salyos*. Strabo tamen modo *Sallyos*, modo *Sallyas* cum duplici, *ll. Pint.*

*Aquae Sextiae)* *Aix*. Coloniam Ptolemaeus vocat, et inſcriptio apud Gruterum, p. 413. Vide Not. et Em. N. XXVII. (paulo poſt) Vnde Aquis Sextis nomen, vid. in Epit. Liuii, L. LXI. *Aquae Sextiae Salluuiorum)* Ita MSS. omnes. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. Non *Salyorum*. Inſcriptio Gruteri, p. 298. DE LIGVRIB. VOCONTIEIS SALLVVEISQVE. Σάλικας vocat Ptolemaeus, pro Σάλυας, L. II. c. 10. Hi ſunt Falanii Galli (lege *Sallauii Galli)* de quibus Fuluius triumphaſſe dicitur in Epitome Liuiana L. LX. vt docet inſcriptio vetus in Faſtis Triumphorum, M. FVLVIVS. M. F. Q. N. FLACCVS. PROCOS. DE. LIGVRIBVS. VOCONTIEIS. ET. SALLVVIEIS. H.

e. *Auenio)* In Cauaris quoque Ptolemaeo, L. II. c. 10. ſed colonia eſt. Sic Apta Iulia, in Inſcript. P. Sirmondi, in Not. ad ep. 9. L. IX. Sidonii, COL. APT. IVL. Nunc *Apt*. Vulgienſes Tricoriorum pars fuere, vt ſuperius monuimus. Gruteri Inſcriptio, p. 296. VVLCIENTES, ſed hos Italiae populos habet. H.

f. *Alebece Reiorum)* Hodie *Riez en Prouence*. Vide Not. et Em. N. XXVIII. (hic adi.) *Alebece Reiorum Apollinarium)* Hactenus legebatur *Alebeceriorum Apollinarium*. At MSS. Reg. Colb. et Paris. totidem apicibus id nomen exhibent, quot repraeſentamus. Accedit et vetus inſcriptio apud Gruter. p. 468. COL. REIOR APOLLINAR. Et Tabula Peutingeri REIS APOLLINARIS. Reis Apollinaribus, a cultu,

rum [1], Auguſta h. Tricaſtinorum [2]: Anatilia i., Aeria [3], k. Bormanni [4], Comacina, Cabellio l., Carcaſum

1. *Helucociorum.* 2. *Tricaſtemorum. Chiff.* 3. *Arcarbonia, Nocomannia, Cab. Ch.* 4. *Bormanniço, Marcina, Cabellio, Carcaſum, Gr. et Al.*

vt videtur, Apollinis. Quid quod nec Alebece ſatisfacit ipſa, libentiusque *Albioece* agnouerim, ſi MS. vllus codex ſuffragetur. Nam Albioecos Ἀλβιοίκας Salyibus, ſiue Salluuiis, Vocontiisque confines Strabo facit, L. IV. p. 203. plane vt ipſius oppidi Ἀλβίοικοι nomen eſſe potuerit, qua forma et Σόλοι Solae Cilicii appellantur. H.

g. *Alba)* Non *Albi*, vt quidam putant: haec enim Albiga, non Alba appellata eſt. Sed vicus hodie ignobilis, *Aps* ad amnem *Scouray*; vnde ſedes Epiſcopalis Viuarium translata eſt, *Viviers*, ad Rhodanum. Ager Heluetiorum *le Vivarais*. Hinc Albenſes promiſcue et Viuarienſes Epiſcopi cognominati. Ptolemaeo Ἀλβαυγούστα Plinio, L. XIV. ſ. 4. Alba Heluia. Caeſar, L. VII. de Bello Gallico, p. 81. *Mons Gebenna, qui Aruernos ab Heluiis diſcludit.* H.

h. *Tricaſtinorum) S. Paul. Tricaſtin.* Alia eſt Nouiomagus Tricaſtinorum, ap. Ptolem. L. II. c. 10. quae hodie *Nions*. H.

i. *Anatilia etc.)* Forte ab Anatiliis, de quibus ſupra. Aeriam Ἀερίκην Strabo, L. IV. p. 185. in Cauarum agro cum Auenione et Arauſione locat: atque a loco edito: in quo poſita erat, nomen ſortitam. Quibusdam eſſe caſtellum *Mornas* ad Rhodanum creditur. In MSS. *Anatilia*. H.

k. *Bormannico)* Bormanni, Comacina, Turnebus cap. 6. lib. IV. Bormanni: *Obrec.* Comacina: *la Caune. Dal.*

*Bormanni, Comacina)* Ita legendum eſſe, non *Bormannico, Marcina*, tum MSS. tum ſeries ipſa elementorum admoniet, quam in Latinis hiſce vrbibus recenſendis Plinius ſequitur. Nunc incertus harum ſitus. Fictitia ſunt, nec vnquam terrarum audita nomina, quae Dalecampius hoc loco affert. H.

l. *Cabellio Carcaſum)* *Caballio*, Strabo: Ptolemaeus, tamen et ſcripta lectio *Cabellio*. Item *Carcaſo* Ptolemaeus, non *Carcaſum*. *Pint.*

*Cabellio)* Inter oppida Cavarum a Ptolemaeo, L. II. c. 10. Καβελλίων Κολωνία. Nunc *Cauaillon*, ad Druentiam. H.

ſum m. Volcarum Tectoſagum n.: Ceſſero o., Carpentoracte Meminorum q.: Cenicenſes r., Cambolectri [1], qui s. Atlantici cognominantur: Forum t.



1. *Sic MSS. ope Hard. Cambolecti Gr. et Al.*

m. *Carcaſum)* Καρκασὼ in Volcis quoque Tectoſagibus, Ptolemaeo l. c. Nunc eſt *Carcaſſonne*, ad fluuium Atacem. H.

n. *Tectoſagum)* Tectoſagas ſub Volſcis comprehendi auctor eſt Strabo. Carcaſſo certe in confinio Volſcarum eſt, et Tectoſagum. *Dalec.*

o. *Ceſſero)* Nunc S. Tiberii pagus, in Agathenſi agro. Vide Not. et Em. N. XXIX. (hic adp.) *Ceſſero)* Non *Ciſteron*, aut *Caſtres*, vt quibusdam eruditis viſum, ſed S. Tiberii pagus, *S. Tubery*, ad Araurim, qui Agatham praefluit, leucis fere quatuor a Baeterris. Κεσσερὼ eſt Ptolemaeo, L. II. c. 10. in Volcis Tectoſagibus. Antonino in Itiner. Ceſero, a Baeterris M. P. XII. Ado in Martyrol. 10. Nouembr. *In territorio Agathenſi in Ceſſarione, SS. Martyrum Tiberii, Modeſti, et Florentiae, qui tempore Diocletiani martyrium compleuerunt.* Et in vita S. Tiberii: *Et ſubito apparuerunt iuxta Fluuium qui dicitur Araur, in vico qui vocatur Ceſeri, etc.* H.

p. *Carpentoracte)* *Carpentras*, cuius incolae, ceteri-que ex agro circumiecto contributi, Memini appellati ſunt: Cauarum regionis; Μεμινοὶ Ptolemaeo, L. II. c. 10. ſub Tricaſtinis. Notitia Ciuitatum Galliae: *Ciuitas Carpentoratenſium nunc Vindauſca.* In Conc. Cabilonenſi, an. DCL. *Licerius Vindauſcenſis*, id eſt, Carpentoratenſis, ab oppido vicino Vindauſca. H.

q. *Meminorum)* Quidam volunt eſſe *la Mure pres Grenoble.* Sed mihi placet magis, *Menosque* vel *Mornas*, oppidum antiquum Rhodano appoſitum. cap. 8. lib. XVIII. legitur *Meninorum*, et non *Meminorum. Dalec.*

r. *Cenienſes)* Forte *Caenienſes*, amnis Caeni accolae, cuius inter Maritimam, Maſſiliamque meminit Ptolemaeus, l. c. H.

s. *Qui Atlantici)* Eo cognomine a Cambolectris Ageſinatibus diſcriminantur, quos iunctos eſſe Pictonibus dicemus, L. IV. f. 33. H.

t. *Forum)* Forum, inquit Feſtus, negotiationis locus eſt, vt Forum Flaminium, Forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora conſtituenda curarunt. Quod Voco-

Voconii, Glanum u. Liuii, Luteuani x., qui et Foroneronienſes: y. Nemauſum [1] Arecomicorum, Piſcenae z., Ruteni a., Sanagenſes b., Toloſani Tectoſagum, Aquitaniae contermini: Taſconi c., Taruſconien-

1. *Nemautum pauci Vol. ſuper notic. lib. II. cap. 36.*

Voconii modo dicitur, vicus nunc eſt, *le Canet*, ad amnem Argenteum dioeceſi Foroiulienſi, vt recte probat Honorius Bouche, L. III. hiſt. Prou. c. 4. p. 150. Antoninus in Itinerar. diſtare a Foro Iulii dicit, XII. M. P. pro XXII. Plancus ad Ciceronem, L. X. Epiſt. Fam. XXIV. M. P. H.

u. *Glanum)* A Cabellione, XVI. M. P. in Itin. Anton. Γλάνον in Salyibus, ap. Ptol. L. I. c. 10. Nunc S. Remigii oppidum, *S. Remy*, inter Arelate et Cabellionem: vt egregie probat idem Auctor hiſt. Prou. L. III. c. 3. p. 136. H.

x. *Luteuani)* Oppidum Luteua, *Lodeue*: quibus et Foroneronenſium cognomen additum, quod alterius oppidi ſub Tricaeſtinis peculiare eſt ap. Ptol. l. c. H.

y. *Nemauſum)* Colonia dicitur Volcarum Arecomicorum Ptolemaeo, l. c. et nummi frequentes occurrunt, COL. NEM. *Nimes*. H.

z. *Piſcenae)* Nunc *Pezenas* in Agathenſi agro, prope Araurim amnem. H.

a. *Ruteni)* Non tam hi Narbonenſes, quam vt Plinius ipſe ait L. IV. ſ. 33. Narbonenſi prouinciae contermini. Ῥατανοὶ Ptolemaeo, L. II. c. 7. oppidum Segodunum, *Rhodez*. H.

b. *Sanagenſes)* Qui Sanicienſes aeuo poſteriore appellati, a Sanicio Alpinae orae oppido, cuius meminit Ptolem. L. III. c. 1. Nunc *Senez*. H.

c. *Taſcodunitani)* Quibusdam Tarraſco *pres de Foix*: quibusdam Taſco Dunitani. *Chatelnau d' Arri*, aliis *Mirepois*. *Dalec.*

*Taſconi, Taraſconienſes)* Priores incolae ſunt, vt arbitramur, Montis Aureoli, cui nunc Monti Albano factum nomen eſt, *Montauban*, oppido celebri, prope Toloſam; quod amnis alluit *Teſco* appellatus: inde *Teſconi* accolae nuncupati, ſiue *Taſconi*. Auctor vitae S. Theodardi Archiepiſcopi Narbonenſis, die 1. Maii, c. 6. In *Caturcenſi territorio, in monte qui Aureolus nuncupatur, ad cuius montis radicem fluuius quidam decurrit, quem indigenae regionis ipſius Teſconem vocant. Hic ſuo decurſu*

ſconienſes[1], Vmbranici d.: Vocontiorum ciuitatis e. foederatae duo capita, f. Vaſio [2], et Lucus g. Auguſti. Oppida vero ignobilia XIX. ſicut XXIV. Nemauſienſibus attributa. Adiecit formulae h. Galba



1. *Taſcoduni. Taruſconienſes. Pint. Toloſani Tectoſagum. Aquitaniae contermini Taſcodunitari, Colonienſes Gr. et Al.* 2 *ſicet apud Ptolemaeum. Vaſco Gr. et Al.*

*curſu confinia Toloſani Caturcenſis ruris liquido dirimit patenter influxu: qui a praedicto monte recedens poſt modicum terrae ſpatium Tarno immergitur flumini.* Nondum erat Mons Albanus Epiſcopatus titulo inſignitus; poſtea Caturcenſi dioeceſi eſt annexus. Poſteriores a Taruſcone Salyum oppido nomen habuere, Ταρουσκών Ptolemaeo, L. II. c. 10. Nunc *Taraſcon*, ad Rhodanum. Vide Not. et Em. N. XXX. (hic conſp.) *Taſconi, Taruſconienſes)* In MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. *Taſconi, Taracinonienſes.* Libri vulgati, *Taſcodunitari, Cononienſes*, omnino mendoſe, vt vel ex ipſa ſerie elementorum liquet. Adeo non placet coniectura eruditi viri, ſcribi ita iubentis: *Taraſcoduni, Tarni, Tononienſes:* vt ſi Taſconos ipſos expungere cuipiam libuerit, ceu ineptam vocis ſubſequentis repetitionem, ac ſolos retinere Taruſconienſes, haud grauate ſim ei adſenſurus. Nam Tarnos ab amne Tarne comminiſci, otioſorum hominum videtur eſſe: Tononienſes a Sabaudia in prouinciam Narbonenſem, accerſere, quam ſolam Plinius modo perluſtrat, ἀγεωγράφητων. H.

d. *Vmbranici)* In Tab. Peutingeri ſegm. 1. Vmbranicia legitur, prope Valcas Tectoſagas, et Nemauſum. Situs incertus. H.

e. *Ciuitatis)* Hoc eſt, regionis, ſiue gentis, non oppidi. Galli Communitatem et Status vocant. H.

f. *Vaſio) Vaiſon*, in Comitatu Venaſcino, Pontificiae ditionis. H.

g. *Lucus) Luc en Dauphiné*, altero a Dia ſiue Dea Vocontiorum lapide, Luci Vocontiorum municipii Tacitus meminit, L. I. hiſt. p. 24. H.

h. *Formulae)* Hoc eſt, Tabulae

Imperator ex Inalpinis Auanticos, atque Bodionticos[1]: quorum oppidum Dinia. Longitudinem prouincae Narbonensis CCLXX. i. M. pass. Agrippa tradit, latitudinem CCXLVIII.

VI.

1. *Ebroduntios Gr. et Al.*

bulae et indici, siue syllabo prouinciarum Galliae; adiecit Galba ex gentibus Inalpinis, Auanticos atque Bodionticos. Auanticorum pagus hodie *Avançon*, inter Vapincum, et Ebrodunum. Bodionticorum Dinia oppidum haud ignobile, *Digne*. Vide Not. et Em. N. XXXI. (hic pos.) *Adiecit Formulae — — Auanticos atque Bodionticos.)* Sic libri omnes tum editi, tum manu exarati ante Hermolaum, qui pro Bodionticis Ebroduntios fidenter inculcauit: perinde quasi aut gens eadem sub diuersis nominibus bis signetur a Plinio: Ebroduntiorum quidem appellatione hoc loco, et Caturigum rursus sect. 24. est enim Caturigum oppidum Ebrodunum: aut Ebroduntiorum, si locum hic eos habere oportuit; Dinia potius oppidum, quam Ebrodunum ipsum dici debuerit. At non leuior eiusdem Hermolai lapsus, et Guillimanni, qui Hermolaum secutus est, cum Auanticos Heluetiae populos, *ceux d' Auanches*, signari hic arbitrati sunt: quandoquidem hos Alpium incolas fuisse Plinius ipse admonet, et Ammianus quidem, vt mox dicturi sumus, Graiarum: a quibus longa intercapedine Aventicum Heluetiorum disiunctum est: longe nempe positum supra Lemannum lacum, quo tamen lacu claudi prouinciam Narbonensem superius monuimus. Describit Auanticorum oppidum, cuiusmodi fere nunc est Ammianus, L. XV. p. 54. *Alpes Graiae et Poeninae — habent Auenticum, desertam quidem ciuitatem, sed non ignobilem quondam, vt aedificia semirua nunc quoque demonstrant.* Sententiae nostrae de Auenticorum germano situ suffragatorem habemus virum eruditum Nic. Chorier, L. I. hist. Delphin., p. 12. et L. IV. p. 197. H.

i. CCLXX.) Martianus L. VI. p. 203. CCCLXX. De latitudine ambo concinunt. Missi Theodosi: *iuxta Plinium Secundum, longitudinem Prouinciae Narbonen-*

*sis*

VI. (V.) Italia k. dehinc, primique eius Ligures: mox Etruria, Vmbria, Latium, vbi Tiberina l. ostia, et Roma terrarum caput, XVI. M. pass. interuallo a mari. Volscorum postea litus, et Campaniae; Picentinum inde, ac Lucanum, Brutiumque; quo longissime in meridiem, m. ab [1] Alpium fine, lunatis



1. *Sic Hard. quoque ex MSS. sic infra: Patet longitudine ab Alpino fine, etc. ab Alpium paene, Gr. et Alii.*

*sis*, CCCLXX. *M. passuum Agrippa tradidit: latitudinem*, CCCXLVIII. H.

k. *Italia)* Italiam praeter hanc notissimam appellationem, vel ab Italo Arcade, vel Siculo, vel Penelopes, et Telegoni filio sumptam, vel vt Cato in Originibus maluit, ab Italo Hesperi fratre: vel ab Italis bobus, quos optimos gignit, etiam Argessam, siue Morgessam, Ianiculam Saturniam, Ausoniam, praesertim maritimum tractum Aruncorum, Volscorum, Campanorum, Calabrorum, Hesperiam, Oenotriam ab Oenotro rege, vel ἀπὸ τῶ οἶνε quo nobilis est, vt Seruius putat, vocauerunt. Hadrian. Iun. animaduers. cap. vlt. lib. I. *Dalec.*

*Italia dehinc)* Transcripsit hunc locum Martianus, L. VI. de Italia. p. 204. iisdem plane verbis. H.

l. *Tiberina ostia)* De Tiberi vide Andream Baccium de therm. c. 5. lib. III. et Georg. Fabric. Rom. c. 16. *Dalec.*

*Tiberina ostia)* Hoc est, litus illud maris in quod Tiberis effunditur: non vrbs ista Ostia, quamquam et ipsa Tiberina Ostia appellata est. H.

m. *Ab Alpium pene lunatis iugis excurrit Italia)* Aestimandum lectoribus relinquo. an hic *fine* potius quam *pene* legi debeat, hoc sensu: Italiam a fine Alpium excurrere in maria lunatis iugis, quod Plinius paulo post tradit: *Et Amazonicae figura desinens parmae. Vbi a medio excursu Cocinthos vocatur, per sinus lunatos duo cornua emittens.* Porro Amazonicas parmas lunae expressisse figuram, et summus poeta scribit: *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis* Quem locum Seruius grammaticus exponens, *Pelta*, ait, *scutum breuissimum, in modum lunae iam mediae.* Et alio loco, hoc ipso capite Plinius, *Patet*,

tis iugis in maria excurrit Italia. Ab eo Graeciae ora, mox Salentini, Pediculi [1], Apuli, Peligni, Frentani [2], Marrucini n., Veſtini, Sabini, Picentes, Galli, Vmbri, Etruſci [3], Veneti, Carni, Iapides, Iſtri, Liburni. Nec ignoro, ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito, ſi breuiter atque in transcurſu ad [4] hunc modum dicatur terra, omnium terrarum alumna, eadem et parens: numine Deum electa, quae caelum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret, et tot populorum diſcordes ferasque linguas, ſermonis commercio contraheret: colloquia [5], et humanitatem homini daret: breuiterque, vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed [6] quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, (o. quos [7] quis attigerit,) tanta rerum ſingularum populorumque claritas

1. *Peduculi. Ch.* 2. *Ferrentani. V.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſent. Vet. Vmbri, Thuſci Gr. Al.* 4. *in hunc. M.* 5. *contraheret ad colloquia, etc. Gr.* 6. *Sed ne id agam? tanta. Vet.* 7. *quae.*

*xer*, inquit, *longitudine ab Alpino fine Praetoriae Auguſtae. Pint.*

*Ab Alpium fine)* A primis Alpibus, inquit Martianus, l. c. Plinius ipſe paulo inferius hac ſect. *Patet longitudine Italia ab Alpino fine.* Lunata autem iuga Apennini montis intellige, cuius dextrum cornu, ut ait Mela, L. II. cap. 4. Siculum pelagus: alterum, Ionium reſpicit. H.

n. *Marrucini)* Marrucinorum regio ſupra Aquilam a monte Secco, fluuius Sino et Tano, vſque Lentem, Album, et Forum torrentes, qui coniuncti Lancianum adeunt. Ferentanis Marrucini propinqui, verſus Adriaticum mare. *Dalec.*

o. *Quos quis attigerit?)* Quod non copioſe, inquit, pro meritis nunc de Italia agam, retineor impediorque multiplici nobilitate locorum, (quos quidem nemo attingere, nedum ſatis proſequi valeat,) ingentique ſingularum rerum eius, ac gentium claritate. H.

tas tenet. Vrbs Roma, vel ſola in ea, et digna tam p. feſta ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniae ora [1] per q. ſe, felixque illa ac beata amoenitas? vt palam ſit, vno [2] in loco gaudentis opus eſſe naturae. Iam r. vero tota [3] ea vitalis ac perennis ſalubritatis caeli [4] temperies [5], tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſiluarum genera, tot s. montium afflatus, tanta frugum et vitium, olearumque fertilitas, tam t. nobilia pecori [6] vellera, tot [7] opima tauris colla, tot



1. *Orae per ſe felix, illa. Vet.* 2. *vno hoc in.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſentit Gr. tanta, Vet. et Al.* 4. *talis coeli. Ch.* 5. *temperies eſt, Gr. d. vox eſt in Tol.* 6. *pecudi. Ch.* 7. *tam. Vet.*

p. *Tam feſta ceruice)* Hoc eſt, laeta, eximia, vt dictum eſt, L. II. ſ. 46. Diceturque iterum L. XIV. ſ. 1. Roma, inquit, quae veluti pro facie eſt Italiae, quae ipſa totius imperii cervix, ſeu caput eſt, eam habet dignitatem, vix vt poſſit diffuſo opere explicari. H.

q. *Per ſe)* Vel ſi ſola ea ſpectetur. H.

r. *Iam vero tota ea vitalis ac perennis ſalubritatis caeli temperies)* Sic legend. *Iam vero tota ea vitalis ac perennis ſalubritas, talis caeli temperies, etc. Dal.*

s. *Tot montium afflatus)* Salmaſ. ad Solin. leg. *tot marium adflatus*, quia montium, inquit, nullus eſt adflatus, ſed marium et ventorum. Sed profecto et haec quoque aliter ſe habent. Vide *Iſ. Vaſſium* in Melam, pag. 161. *Gr.*

*Montium afflatus)* Venti, ſpirationesque emiſſa e montibus, aura illa odorata, quae per montium latera, ex omni frugum, florumque genere deſcendens, totum inficit ac perfundit aerem. Sic Plinius noſter de polypo, L. IX. *Afflatu terribili canes agebat.* Et Iunior, L. V. ep. 6. *Triclinium ſaluberrimum afflatum eſt Apenninis vallibus.* Salmaſius tamen, *marium afflatus* emendat: perinde ac ſi maris afflatus aut ſalubris ſemper, aut iucundus ſit. H.

t. *Tam nobilia pecori vellera)* Quid ſi legendum *mollia*, potius quam *nobilia*. *Pint.*

lacus, tot amnium fontiumque vbertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens vndique u, : et tamquam ad iuuandos mortales, ipsa aquide in maria procurrens. Neque ingenia, ritusque, ac x. viros, et lingua manuque superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauere Graeci; genus in gloriam suam [1] effusissimum: quotam partem ex eo appellando Graeciam magnam. Nimirum id, quod in mentione caeli fecimus, hac quoque in parte faciendum est, vt quasdam notas [2] ac pauca sidera attingamus. Legentes tantum, quaeso, meminerint, ad singula toto orbe edisserenda festinari. Est y. ergo folio maxime querno assimilata multo proceritate amplior, quam latitudine; in z. laeua [3] se flectens cacumine, et Amazonicae a. figura desinens parmae, vbi a medio excursu Cocinthos b. vocatur, per sinus lunatos

1. *Sui. Ch.* 2. *quasdam notas stellas. Vet. quasdam notas et Ch.* 3. *laeuo. Vet.*

u. *Patens vndique)* Solini paraphrasis, c. 2. p. 12. *Latera portuosa, orasque habet patentibus gremiis, commercio orbis accommodatas.* H.

x. *Ac viros)* Rectius forsan *vires* agnoscas ex sequentibus illis, *et lingua manuque superatas gentes.* H.

y. *Est ergo)* Solinus haec a Plinio mutuatus, c. 2. p. 14. H.

z. *In laeua)* Qua tendit ad promontorium Iapygium, et Hydruntinum agrum, nunc *Terra d' Otranto*, Italiae versus Ionium mare, et Epirum, vltimum cacumen. Capella quoque, L. VI. p. 205. haec ipsa Plinii repetens, *Lacvorsum se flectit*, inquit. H.

a. *Amazonicae)* Martianus l. c. *Duobus promontoriis peltae Amazonicae formam reddit: dextro cornu Leucopetram tendens, laeuo Lacinium.* Pelta, auctore Seruio in Aen. I. v. 494. scutum est breuissimum in modum Lunae iam mediae. H.

b. *Cocinthos)* Tria, inquit, promontoria, duos sinus lunatos efficiunt: ex iis duo extrema, ceu cornua quaedam porrectiora emittuntur in mare: Leucopetra dex-

tos duo cornua emittens, Leucopetram dextera, Lacinium ſiniſtra. Patet c. longitudine ab Alpino fine Praetoriae Auguſtae, per Vrbem Capuamque curſu meante, Rhegium oppidum in humero eius ſitum, à quo veluti ceruicis incipit flexus, decies centena et viginti millia paſſuum: multoque amplior menſura fieret Lacinium d. vſque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur. Latitudo e. eius varia eſt, CCCCX. [1] millium f. inter duo maria, inferum g. et ſuperum, amnesque Varum h. atque Arſiam: i. mediae [2], atque ferme circa vrbem Romam, ab k. oſtio Aterni amnis in Adriaticum mare influen-

1. *Vet. lectio*, CCXC. *Mil.* 2. *Media autem ferme. Vt mediam latitudinem intelligas, non Italiam mediam, mediam autem Ch.*

dextrum, ad fretum Siculum, *Capo dell' Armi:* ſiniſtrum Lacinium appellatur in Crotonienſi agro, *Capo delle Colonne.* Medium inter haec Cocinthos, *Capo di Stilo.* H.

c. *Patet)* Haec iisdem fere verbis Solinus et Capella, loc. cit. et Miſſi Theodoſii. De Auguſta Praetoria, dicemus, ſ. 21. H.

d. *Lacinium vſque)* Ducta rurſum eo vſque a Regio oppido menſura. H.

e. *Latitudo eius varia eſt* CCCCX. *M. inter duo maria)* Nullo modo ſic legi poteſt. Nam, vt mox paulo ſubiungit, *haud vllo in loco* CCC. *M. in latitudinem excedit*, etſi ibi quoque perperam ſcriptum eſt CC. pro CCC. vt liquet ex Marciano. *Plin.*

f. CCCCX. *mill.)* Ita Solinus c. 2. p. 14. Miſſi Theodoſi: *Latitudo Italiae*, CCCXX. — *iuxta Plinium Sec.* H.

g. *Inferum, et ſuperum)* Tuſcum illud, iſtud Adriaticum vulgo nuncupatur. H.

h. *Varum, etc.)* Varus Narbonenſis Galliae, vt dictum eſt ſect. ſup. finis. Arſia finis Italiae, vt dicetur ſect. 23. in Iſtria. H.

i. *Media)* Dicta proxime eſt Italiae ſumma, qua cingitur Alpibus, latitudo: nunc eiusdem mediae, vbi fere Roma eſt, latitudo ſignatur: poſtremo, reliquae. H.

k. *Ab oſtio Aterni)* Hunc locum Plinii accuratiſſimis recentiſſimisque obſeruationibus eximie congruere, et errare Geographos recentes, qui

influentis, ad Tiberina oſtia, CXXXVI. et paulo minus a Caſtro l. nouo Adriatici maris Alſium ad Tuſcum aequor, haud m. vllo inde loco CCC. [1] in latitudinem excedens. Vniuerſae n. autem ambitus a Varo ad Arſiam o. XXX. [2] paſſ. LIX. efficit. Abeſt

1. *Legendum Aique trecenta, ex antiq. cod. adſtipulante etiam Marciano.* CC. *Gr.* 2. *antiq. cod. ſic habet, vicies centena* XLIX. *M. in quam menſuram etiam Martianus et Solinus cenſentiunt.*

qui menſuram Italiae ſecus definiunt, docet D. Delisle, in Comment. Acad. Reg. Scient. anni 1714. p. 181. H.

l. *Caſtro nouo)* Eſt et Caſtrum nouum Etruriae, hodie *Corneto*, vel exſtructum, vel auctum, ruinis vrbis Tarquiniae vicinae. *Dalec.*

m. *Haud vllo inde loco* CCC.) Reliqua, inquit, Italia ab Alſio Tiberinisque oſtiis ad Rhegium vſque, nuſquam excedit CCC millia paſſ. Vide Not. et Em. N. XXXII. (hic poſ.) *Haud vllo inde loco* CCC *in latitudinem)* In MSS. Reg. Colb. Pariſ. etc. *Haud vllo in loco.* Parm. ed. *Haud vllo in loco* CC. Nos ex coniectura, *Haud vllo inde loco*, ex Martiano, L. VI. c. de Italia, p. 205. CCC. reſcripſimus: *Nuſquam*, inquit, *trecenta latitudo eius excedit.* Sed Plinii mentem iſte Martianus haud aſſecutus ſane videtur, quae noſtra interpretatione, feliciter, vt quidem opinamur, illuſtrata eſt. H.

n. *Vniuerſae autem ambitus a Varo ad Arſiam)* Sic ibi legend. *vniuerſae ambitus a Varo ad Arſiam, vicies centena quadraginta nouem millia.* Salmaſius capite 83. *Gr.*

o. $\overline{XXX}$. *paſſ.* LIX.) Hoc eſt, tricies centena, et quinquaginta nouem millia paſſuum. Vide Not. et Em. N. XXXIII. (ſtat. adi) Superpoſita numeralibus notis lineola, centena toties ſignari admonet. *Vniuerſae autem ambitus* — $\overline{XXX}$ *paſſ.* LVIII) Sic MSS. omnes. In Solino, c. 2. p. 14. et Capella, L. VI. c. de Italia, p. 205. male nunc hic idem vniuerſae Italiae ambitus colligit vicies centena et XLIX. millia paſſ. hoc eſt $\overline{XX}$. XLVIII. cum vtrobique, vt in Plinio, ſcribendum ſit, $\overline{XXX}$. LIX. nullis additis detractisue: ſed tertia tantum denarii nota, quam prana librarii diſtinctio ſequenti ſummae tribuit, reddita, reſtitutaque priori. Quamobrem

eſt a circundatis terris, Iſtria ac Liburnia quibusdam locis centena [1] M. paſſ. Ab Epiro et Illyrico quinquaginta. Ab Africa minus cc. vt auctor [2] eſt M. Varro. Ab Sardinia cxx. M. Ab Sicilia M. ccccc. A q. Corſica [3] minus LXXX. [4] Ab Iſſa quinquaginta. Incedit per r. maria caeli [5] regione ad meridiem quidem: ſed ſi [6] quis id diligenti ſubtilitate exigat, inter s. ſextam horam primamque

1. *Sic et Ch. Centum Gr.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. vt auctor affirmat Varro Gron. et Al.* 3. *Corcyra Gr. et Al.* 4. LXXX. *Chiff.* 5. *ad caeli quidem meridionalem regionem.* 6. *ſi quis hoc exigat dilig. Ch.*

rem immerito Salmaſ. in Solino, p. 83. ex eodem Solino Martianoque Plinium emendandum pronunciat, cum e contrario ii ſint ex auctore ſuo Plinio refingendi. Nam ſi decies centena et XX. millia paſſuum apud eosdem colligit longitudo Italiae, haud ſane pauciora tricies centenis paſſuum millibus patere eius ambitum res ipſa peruincit. H.

p. *Abeſt)* Haec Martianus iisdem verbis, L. VI. p. 205. H.

q. *A Corcyra minus* LXX.) Alii leg. *a Corſica minus* CXX. Eſt quidem huic ferme par interuallum, et inter Corſicam: magis tamen placet *Corcyram* legi, quam *Corſicam*, vt habent codd. vett. alioqui Corſica ante Sardiniam, non ante Iſſam ponenda erat, eo ſcil. ordine quo ipſae inſulae ſitae ſunt. *Gelen.*

*A Corſica)* Vide Not. et Em. N. XXXIV. (hic conſp.) *A Corſica minus* LXX.) Reg. 2. *A Corcyra minus* LXX. Parm. editio *A Corſica.* Martianus, L. VI. c. de Italia, p. 105. ex optimis exemplaribus. *A Corſica, minus* LXX. id quod libentius amplexi ſumus. Omitti ſane non debuit maior inſula, aut longe minor anteponi. Deinde longiuſculum eſt Italiae a Corcyra interuallum, vt minimum C. M. P. At Corſicam a Vadis Volaterranis LXII. M. P. abeſſe Plinius diſerte teſtatus, vt quidem prae ſe ferunt exemplaria omnia, lectionem quam defendimus, egregie tuetur. H.

r. *Per maria)* Inter Adriaticum et Tyrrhenum, quibus latera Italiae gemina alluuntur. H.

s. *Inter ſextam horam primamque brumalem)* Hoc eſt inter meridiem et hibernum

exor

que brumalem. Nunc ambitum eius, vrbesque enumerabimus. Qua in re praefari neceſſarium eſt, auctorem nos Diuum Auguſtum ſecuturos, deſcriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI. ſed ordine eo, qui [1] litorum tractu fiet: vrbium quidem vicinitates oratione [2] vtique praepropera ſeruari non poſſe: itaque interiori in parte digeſtionem in literas eiusdem nos ſecuturos, coloniarum mentione ſignata, quas ille in eo prodidit numero. Nec ſitus originesque perſequi facile eſt, t. Ingaunis [3] Liguribus (vt caeteri omittantur) agro tricies dato.

VII. Igitur ab amne u. Varo Nicaea oppidum a Maſſilienſibus conditum: fluuius x. Pado [4]: Alpes, populique Inalpini multis y. nominibus, ſed maxi-

1. *qui in lit. V.* 2. *ordinatione. Tol.* 2. *ſuperiore capite legitur, Ligaunis.* 4. *conſentit Chiff. fluuius Padus Gr. et Al.*

exortum, id eſt, inter Notum et Eurum. Vide annot. cap. 32. lib. VI. *Dalec.*

*Inter ſextam)* Hoc eſt, inter meridiem, quae hora ſexta veteribus dicta eſt, et exortum Solis brumalem, quae prima. Vide quae dicturi ſumus in Not. et Em. ad L. VI. N. CXIX. H.

t. *Ingaunis)* Quorum oppidum Albium Ingaunum, de quo mox. H.

u. *Ab amne Varo)* Hic nona incipit Italiae regio, a Narbonenſi, Varo amne diſcreta: quamobrem a Lucano dicitur, L. I. v. 404. *Finis et Heſperiae promoto limite Varus.* Sic Nicaea Italiae adſcribitur: a noſtris tamen Galliae, qui vulgo dicunt, *Nice en Provence*, etſi Ducibus paret. Stephano, Νίκαια Κελτικῆς Μασσαλιωτῶν ἄποικος, Maſſilienſium colonia. H.

x. *Pado)* Ita MSS. quos vidi. Voſſius in ſuis, *Palo*, vt quidem ait in Melam, p. 170. Melae ipſi, L. II. c. 4. p. 37. *Paulon*, Accolis *Paillon.* In eius oſtio Nicaea eſt poſita. H.

y. *Multis nominibus)* A Liuio haec Ligurum nomina produntur: Celelates, et Cerdiciates, L. XXXII. p. 392.

maxime Capillati 2.: oppidum a. Vediantiorum [1] ciuitatis Cemelion: b. portus [2] Herculis Monoeci, Ligu-

1. *Vendiatiorum ciuitas, etc. Vet.* 2. *portus Herculis et Monoecbus. Vet.*

392. Apuani, et Friſinates, L. XXXIX. p. 488. etc. H.

2. *Capillati)* Qui Liguriam tenuere. Λιγύων τῶν Κομητῶν καλουμένων meminit Dio, L. LIV. p. 538. De his Lucanus, L. I. v. 424. *Et nunc, tonſe Ligur, quondam per colla decora Crinibus affuſis tati praelate Comatae.* H.

a. *Oppidum Vediantiorum ciuitatis Cemelion)* Caeſar, Liuius et Plinius ſolent gentes Hiſpanas atque Gallicas in ciuitates diuidere, cuiusmodi nunc imperitum vulgus *communitates* vocat. Sic inter Belgarum ciuitates numerantur Remi, Treuiri, Eburones, Neruii, Morini atque alii. Singulae ciuitates plura habebant oppida, pro ſuis quaeque opibus: quaedam exiguae non plus vno. Ita hoc loco Vediantiorum ciuitatis oppidum Cemelion recenſetur non longe ab ora. Et Vediantii dicuntur ea forma, qua in eisdem Alpibus Ebroduntii, qui hodie ſunt Ebrodunenſes. Venitates diverſi ſunt ab his trans Padum vicini Carnis. *Gelen.*

*Vediantiorum ciuitatis)* Hoc eſt, gentis, et vt barbari loquuntur, Communitatis. Vediantii Capillatorum Ligurum pars fuere. Oppidum ipſum Κεμενέλεον Οὐεσδιαντίων a Ptolemaeo dictum, L. III. c. 1. in Maritimis Alpibus. Nunc *Cimiez* prope Nicaeam. De eo oppido vide Sirmondum in Praef. Homiliarum Valeriani Ep. Cemelienſis. Ex Nicaeenſi et Cemelienſi Epiſcopatu vnicus conflatus, decreto Hilari Papae, quod extat in Conc. Gall. T. I. p. 136. *Eccleſiae Cemelenenſis, et Caſtellum Nicaeenſe,* etc. In Conc. Aurel. V. anno DXLIX. *Magnus Epiſcopus Eccleſiae Cemelenſis et Nicaeenſis.* Inſcript. vet. apud Honor. Bouche, L. III. c. 2. ORDO CEMENEL. H.

b. *Portus Herculis Monoeci)* Portus Herculis Menoeci, *Villa franca.* Lucanus: *Quaque ſub Herculeo ſacratus nomine portus Virget rupe ſua pelagus, non Corus in illum Ius habet et Zephyrus: ſolus ſua littora turbat Circius, et tuta prohibet ſtatione Monoeci.* Portus Monoeci Straboni, *Monigo*, ſtatio potius quam portus, maxime infida, et vix quatuor nauium capax. Vide Ortel. Theſ. *Dalec.*

Hercu-

Liguſtica ora. Ligurum celeberrimi vltra c. Alpes Salluuii [1], Deciates [2], Oxybii [3]: citra d., Veneni, et Caturigibus e. orti Vagienni f., Statyelli, Vibelli, Magelli, Euburiates g., Caſmonates, Veliates, et quorum oppida in ora proxima h. dicemus [4]. Flumen Retuba i., oppidum k. Albium [5] Intemelium:

1. *Salpes Strab. Salyes (la Provence baſſe.)* 2. *ſic et Ch. Sallyi, Deceates Gr. et Al.* 3. *Sic et Vet. Oxubii. Gr.* 4. *edicemus. Ch.* 5. *Album Chiff.*

*Herculis)* Hodieque, *Monaco.* Fallitur Ptolemaeus, qui Herculis et Monoeci portus diuerſos putat. Ammianus, L. XV. p. 53. de Hercule Thebaeo, qui Geryonem extinxit: *Monoeci ſimiliter*, inquit, *arcem et portum ad perennem ſui memoriam conſecrauit.* Tacito quoque, L. III. hiſt. p. 72. *Portus Herculis Monoeci.* H.

c. *Vltra Alpes)* In Narbonenſi prouincia. Salluuiorum ibi oppidum, vt diximus, ſup. ſect. Aquae Sextiae: Deciatum, Antipolis: Oxubiorum denique, Forum Iulii. H.

d. *Citra)* Qui Ciſalpini Ligures Romanis appellati ſunt, nobis iidem ſunt Transalpini. Horum fere omnium obſcura nomina, ſitus omnino inexploratus. H.

e. *Et Caturigibus)* Ita quidem repoſuit Hermolaus: at MSS. omnes, *Et Turris*, Forte pro, *Et Thurris:* vel *ex Tungris.* H.

f. *Vagienni)* Bagienni ſunt Varroni, L. I. de R. R. c. 51. In Tab. Peuting. *Bagienni* ſupra Cemenellum, et Albintemelium, ſegm. 2. De Statyellorum oppido, in fine huius ſect. Vagiennorum in finibus, ſunt Padi fontes, in Pedemontio, vt dicetur, ſect. 20. H.

g. *Euburiates)* Horum meminit Florus, L. II. c. 3. p. 56. *Salyi*, inquit, *Deceates, Oxybii, Euburiates, Ingauni.* H.

h. *Dicemus)* Igitur de quibus dictum eſt hactenus, intus in montibus, non in ora ſedes habuere. H.

i. *Retuba)* *Retubamque, cauum* appellat Lucanus, L. II. v. 422. Nunc *la Roia.* Vibus Seq. p. 336. *Rutuba ex Apennino fluit.* H.

k. *Albium Intem.)* *Albintemelio*, in Tab. Peutingeri. Straboni, L. IV. p. 202. Ἄλβιον Ἰντεμέλιον. Ligurum enim alii, inquit, Intemelli, Ingauni alii appellati. Inde

lium: flumen Merula, oppidum Albium [1] Ingaunum: portus l. Vadum Sabatium: flumen Porcifera m., oppidum Genua: fluuius Feritor, portus Delphini; n. Tigulia [2] intus: Segeſta Tiguliorum: flumen Macra o., Liguriae finis. A tergo autem ſupradictorum omnium Apenninus mons Italiae ampliſſimus, perpetuis iugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab p. altero eius latere ad Padum amnem Italiae ditiſſimum, omnia nobilibus oppidis nitent: Libarna q., Dertona r. colonia, [3] Iria,

1. *Album Ingaunum. Chiff.* 2. *Tigulia, intus Segeſta Tiguliorum Gr. et Al.* 3. *trita. Vet.*

Inde gemino oppido nomen. Intemelion hodie *Vintimiglia.* Ingaunum, *Albenga:* Merula flumen, quo Ingaunum alluitur, *Arocia*, Albingaunos appellat Liuius, L. XXIX. p. 340. H.

l. *Portus Vadum Sabatium)* Vadum Sabatium vetuſtum oppidum, dirutum, hodie *Vae*, ſuperſtitibus tantum quibusdam domunculis. Ex eius ruinis extracta eſt Sauona. Legendum puto *portus Vadum Sabatium*, pro Vadorum Sabatiorum. *Dal.*

*Vadum)* Hoc eſt, portus Vadorum Sabatiorum, nunc *Vai*, et *Ve.* Ipſa Vada Sabatia *Sauonam* nunc appellant. H.

m. *Porcifera)* Genuam latere orientali alluit: *Biſagua.* Feritor *Lauagna* in partem pariter exortiuam influit eius ſinus, qui portum Delphini efficit, *Porto Fino:* etſi aliter alii ſtatuunt. H.

n. *Tigulia intus)* Longius, inquit, a mari Tigulia. In Itinerar. Anton. via Aurelia, Tegulata. Rudera ſunt, quae *Tregeſa* appellant ad tria fere millia paſſ. a Segeſta Tiguliorum, litorali oppido, nunc *Seſtri de Levante*, Tiguliae Mela meminit, L. II. c. 4. et Ptol. L. III. c. 1. H.

o. *Macra)* Vibius Sequeſt. p. 354. *Macra Liguriae fluvius ſecundum Lunam vrbem.* Strab. L. V. p. 222. ὁ Μάκρης. H.

p. *Ab altero)* Orientali Apennini latere, qua Padum proſpectat. H.

q. *Libarna)* Λιβάρνα Ptolem. L. III. c. 1. In Itin. Anton. *Libanum* mendoſe, a Dertona, M. P. XXXV. In Tab. Peuting. *Libarnum*, a Genua XXXVI. H.

r. *Dertona)* In Theſ. Goltzii,

ria s. Barderate, Induſtria t., Pollentia u. Carrea, quod Potentia cognominatur: Forofului, quod Valentinum x.: Auguſta y. Vagiennorum, Alba z. Pompeia, Aſta a., Aquis Statyellorum. Haec b. regio ex deſcriptione Auguſti nona [1] eſt. Patet ora Liguriae inter amnes Varum et Macram CCXI. M. paſſuum.

VIII.

1. *Vndecima eſt. Vet.*

rzii, vet. inſcriptio COL. IVLIA. DERTONA. Nunc *Tortona*. H.

s. *Iria)* In Itin. Anton. via Clodia, a Dertona, X. M.P. Hodie dicitur *Voghiera*. Ptolem. L. III. c. 1. Εἰρία. H.

t. *Induſtria)* Ita Romanis cognominatum oppidum, qui Liguribus incolis Bodincomagus fuit, vt dicetur ſect. 20. ad Padum: Hodie *Caſal*, oppidum permunitum. H.

u. *Pollentia)* *Polenza*, ad Confluentes Tanari et Sturae. Hinc vellera Pollentina, de quibus L. VIII. ſ. 73. Eadem Carrea, et Potentia cognominata. H.

x. *Valentinum)* Et nunc *Valenza*, haud procul Tanari Padique confluentibus. Ab Aſta Forum Fuluii diſtat M. P. XXII. in Tab Peuting. H.

y. *Auguſta)* Cluuerio, L. I. Antiq. Ital. c. 10. Carmeniola eſt. Alii Salinas putant, *Saluces*. Videtur eſſe Αὐγέστα Βαγιενῶν, de qua Ptolem. L. III. c. 1. cum Iria et Derrona. H.

z. *Alba)* Meminere Ptolem. L. III. c. 1. Tabula Peuting. aliique. Nomen etiamnum retinet, ad Tanarum, infra Pollentiam. Apud Gruter. p. 484. R. P. ALB. POMPEIANORVM. Albenſes Pompeiani dicti, L. XVII. ſ. 3. H.

a. *Aſta*, etc.) Illam *Aſti* Itali: iſtam *Acqui* vocant, quae Straboni, L. V. p. 217. Ἀκουαιξάτελλαι. Hos Ligures Statellates appellat Livius, L. XLII. p. 536. H.

b. *Haec regio ex deſcriptione Auguſti, nona eſt).* Scribendum, *vndecima*: non *nona*. qui error, vt puto, ortus eſt ex ſimilitudine numerorum, *XI.* et *IX.* Nam Italia, vt paulo ante meminit, in vndecim regiones ab Auguſto diuiſa eſt. De vndecima vero regione nuſquam, niſi hic, mentio: at de nona, capite 16. peculiaris fit commentatio. *Pint.*

VIII. Adnectitur c. ſeptimae [1], in d. qua Etruria eſt, ab amne Macra, ipſa [2] mutatis ſaepe nominibus. Vmbros e. inde exegere antiquitus Pelaſgi: hos Lydi, a f. quorum rege Tyrrheni, mox a ſacrifico ritu, lingua Graecorum g. Thuſci h. ſunt cognominati. Primum Etruriae oppidum i. Luna



1. *Septima. Ch.* 2. *et ipſa.*

c. *Septimae)* MSS. plerique, *Septima.* H.

d. *In qua Hetruria eſt)* Ita vocarunt Pelaſgi veteres, qui in Italia conſederunt, nobilem eam partem Italiae montoſam. ὄθρυες enim montes, vnde fit ἔθρυες ο in ε mutato, vt in Apello, Apollo: τὴν πεδιάδα, Campaniam. καμπὸς enim vox priſca planitiem ſignificat. Sic Hernicam, aſperam, vt in Graecia τραχῖνα; ἀποελίαν, ἀπουλίαν, ος in ου contracto, ἕλη enim ſol. Et in ipſa Apulia μεταπίας, nam ἄπιοι aduenae, vt ἰθαγενεῖς Aborigenes. et ipſa Hetruria Vmbros, ſpurios, nothos, inſititios, Scalig. in Var. quamvis Varro ipſe IV. de Ling. Lat. *Vmbros* dictos velit ab imbre, quod ea regio ſit humilis et multis imbribus perfuſa. *Dal.*

e. *Vmbros inde)* Haec omnia Graeco carmine Scymnus Chius expreſſit, p. 9. Prolixa oratione Dionyſ. Halicarn. Antiq. Rom. L. I. p. 21. et 22. H.

f. *A quorum rege)* Rex Lydorum in Aſia Atys colonos ablegauit in Italiam duce Tyrrheno filio. Herodot. L. I. Clio n. 94. p. 41. Tertull. L. de ſpectac. c. 5. ex Timaeo. Tacitus Annal. L. IV. p. 118. Vellei. L. I. p. 3. H.

g. *Graecorum)* Ἀπὸ τοῦ θύειν, hoc eſt, a frequenti ſacrificio, inquit Seruius in L. X. Aen. Quare et olim exactiore vocabulo Θυόσκοοι appellati, inquit Dion. Hal. Ant. Rom. L. I. p. 24. H.

h. *Thuſci)* Dicti ſunt ἀπὸ τῦ θύειν. De illorum origine, imperio et ſtatu, vide Alexandrum ab Alex. cap. vlt. III. *Dal.*

i. *Oppidum Luna)* Lunae, Petrae ſanctae, et Carrarae montanos incolas. Liuius Appuanos Ligures appellat, lib. X. ad Macram fluuium, non vt vulgo legitur, Moeram, ſitos. Rupem eo tractu excelſam adhuc vocaut Petram Paniam. Lunenſis portus, Ptolemaeo ſinus Erycis: hodie *Porto di Speria. Dalec.*

*Luna)*

portunobile. Colonia Luca a k. mari recedens, propiorque l. Piſae m. inter amnes Auſerem [1] et Arnum n., ortae a Pelope Piſisque o., ſiue p. a [2] Teutanis,

1. *Auxerem. Vet. Exarem. Strab.* 2. *a Teutanis. Ch. Sunt qui malint Atintanibus a recto Atintan. Teucanis. Vet. Atintanis. Gr.*

*Luna)* Ingentes viſuntur ruinae huius ciuitatis a Normannis deletae ad ripam Macrae fluuii: et circumiacenti agro nomen eſt, *il Lunegiano:* Portui, ſeu verius ſinui, *Golfo della Spezzia*; ab oppido quod intimo eius receſſui appoſitum eſt. H.

k. *Luca)* *Luques en Toſcane:* quam Auſer alluit, Straboni, L. V. p. 222. Αἰσαρ, accolis *Serchio* appellatus. Deductos eo colonos anno fere V. C. DLXXII. Velleius eſt auctor, L. II. H.

l. *Propiorque)* Subintelligе, colonia. A. V. DLXXIV. poſtulantibus Piſanis, agrosque pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, ad eam rem Triumuiros creatos Liuius prodidit, L. XL. In Cenotaphio L. Caeſaris Auguſti F. *Coloni Iulienſes* appellantur, *Coloniae Obſequentis Iuliae Piſanae.* H.

m. *Piſae)* Sic dictae, quod in humido loco poſitae ſint. Loca enim vda et humecta Graeci πίσα vocant. ἀπὸ τῦ πίσαι, id eſt, πολίσαι Rhodig. c. 6. l. XXVIII. *D.*

n. *Arnum)* Ἄρνον Strabo, Itali *L' Arno* vocant. Piſam, Florentiamque praefluit. H.

o. *Piſisque)* Elidis oppido, in Peloponneſo, de quo L. IV. ſ. 6. Rutilius in Itinerar. L. I. p. 317. *Elide deductas ſuſcepit Etruria Piſas, Nominis indicio teſtificata genus.* Conſentit et Strabo l. c. et Solinus, c. 2. p. 12. Ante hos ipſe Maro, L. X. Aen. v. 179. *Hos parere iubent Alpheae ab origine Piſae, Virbs Etruſca ſolo.* H.

p. *A Teutanis)* Ita libri probatiores, non *Atintanis.* Sicyoniae regionis in Peloponneſo Teutanion ager fuit: Stephanus: Τιτάνα χωρίον τῆς Σικυονίας· νῦν δὲ Τευτανιον καλεῖται. Siue igitur Teutani, ſiue Piſatae, Piſas condiderunt, a Pelope ortae rectae dicuntur, Ἀτιτανία iuxta Appolloniam Epiri, Moloſſosque eſt. Thucyd, L. II. p. 153. et auct. libr. de Mirab. Auſcult. p. 1153. Macedoniae adſcripta a Stephano. Sed ſi hos Plinius ſpectaſſet, Atintanibus dicere debuiſſet, vel Atintaniis. H.

tanis, Graeca gente. Vada q. Volaterrana: fluvius Cecinna, Populonium r. Etruſcorum quondam hoc s. tantum in [1] littore. Hinc amnes Prille t., mox Vmbro u. nauigiorum capax, et ab eo tractus Vmbriae, portusque x. Telamon: Coſſa y. Volcientium a populo Romano deducta: Grauiſcae z., Caſtrum nouum, Pyrgi. Caeretanus a. amnis,



1. *ſitum.*

q. *Vada)* Nunc *Vadi*, vicus cum portu, in agro Piſano, a Volterris XX. M. P. Hic amnis Cecinna decurrit in mare, et nomen antiquum retinet. H.

r. *Populonium)* Ex eius ruinis iuxta creuit Plumbinum, *Piombino.* H.

s. *Hoc tantum)* Id Strabo explicat, L. V. p. 223. ſolum hoc ex priſcis Etruſcorum oppidum ſitum fuiſſe in littore aſſeuerans: quoniam ora importuoſa eſſet. H.

t. *Prille)* Lacum Aprilem vocat Anton. in Itiner. Marit. Qui nunc ab oppido, *Lago di Caſtiglione.* Delabitur in eum lacum amnis, quem lacui cognominem Plinius facit: incolae *Bruno* vocitant. H.

u. *Vmbro)* Et nunc *Ombrone:* mediam fere, Arnum interim Tiberimque, ſecat Etruriam. Inde ad Tiberim Vmbria proprie appellata, quae patuit quondam latius. H.

x. *Portusque Telamon)* Ptolemaeo, Telamonium promontorium, hodie Argentarium: cui vicinus eſt Traiani portus, hodie Herculis: eidem Populonium promontorium, hodie *Troia*, vel *Capo di Toſcana.* Portus Herculis meminit Strabo, ſub ingenti tumulo ſiti, iuxta Coſſam oppidum. *Dal.*

*Telamon)* Oppidulum cum portu, *Talamone.* Meminit eius Mela, L. II. c. 4. H.

y. *Coſſa)* Ex eius ruinis creuit Anſedonia: ipſa poſtmodum in vicum redacta. *Et deſolatae moenia foeda Coſſae*, cecinit Rutilius in Itiner. p. 307. Erat vrbs Etruriae Volci, cuius incolae Volcientes. Hinc Vulcentina eccleſia, apud Gregorium M. I. 3. Dial. c. 17. H.

z. *Grauiſcae, etc.)* Mela, I. II. c. 4. *Caſtrum nouum, Grauiſcae, Coſſa*, Ptolem. L. III. c. 1. Κόσσαι, Γραυίσκαι, Κάστρον νέον. Fuere igitur oppida tria. Grauiſcis exciſis ſucceſſit Cornetum: Caſtro nouo, *S. Marinella:* Pyrgis, *S. Seuera.* H.

a. *Caeretanus)* Nunc *Exi.*

et ipsum Caere b. intus M. pass. quatuor, Agylla a Pelasgis conditoribus dictum: Alsium c., Fregenae. Tiberis amnis a Macra CCLXXXIV. M. pass. Intus coloniae: Falisca d. Argis orta (vt auctor est Cato e.,) quae cognominatur f. Etruscorum [1], Lucus Fero-

1. *Hetruscorum lucus, Feronia, colonia Russellana. Vet.*

vt recte Leander, et Holsten. contra Cluuerium. Caere, nunc *Ceruetere*, oppidulum Patrimonii S. Petri. Agyllam primum a Pelasgis dictum prodidere etiam Dion. Halic. L. I. p. 16. et L. III. p. 193. et Stephanus Cato in Excerpt. Orig. p. 139. etc. Καίρετα Dionysio dicitur. Καῖρε Straboni, L. V. p. 220. H.

b. *Caere intus M. pass. quatuor, Agylla)* Caere a quo de quorundam sententia dictae *Caerimoniae*, hodie *Cerueterе:* prope id ad 4. mill. passuum in saxoso tumulo manent ruinae Agyllae. Strabo imperite cum Caere Agyllam confundit: quod errandi causam attulit Hermolao. Ptolemaeo Alsium, quod Agyllam quidam esse volunt, Pyrgis vicinum et maritimum est; Caere mediterraneum prope Faleriam. *Cerus* veteri lingua sanctus. In Saliari carmine, *Cerus manus*, mysticum nomen Iani, quamvis quidam exposuerint Creatorem bonum. *Scaliger in Festum. Dalec.*

c. *Alsium)* Ἄλσιον, καὶ Φρεγηνία Straboni, L. V. p. 225. Illud nunc *Palo* est, castrum gentis Vrsinae, in Ducatu Braciani, ab vrbe Roma XVIII. M. P. Istud *La Macarese*, villa Ducis Matheii, haud procul ostiis Tiberinis. Fregenas ab Alsio IX. M. P. distare ait Antoninus. H.

d. *Falisca)* Colonia Iunonia, quae appellatur Faliscos, inquit Frontinus, Lib. de Colopiis, p. 95. Ab Haleso Argiuo condita, vt ait Solinus, c. 2. p. 13. Nunc est ciuitas Castellana ad Tiberim, Hortam inter et Romam: aut haec certe ex illius ruinis creuit, quae prope visuntur, nomenque retinet *Falari*. H.

e. *Cato)* In libris Originum, qui interierunt. H.

f. *Cognominatur*, etc.) Vt ab altera Falisca, quae Aequorum dicitur, eo cognomine distinguatur. *Aequoque Faliscos* Virgilius appellat, L. VII. Aen. H.

Feroniae g., Ruſellana h., i. Senenſis [1], Sutrina. k. De cetero l. Aretini m. veteres, Aretini [2] Fidentes, Aretini Iulienſes, Amitinenſes n., o. Aquenſes [3]



1. *Senienſes.* Ch. 2. *Arutini fidentiores. Aretini Fidenates.* Ch. 3. *Aquulenſes.* V.

g. *Feroniae)* Cui Deae a ferendis fructibus nomen fuit, lucum hunc et locum ſacrauere in Capenate agro, iuxta Viterbium. Vnde *Lucosque Capenos*, Maro cecinit. Sub oppido *S. Oreſte* etiamnum viſuntur Feroniarum veſtigia. Silius: *Diues vbi ante omnes colitur Feronia lucos, Et ſacer humectat fluuialia rura Capenas.* H.

h. *Ruſellanae)* Nomen hodieque ſeruat. Apud Greg. VII. L. III. Ep. *Eccleſia Roſellana.* Liuio, L. XXVIII. p. 337. incolae Ruſellani, Inſcriptio vetus ap. Holſten. in Ital. ant. p. 39. COL. RVS. H.

i. *Seneuſis)* In MSS. *Senienſes.* Nunc *Sena* vel *Senae* numero multitudinis dicimus: *Sienne en Toſcane.* H.

k. *Sutrina)* Colonia Sutrium, Frontino, L. de Col. p. 95. Vetus inſcriptio in Theſ. Goltzii, COL. IVL. SVTRINA. Nunc *Sutri*, ad amnem *Pozzolo*. Deductam coloniam poſt annos ſeptem, quam Galli vrbem ceperunt, auctor eſt Vellei. L. I. p. 5. H.

l. *De cetero)* Hoc eſt, reliqui generis oppida, nec iam coloniae, ſed municipia, oppidaue Latina. H.

m. *Aretini veteres)* Inſcriptio ab Hermolao iam citata, DECVRIONES. ARRETINORVM. VETERVM. Oppidum *Arezzo*, Florentiam inter Peruſiamque. Fidentium, Iulienſiumque, ne rudera quidem exſtant. Non hi ſolo nomine, vt Holſtenius putat, in Ital. ant. p. 27. Sed re et loco diuerſi: vt de Cluſinis dicturi ſumus inferius. H.

n. *Amitinenſes)* Forte *Anicienſes*: vnde lapicidinae Anicianae, de quibus Plinius, L. XXXVI. c. 49. H.

o. *Aquenſes)* Ab Aquis, Thermisue Taurinis, prope *Ciuita Vecchia*. Vide Not. et Em. N. XXXV. (hic poſ.) *Aquenſes cognomine Taurini)* Arriolantur, qui *Aquapendente* in Etruria oppidum ſignari hoc loco putant. A Centumcellis, hoc eſt, *Ciuita Vecchia*, vt diximus, prope hae Aquenſium Thermae abfuerunt. Teſtis Rutilius in Itiner. p. 305. *At Centumcellas forti defleximus Auſtro: Tranquilla puppes in ſtatione ſedent,*

cognomine Taurini, Blerani p., q. Cortonenſes [1], Capenates r., Cluſini s. noui, Cluſini veteres, t. Fluentini [2] praefluenti Arno appoſiti, Feſulae t., Ferentinum,

1. *Cortonienſes. Vet.* 2. *Florentini profluenti. Ch. et Al.*

*ſedent.* Et mox: *Noſſe iuuat Tari dictas de nomine Thermas, Nec mora difficilis millibus ire tribus, etc.* H.

p. *Blerani)* Oppidum Βλήρα Ptolemaeo, L. III. c. 1. Nunc *Bieda*, in patrimonio S. Petri. H.

q. *Cortonenſes)* Oppidum Cortona Liuio, L. IX. p. 165. nunc retinet nomen in Etruria. H.

r. *Capenates)* Ibi fuere, vbi nunc eſt *Morluppo:* vbi quondam Feroniae lucus, vt diximus. Sic. Holſt. in Ital. Ant. p. 62. poſt Ligorium. H.

s. *Cluſini)* Nouorum oppidum *Chiuſi*, prope Tiberis fontes. Veterum, nunc fere deſertum, ob inſalubritatem aeris, in regione, cui nomen eſt *Val de Chiana*, a Clani palude proxima. Vide Not. et Em. N. XXXVI. (hic poſ.) *Cluſini noui, Cluſini veteres)* Hos non re ac loco, ſed nomine ſolum inuicem diſcrepare cenſet Holſten. in Not. ad Ital. Ant. p. 75. At non ita ſane veteres cenſuerunt: Nam in fragmento Itinerarii Antonini, itinere Tiberino ſiue Ciminio legitur, *Cluſio vetere olim Comerſolo: Cluſio nouo, a quo dictus Cluſentinus tranſitus Hannibalis.* De quo Liuius, L. X. p. 179. *Cluſium, quod Camarſolum appellabant.* H.

t. *Fluentini)* *Florence.* Etruriae caput. Vide Not. et Em. N. XXXVII. (hic coll.) *Fluentini)* Ita MSS. plerique, librique editi. At Chiffl. et Pariſ. *Florentini*, vt in codicibus quos vidit, legiſſe ſe, ſi credimus, teſtatur Gelenius, Frontinus, l. de coloniis p. 93. Coloniam Florentinam deductam a Triumuiris prodidit: et Tacit. Annal. L. I. p. 36. oraſſe ait Florentinos, ne Clanis ſolito alueo demotus, in amnem Arnum transferretur, idque ipſis perniciem afferret. Tamen in decreto Deſiderii Regis Italiae apud Gruter. p. 220. *Palantes Fluentinos collegimus:* quod de Florentinis accipiendum eſt. H.

u. *Feſulae, etc.)* *Fieſoli.* Ferentini oppidi ruinae iacent inter Viterbium et *Monte Fiaſcone:* nomen ſupereſt, *Ferenti.* Feſcennia nunc *Galeſe*, ad Tiberim, in Patrimonio S. Petri: nec procul inde Hortanum *Orta.* H.

num, Feſcennia, Hortanum, Herbanum x., Nepet y., Nouem z. pagi, a. Praefectura [1] Claudia Foroclodii [2], Piſtorium b., Perusia, Suanenſes c., Saturnini, qui ante [3] Aurinini vocabantur, d. Subertani,



1. *Praefecturae Claudiae. Vet.* 2. *Forum Claudii. V. alii, Forum Caſſii.* 3. *antea. Cb.*

x. *Herbanum)* Idem Vrbis veteris nomine inſignitum, *Orvieto.* H.

y. *Nepet)* *Nepi*, iuxta amnem *Pozzolo*, inter Romam et Viterbium. Νέπετα Ptolem. L. III. c. 1. In decretis Hilari Papae, *Proiectus Nepeſinus Epiſcopus.* H.

z. *Nouem pagi)* Supra Centumellas, hoc eſt, *Civita Vecchia*, ad fontes Mineionis amnis, *il Mignone*, poſiti: praefecturae Claudiae attributi. H.

a. *Praefectura Claudia Foroclodii)* Foroclodii, forum Claudii vel Caſſii: oppidum Sutrio vicinum, in via Caſſia, euntibus Viterbio Romam, hodie *Vetralla.* Huic oppido contiguum diuae Mariae templum in foro Caſſii vocatur. *Dalec.*

*Praefectura)* Nunc eſt *Oriolo*, in Ducatu Bracciani. Apud Optatum, *Domitianus a Foro Claudii*, inter Epiſcopos qui ſederunt iudices in cauſa Donati. Ceterum praefecturae a colonis municipiisque omnino diuerſae. Ex pluribus conſtare videntur vicis oppidisque minoribus, eodem ad perenda iura conuenientibus. Sic nouem pagi Claudiae adſcribuntur. In Aegypto Praefecturas oppidorum Nomos vocabant, vt dicemus I. V. *Praefecturae*, inquit Feſtus, *hae appellantur in Italia, in quibus et ius dicebatur, et nundinae agebantur, etc.* H.

b. *Piſtorium)* Inde iocus et alluſio Plauti in captiuis: *Multis et multigeneribus opus eſt ibi Militibus: primo dum opus eſt Piſtorienſibus. Dal.*

*Piſtorium* etc.) Nunc *Piſtoia*, *Perugia*, *Soana*, et *Saturnia* vel *Sitorgna.* Ptolem. L. III. c. 1. Πισωρία, Περυσία, Σόανα, Σατερνιάνα κολωνία. H.

c. *Suanenſes, Saturnini)* Puto ſcribendum, *Suenſes, Saturniani*, a Suena et Saturniana, ex Ptolemaeo. *Pint.*

d. *Subertani)* Oppidum Suberetum *Sovretto*, prope Soanam haud procul amne *Flore.* Vide Not. et Em. N. XXXVIII. (hic adſp.) *Subertani)* Sic MSS. omnes, impreſſique libri ante Hermolaum, qui a Suderno Ptolemaei L. III. c. 1. *Sudertani* ſcripſit,

tani [1], Statones e., Tarquinienſes f., Tuſcanienſes g. Vetulonienſes h., i. Veientani [2], Veſentini, k. Volaterrani [3], Volcentini [4] cognomine Etruſci, Volſinien-

1. *Sudertani Gr. et Al.* 2. *Veretani Vaſentini. Vet.* 3. *Volaterrani Volgentini cogn. Ch.* 4. *Volcentinos omittunt Gr. et Al.*

pſit. Nos *Subertani* antepo-nimus, quoniam id ei oppido, quod *Sovreto* diximus appellari, peraccommodatum nomen eſt a ſubere, quo circumiectus ager abundat. H. Mutauit tamen Harduinus poſtea ſententiam ſuam, vt ex emendationibus ad calcem operis apparet, quas ſupra in variis lect. laudauimus.

e. *Statones)* Oppidum Στατωνίκ, Statonienſis lacus accolae, de quo Plinius, L. II. ſ. 96. In Ducatu Caſtrenſi, *Le Duché de Caſtro.* Ex eo lacu Olpita fluuius manat. H.

f. *Tarquinienſes)* *La Tarquinia*, et corrupte *la Turquina.* Ptolem. L. III. c. 3. Ταρκουίναι. In Patrimonio S. Petri, infra Viterbium. In decretis Hilari Papae, *Apuleius Tarquinienſis.* H.

g. *Tuſcanienſes)* Hodie *Toſcanella*, in Ducatu Caſtrenſi. In Conc. Pontigonenſi, in Gallia, *Iohannes Toſcanenſis*, Tom. VII. Conc. anno 876. p. 281. H.

h. *Vetulonienſes)* Horum oppidi rudera nomen priſcum retinet, *Vetulia*: ſupra Plumbinum. Οὐετυλωνιᾶται Dionyſ. Halic Antiq. Rom. L. III. p. 189. H.

i. *Verentani)* A Verento oppido, nunc *Varentano et Valentano*, in Ducatu Caſtrenſi. Nec procul inde Viſentini, quorum oppidum hodieque *Biſontia*, ad ripam Volſinienſis lacus, *Lago di Bolſena*, Frobenius, aliique poſt eum, *Veientani* pro Veretanis ſcripſere. H.

k. *Volaterrani)* Strabo Volaterram vocat οἰνοφέαν, vt et auctor libri περὶ τῶν ἀκατασμάτων, qui ſcribit Volaterranos ne ciuitatem quiſpiam occuparet, ſolitos imperium ac dominium Reipub. ſuis libertis dare, quibus abeuntibus magiſtratu, alios eiusdem conditionis ſufficerent. Victor. c. 23. lib. XXII. *Dal.*

*Volaterrani)* Oppido nomen *Volterra:* olim Volaterrae, in Etruria. Vide Not. et Em. N. XXXIX. (hic adi.)

*Volcentini, cognomine Etruſci)* In libris editis, *Volaterrani cognomine Etruſci*, Volcentinis praetermiſſis: At eosdem ex Chiffl. codicis fide reſtituimus probe gnari, praeter Etruſcos Volaterranos eſſe nullos vſpiam: neque

sinienses [1]. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent l. agri, Crustuminus, Caletranus.

IX. Tiberis antea Tybris appellatus et prius Albula, m. e media fere longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit: tenuis primo, nec nisi piscinis corriuatus emissusque, nauigabilis, sicuti Tinia n. et Glanis [2] influentes in eum, nouenorum o. ita conceptu dierum, si non adiuuent imbres.

1. *Volsini, Flor. cap. 21. l. I. Valerio Max. Volsinenses. c. 9.* 2. *Glanius. Vet.*

que eo proinde cognomine discerni ab aliis necesse fuisse. Volcentinos autem, seu Volcentanos, et in Lucanis Plinius commemorat, sect. 15. H.

l. *Retinent agri)* Ambo nunc incerti situs. H.

m. *Prius Albula)* Inuenio Serram quoque ac Rumonem vocatum, quoniam rapidis et concitatis aquis, quae alluit, mordet, limat, mollit. Sic veteres loquuti sunt. Horat. — *quae Liris quieta mordet aqua taciturnus amnis.* Cornelius Seuerus in Aetna: — *seu lympha perenni Edit humum lima, furtimque obstantia mollit.* Attius in Telepho: — *remisque nixi properiter nauem in fugam Trudunt subter saxa ad laeuam qua montem mollibat mare.* Festo *Rumentum*, abruptio, interruptione. *Dal.*

*Albula)* Varro, L. IV. de L. L. p. 13. *Sunt qui Tiberis priscum nomen Latinum Albulam vocitatum literis tradunt, posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit: nam hoc eius, vt aiunt, sepulcrum.* Idem prodidit et Liuius, L. I. p. 3. Ouid. L. III. Fastor. etc. H.

n. *Tinia)* Legitur apud Strabonem *Tinias:* hodie *Topino.* Mixtus is ad Canariam oppidum Chiesio, nomen amittit, et Chiesius dicitur. *Dalec.*

*Tinia et Glanis)* Tinia Τενέας Straboni L. V. p. 227. nunc *Topino*, Fulginium alluit, in Ducatu Spoletano. Glanis, vulgo *la Chiana*, Etruriam a pontificia ditione dirimit. H.

o. *Nouenorum ita conceptu dierum)* Hoc est, cum per nouem dies aquae in piscinis vel alueo clausstris et aggeribus cohibitae fuerint. *Dal.*

*Nouenorum)* Postquam diebus nouem cohibitae fuerint eorum amnium aquae in piscinis,

imbres. Sed Tiberis propter aſpera et confragoſa, ne p. ſic quidem, praeterquam trabibus verius quam ratibus, longe [1] meatibus fertur, per centum quinquaginta millia paſſuum non procul Tiferno, Perufiaque, et Ocriculo [2], Etruriam ab Vmbris ac Sabinis: mox q. citra tredecim millia paſſuum Vrbis, Veientem r. agrum a Cruſtumino s., dein Fidenatem Latinumque t. a Vaticano dirimens: ſed u. infra [3] Aretinum Glanim duobus et quadraginta fluviis

1. *Longis meatibus in Vet.* 2. *Otriculo, Vet. Ch.* 3. *Intra Tiniam et Glanim. Vet. Gr. legit, vltra Tiniam item Glanim e duobus quadraginta.*

ſcinis, in quas deducti et corriuati fuerunt, vt inde emiſſi largius fluant. H.

p. *Ne ſic quidem)* Subintellige, nauigabilis. H.

q. *Mox citra)* Antequam Tiberis ad ſextum decimum lapidem ab Vrbe perueniat. H.

r. *Veientem agrum)* Is in Etruria fuit, cis Tiberim, in ea regione, in qua nunc Inſula *Iſola* eſt, Farneſiarum pagus: vt recte vidit Holſtenius, in Ital. ant. p. 53. et 55. A Veiis nomen Veiens ager accepit. H.

s. *A Cruſtumino)* Fuit hic ager vltra Tiberim a Cruſtumino Etruriae agro, qui cis Tiberim fuit, de quo in fine ſup. ſect. diuerſus. Nomen habet a Cruſtumerio, de quo mox H.

t. *Latinumque a Vaticano dirimens)* Emendatius, ni fallor, legetur *a Labicano*, ex verbis quae paulo poſt ſequuntur, *Et qui ex agro Latino, item Hernico, item Labicano.* Nec ſum immemor verborum Solini, quae fauere videntur priori lectioni. *Pint.*

*A Vaticano)* Qui cis Tiberim fuit, ab Roma verſus ſeptemtrionem, et in vetere Etruria, Liu. L. X. p. 179. H.

u. *Sed infra Aretinum)* Sed a confluente Glanis, qui in finibus Aretinorum oritur, ad mare vſque, Tiberis duo et XL. excipit flumina: quorum praecipui ſint Nar, ipſeque Anio, qui idem nauigabilis includit a tergo Latium. Quin nec minora incrementa Tiberis adeptus ex tot aquis ac fontibus Romam deductis: ideoque mercator rerum toto orbe naſcentium placidiſſimus, vt qui quamlibet

viis auctus, praecipuis autem Nare et Aniene x., qui et ipse nauigabilis Latium includit a tergo: nec minus tamen aquis ac tot fontibus in Vrbem perductis: et ideo quamlibet magnarum nauium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe nascentium mercator placidissimus, pluribus prope solus, quam ceteri in omnibus terris amnes, accolitur, aspicitur-que villis. Nullique fluuiorum minus licet, inclusis vtrimque lateribus: nec tamen ipse pugnat, quamquam creber [1] ac y. subitis incrementis, et nusquam magis aquis quam in z. ipsa Vrbe stagnantibus. Quin imo vates intelligitur potius ac monitor, auctu semper religiosus a. verius, quam saevus. Latium b. antiquum a Tiberi Circeios [2] servatum [3] est, mille passuum quinquaginta longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis saepe mutatis, tenuere alii aliis temporibus,

1. *Crebris.* 2. *Cerceios. Ch.* 3. *Vsque obseruatum, Vet.*

libet magnarum nauium sit capax, pluribus prope solus accolitur, adspiciturque villis. H.

x. *Aniene)* Anio, *Teuerone* hodie. Ad eum fluuium Camillus Gallos redempta Roma exeuntes trucidauit. Iungitur via Tiburtina ponte Maennolo, quem Mammaea Seueri Alexandri mater aedificauit. Numentana via, Numentano; Salaria, ponte extructo a Narsete. *Dalec.*

y. *Ac subitis)* Forte rectius, *ac subitus*, hoc est, crebro ac repente excreserens. H.

z. *In ipsa Vrbe)* A. V. C. DLXV. duodecies campum Martium, et plana Vrbis invndauit, Liu. L. XXXVIII. p. 477. H.

a. *Religiosus)* Quoniam non tam mala infert per se, quam ea praesagit, quae sacris auerti, ac religionibus expiari oporteat. H.

b. *Latium antiquum)* Nunc primam Italiae regionem describere instituit, Latium fuit et antiquum, et nouum. Antiquum, ad Circeios: ad Sinuessam vsque, pertinuit nouum. Ita cum Plinio Strabo, L. V. p. 231. H.

bus, Aborigines c., Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et vltra Circeios [1] Volsci, Osci, Ausones, vnde nomen [2] Latii processit ad Lirim amnem. In principio est Ostia, colonia a d. Romano rege deducta. Oppidum e. Laurentum, lucus f. Iouis Indigetis, amnis g. Numicius, Ardea a Danae

1. *Cerceios. Ch.* 2. *Sic ex MSS. emend. Hard. consentit Ch. vnde nomen modo Latii. Gr. et Al.*

c. *Aborigines*, etc.) Et haec Solinus, c. 2. p. 12. De ea porro voce, Sex. Aurel. Victor. in Origg. Gent. Rom. p. 26. *Aborigines appellati*, inquit, *Graeca scilicet appellatione, a cacuminibus montium, quae illi ὄρη vocant: Alii volunt eos, quod errantes illo venerint, primo Aberrigines: post mutata litera, altera adempta, Aborigines cognominatos.* Hausit hoc a Dion. Halic. Ant. Rom. L. I. p. 9. H.

d. *A Romano Rege)* Anco Marcio, vt Liuius docet, L. I. p. 23. Festus item, verbo *Ostia.* H.

e. *Laurentum)* Λαυρεντὸν Dion. Halic. L. I. p. 51. *S. Lorenzo*, medio inter Ostiam, Antiumque interuallo. Holsten. Haec *Laurentia* Maronis *arua.* H.

f. *Lucus Iouis Indigetis)* Nemus id hodie *Campo Selva*, vicinum Albae longae, hodie *Sauello*, et Aritiae ruinis, hodie *la Riccia. Dalec.* *Lucus Iouis)* Vbi sacellum fuit, cuius inscriptio, *Patri Deo Indigeti, qui Numicii, amnis vndas temperat:* Πατρὸς Θεοῦ χθονίου ὃς ποταμοῦ Νουμικίου ῥεῦμα διέπει. Auct. Dion. Halic. L. I. p. 52. Ardeam is amnis alluit, quod nunc Castrum Caesarinae gentis, cum vetere appellatione *Ardea.* Virgilius, L. VII. Aeneid. v. 410. Plinio praeiuit, et Solino, c. 2. p. 12. H.

g. *Amnis Numicius)* Fl. hic olim ex lacu Nemorensi emissus per Aream in mare labebatur. In ipsum vero Iuturnae fons, cuius aqua victimas conspergebant. Eam vase haustam oris latioris et fundi anguśti, ne humi depositum staret: humum namque attingere piaculi loco habitum, aut Flaminicae virginis sacrorum ministrae, aut Vestalium famulae, aut patrimi, matrimique Camilli, siue pueri coronati manibus tenebant. Alex. ab Alex. c. 17. lib. IV. Hodie fons Ardeae proximus tenui riuo in mare

Danae Perſei matre condita. Dein quondam Aphrodiſium h., Antium i. colonia, Aſtura k. flumen et

mare deſcendens. Ceterum lacus Nemorenſis meminit Sueton. Calig. *Dal.*

h. *Aphrodiſium)* Hoc eſt, Veneris templum olim, nunc veſtigia tantum. H.

i. *Antium)* Antium Equeſtris fortunae templo celebre, auctore Tacito qui incurioſe ſcribit, nullam eius aedem ſeculo ſuo Romae fuiſſe: cum Quintus Fuluius Flaccus cenſor, victis Celtiberis, magnificam aedificaſſet, tegulis marmoreis tectam, quas Iunonis Laciniae templo detraxerat. Antiates famoſos olim praedones fuiſſe conſtat: a piratica tamen coactos abſiſtere Graecorum precibus, qui de eorum latrociniis apud Rom. Senatum queſti fuerant. Victorius cap. 22. lib. XXXI. Hodie *Anxo.* Tiberius ſumptuoſiſſimis aedificiis ornavit: Nero et portu quo carebat, maximo ſumptu et cura. In ruinarum parte oppidulum Neptunium extructum eſt, hodie *Natum. Dal.*

*Antium)* Nunc quoniam ſola ſuperſunt rudera, *Antio rouinato*, Itali accolae vocant. In nummo Neronis, ſed ficto, in Theſ. Goltzii, COL. ANTIAT. LEG. IIII. ITALICA. Sic etiam quamvis ſcripſit Horat. L. I. Od. 35. *O Diua, gratum quae regis Antium;* caue tamen eo referas nummum argenteum, qui eſt apud Patinum, in Famil. p. 244. et in Muſeo noſtro, hac epigraphe, Q. RVSTIVS FORTVNAE ANTIAT. Duo hac parte capita ſunt coniuncta; dextrum eſt ciuis Narbonenſis, pileo vrbano et domeſtico tecti; alterum Fortunae, capitis muliebri tegmine. )(. CAESARI AVGVSTO. Ara, in qua ſcriptum eſt, FOR. RE. infra EX SC. Fortuna, non Antii ſolum, ſed vbique terrarum colebatur, et quod caput eſt, in hoc numiſmate haec ſententia primis duntaxat vocum litteris magna ex parte expreſſa continetur. Q. RVSTIVS FORTVNAE *AEdificauit Aram Narbone, Titulo Imperatoris Auguſti Iuſtricis.* CAESARI AVGVSTO ara FOR*tunae* RE*ducis.* H.

k. *Aſtura)* Et inſulae nomen hodie, et amni manet. Feſtus: *Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam vocant.* H.

et inſula. Fluuius Nymphaeus l., Cloſtra m. Romana. Circeii n. quondam inſula immenſo quidem mari circundata, (vt creditur o. Homero) at nunc planitie. Mirum eſt, quod hac de re tradere hominum notitiae poſſumus. Theophraſtus p., qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius ſcripſit: (nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, Vrbem dumtaxat a Gallis captam dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum miſſam:) hic q. iam plusquam et

l. *Nymphaeus)* Nunc *La Nimpa* dicitur: cuius verum oſtium inter Circeios et Terracinam: altero quod Plinii aetate fuit, ad fauces lacus Fogliani, arena oppleto. Holſten. H.

m. *Cloſtra)* Latii veteris limes, et clauſtra antiqui Imperii, ad coercendos Volſcos. Vel clauſtra forſan oſtio Nymphaei amnis oppoſita, vt Holſtenius coniicit, contra vim Oceani, ne oppleretur arena; quod poſtea nihilominus effectum eſt. H.

n. *Circeii)* Oppidum Volſcorum fuit, Κιρκαία πόλις Dionyſio Halic. L. VIII. p. 490. cuius in ruderibus nunc pagus eſt S. *Felicita*, in radicibus Circeii montis, *Monte Circello*. Hic Circe Solis filia creditur habitaſſe. Dion. L. IV. p. 260. H.

o. *Creditur Homero)* Vide locum quem citauit ſupra cap. 80. lib. II. *Dalec.*

*Homero)* Odyſſ. κ'. v. 194. Non intellexit Homerum h. l. Plinius. Circes inſula, ipſa Tellus eſt, Oceano magno circumdata, Αἰαίαν vocat, v. 135. et λ'. 70. Ipſa eſt, inquam, quae Φυσίζωος αἶα ab eodem vocatur, λ'. v. 300. quoniam gignit, quicquid opus eſt alendis mortalibus. Fratrem Circae dedit Homerus, μ'. v. 137. quem *Aeeten* Αἰήτην, hoc eſt, terreſtrem, vocat. Ambos fingit ex Sole genitos, et Nympha Perſa, Oceani filia. Hic Circes ſiue Telluris frater, vigor eſt telluri inſitus, ex Sole in primis, quem ali finxere aquis Oceani. H.

p. *Theophraſtus)* L. V. Hiſt. Plant. c. 9. H.

q. *Hic iam pluſquam et fama)* Phraſis obſeruanda, hoc eſt, certius quam ſi tantum auditione et fama comperiſſet. *Dalec.*

*Hic iam plusquam)* Theophraſtus, inquit, Circeiorum inſulae menſuram tradendo

et fama, Circeiorùm [1] insulae mensuram posuit stadia r. octoginta, in eo volumine, quod scripsit Nicodoro Athenienſium s. magistratu [2]; qui fuit Vrbis nostrae CCCCXL. [3] anno. Quicquid est ergo terrarum, praeter decem millia passum prope [4] ambitus, adnexum insulae [5], post eum annum accessit Italiae. Aliud t. miraculum: A [6] Circeiis palus Pompti-

1. *Cerceiorum. Ch.* 2. *magiſtratui Gr.* 3. *ſic et Chiff.* CCCCLX. *Gr. et Al.* 4. *propinqui. Vet.* 5. *Adnexum inſulae. Poſt eum annum acceſſit Italiae aliud miraculum. Gr. et Al.* 6. *Cerceiis Gr.*

dendo, certius quam e fama incertoque rumore, prodidit de ea. H.

r. *Stadia octoginta)* Hoc est, X. M. P. H.

s. *Magiſtratu)* Magistratum gerente. Tres simul fuisse Athenienſium Magistratus annuos, nisi quis eorum intra annum e vita decederet, nummi antiqui testari videntur, in quibus plerumque tres appellantur. Eiusmodi est ille, quem Goltzius in Graecia refert, Tab. XIV. in quo hic ipse *Nicodorus* videtur notari. Sic enim habet. A. ΘE. hoc est, Ἀθηναίων Θεὰ, *Athenienſium Dea;* Minerua scilicet. Deinde Magistratuum nomina: ΔOPOΘE. NIKOΔΩ. ΔIO. *Dorotheus, Nicodorus, Diogenes.* Vide Not. et Em. N. XL. (hic adi.) *Nicodoro Athenienſium magiſtratui, qui fuit Vrbis noſtrae* CCCCXL.) Ita MSS. omnes, Reg. Colb. Pariſ. et Chiffl. Quin ipse Plinius L. XIII. s. 30. et L. XV. s. 1. hunc ipsum annum signat. Hoc vno in loco permutatis numeris libri impressi habent CCCC. LX. Quin et illud paullo ante, *quod ſcripſit Nicodoro Magiſtratui* mutare ausi non sumus, cum sic habeant libri omnes manuscripti, et editi: tametsi neque inscripsisse cuiquam librum suum de plantarum historia Theophrastus videtur. H.

t. *Aliud miraculum)* Gloſſema hae voces sapiunt: videnturque ex ora libri in textum irrepsisse. Nisi quis referre haec malit ad illa priora, *Mirum eſt, quod hac de re*, etc. Quibus ista modo respondeant, *Aliud miraculum.* Nam quod *acceſſiſſe Italiae* proxime ante haec verba dicitur, spatium illud terrarum intelligendum est, quod retrogresso mari eo,

u. Pomptina [1] eſt, quem locum XXXIII. [2] vrbium fuiſſe Mutianus ter Conſul prodidit. Dein x. flumen [3] Vfens, ſupra quod y. Terracina [4] oppidum, lingua

1. *Pontina, inf. lib.* XXVI. *c.* 4. 2. *ſic ex MSS. Hard. conf. Chiff.* XXIII. *Gr. et Al.* 3. *flumen Vfentum. Chiff.* 4. *Tarracina. Gr.*

quo Circeii olim circumdabantur, acceſſit Italiae, ſiue continenti: cum mox vice verſa locum XXXIII. vrbium Pomptina palus obtineat. H.

u. *Pomptina)* Vel, vt alibi, ipſique Feſto, *Pontina.* n agro Pometino, et ἐν τῷ Πομεντίνων πεδίῳ fuit, inquit Dionyſius l. c. cui nomen a Sueſſa Pometia, Volſcorum vrbe mediterranea. De hac palude dicemus iterum, L. XXVI. ſ. 9. H.

x. *Flumen Vfens)* Flumen inter Formias et Sinueſſam Garigliano, a monte Tauro, huius fluminis oſtiis. *Dalec.*

*Vfens)* Vibius Sequens, p. 338. *Vfens Terracinae proximus.* In MSS. *Flumen Vfentum.* Amni nomen *Il Portatore:* Terracina ſuum retinet. De vetuſta Anxuris appellatione Feſtus, Liiusque. Hinc Iupiter Anxurus, apud Maronem Aen. L. VII. v. 799. Caue tamen hic putes pertinere argenteum nummum Vibiae gentis apud Patinum, in Famil. p. 293. n. 4. Parte priore caput barbatum ignotumque exhibet, in familia Panſae gentilitium: retro, PANSA. Parte altera Iupiter ſedet ſeminudus, capite laureato, dextra extenta, haſtam tenet ſiniſtra, C. VIBIVS. C. F. C. N. *Caius Vibius, Caii filius, Caii nepos,* hoc eſt, patre et auo Triumuiris Monetalibus. Latere dextro, IOVISAXVR. Sententia enim latet iſta ſub litteris: *Imperator Optimus Veſpaſianus Iouis Sacerdotia Amplianit Decem Viris Reſtitutis. H.*

y. *Tarracina)* Porphyrio in Horat. ex vetuſtiſſimo Codice, *Quae nunc Tarracina dicitur, olim Anxur dicebatur, vnde Iouem Anxurum colebant:* cuius et Virg. meminit, dum ait: *Iupiter Anxurus aris praeſidet.* Merito autem inquit Horat. *repimus, et impoſitum ſaxis,* quoniam adhuc illis temporibus Tarraconenſis vrbs in altiſſimo monte erat: inde poſtea in aequiorem locum depoſita eſt, vt non ſolum adhuc ſint veſtigia aedificiorum in monte, ſed et murorum. Si Seruio credimus, *Auxyrus Iupiter* dictus fuit, quod puer et imberbis pingeretur et

ſculpe-

lingua Volſcorum Anxur dictum: et vbi [1] fuere Amyclae z., a ſerpentibus deletae. Dein locus ſpeluncae a., lacus Fundanus b., Caieta portus. Oppidum Formiae c., Hormiae [2] prius olim dictum, vt exiſtimauere d., antiqua Laeſtrygonum ſedes.



1. *Ibi.* 2. *ſic emend. Hard. ex MSS. Hormiae dictum Gr. et Vulgatae.*

ſculperetur. Ἄξυρος, legendum, ἀνεὺ ξυρὸς, quia nunquam eſſet barba raſa. In denario ſtirpis Panſarum altera parte videtur perſona ludis Cerealibus conueniens, in altera Iouis imago ſine barba, cum hac inſcriptione: C. VIBIVS. C. F. C. IOVIS. (pro Iupiter) AXVR. *Dalec.*

z. *Amyclae)* Virgil. decimo Aeneid. *Tacitis regnauit Amyclis*, id eſt, deletis, et obliuione ſepultis. Eius oppidi ciues Pythagorei cum animatis omnibus abſtinerent, ſerpentium quos occidere nolebant, in vicinis paludibus natorum copia, deleti ſunt. Narrant alii, cum inani rumore hoſtes adeſſe crebro nuntiaretur, lege cautum, ne id poſtea indicarent, et ex improuiſo aliquanto poſt, facta impreſſione, ab hoſtibus oppreſſos fuiſſe: vnde prouerbium, *Amyclas ſilentium perdidit.* Lucilius: *Mihi neceſſe eſt loqui. Nam ſcio Amyclas ſilentio periiſſe. Dal.*

*Amycla)* Haec rurſum Plinius, L. VIII. ſ. 43. Vide Seruium in illud Maronis, *Tacitus regnauit Amyclis:* L. X. Aen. v. 564. H.

a. *Speluncae)* Amyclaeae, in litore poſitae, hodie *Sperlonga:* vnde ſinui Amyclano nomen, *Mare di Sperlonga.* H.

b. *Fundanus) Il Lago di Fondi*, ab oppido cognomine, quod V. M. P. a mari diſtat. H.

c. *Formiae)* Formiae fuerunt a Saracenis dirutae anno 956. prope Tarracinum extant illarum ruinae. *Dal.*

*Formiae)* Vbi nunc oppidum *Mola*, in intimo Caietani, ſeu Formiani ſinus receſſu. Caieta, hodie *Gaiette.* H.

d. *Vt exiſtimauere)* Homerus Odyſſ. κ'. Ouid. Metam. L. XIV. Solinus, c. 2. p. 14. Plinium ſecutus. Laeſtrygones reipſa in Sicilia tantum fuere: ſed ex Sicilia tranſtulit eos in Italiam Homerus in fabula, quam contexebat de Vlyſſis erroribus. Laeſtrygonas ex induſtria in medi-

Vltra e. fuit oppidum Pyrae [1]: Colonia Minturnae f., Lyri

1. *Pylo. Cbiff.*

mediterraneo collocat; vt Vlyſſem doceat, aeque ab his qui continentem incolerent, quam ab his qui degerent in inſulis, aſpera multa pertuliſſe. Propterea, cum hos ſub nomine Cyclopum iam deſignaſſet, illos deinde ſub Laeſtrygonum appellatione denotauit. Conſtabat ex vera fama, veniſſe in Siciliam Italiamque Vlyſſem: fabula ſitum populorum, vt libuit, immutauit. Homeri locus, v. 31. ſed praecipue v. 85. multa nuper exercuit ingenia. Sic ibi vates: Ἑβδομάτῃ δ' ἱκόμεθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον, Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην· ὅτι ποιμένα ποιμὴν Ἤπυει εἰσελάων, ὁ δὲ τ' ἐξελάων ὑπακούει. Ἔνθα καὶ εὔπνος ἀνὴρ δοίᾳς ἐξήρατο μισθάς, Τὸν μὲν βεκολέων, τὸν δ' ἄγρυφα μῆλα νομεύων. Ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι. Hunc locum ſic nos breuiter exponimus: *Septima die*, inquit Vlyſſes, venimus ad excelſum Lami oppidum, mediterraneam Laeſtrygoniam: vbi paſtorem paſtor vocat, inducens pecora media nocte in vrbem, alter exaudit, qui ſua continuo educit: nam per vices vigilant, alter alteram noctis partem. Si vnus autem totam noctem vult vigilare, duplam mercedem lucratur: alteram ob paſtos boues vſque ad mediam noctem, alteram ob paſtas oves vſque ad ſolis exortum. Nam ſiue de die educat, hoc eſt, ſolo occidente, et nocte reducat, hoc eſt, ſub mediam noctem; ſiue educat poſt mediam noctem, et reducat mane; breues ſunt viae, quibus itur et redit, ſiue die, ſiue nocte. Sic Luc. II. 8. *Paſtores erant in regione vigilantes, et cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum.* H.

e. *Vltra fuit)* Dirutum iam tum aeuo ſuo innuit: et de eo ſane ceteri ſcriptores ſilent. H.

f. *Minturnae)* Vbi nunc Liris ſcapha traiicitur, fere in eius oſtiis: vnde loco nomen: *la barca del Garigliano.* Idem Glanis ſiue Clanis olim appellatus. Strabo, L. V. p. 233. Λειρὶς ποταμὸς, Κλάνις δ' ἐκαλεῖτο πρότερον. Alius ab amne Glani, quem proptetea Aretinum Plinius cognominauit paulo ſuperius, hac ſect. vt ea nota ab iſto Clani, qui Liris eſt, ſeiungeret Minturnas deductam coloniam auctor eſt etiam Liuius L. X. p. 177. et Ptolem. L. III. c. 1. Velleius, L. I. Q. Fabio

Lyri g. amne diuisa, Glani [1] appellato. Oppidum Sinuessa h., extremum in i. adiecto [2] Latio, quam quidam Sinopen dixere vocitatam. Hinc felix illa Campania est. Ab k. hoc sinu incipiunt vitiferi colles, et temulentia [3] nobilis succo per omnes terras inclyto, atque (vt veteres dixere) summum Liberi Patris cum Cerere certamen. Hinc Setini l.



1. *Sic ex MSS. Hard. Clanio, quo pacto et a Virgilio appellatur l. I. Georg. Glanico Gr. et Al.* 2. *adiectum.* 3. *remoto nobiles.*

*Fabio quintum, Decio Mure quartum Coss. quo anno Pyrrhus regnare coepit, Sinuessam Minturnasque missi coloni.* H.

g. *Lyri amne diuisa, Glanico appellato)* Scribo, *Clani* non *Glanico*, ex Strabone, v. et Cornelio Tacito, XI. *Orantibus*, inquit, *Florentinis, ne Clanis solito alueo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipsis perniciem afferret.* Summus poeta Georgicorum secundo, *Clanium* appellat Acerranorum fluvium, — *et vacuis Clanius non aequus Acerris. Plinian.*

h. *Sinuessa)* Supersunt ingentis oppidi ruderа, prope castellum *Rocca di Mondragone:* medio ferme interuallo inter ostia Liris, et Sauonis. Liuius l. c. *Placuit, vt duae coloniae deducerentur: vna ad ostium Liris fluuii, quae Minturnae appellata: altera in saltu Vestino Falernum contingente agrum, vbi Sinope dicitur Graeca vrbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis Romanis appellata.* H.

i. *In adiecto)* In nouo Latio, quod veteri adiunctum est, Sinuessa alioqui in confinio Latii Campaniaeque posita, alterutri, vt fit, adiudicatur: nunc quidem Latio: Campaniae, L. XXXI. f. 4. H.

k. *Ab hoc sinu)* Ab hoc terrarum tractu, quo Latium nouum diximus contineri. Hunc locum non intellexit Camillus Peregr. qui mox legendum censuit, *Hinc Vescini, et Caeditii*, pro *Setini, et Caecubi* p. 127. et 143. H.

l. *Setini et Caecubi)* Ab oppido Latii noui, quod Σητία Ptolemaeo, L. III. c. 1. dicitur, nunc *Sezza*, Setinus ager: Caecubus a Caecubo oppido, quod τὸ Καικύβον Straboni, L. V. p. 233. inter Caietanum sinum, oppidumque Fundanum. Hinc vina Setina et Caecuba, de quibus L. XIV. f. 8. Setiae

situm

et Caecubi protenduntur [1] agri. His iunguntur Falerni m., Caleni. Dein conſurgunt Maſſici n., Gaurani o., Surrentinique p. montes. Ibi q. Laborini [2] campi ſternuntur, et in delicias alicae r. populatur [3] meſſis. Haec litora fontibus s. calidis rigantur: praeterque cetera in toto mari conchylio et piſce t. nobili u. adnotantur [4]. Nuſquam gene-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. obtenduntur Gr. et Al.* 2. *Leborini. Ch.* 3. *politur Gr. et Al. politura. Vet. poliuntur meſſes. Herm. populatur. Chiff. balicae poliuntur menſis. Blondo. lego colligitur.* 4. *nobilitantur.*

ſitum Martialis edocet, L. XIII. epigr. 109. *Pendula Pomptinos quae ſpectat Setia campos.* H.

m. *Falerni, Caleni)* Falernus ager a Maſſici montis radicibus, de quo mox, in latam planitiem: Calenus a Caleno oppido, nunc *Calui*, citra Capuam, verſus ſeptemtrionem protendebatur. H.

n. *Maſſici)* Nunc *Monte Marſico*, vino ſuo nobilis, quod *Muſcarellam* incolae vocant. Pars illius montis extrema, *Rocca de Mondragone*, de quo paullo antea. H.

o. *Gaurani)* Vibius Sequens, p. 343. *Gaurus mons Campaniae.* Sic etiam Liu. L. VII. p. 131. Nunc *Monte Barbaro*, inter Puteolos, et Lucrinum lacum. Camill. Peregr. p. 231. H.

p. *Surrentini)* Qui Surrento oppido imminent, de quo mox. Hinc vina Surrentina, de quibus Plinius, L. XIV. ſ. 8. vbi et de Gauranis. H.

q. *Laborini)* MSS. *Leburini.* De his dicemus vberius, L. XVIII. ſ. 29. H.

r. *Alicae populatur)* Ad alicam faciendam meſſis populatur, hoc eſt, auide rapitur ob eius exiſtimationem, a Laborinorum camporum incolis. Sic MSS. Chifflet. In Reg. *populitur.* Quid alica ſit, dicemus L. XVII. ſ. 29. H.

s. *Fontibus)* Baianas aquas intelligit, et Puteolanas, et Stabianas. H.

t. *Piſce nobili)* Scaro. Vide quae dicturi ſumus L. IX. ſ. 29. Oſtrea quoque, credo, Baiana et Lucrina intelligit, de quibus L. IX. ſ. 79. H.

u. *Adnotantur)* Celebrantur, nobilitantur. Vide Not. et Em. N. XLI. (hic poſ.) *Conchylio et piſce nobili adnotantur)* Sic libri omnes, nec

generoſior oleae liquor: Et x. hoc quoque certamen humanae voluptatis tenuere Oſci, Graeci, Vmbri, Thuſci, Campani. In ora Sauo y. fluuius: Vulturnum z. oppidum cum amne, Liternum a. Cumae b. Chalcidenſium c., Miſenum d., portus

 Baia-

nec coniectura placet eruditi viri, legentis *adnatantur*: qua forma dictum ab Ouidio eſt, *Nouit quae multo piſce natantur aquae*. Adnatari enim conchylio litora dure admodum dici nobis videtur. H.

x. *Et hoc quoque*) Felicem hunc ſoli tractum, in quo humanae voluptati explendae Liber pater, cum Cerere certat et Pallade, tenuere varii ſubinde populi; primum Opici, Auſonesque, inquit Strabo ex Polybio, l. V. p. 242. Deinde Oſci, etc. H.

y. *Sauo*) Latium hic a Campania diſterminat. Hodie *S. one*. Camillus Peregr. p. 151. H.

z. *Vulturnum*) Vulturnum a colonia Roma eo miſſa conditum ad oſtia Vulturni fluvii, hodie Vulturnia. Liu. lib. IV. ait Capuam olim Vulturnum dictam fuiſſe; Capuae vero nomen inditum a Capuo Samnitum duce qui eam ceperat, vel a campeſtri agro. Vulturnum flumen etiam a Romanis *Nataronum* vocatum fuiſſe tradit in vita Fabii, Plutarchus. *Dalec.*

*Vulturnum*) Amnis Campaniae maximus, *Voltorno*, dedit oppido nomen, quod nunc caſtellum tenue eſt in ora, *Caſtel del Voltorno*. H.

a. *Liternum*) Nunc vicus *Torre di Patria*, ab amne cognomine, quem Virgil. L. II. Clanium vocat, vt recte Camil. Peregr. p. 189. In Synodo Palmari, ſub Symmacho, *Aprilis Literneńſis*. H.

b. *Cumae*) Cumis Hamae vicinae fuerunt, ſacrorum religiones clarae. Liu. lib. XXIII. *Campani adorti ſunt rem Cumanam ſuae ditionis facere: primo ſollicitantes vt a Romanis deficerent. Vbi id parum proceſſit, dolum ad capiendum eos componunt. Sacrificium ad Hamas nocturnum erat, etc.* In arduo monte qui a Balneis Tripergulinis abeſt mille et quingentos paſſus, Hamarum inſignes ruinae conſpiciuntur. *Dal.*

c. *Chalcidenſium*) Hoc eſt a Chalcidenſibus conditae ſiue vt Solinus ait, c. 2. ab Euboenſibus. Eſt enim oppidum Euboeae Chalcis. Livius

Baiarum, Bauli e., lacus Lucrinus f. et Auernus g., iuxta quem Cimmerium oppidum quondam. Dein Puteoli h., colonia Dicaearchia dicti: poſtque i. Phlegraei

vius, L. VIII. p. 144. *Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt.* Sic et Euſtath. in Iliad. β. p. 279. Nunc ſolum ſupereſt nomen, *Cuma.* H.

d. *Miſenum)* *Capo di Miſeno*, vbi oppidi ruderа: Sic Baiis ſolum reſtat caſtellum. *Caſtel di Baia.* Bauli retinet nomen: *Bauli et Bagola.* Hortenſii villa quae eſt ad Baulos, inquit Cicero L. IV. Acad. p. 28. H.

e. *Bauli)* Baulos, Herculeos vocat Silius, quod eo Geryonis armenta diuerſatus Hercules egiſſet, quaſi βοκύλας. Hadrian. Iun. cap. 9. lib. I. *Dal.*

f. *Lucrinus)* Fuit prope receſſum intimum ſinus Puteolani. Nunc eſt palus lutoſa, cum arundineto. Olim Auerno coniunctus, tunc cum portus eſſet, qualis a Virgilio deſcribitur, L. II. Georg. v. 161. *An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra, Atque indignatum magnis ſtridoribus aequor; Iulia qua ponto longe ſonat vnda refuſo, Tyrrhenosque fretis immittitur aeſtus Auernis?* H.

g. *Auernus)* Antro Sibyllae celebratiſſimus: hodie *Lago d' Auerno*, et *Lago di Tripergola.* Quae de Cimmeriis hoc terrarum tractu ſunt olim prodita, fabulis accenſet Strabo, L. V. p. 245. Nihil praeter verum Feſtus: *Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias et Cumas, in ea regione, in qua conuallis ſatis eminenti iugo circumdata eſt, quae neque matutino, neque veſpertino tempore Sole contegitur.* Et populi pariter et oppidi huius Cimmerii meminit Homerus Odyſſ. λ'. Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε. H.

h. *Puteoli)* Italis *Pozzuolo:* noſtris, *Pouzol.* Prius Δικαιαρχία Straboni, l. c. vbi de Puteolorum nominis origine diſputat. Tacitus Annal. L. XIV. *Vetus oppidum Puteoli ius coloniae, et cognomentum a Nerone adipiſcuntur.* Frontinus tamen, L. de Colon. p. 87. *Puteolis colonia Auguſta. Auguſtus deduxit.* Vide quae dicturi ſumus. L. XXXI. ſ. 2. H.

i. *Phlegraei)* Iidem et Leborini ſeu Laborini dicti: nunc *campo Quarto*, vt egregie aduerſus Cluuerium diſputat Camill. Peregr. p. 261. H.

graei campi, Acheruſia k. palus Cumis vicina. Litore autem Neapolis l. Chalcidenſium et ipſa, Parthenope m. a tumulo Sirenis appellata: Herculanium n.: Pompeii o., haud p. procul aſpectante [1] monte Veſuuio, alluente q. vero Sarno amne: ager



1. *Spectante. Gr. et Al.*

k. *Acheruſia)* Ἀχερουσία λίμνη, Straboni l. c. *Lago della Colluccia.* H.

l. *Neapolis Chalcidenſium, et ipſa Parthenope a tumulo Sirenis dicta)* Sic interpungendum, vt verba illa, *et ipſa*, ad ſuperiora referas. Ait enim, ſicuti Cumas, quas paulo ante reddidit, ita etiam Neapolin Chalcidenſium aedificium eſſe. Auctor eſt Strabo libro V. *Pint.*

*Chalcidenſium et ipſa)* Perinde atque Cumae. Sic Liuius L. VIII. p. 144. et Velleius, L. I. p. 3. H.

m. *A tumulo Sirenis)* Cui Parthenope nomen fuit. Strabo L. V. p. 246. Stephanus: Martianus, L. VI. cap. de conditoribus Vrb. p. 206. Solinus c. 2. p. 13. Sirenum trium haec nomina apud Tzetz. Chiliad. 6. v. 719. Λευκοσία, Λίγεια, Παρθενόπη. H.

n. *Herculanium, Pompeii: haud procul ſpectante monte Veſuuio, etc.)* Lege: *Herculaneum, Pompeii; haud procul ſpectato monte Veſuuio, alluente vero Sarno amne.* Vid. Iſaac. Voſſium in Melam. p. 170. *Gr.*

*Herculanium)* Ἡράκλειον Straboni, l. c. Nunc *Torre di Ripalta*, vt recte Holſten. aduerſus Cluuerium. H.

o. *Pompeii)* Oppidum fuit, nunc rudera: et *Cuitá* nomen. Sarno amne alluebatur, vt auctor eſt praeter Plinium Strabo, p. 247. et Statius, L. II. Carm. 2. Silu. *Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni.* Nomen hodie amni *Sarno*, et *Scafati.* H.

p. *Haud procul)* Hoc et Mela Pomponius, L. II. c. 4. *Herculaneum, Veſuuii montis aſpectus, Pompeii.* H.

q. *Alluente vero Sarno amne, ager Nucerinus eſt: et nouem millia paſſuum a mari ipſa Nuceria)* Prima illa verba, *Alluente vero Sarno amne*, ad ſuperiora pertinent: vt ſcribendum putem, *Pompeii haud procul ſpectante monte Veſuuio, alluente vero Sarno amne. Ager Nucerinus, et IX. M. paſſuum a mari ipſa Nuceria.* Nam verbum, *eſt*, non legitur in ſcriptis codicibus. Allui vero Pompe-

Nucerinus [1]: et nouem millia paſſuum a mari, ipſa Nuceria. q. Surrentum r. cum promontorio Mineruae, Sirenum quondam ſede [2]. Nauigatio a Circeiis s. duodeoctoginta millia paſſuum patet. Regio ea a Tiberi prima Italiae ſeruatur, ex deſcriptione Auguſti. Intus coloniae: Capua t. ab campo

1. *Nucerinus eſt: et Vet.* 2. *ſedes. Chiff.*

ſos Sarno amne, Strabo tradit libro quinto. *Pint.*

q. *Nuceria)* Nocera. Cognomen huic Alfaterna fuit, ad diſcrimen Nuceriae Vmbricae, quae Camellaria dicebatur. Auctor Diodorus Siculus L. XIX. p. 707. H.

r. *Surrentum*) *Sorrento.* Ibi ἀκρωτήριον Ἀθήναιον Straboni L. V. p. 247. nunc quoque *Capo della Minerua:* Sirenianos montes Frontinus vocat, L. de Colon. p. 125. Ab ea regione Sirenum nomen accepit Homerus, Odyſſ. μ. v. 44. Sed eas virgines facit, quae et cantando permulcerent aures, et noſſent labores Graecorum ac Troianorum, aliosque in toto orbe, v. 190. In ea vero fabula, aliud nihil Sirenes, quam conſcriptiones hiſtoricae et poeſes fabuloſae ſunt, quarum lectione capiebatur Vlyſſes. Bis alligari eum oportuit, ne ibi maneret, μ. 196. Quo ſignificatur, cum res domeſtica curanda eſt, male teri tempus in lectione hiſtoriae ſiue ſabularum. Vlyſſi ſocii ipſi ſibi ſponte obturauere, quoniam plebs ſcilicet, aliis diſtenta curis id genus ſtudiorum negligit. Incolere dicuntur Sirenes pratum amoenum, ſed mortuorum oſſibus plenum; quoniam hiſtoria non niſi de mortuis loquitur. In inſula denique eas collocat, μ. 167. νῆσον Σειρήνοιν, quod ipſum hoc integrum hemiſphaerium eſt, Oceano circumcinctum, vt putabant. H.

s. *Circeiis*) Circeium eſt mons, ſiue promontorium potius, ad cuius radices oppidum Sanctae Felicitatis ſitum eſt. *Dalec.*

t. *Capua ab campo*) Liu. L. IV. p. 78. *Capua ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero eſt) a campeſtri agro appellata,* Liuium Feſtus exſcripſit. Sic Diodorus a circumiacentium camporum planitie dictam eſſe vult. Strabo a capite, quod caput eſſet duodecim vrbium, inditum nomen putauit, p. 248. Nunc vicus

eſt,

po dicta, Aquinum u., Sueſſa x., Venafrum y., Sora z., Teanum a. Sidicinum cognomine, Nola b. Oppida: Abellinum c., Aricia d., Alba e. longa, f. Acerra-

eſt, *S. Maria di Capua*: a noua Capua millia paſſuum diſſitus, Camillo Peregr. p. 381. idemque recte admonet, p. 347. in MSS. legi, *Capua ab XI. campo*, hoc eſt, *ab vndecimo campo*, ſic enim et noſtri habent, et fauere Strabo proxime laudatus videtur, perinde ac ſi e duodecim vrbibus, ipſa reliquis vndecim praeſtaret. Plin. L. XVIII. ſ. 29. *Capua colonia ab Auguſto deducta.* H.

u. *Aquinum)* *Aquino*, ac procul amne Liri, in Prou. Terrae Laboris. H.

x. *Sueſſa)* Apud Gruter. p. 1093. COLONIA. IVLIA. FELIX. CLASSICA. SVESSA. Haec Aurunca olim cognominata, ad diſcrimen Sueſſae Pometiae, quae in Volſcis fuit. Saepe etiam ſine cognomine, quod Sueſſa Pometia euerſa iam inde a Tarquinii temporibus foret. Haec nunc *Seſſa* dicitur, intra Lirim et Teanum, de quo mox. H.

y. *Venafrum)* Hodie *Venafri*, in Vulturni fluminis ripa. H.

z. *Sora)* Gruter. p. 409. COLONIA. SORANA. Ad Lirim amnem, Arpino proxima, *Sora*. Ptolemaeo, Σῶρα, L. III. c. 1. H.

a. *Teanum)* Τέανον Σιδικηνὸν, Straboni, L. V. p. 249. ad diſcrimen Teani Apuli, de quo ſ. 16. *Tiano*, ad fontem fluuii Sauonis. H.

b. *Nola)* Gruterus ex Sirmondo, p. 1085. COL. FEL. AVG. NOL. Frontinus, L. de Coloniis, p. 87. *Nola Colonia Auguſta.* H.

c. *Abellinum)* Ab hoc Campaniae Abellino, diuerſum illud quod in Hirpinis fuiſſe videbimus, ſ. 16. Huius meminit Frontinus, p. 82. H.

d. *Aricia)* Nunc *l' Aricia*, vbi lacus Aricinus Dianae ſacer prope Velitras. Ἀρικία Ptolemaeo, L. III. c. 1. Frontino, L. de Colon. p. 82. *Arina*, pro *Aricia*. H.

e. *Alba longa)* Solo aequata a Romanis, Tulli Hoſtilii principatu. Dionyſ. L. I. p. 53. Ex eius ruderibus oppidum excitatum, cui nomen vetus *Albano* eſt, XII. fere millia paſſuum ab vrbe Roma. H.

f. *Acerrani)* Ab Acerris, oppido ad Liternum amnem, ſeu Clanium. De his Virgil. L. II. Georg. v. 225. *Talem diues arat Capua, et vicina Veſuuo Ora iugo, et vacuis Clanius non aequus Acerris.*

Vide

cerrani, Allifani g., Atinates h., Aletrinates i., Anagnini k., Atellani l., m. Affilani [1], Arpinates n., o. Auximates [2], Auellani p., Alfaterni q.: et qui ex agro

1. *Aesulani. V. Asulani Gr. et Al.* 2. *Auximares, Auxellani. Vet.*

Vide Seruium in eum locum. Sunt et Acerrae aliae, de quibus dicemus, ſ. 19. H.

g. *Allifani)* Oppidum Straboni, L. V. p. 238. Ἀλιφαί. Liuio, L. IX. p. 168. *Allifae*: Incolae, p. 167. *Allifates*, Frontino, L. de Colon. p. 83. *Allife.* Nunc ruderibus nomen eſt *Alifi*, prope Vulturni ripam. H.

h. *Atinates)* Ἄτινα Ptolemaeo, L. III. c. 1. prope Fidenas, in oppidis Latinorum mediterraneis: nunc vicus, a Caſſino IV. M. paſſ. in radicibus Apennini montis. H.

i. *Aletrinates)* Alatrinates Hernici nominis populos vocat Liuius, L. IX. p. 83. Nunc *Alatri*, inter Anagniam et Soram. Frontino, L. de Colon. p. 82. *Alatrum.* H.

k. *Anagnini) Dives Anagnia* Maroni dicitur, nunc *Anagni*, in Campania, vt vocant, Romana. H.

l. *Atellani)* Atellanorum ruinae viſuntur in Auerſa oppido regni Neapolitani. Prope id oppidum diuae Mariae templum, quod nomine vetuſto in Altella vocatur. Robertus Guichardus Auerſum nominauit, quod illic munitis caſtris Neapolin ſimul et Capuam per longum tempus obſidens aduerſatus diu ſit. *Dal.*

*Atellani)* Ἄτελλα Straboni, L. V. p. 249. In eius ruinis nunc eſt *S. Arpino*, ſive *S. Elpidio*, duobus mill. paſſ. ab Auerſa. Aperſanus Epiſcopus, etiam et Atellanus olim, et Cumanus dicebatur. Holſten. H.

m. *Affilani)* Ab oppido, *Affile.* Vide Not. et Em. N. XLII. (hic conſp.) *Affilani)* In MSS. *Afulani.* In edit. Parm. *Veſulani*, perperam: exigente elementorum ſerie, vt ab A gentis eius nomen incipiat. Frobenius, et alii poſt eum, *Aſulani.* Nos *Affilani*: quod apud Frontinum legitur, L. LXXXIII. *Affile oppidum lege Sempronia.* H.

n. *Arpinates)* Arpinum, natale Ciceronis ſolum, *Arpino*, mill. paſſ. a monte Caſſino. H.

o. *Auximates)* Horum ſitus adhuc obſcurus. Caue enim cum Auximatibus aliis confundas, de quibus in quinta Italiae regione dicemus inferius ſect. 18. H.

p. *Auellani)* Ἄβελλα Straboni, L. V. p. 249. et nunc *Auella*,

agro r. Latino, item Hernico, item Labicano cognominati: Bouillae s., Calatiae t., Casinum u., x. Calenum,

*Auella*, ad fontes amnis Literni. H.

q. *Alfaterni)* A Nuceria Alfaterna, de qua superius, hi nomen habent. Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρνη vocat Diodorus, L. XIX. Bibl. p. 707. H.

r. *Et qui ex agro)* Alfaterni, vt seruetur locorum per litterarum seriem digestio, in Latinis, Hernicis, Labicanisque sunt repetendi. Λαβικανοὶ Dion. Halic. L. V. p. 326. Quorum oppidum Labicos vocat Liu. L. II. p. 34. Nunc esse oppidum *Columna*, Holstenio credit Fabrettus, diss. I. de Aquaed. p. 13. H.

s. *Bouillae)* Bouilla oppidum Frontino, L. I. de Colon. p. 83. H.

t. *Calatiae)* Calatia, hodie, *Caiatia*. Huic vicinus Callis Sidicinus, hodie, *Calvi*, et Callicula, hodie *Caianello*. *Dal.*

*Calatiae)* Liuio, Calatia, L. IX. p. 162. Nunc vicus ignobilis, in Appia via, *S. Gaiazza*, inter Capuam et Beneuentum. Holsten. H.

u. *Casinum)* Varro lib. VI. de Ling. Lat. *Cassinum* scribit, ac eius dictionis rationem ducit a *Casso*, quod *vetus* significat, quod veteres Samnites a Sabinis orti id tenuerunt: eadem ratione Forum Cassinum *vetus* appellari. Papinius *Casinum* scribit prima breui, — *Nymphisque habitata Casini Rura euastantur*. Nunc Diui Benedicti coenobium in monte Cassino. *Dal.*

*Casinum)* Nunc *Monte Casino*. H.

x. *Calenum)* Calenum hodie Carinula. Iuuen. — *Et molle Calenum Porrectura viro*. sub. vinum, quod in eo tractu nobile fuit: vt Massicum, Falernum, Surrentinum, Cecubum, dicta a collibus Caleno vicinis, imprimis vitiferis. *Dal.*

*Calenum)* Non est *Carinola*, prope Massicum montem, vt visum est eruditis: sed *Calui*, citra Capuam fere IV. mill. pass. Cales et Calenum idem oppidum est. Calenum municipium Cicero vocat, orat. 2. in Rullum. Horat. L. I. Od. 20. *Caecubum, et praelo domitam Caleno Tu bibes uuam*. Et L. IV. Od. 12. *Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis*. Plura de eo argumento Camillus Peregr. p. 436. H.

lenum, y. Capitulum [1] Hernicum, Cereatini qui z. Mariani cognominantur: Corani a. a Dardano Troiano orti: Cubulterini, Caſtrimonienſes b., Cingulani: c. Fabienſes [2], in monte Albano: d. Foropopulien-

1. *Capitulum Cernetum, Cernetani Gr. et Al.* 2. *Galienſes. Ch.*

y. *Capitulum)* Frontino, L. de Colon. p. 123. *Capitulum oppidum lege Syllana eſt deductum.* Vide Not. et Em. N. XLIII. (paulo poſt) vbi et de Cereatinis dicitur. *Capitulum Hernicum, Cereatini qui Mariani)* In ed. Parmenſi *Capitulum Hernetum, Cernetani.* Frobenius aliique deinceps, *Capitulum, Cernetum: Cernetani.* Emendationis noſtrae auctor fuit partim Strabo, L. V. p. 238. partim Frontinus: Sic enim ille: Ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ Πραίνεσον, ἥ τε τῶν Ἑρνίκων πολίχνη Καπίτουλον, καὶ Ἀναγνία πόλις ἀξιόλογος, καὶ Κερεατῶι etc. *In montibus ſupra Praeneſte, vrbs Hernicorum ſita eſt, Capitulum, et Anagnia vrbs inſignis, et Cereatae.* Itaque erit *Hernicum* pro *Hernicorum*, et a Cereate Cereatini. Frontinus vero L. de Colon. p. 85. *Cereate Mariana* (non *Marina*) *municipium familia C. Marii obſidebat.* Et p. 118. *Ceretium* (lege *Cereatium*) *municipium familia Marii obſidebant.* H.

z. *Qui Mariani)* Ob familiam C. Marii. H.

a. *Corani)* *Coram Dardanus condidit*, inquit Martianus, L. VI. p. 206. et Solinus c. 2. p. 13. Lucanus L. VII. v. 393. vere admodum, *Gabios, Veiosque, Coramque Puluere vix teĕtae poterunt monſtrare ruinae.* H.

b. *Caſtrimonienſes)* Frontino L. de Colon. p. 85. *Caſtrimonium oppidum lege Syllana eſt municipium.* H.

c. *Fabienſes)* Fabiae gentis oppidulum in Albano monte, prope Albam longam, de qua antea dictum eſt. H.

d. *Foropopul.)* Inſcript. apud Camill. Peregr. p. 460. FOROPOPILIENSIVM. Forum Populi, vel Popilii, Φόρος Ποπλίου apud Ptolemaeum, L. III. c. 1. iuxta Capuam, cui finitimus ager Falernus fuit. Ex male diſtincto hoc Plinii loco, Foropopulienſes Cluuerius e Falerno agro tranſtulit in Albanum montem. Ibi Forum Populi fuit, vbi nunc *Rocca di Papa.* Ex Frontino p. 85.

pulienſes [1], ex Falerno: e. Fruſinates [2], Ferentinates f., Freginates g., Fabraterni veteres, Fabraterni noui, Ficolenſes h., i. Foroappii [3], Forentani, k. Gabini

1. *Foropopulienſes. Ex Falerno, Fraſinates Gr. et Al.*
2. *Fuſcinates, a Fuſcinone oppido. Vet.* 3. *Foroappiani. V. hodie foſſa noua, coenobium.*

p. 85. *Forum Populi* dicitur: at rectius p. 119. *Popilii.* Ἀγορὰ Ποπιλία Dion. Halic. L. I. p. 17. H.

e. *Fruſinates)* A Fruſinone oppido, cuius Frontinus meminit, L. de Coloniis p. 85. cum Ferentino, a quo Ferentinates, et Fabrateria, vnde Fabraterni. Fabrateria hodie *Falvatera* prope Lirim amnem. Ferentinates Hernici nominis populos appellat Liuius, L. IX. p. 168. Fruſinatum idem meminit, L. X. p. 170. Φρουσινώνος oppidi, Diod. Sic. L. XX. Bibl. p. 809. quod hodieque nomen durat, haud procul a fontibus Liris amnis. Iuvenalis quoque Satyr. 3. v. 224. *Aut Fabrateriae domus, aut Fruſinone paratur.* Grut. p. 1095. FRABATERNI. NOVANI. et alibi FRABATERNI. NOVI. praue. Tab. Peuting. ſ. 4. ANAGNINO VIII. FERENTINVM VII. FEBRATERIAE IIII. H.

f. *Ferentinates)* Ferentium Tuſciae Ptolemaeo, vnde Ferentini: Ferentinum Latii, vnde Ferentinates. Strabo perpetuo *Ferentinum* ſcribit. Eſt et in Samnio Ferentum, ſiue Sabinis, vnde Ferentani et Ferentii. Valer. lib. II. *Habitabat in villa ſua prope vicinum Sabinae regionis Ferentum:* quamuis illic quidam legant Fretum. *Dal.*

g. *Freginates)* Ab alio, quam Fregenis, ſeptimae regionis, et Etruriae oppido, de quo diximus ſect. ſup. H.

h. *Ficolenſes)* Ficulnea vetus oppidum, apud Liu. L. I. p. 14. prope Corniculum. Incolae Φικόλνεοι Dion. L. I. p. 14. Nunc Fanum *S. Vaſile*, tribus paſſ. mill. a Fidenis. H.

i. *Foroappii)* Mira nominis conformatio a Foro Appii: ſaltem *Foroappienſes* diceret, vt Foropopulienſes. Nunc eſt *Caſarilio di S. Maria*, infra Setiam, ad Pontinam paludem, vt ait Vibius Seq. p. 341. a Terracina, M. P. XVIII. vt Antoninus, ſiue vt volunt, Aethicus. H.

k. *Gabini)* Γάβιοι oppidum in Praeneſtina via, inquit Strabo, L. V. p. 238. a Praeneſte Romam euntibus. H.

bini, l. Interamnates [1] Succaſini, qui et Lirinates vocantur: Ilionenſes m., Lauinii n., Norbani,

1. *Interamnates, Succaſani qui et L. Gr. et Al.*

l. *Interamnates Succaſini*) Succaſini, et Lirinates, non nomina ſunt, ſed horum Interamnatium cognomina. Sunt enim alii rurſus Interamnates in quarta ſextaque regione nominandi. Hanc Interamnam, quae ab amne Liri in Latio nomen habet, Holſtenius ibi ſitam eſſe putat, vbi nunc eſt *Torre di Termine*, alii vbi Caſtrum *l' Iſoleta*. Vide Not. et Em. N. XLIV. (hic adi.) *Interamnates Succaſini, qui et Lirinates*) Haec coniunctim vt legerentur, effecimus: non vti prius, *Interamnates, Succaſani, qui et Lirinates*. Nam praeter elementorum ſeriem, quae nunc alioqui abrumperetur, docet id vetus inſcriptio apud Gruter. p. 431. quae Caſino in monte reperta eſt: in qua REIP. INTERAMNAT. LIRIN. mentio habetur. Sic porro appellati ſunt, quod ad Lirim amnem ſedes haberent: Succaſini autem (ſic enim emendo, pro *Succaſani*) quod ſub Caſino monte. Auctor emendandi Liuius, L. XXVI. p. 282. *Sub Caſinum biduo ſtatiua habita: Inde praeter Interamnam, Aquinumque in Fregellanum agrum ad Lirim fluuium ventum.* H.

m. *Ilionenſes, Lauinii*) Forte haec coniunctim legenda, vt Ilionenſes dicti ſunt, quod ab Ilio primi eius oppidi incolae cum Aenea venerunt, cui oppido nomen Lauinio fuerit. In eo colle ſitum fuiſſe videtur, qui nunc vulgo *Monte di Leuano*, M. D. paſſ. ſupra Patricam. Holſt. Vide Not. et Em. N. XLV. (hic conſp.) *Ilionenſes Lauinii*) Lanuuii repoſuit Hermolaus ex Ptolemaeo, ob vetus municipium Lanuuium, qui pagus eſt hodie *Indovina*, haud procul Velitris. At maior longe dignitas Lanuuii fuit, vt vetuſtas maior: nam vt Varro ait L. IV. de L. L. p. 35. *Oppidum, quod primum conditum in Latio ſtirpis Romanae Lauinium* fuit: *Hoc a Latini filia, quae coniuncta Aeneae, Lauinia appellata*: etc. Frontino, p. 86. et 124. *Lauro Lauinium* dicitur Dion. Halic. Antiq. L. V. p. 278. Λαυίνιον μητρόπολις τοῦ Λατίνων γένους. Incolae Λαβινιᾶται. p. 326. H.

n. *Lauinii*) In ruinis Lauinii exſtructa eſt ciuitas Indiuina. Aliud fuit Lanuuium municipium, e quo Licinii Murenae originem trahebant.

ni o., Nomentani p., Praeneſtini q., vrbe quondam Stephane dicta, Priuernates r., Setini s., Signini, Sueſſulani, Telini t., Trebulani [1] u. cognomine

1. *Alias Mutiſcaei infra c. 12.*

hebant. Roma Tarracinam petentibus occurrit Marinum, deinde Lucii Murenae villa, adhuc nonnihil integra, et Portium praedium. Marinum quidam Marianam villam eſſe putant: alii exſtructum fuiſſe ex Lauinii ruinis. Quidam de Zagarolo propinquo id exiſtimant. In denariis Romanis inſignia fuere penates tantum duo, haſtas manibus tenentes, porca in eorum medio: quod ſus Aeneae Lauinii porcos albos triginta pepererat, Albae poſt annos triginta a Lauiniis condendae oſtentum. Vrſinus famil. Sulpic. et Leandr. in deſcrip. Latii litoral. pag. 198. *Dalec.*

o. *Norbani*) Norba olim Volſcorum oppidum, hodie *Norma roumata*, Signiam inter, paludesque Pomptinas, Liu. L. XXXII. p. 383. H.

p. *Nomentani*) Nomentum oppidum Liuio, L. I. p. 14. Hodie *Lamentana*. Baccius, L. V. p. 271. in Terra Sabina. H.

q. *Praeneſtini*) Vrbs Praeneſte, Πραίνεστος Straboni, L. V. p. 238. vbi et Πολυσέφανον quondam appellatam ſcribit, quo nomine coronarum multitudo exprimitur. Hodie *Pilaſtrina*, et *Paleſtrina* dicta. Olim ſummo montis attollebatur iugo. A Bonifacio VIII. diruta, in vallem deinde deiecta eſt. H.

r. *Priuernates*) Πριβερνον Ptolemaeo in Latio, L. III. c. 1. Priuernum oppidum Frontino, p. 125. Nunc *Piperno*, ad Vfentem fluuium et Pomptinas paludes. H.

s. *Setini* etc.) Setini a Setia, de qua ſupra. *Signini* a Signia colonia, Liuio L. II. p. 28. *Segni*, in Campania vt vocant, Romana. *Sueſſulani* ab oppido Σεσσουλα, cuius meminit Strabo, L. V. p. 249. nunc *Caſtel di Seſſola*, prope dirutum: olim colonia Sueſſula Frontino, p. 88. H.

t. *Telini*) Forte *Teleſini*, a Telelia colonia, apud Frontinum, p. 89. Τελεσία Ptolemaeo, L. III. c. 1. prope Beneuentum. H.

u. *Cognomine*) Ad diſcrimen Trebulanorum in Samnio, de quibus ſ. 17. Horum oppidum ἡ Τρεβόλα, Dion. Halic. L. I. p. 11. H.

mine Balinienſes, Trebani x. Tuſculani y., Verulani z., Veliterni a., Vlubrenſes b., c. Vluernates [1]: ſuperque Roma ipſa: cuius d. nomen alterum dicere, arcanis caerimoniarum nefas habetur: optimaque et ſalutari fide abolitum enunciauit Valerius Soranus, luitque e. mox poenas. Non alienum videtur inſerere hoc loco exemplum religionis antiquae, ob hoc maxime ſilentium inſtitutae. Namque Diua Angerona, cui ſacrificatur, a. d. f. XII [2] Calend.

1. *Vrbinates. Chiff.* 2. *Ad diem XII. Cal. Ian. Gr. et Al.*

x. *Trebani)* Τρήβα Ptolemaeo, L. III. c. 1. Latii oppidum nunc *Terui*, in Campania Romana. H.

y. *Tuſculani)* Prope erat villa Ciceronis Tuſculana, hodie, *Sancta Maria di grotta ferrata. Dal.*

*Tuſculani)* Tuſculum ibi fuit, vbi nunc Freſcati. H.

z. *Verulani)* Oppidum *Verulae* Frontino, L. de Colon. p. 90. et 127. Nunc *Veroli*, infra Alatrium, in Hernicis; auctore Liuio, L. IX. p. 168. H.

a. *Veliterni)* Sub monte Algido Velitrae oppidum Liuio L. II. p. 31. hodieque *Velitri.* H.

b. *Vlubrenſes)* Ab Vlubris, oppido deſerto, de quo Iuvenal. Sat. 10. p. 102. *Pannoſus vacuis aedilis Vlubris.* H.

c. *Vluernates)* MSS. Reg. etc. *Vruanates*, ab vrbe fortaſſis extorta appellatione. Vrbinates habere hic locum nequeunt, qui in regione ſexta appellandi ſunt. H.

d. *Cuius nomen alterum dicere, etc.)* Roma altero nomine *Valentia* vocabatur. Vide Solinum cap. 2. M. Velſerum rer. Auguſt. lib. III. pag. 50. et lib. II. p. 23. Iul. Iacobon. append. ad famil. Caeſ. p. 9. Pet. Pith. adverſ. I. cap. 4. Briſſon. form. 1. pag. 70. Fabric. Rom. cap. 2. Onuphr. vrb. Rom. pag. 16. et auctorem ipſum infra, lib. XXVIII. cap. 2. *Dal.*

*Cuius nomen)* Haec deinceps totidem verbis Solinus, c. I. p. 31. Nomen id alterum fuiſſe Valentiam tradunt. Vide quae in eam rem dicturi ſumus, L. XXVIII. f. 4. H.

e. *Luitque mox)* Necem ei allatam ait Solinus. Vide etiam Plutarch. in Quu Rom. p. 278. H.

f. *A. d. XII.)* Hoc eſt ante diem duodecimum Calendas, ſeu ipſo die duodecimo ante

lend. Ianuarii, ore obligato obſignatoque ſimulacrum g. habet. Vrbem h. tres i. portas habentem Romulus reliquit, aut (vt plurimas [1] tradentibus credamus) quatuor. Moenia eius collegere ambitu Imperatoribus Cenſoribusque Veſpaſianis anno conditae k. DCCCXXVI. [2] paſſ. XIII. [3] l. M. CC.



1. *Plurimis. V.* 2. DCCCCXX. *Cb.* DCCCCXXVIII. *Gr. et Al.* 3. XXX. *Vet.*

ante Calendas. Solinus loco cit. Vide quae de hac forma loquendi dicturi ſumus, L. VIII. f. 70. H.

g. *Simulacrum habet)* In ara Volupiae collocatum, vt docet Macrobius, L. I. Saturn. c. 10. p. 229. qui quamvis eo loco diſſidere a Plinio videatur, affert tamen auctores alios, qui eidem ſuffragentur, L. III. Saturn. c. 9. p. 405. H.

h. *Vrbem)* Vrbs ab orbe, ſiue vruo, quod et vrbum dicitur. Vruum autem τὸ ἀνάστιμον, indeque et aratri pars. Orbis quem et Olympum, limbum, mundum vocarunt. Foſſa primum excavata die auſpicato, qua cingebatur vrbs iunctis boue vaccaque interiore, aratro ſulco ducto, introrſumque moenibus factis. Varro. Magius cap. 13. lib. III. *Dal.*

i. *Tres portas habentem)* Quadratam Fabio Pictori, Catoni, Pompeio, Ennio: *Et quis extiterat Romae regnare quadratae.* Plutarcho in Romulo τετράγωνον. *Magius.* Portarum Vrbis 34. nomina, appellationisque rationem vide apud Alex. ab Alex. cap. 16. lib. IV. *Gr.*

*Tres portas)* Carmentalem, Romanam et Pandanam, quae dicta olim Saturnina eſt, teſte Varrone: mox Pandana, auctore Feſto, quod pateret omnibus. Hallucinantur porro, qui Quadratam Romam apud vetuſtos ſcriptores rerum Romanarum, de ipſa Vrbe accipiunt, Solinum ſecuti ſcilicet, quadratamque Vrbem, et ſuam cuique lateri angulone portam fuiſſe ſomniant: cum Quadrata Roma locus in Palatio fuerit, ſtructus a Romulo, priusquam Vrbi condendae ſulcum duceret, qui locus Romae fuit, etiam P. Victoris aeuo, a quo in regione Vrbis decima locatur, hoc eſt, in Palatio. Vide et Plutarchum in Romulo: et Feſtum, verbo *Quadrata Roma.* H.

k. DCCCXXVI.) De anno huius Cenſurae dicemus, L. VII.

mine Balinienſes, Trebani x. Tuſculani y., Verulani z., Veliterni a., Vlubrenſes b., c. Vluernates [1]: ſuperque Roma ipſa: cuius d. nomen alterum dicere, arcanis caerimoniarum nefas habetur: optimaque et ſalutari fide abolitum enunciauit Valerius Soranus, luitque e. mox poenas. Non alienum videtur inſerere hoc loco exemplum religionis antiquae, ob hoc maxime ſilentium inſtitutae. Namque Diua Angerona, cui ſacrificatur, a. d. f. XII [2] Calend.

1. *Vrbinates. Chiff.* 2. *Ad diem XII. Cal. Ian. Gr. et Al.*

x. *Trebani)* Τρήβα Ptolemaeo, L. III. c. 1. Latii oppidum nunc *Terui*, in Campania Romana. H.

y. *Tuſculani)* Prope erat villa Ciceronis Tuſculana, hodie, *Sancta Maria di grotta ferrata. Dal.*

*Tuſculani)* Tuſculum ibi fuit, vbi nunc Freſcati. H.

z. *Verulani)* Oppidum *Verulae* Frontino, L. de Colon. p. 90. et 127. Nunc *Veroli*, infra Alatrium, in Hernicis; auctore Liuio, L. IX. p. 168. H.

a. *Veliterni)* Sub monte Algido Velitrae oppidum Liuio L. II. p. 31. hodieque *Velitri*. H.

b. *Vlubrenſes)* Ab Vlubris, oppido deſerto, de quo Iuvenal. Sat. 10. p. 102. *Panoſus vacuis aedilis Vlubris.* H.

c. *Vluernates)* MSS. Reg. etc. *Vruanates*, ab vrbe fortaſſis extorta appellatione. Vrbinates habere hic locum nequeunt, qui in regione ſexta appellandi ſunt. H.

d. *Cuius nomen alterum dicere, etc.)* Roma altero nomine *Valentia* vocabatur. Vide Solinum cap. 2. M. Velſerum rer. Auguſt. lib. III. pag. 50. et lib. II. p. 23. Iul. Iacobon. append. ad famil. Caeſ. p. 9. Pet. Pith. adverſ. I. cap. 4. Briſſon. form. 1. pag. 70. Fabric. Rom. cap. 2. Onuphr. vrb. Rom. pag. 16. et auctorem ipſum infra, lib. XXVIII. cap. 2. *Dal.*

*Cuius nomen)* Haec deinceps totidem verbis Solinus, c. I. p. 31. Nomen id alterum fuiſſe Valentiam tradunt. Vide quae in eam rem dicturi ſumus, L. XXVIII. f. 4. H.

e. *Luitque mox)* Necem ei allaram ait Solinus. Vide etiam Plutarch. in Quu. Rom. p. 278. H.

f. *A. d. XII.)* Hoc eſt ante diem duodecimum Calendas, ſeu ipſo die duodecimo

ante

lend. Ianuarii, ore obligato obſignatoque ſimulacrum g. habet. Vrbem h. tres i. portas habentem Romulus reliquit, aut (vt plurimas [1] tradentibus credamus) quatuor. Moenia eius collegere ambitu Imperatoribus Cenſoribusque Veſpaſianis anno conditae k. DCCCXXVI. [2] paſſ. XIII. [3] l. M. CC.



1. *Plurimis. V.* 2. DCCCCXX. *Cb.* DCCCCXXVIII. *Gr. et Al.* 3. XXX. *Vet.*

ante Calendas. Solinus loco cit. Vide quae de hac forma loquendi dicturi ſumus, L. VIII. f. 70. H.

g. *Simulacrum habet)* In ara Volupiae collocatum, vt docet Macrobius, L. I. Saturn. c. 10. p. 229. qui quamvis eo loco diſſidere a Plinio videatur, affert tamen auctores alios, qui eidem ſuffragentur, L. III. Saturn. c. 9. p. 405. H.

h. *Vrbem)* Vrbs ab orbe, ſiue vruo, quod et vrbum dicitur. Vruum autem τὸ ἀνάσιμον, indeque et aratri pars. Orbis quem et Olympum, limbum, mundum vocarunt. Foſſa primum excavata die auſpicato, qua cingebatur vrbs iunctis boue vaccaque interiore, aratro ſulco ducto, introrſumque moenibus factis. Varro. Magius cap. 13. lib. III. *Dal.*

i. *Tres portas habentem)* Quadratam Fabio Pictori, Catoni, Pompeio, Ennio: *Et quis exiterat Romae regnare quadratae.* Plutarcho in Romulo τετράγωνον. *Magius.* Portarum Vrbis 34. nomina, appellationisque rationem vide apud Alex. ab Alex. cap. 16. lib. IV. *Gr.*

*Tres portas)* Carmentalem, Romanam et Pandanam, quae dicta olim Saturnina eſt, teſte Varrone: mox Pandana, auctore Feſto, quod pateret omnibus. Hallucinantur porro, qui Quadratam Romam apud vetuſtos ſcriptores rerum Romanarum, de ipſa Vrbe accipiunt, Solinum ſecuti ſcilicet, quadratamque Vrbem, et ſuam cuique lateri angulone portam fuiſſe ſomniant: cum Quadrata Roma locus in Palatio fuerit, ſtructus a Romulo, priusquam Vrbi condendae ſulcum duceret, qui locus Romae fuit, etiam P. Victoris aeuo, a quo in regione Vrbis decima locatur, hoc eſt, in Palatio. Vide et Plutarchum in Romulo: et Feſtum, verbo *Quadrata Roma.* H.

k. DCCCXXVI.) De anno huius Cenſurae dicemus,

Complexa montes m. septem, ipsa diuiditur in regiones quatuordecim, compita n. Larium [1] CCLXV. Eius-

1. *Earum. Vet.*

L. VII. f. 50. Porro Imperatores Vespasianos, patrem et filium ex aequo vocat, quod sane est animaduersione dignum. Vide L. II. f. 10. H.

l. XII. M. CC.) Minore tum aliquanto, quam nunc est passuum mensura: emensisque extrinsecus moenibus, et castris Praetoriis, turribusque circuitis. Hodiernam murorum amplitudinem vetere illa decem stadiis, hoc est, MCCL. passuum contractiorem esse, auctor est Martianus, L. I. c. 1. Topographiae Vrbis. Non credimus. H.

m. *Montes septem)* Palatinum: Capitolinum: Caelium, seu Querquetulanum, vbi nunc aedes Lateranenses: Exquilinum, cum Viminali, nunc S. Mariae ad Niues: Quirinalem, nunc *Monte Cavallo*, ab equis duobus marmoreis, quos gigantes tenent, Phidiae opere, et Praxitelis: Aventinum, nunc S. Sabinae: et trans Tiberim, Ianiculum, quod Vrbi Ancus addidit, et fuit, vt mox dicetur a Plinio, in parte Romae: nunc est *Montorio*, vbi regio quarta decima fuit. H.

n. *Compita Larium* CCLXV.) Attestatur Ouidianus versiculus, *Compita grata Lari, compita grata cani.* Nam in compitis sacrum aniniuersarium Laribus fiebat: vnde *Compitalia* dicta, dies ei sacrificio status. Et verba quae subiiciuntur, intelligenda sunt de paribus inter se a miliario ad omnes portas spatiis. *Geleu.*

*Compita Larium)* Non quaeuis compita Vrbis, siue quoslibet exitus vicorum, sed quadriuia tantummodo, vbi Lares, siue aedes, ex quatuor angulis sibi opponuntur: vbi quatuor viae concurrunt, eo numero colligi intelligimus. In compitis Lares olim coli solitos Festus testatur. Vide Not. et Em. N. XLVI. (hic pos.) *Compita Larium)* Lares in compitis coli solitos praeter Festum testatur Ouid. Fast. L. II. v. 615. — *Qui compita seruant, Et vigilant nostra semper in vrbe, Lares.* Et Tranquillus de Augusto, c. 31. *Compitales Lares*, inquit, *ornare bis in anno instituit, vernis floribus, et aestiuis.* Hinc Tertulliani locum obiter emendamus, L. de spectaculis, lib. V. vbi vetus haec arae in-

scri-

Eiusdem ſpatium [1], menſura currente o. a milliario, in capite Rom. fori ſtatuto, ad ſingulas portas, quae ſunt hodie numero triginta p. ſeptem, q. ita [2] vt



1. *Sic ex MS. Hard. eiusdem ſpatii menſura currente Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. Hard. bis quindecim: alii, ita vi patentes portae. ita vt. d. portae ſ. n. Gr. et Al.*

ſcriptio legitur: CONSVS. CONSILIO. MARS. DVELLO. LARES. COMITIO. POTENTES. Rigaltius edidit, *Coillo potentes*. Grammaticus neſcio quis COLIO, idque pro aede iubet accipi domicoliumque quondam dictum eſſe pro domicilio, hoc vno ductus argumento, ſuſpicatur. Ego libentius, LARES. COMPITO. POTENTES. agnouerim. Laribus dicata compita, et ſub Larium tutela praeſidioque ea eſſe: Ludos idcirco compitalitios appellatos, ex compitis in quibus agitabantur, docet Macrobius Saturn. L. II. c. 7. p. 221. *Compitalia*, inquit Varro, L. V. de L. L. p. 49. *dies attributus Laribus: — ideo vbi viae competunt, tum in compitis ſacrificatur. Quotannis is dies concipitur.* Apud Seruium non ſemel, *Lares Viales*. H.

o. *Currente a milliario)* Milliarium eſt, 1. ſpatium mille paſſuum, 2. columna aurea in capite fori Romani, ad quam viae publicae terminabantur, 3. Vas Balneatorium magnum multarum amphorarum capax, Senecae cap. 24. lib. III. Quaeſt. Natur. ὑπολήνιον. Milliariae porticus a ſpatio mille paſſuum, vel a numero columnarum. Milliariae oleae cap. 12. lib. XVII. *Dalec.*

*A milliario)* Columna fuit aurea, χρυσοῦν μίλιον, inquit Dio L. LIV. p. 526. ab Auguſto in fori capite conſtituta, octaua regione Vrbis, in quam omnes Italiae viae deſinebant. Id ei nomen inditum, quod ab ea milliariorum numerus, quibus itinera metiebantur, duci primum ſolebat. Conſtituta ea ab Auguſto eſt, A. V. C. DCCXXXIV. M. Apuleio, P. Silio Nerua Coſſ. H.

p. *Triginta ſeptem)* Totidem pariter numerat portas Auct. Deſcr. VrbisRomae ſub finem p. 147. ſed Plinio ſcilicet praeeunte. H.

q. *Ita vt duodecim)* Ad duodecim ex illis, inquit, itur via duplici; per directum, et per obliquum. At hae ſemel a nobis numerantur, qua ad eas itur per directum. Sunt etiam aliae ſeptem, quae ſunt ex veteribus,

duodecim ſemel numerentur, praetereanturque ex veteribus ſeptem, quae eſſe deſierunt, efficit paſſuum per directum XXX. I. M. DCCLXV. Ad s. extrema vero tectorum cum caſtris t. praetoriis ab eodem milliario per u. vicos omnium viarum menſura

bus, omnino autem a nobis non numerantur, quia pervviae eſſe deſierunt. Significat aetate ſua legitimas fuiſſe Romae portas triginta. H.

I. XXX. M. DCCLXV.) Igitur a milliario ad portas ſingulas, ſi omnes adaequentur menſurae, paſſus fuere omnino DCCCXXXI. cum ſemiſſe. Sic enim ab eodem milliario ad vniuerſas triginta ſeptem, menſura colliget XXX. M. DCCLXV. paſſ. A milliario, ſi ita mauis, ad portas ſingulas mille paſſuum plus minus ſpatium erat: ad omnes XXX. millia DCC. LXV. H.

s. *Ad extrema vero tectorum)* Eorum ſcilicet quae moenium ipſorum ambitu continentur, non quae extra moenia poſita in ſuburbio forent: nam de his poſtea. Miror ſenſiſſe aliter eruditos viros, vt olim Lipſium, in Admirandis, L. III. c. 2. et plane nuper Raph. Fabrettum, I. de Aquis et Aquaeduct. Diſſ. 3. p. 158. H.

t. *Caſtris Praetoriis)* Caſtra Vrbi Tiberius Caeſar adiecit, Seiani monitu, Praetoriis cohortibus Praefecti. Nam de eo Tacit. Annal. L. IV. *Vim praefecturae modicam intendit: diſperſas per Vrbem cohortes vna in Caſtra conducendo: — Praetendebat laſciuire militem diductum: ſi quid ſubitum ingruat, maiore auxilio pariter ſubuenri*, etc. Quadrata fuere ea muris, propugnaculis, turribusque munita: inſtructa templo, armamentario, balneis, fontibusque, ad portam Viminalem: vt fuſe demonſtrat Alex. Donatus, L. I. de Vrbe Roma, c. 15. p. 42. H.

u. *Per vicos)* Non iam per directum, inquit, currente menſura, vt prius, per vias quasque maiores, a milliario ad ſingulas portas: ſed ab eodem milliario per omnes omnium viarum maiorum vicos et angiportus, caſtris etiam Praetoriis, et vicis, qui inibi erant, emenſis. Viae omnino in vrbe fuerunt nouem et triginta, quot fere portae: vici quadringenti et viginti quatuor, vt quidem proditum eſt in Deſcript. Vrbis Romae. Sed quotcumque Romae vici eſſent, qui eos omnes, inquit Plinius, facto profectionis

initio

ſura colligit paulo amplius ſeptuaginta x. millia paſſuum. Quo ſi quis altitudinem tectorum addat, y. dignam [1] profecto aeſtimationem concipiat, fateaturque nullius vrbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari. Clauditur ab oriente aggere Tarquinii z. Superbi, inter prima opere mirabili. Namque eum muris aequauit, qua maxime patebat a. aditu plano. Cetero munita erat praecelſis muris, aut abruptis montibus b., niſi [2] quod exſpatiantia tecta multas addidere c. vrbes. In prima regione praeterea fuere d.: in Latio clara oppida, Satricum e., Pometia, Scaptia, Pitulum, Politorium,



1. *Dignationis.* 2. *niſi qua.*

initio a milliario in capite fori Romani ſtatuto, percurreret, is ſeptuaginta millia paſſuum, et eo amplius, ambularet. Eo ſenſu in prophetia Ionae, c. 3. v. 3. *Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum*; quoniam eius vicos omnes pererrare nemo poſſet, niſi itinere trium dierum: vt iterum dicemus ad L. VI. ſ. 16. H.

x. *Septuaginta)* In Deſcriptione Vrbis modo laudata, regiones Vrbis XIV. pedes dicuntur continere CCCCXIX. M. DCCCCXXIV. Paſſus ea menſura efficit, ſi pedem vnum adieceris, LXXXIII. M. DCCCCLXXV. Sed multo certior auctor ac teſtis Plinius. H.

y. *Dignam)* Debitam, conuenientem. H.

x. *Tarquinii)* Vide quae dicturi ſumus, L. XXXVI. ſ. 24. n. 2. H.

a. *Patebat)* Vrbs nimirum. H.

b. *Montibus)* Auentino, Caelio, Quirinali. H.

c. *Addidere vrbes)* Suburbia ſcilicet, quae producta longius ad vicinas fere vrbes pertinebant, Ocriculum, Tibur, Ariciam, etc. H.

d. *Fuere in Latio)* Defecerunt, inquit, in prima regione praeterea, primumque in Latio oppida, etc. Infra enim, *In Campano autem agro*, etc. Ex his nec ſitus plerorumque, nec nomina ipſa conſtant. H.

e. *Satricum*, etc.) De Satrico, Liuius, L. I. p. 34. incolae Σατρικανοί Dion. Halic. L. V. p. 326. Pometia Sueſſa, de qua nos ſuperius

rium f., Tellene, Tifata g., Caenina, Ficana, Cruſtumerium h., Ameriola, Medullia [1], Corniculum, Saturnia i., vbi nunc Roma eſt: k. Antipolis [2], quod nunc Ianiculum in parte Romae: l. Antemnae [3], Came-

1. *Medullum. Ch.* 2. *Aeneipolis. Vet.* 3. *Antenna. Vet.*

rius egimus. A Scaptia Σκαπτήνιοι ap. Dion. l. c. H.

f *Politorium*, etc.) Πολιτώριον Dion Halic. L. III. p. 179. et Liuio, L. I. p. 13. Τελλήνη Dionyſio, Liuio Tellenae, l. c. H.

g. *Tifata)* *Tifata* imminentes Capuae colles vocat Liuius L. VII. p. 150. ſed hi extra fines antiqui Latii. Καινίνη et Κρεσομέριον Dion. L. II. p. 101. et 104. Liuio, L. I. p. 14. *Corniculum*, *Cameria*, *Cruſtumerium*, *Ameriola*, *Medullia*, *Nomentum*, in Latio. Medulliam ab Albanis conditam ait Dionyſ. L. III. p. 136. Ficanae denique Liuius meminit, L. I. p. 13. H.

h. *Cruſtumerium)* In ea regione nunc ſunt Mons rotundus, Palumbaria, et quaedam oppida ignobilia. Vide Scalig. in Feſtum voce Cruſtumina. *Dal.*

i. *Saturnia)* Ouid. Faſtor. L. VI *A patre dicta meo quondam Saturnia Roma eſt.* Virgil. Aen. L. VIII. *Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem: Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.* Vide et Auguſt. de Ciuit. Dei L. VII. c. 4. Dion. Halic. Antiq. Rom. L. I. p. 36. et Varron. d. L. L. L. IV. p. 13. H.

k. *Antipolis)* Sic vett. edd. legunt: veriſimuleque eſt, Pelaſgos aut Arcadas, qui cum Aboriginibus Saturniam tenebant, hoc nomen Ianiculo indidiſſe, quod id oppidum ſibi ex aduerſo ſitum eſſet. *Gelenius.*

*Antipolis)* Quod ex aduerſo Saturniae vrbis, quae vltra Tiberim erat, vbi nunc Roma eſt, condita eſſet in Ianiculo, a Iano, vt diximus: ab Aenea, vt Hermolaus credidit. H.

l. *Antemnae)* Vnde Antemnates, Liuio, L. I. p. 14. et Dion. L. I. p. 13. Καμερία, Dion. L. V. p. 307. *Collatia* Liuio, l. c. Κολλατία Dion. L. III. p. 187. Feſto, Conlatia, a conlatis eo opibus: et porta Vrbis inde dicta Conlatina. A Norbe Norbani ſunt ſupradicti. *Sulmo* nunc *Sermoneta*, inter Veliteas et Priuernum. H.

Camerium, Collaria, Amitinum [1], Norbe, Sulmo: et cum his carnem m. in monte Albano soliti accipere populi Albenses n., Albani, o. Aesolani [2], Acienses, Abolani, p. Bubetani [3], Bolani, Cusuetani, Coriolani, Fidenates, r. Foretii [4], Hortenses, Latinienses, s. Longulani [5], Manates, Macrales, Mutucu-

Qq 5

1. *Sic ex MSS. Hard. consentit Ch. Collatia, Amiternum Gr. et Al.* 2. *Solani. Vet.* 3. *Nubetani. Ch.* 4. *Foresi, Vet. Foruli. Strab. Forenses. Festus in voce Novae curiae.* 5. *Longani. Ch.*

m. *Carnem in monte Albano)* In visceratione, siue ἐν τῇ κρεοδαισίᾳ, cui apud Lacedaemonios splendidissimus quisque ac clarissimus praeficiebatur. Itaque et Lysandro munus aliquando id commissum est. Rhodig. c. 7. V. τὴν κρεοδαισίαν Lampridius in Alexandro *Edulitatem* nominare videtur. *Dal.*

*Carnem — accipere)* Meminit moris huiusce Liuius, L. XXXII. p. 383. *Legati ab Ardea*, inquit, *questi in Senatu, sibi in monte Albano Latinis carnem, vt assolet, datam non esse.* H.

n. *Albenses) Albani dicuntur ab Albano*, inquit Charisius, L. I. p. 81. *Albenses autem ab Alba Fucente.* Sed ab his diuersi sunt Albenses, qui nunc a Plinio appellantur. H.

o. *Aesolani)* Ab Aesola siue Aesula, de qua Horat. L. III. Od. 29. *Ne semper vdum Tibur, et Aesulae Declive contempleris arvum.* H.

p. *Bubetani)* Dionysio Halic. L. V. p. 326. Βουβεντανοί. Qui Plinio Bolani, hos Liuius Volanos, L. IV. p. 82. oppidum *Bolus* vocat, L. VI. p. 106. Κορτιολανῶν πόλιν habet Dionys. L. VIII. p. 495. Coriolos Liuius, L. II. p. 32. Hinc Marcio Coriolano nomen. H.

q. *Fidenates)* Fidenas euertit ac prorsus deleuit M. Aemilius Dictator. *Dal.*

*Fidenates)* Fidenae oppidum, Liuio, L. I. p. 13. XVIII. milliario ab Vrbe Roma, inquit Eutropius, L. I. p. 728. Fidenas, a Mamerco Dictatore direptas narrat Liuius, L. IV. p. 77. Nunc *Castello Giubileo*, sex ab vrbe mill. pass. vt ait Holst. in Ital. p. 127. H.

r. *Foretii)* Forte *Forienses*, de quibus Festus, verbo *Novae Curiae.* H.

s. *Longulani*, etc.) Horum oppidum Longulam Liuius, L. II. p. 34. appellat: Λογγόλαν πόλιν Dion. L. VIII. p. 551.

tucumenſes, Munienſes, Numinienſes, Olliculani, Octulani, Pedani t., u. Polluſtini [1], Querquetulani, Sicani, Siſolenſes, Tolerienſes, Tutienſes, Vimitellarii [2], Velienſes, Venetulani, Vitellenſes 3. Ita x. ex antiquo Latio LIII. populi interiere ſine veſtigiis. In Campano autem agro Stabiae y. oppidum fuere

1. *Poletaurini. Chiff.* 2. *Vimiterali. Vet. Vinutellarii Chiff.* 3. *Vicellenſes. Gr. et Al.*

p. 551. Ceteri deinceps fere incogniti. H.

t. *Pedani)* Pedanos quoque vocat Liuius, L. VIII. p. 142. oppidumque Pedum, L. II. p. 34. Πέδα, πόλις Αὐσονικὴ Stephano. De regione Pedana, Horat. L. I. ep. 4. H.

u. *Polluſtini)* Oppidum Polluſtiam Liuius appellat, L. II. p. 34. Κερκετελανὲς Dion. L. V. p. 326. Τολερίνας, Plutarchus, in Coriolano, p. 227. Velienſes a Velia. Liuius, L. II. p. 24. Vitellenſes, (ſic enim repoſui pro *Vicellenſes,)* a Vitelia, de qua idem Liuius, L. II. p. 34. quam Stephanus Βιτέλλαν vocat. H.

x. *Ita ex antiquo Latio LIII. populi interiere)* Hi populi, qui ex antiquo Latio, Plinii tempore, defecere, illi ipſi ſunt proxima relatione ab ipſo memorati. Nam praefatus fuit, *fuere in Latio clara oppida*: quaſi diceret, fuere olim, iam non ſunt. Hi autem populi LI. ſunt: non LIII. Itaque aut duo oppida librariorum indiligentia omiſſa ſunt, aut in poſtrema ſumma non LIII. ſed L, ſcribi debet. *Plut.*

y. *Stabiae)* Etiamnum inter oſtia Sarni amnis, et Surrentum, loco nomen eſt *Caſtel a mar di Stabia*. De *Stabiano lacte* Galenus, Meth. med. L. V. Symmachus, L. VI. ep. 17. *Stabias ire deſiderant, vt reliquias longae aegritudinis armentali lacte depellant.* Caue igitur hunc nummum Stabiis, aut Bouillis cuſum putes, vt nos olim exiſtimauimus, nihil dum de ſententiis ſuſpicati, quae ſunt in nummis ſcriptae primis duntaxat literis vocum ſingularum. SEPT. GETA. CAES. PONT. *Septimius Geta Caeſar Pontifex:* caput nudum. )(. Bos paſcens. Supra STA: infra. BOV. Legendum videtur. *Seueri Tutantibus Agricolas* aduerſus praedones vel hoſtes, *Beata Orbis Vota.* Tunc enim ſunt laetae ſegetes. Eſt hic nummus

fuere [1] vsque ad Cn. Pompeium et L. z. Catonem Consules [2], pridie Calend. Maii, quo die L. Sulla legatus bello sociali id deleuit, quod nunc in villam [3] abiit. Intercidit ibi et Taurania. a. Sunt et morientis Casilini b. reliquiae. Praeterea auctor c. est Antias, oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege, ex cuius praeda Capitolium [4] is inchoauerit d. A e. Surrento ad Silarum amnem

1. *Fuit. Vet.* 2. *Cn. Pomp. et L. Carbonem Coss. Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. Hard. consentit Ch. villas Gr. et Al.* 4. *lego, Capitolinum.*

mus apud Patinum, p. 317. Seueri sunt Septimius Seuerus pater: et liberi duo, Antoninus et Geta. Quid quod nec vlla Italiae vrbs olim cudit honori Augustorum vel Caesarum: nec extra minorem Asiam in nummis concordiae sunt, vt appellant, siue Ὁμονοίαι ciuitatum? H.

2. *Et L. Catonem)* Vide Not. et Em. N. XLVII. (hic coll.) *Ad Cn. Pompeium, et L. Catonem)* Ita libri omnes, tum impressi, tum manu exarati, ante Hermolaum, qui *L. Carbonem* importune obtrusit, quem bello Marsico, siue Sociali nullum fuisse Consulem scimus. Fuit vero L. Porcius Cato anno secundo huius belli, V. C. DCLXV. cum Cn. Pomp. Strabone, Cn. Pompeii M. patre. H.

a. *Taurania)* Forte quae Stephano Ταυρανίη. Vide Not. et Em. N. XLVIII. (hic inf.) *Taurania)* Stephanus Ταυρανίη, πόλις Ἰταλίας, forte huc referenda. Apud Melam, L. II. c. 4. Taurinum est: apud Strabonem, L. VI. p. 254. regio Taurriana: sed ad Plinii Taurianam nihil illa pertinent, etsi pertinere Casaubonus existimavit, in notis ad Strabonem: cum ista sint in Brutio: Plinii Taurania in Campano agro. H.

b. *Casilini)* De Casilino et Casilinorum aduersus Hannibalem fortissima tolerantia vide Strabonem lib. V. *Dal. Casilinum)* Fuit illud oppidum, vbi nunc est Capua noua, et quidem ad vtramque ripam Vulturni amnis, qui et Casilinus inde dictus. De Casilino multa Liuius, L. XXIII. p. 234. H.

c. *Auctor est Antias)* Etiam et Dion. Halic. Ant. Rom. L. III. p. 186. Ἀπιολάνων πόλιν a Tarquinio Prisco captam prodit. H

d. *Inchoauerit)* Liuius L. I. p. 15. H.

Complexa montes m. ſeptem, ipſa diuiditur in regiones quatuordecim, compita n. Larium [1] CCLXV. Eius-

1. *Earum. Vet.*

L. VII. ſ. 50. Porro Imperatores Veſpaſianos, patrem et filium ex aequo vocat, quod ſane eſt animaduerſione dignum. Vide L. II. ſ. 10. H.

l. XII. M. CC.) Minore tum aliquanto, quam nunc eſt paſſuum menſura: emenſisque extrinſecus moenibus, et caſtris Praetoriis, turribusque circuitis. Hodiernam murorum amplitudinem vetere illa decem ſtadiis, hoc eſt, MCCL. paſſuum contractiorem eſſe, auctor eſt Martianus, L. I. c. 1. Topographiae Vrbis. Non credimus. H.

m. *Montes ſeptem)* Palatinum: Capitolinum: Caelium, ſeu Querquetulanum, vbi nunc aedes Lateranenſis: Exquilinum, cum Viminali, nunc S. Mariae ad Niues: Quirinalem, nunc *Monte Cavallo*, ab equis duobus marmoreis, quos gigantes tenent, Phidiae opere, et Praxitelis: Aventinum, nunc S. Sabinae: et trans Tiberim, Ianiculum, quod Vrbi Ancus addidit, et fuit, vt mox dicetur a Plinio, in parte Romae: nunc eſt *Montorio*, vbi regio quarta decima fuit. H.

n. *Compita Larium* CCLXV.) Atteſtatur Ouidianus verſiculus, *Compita grata Lari, compita grata cani.* Nam in compitis ſacrum aniniuerſarium Laribus fiebat: vnde *Compitalia* dicta, dies ei ſacrificio ſtatus. Et verba quae ſubiiciuntur, intelligenda ſunt de paribus inter ſe a miliario ad omnes portas ſpatiis. *Gelen.*

*Compita Larium)* Non quaeuis compita Vrbis, ſiue quoslibet exitus vicorum, ſed quadriuia tantummodo, vbi Lares, ſiue aedes, ex quatuor angulis ſibi opponuntur: vbi quatuor viae concurrunt, eo numero colligi intelligimus. In compitis Lares olim coli ſolitos Feſtus teſtatur. Vide Not. et Em. N. XLVI. (hic poſ.) *Compita Larium)* Lares in compitis coli ſolitos praeter Feſtum teſtatur Ouid. Faſt. L. II. v. 615. — *Qui compita ſeruant, Et vigilant noſtra ſemper in vrbe, Lares.* Et Tranquillus de Auguſto, c. 31. *Compitales Lares*, inquit, *ornare bis in anno inſtituit, vernis floribus, et aeſtiuis.* Hinc Tertulliani locum obiter emendamus, L. de ſpectaculis, lib. V. vbi vetus haec arae inſcri-

Eiusdem ſpatium [1], menſura currente o. a milliario, in capite Rom. fori ſtatuto, ad ſingulas portas, quae ſunt hodie numero triginta p. ſeptem, q. ita [2] vt



1. *Sic ex MS. Hard. eiusdem ſpatii menſura currente Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. Hard. bis quindecim: alii, ita vi patentes portae. ita vt. d. portae ſ. n. Gr. et Al.*

ſcriptio legitur: CONSVS. CONSILIO. MARS. DVELLO. LARES. COMITIO. POTENTES. Rigaltius edidit, *Coillo potentes*. Grammaticus neſcio quis COLIO, idque pro aede iubet accipi domicoliumque quondam dictum eſſe pro domicilio, hoc vno ductus argumento, ſuſpicatur. Ego libentius, LARES. COMPITO. POTENTES. agnouerim. Laribus dicata compita, et ſub Larium tutela praeſidioque ea eſſe: Ludos idcirco compitalitios appellatos, ex compitis in quibus agitabantur, docet Macrobius Saturn. L. II. c. 7. p. 221. *Compitalia*, inquit Varro, L. V. de L. L. p. 49. *dies attributus Laribus: — ideo vbi viae competunt, tum in compitis ſacrificatur. Quotannis is dies concipitur.* Apud Seruium non ſemel, *Lares Viales*. H.

o. *Currente a milliario)* Milliarium eſt, 1. ſpatium mille paſſuum, 2. columna aurea in capite fori Romani, ad quam viae publicae terminabantur, 3. Vas Balneatorium magnum multarum amphorarum capax, Senecae cap. 24. lib. III. Quaeſt. Natur. ὑπερολόσσης. Milliariae porticus a ſpatio mille paſſuum, vel a numero columnarum. Milliariae oleae cap. 12. lib. XVII. *Dalec.*

*A milliario)* Columna fuit aurea, χρυσοῦν μίλιον, inquit Dio L. LIV. p. 526. ab Auguſto in fori capite conſtituta, octaua regione Vrbis, in quam omnes Italiae viae deſinebant. Id ei nomen inditum, quod ab ea milliariorum numerus, quibus itinera metiebantur, duci primum ſolebat. Conſtituta ea ab Auguſto eſt, A. V. C. DCCXXXIV. M. Apuleio, P. Silio Nerua Coſſ. H.

p. *Triginta ſeptem)* Totidem pariter numerat portas Auct. Deſcr. VrbisRomae ſub finem p. 147. ſed Plinio ſcilicet praeeunte. H.

q. *Ita vt duodecim)* Ad duodecim ex illis, inquit, itur via duplici; per directum, et per obliquum. At hae ſemel a nobis numerantur, qua ad eas itur per directum. Sunt etiam aliae ſeptem, quae ſunt ex veteribus,

duodecim ſemel numerentur, praetereanturque ex veteribus ſeptem, quae eſſe deſierunt, efficit paſſuum per directum XXX. r. M. DCCLXV. Ad s. extrema vero tectorum cum caſtris t. praetoriis ab eodem milliario per u. vicos omnium viarum menſura

bus, omnino autem a nobis non numerantur, quia perviae eſſe deſierunt. Significat aetate ſua legitimas fuiſſe Romae portas triginta. H.

r. XXX. M. DCCLXV.) Igitur a milliario ad portas ſingulas, ſi omnes adaequentur menſurae, paſſus fuere omnino DCCCXXXI. cum ſemiſſe. Sic enim ab eodem milliario ad vniuerſas triginta ſeptem, menſura colliget XXX. M. DCCLXV. paſſ. A milliario, ſi ita mauis, ad portas ſingulas mille paſſuum plus minus ſpatium erat: ad omnes XXX. millia DCC. LXV. H.

s. *Ad extrema vero tectorum)* Eorum ſcilicet quae moenium ipſorum ambitu continentur, non quae extra moenia poſita in ſuburbio forent: nam de his poſtea. Miror ſenſiſſe aliter eruditos viros, vt olim Lipſium, in Admirandis, L. III. c. 2. et plane nuper Raph. Fabrettum, I. de Aquis et Aquaeduct. Diſſ. 3. p. 158. H.

t. *Caſtris Praetoriis)* Caſtra Vrbi Tiberius Caeſar adiecit, Seiani monitu, Praetoriis cohortibus Praefecti. Nam de eo Tacit. Annal. L. IV. *Vim praefecturae modicam intendit: diſperſas per Vrbem cohortes vna in Caſtra conducendo: — Praetendebat laſciuire militem diductum: ſi quid ſubitum ingruat, maiore auxilio pariter ſubueniri*, etc. Quadrata fuere ea, muris, propugnaculis, turribusque munita: inſtructa templo, armamentario, balneis, fontibusque, ad portam Viminalem: vt fuſe demonſtrat Alex. Donatus, L. I. de Vrbe Roma, c. 15. p. 42. H.

u. *Per vicos)* Non iam per directum, inquit, currente menſura, vt prius, per vias quasque maiores, a milliario ad ſingulas portas: ſed ab eodem milliario per omnes omnium viarum maiorum vicos et angiportus, caſtris etiam Praetoriis, et vicis, qui inibi erant, emenſis. Viae omnino in vrbe fuerunt nouem et triginta, quot fere portae: vici quadringenti et viginti quatuor, vt quidem proditum eſt in Deſcript. Vrbis Romae. Sed quotcumque Romae vici eſſent, qui eos omnes, inquit Plinius, facto profectionis initio

ſura colligit paulo amplius ſeptuaginta x. millia paſſuum. Quo ſi quis altitudinem tectorum addat, y. dignam [1] profecto aeſtimationem concipiat, fateaturque nullius vrbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari. Clauditur ab oriente aggere Tarquinii z. Superbi, inter prima opere mirabili. Namque eum muris aequauit, qua maxime patebat a. aditu plano. Cetero munita erat praecelſis muris, aut abruptis montibus b., niſi [2] quod exſpatiantia tecta multas addidere c. vrbes. In prima regione praeterea fuere d.: in Latio clara oppida, Satricum e., Pometia, Scaptia, Pitulum, Politorium,



1. *Dignationis.* 2. *niſi qua.*

initio a milliario in capite fori Romani ſtatuto, percurreret, is ſeptuaginta millia paſſuum, et eo amplius, ambularet. Eo ſenſu in prophetia Ionae, c. 3. v. 3. *Ninive erat ciuitas magna itinere trium dierum;* quoniam eius vicos omnes pererrare nemo poſſet, niſi itinere trium dierum: vt iterum dicemus ad L. VI. ſ. 16. H.

x. *Septuaginta)* In Deſcriptione Vrbis modo laudata, regiones Vrbis XIV. pedes dicuntur continere CCCCXIX. M. DCCCCXXIV. Paſſus ea menſura efficit, ſi pedem vnum adieceris, LXXXIII. M. DCCCCLXXV. Sed multo certior auctor ac teſtis Plinius. H.

y. *Dignam)* Debitam, conuenientem. H.

x. *Tarquinii)* Vide quae dicturi ſumus, L. XXXVI. ſ. 24. n. 2. H.

a. *Patebat)* Vrbs nimirum. H.

b. *Montibus)* Auentino, Caelio, Quirinali. H.

c. *Addidere vrbes)* Suburbia ſcilicet, quae producta longius ad vicinas fere vrbes pertinebant, Ocriculum, Tibur, Ariciam, etc. H.

d. *Fuere in Latio)* Defecerunt, inquit, in prima regione praeterea, primumque in Latio oppida, etc. Infra enim, *In Campano autem agro*, etc. Ex his nec ſitus plerorumque, nec nomina ipſa conſtant. H.

e. *Satricum*, etc.) De Satrico, Liuius, L. I. p. 34. incolae Σατρικανοι Dion. Halic. L. V. p. 326. Pometia Sueſſa, de qua nos ſuperius

rium f., Tellene, Tifata g., Caenina, Ficana, Cruſtumerium h., Ameriola, Medullia [1], Corniculum, Saturnia i., vbi nunc Roma eſt: k. Antipolis [2], quod nunc Ianiculum in parte Romae: l. Antemnae [3], Came-

1. *Medullum. Ch.* 2. *Aeneipolis. Vet.* 3. *Antenna. Vet.*

rius egimus. A Scaptia Σκαπτήνιοι ap. Dion. l. c. H.

f *Politorium*, etc.) Πολιτώριον Dion Halic. L. III. p. 179. et Liuio, L. I. p. 13. Τελλήνη Dionyſio, Liuio Tellenae; l. c. H.

g. *Tifata)* *Tifata* imminentes Capuae colles vocat Liuius L. VII. p. 150. ſed hi extra fines antiqui Latii. Καινίνη et Κρεσομέριον Dion. L. II. p. 101. et 104. Liuio, L. I. p. 14. *Corniculum*, *Cameria*, *Cruſtumerium*, *Ameriola*, *Medullia*, *Nomentum*, in Latio. Medulliam ab Albanis conditam ait Dionyſ. L. III. p. 136. Ficanae denique Liuius meminit, L. I. p. 13. H.

h. *Cruſtumerium)* In ea regione nunc ſunt Mons rotundus, Palumbaria, et quaedam oppida ignobilia. Vide Scalig. in Feſtum voce Cruſtumina. *Dal.*

i. *Saturnia)* Ouid. Faſtor. L. VI *A patre dicta meo quondam Saturnia Roma eſt.* Virgil. Aen. L. VIII. *Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem: Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.* Vide et Auguſt. de Ciuit. Dei L. VII. c. 4. Dion. Halic. Antiq. Rom. L. I. p. 36. et Varron. d. L. L. L. IV. p. 13. H.

k. *Antipolis)* Sic vett. edd. legunt: veriſimileque eſt, Pelaſgos aut Arcadas, qui cum Aboriginibus Saturniam tenebant, hoc nomen Ianiculo indidiſſe, quod id oppidum ſibi ex aduerſo ſitum eſſet. *Gelenius.*

*Antipolis)* Quod ex aduerſo Saturniae vrbis, quae vltra Tiberim erat, vbi nunc Roma eſt, condita eſſet in Ianiculo, a Iano, vt diximus: ab Aenea, vt Hermolaus credidit. H.

l. *Antemnae)* Vnde Antemnates, Liuio, L. I. p. 14 et Dion. L. I. p. 13. Καμερία, Dion. L. V. p. 307. *Collatia* Liuio, l. c. Κολλατία Dion. L. III. p. 187. Feſto, Conlatia, a conlatis eo opibus: et porta Vrbis inde dicta Conlatina. A Norbe Norbani ſunt ſupradicti. *Sulmo* nunc *Sermoneta*, inter Velitras et Priuernum. H.

Camerium, Collaria, Amitinum [1], Norbe, Sulmo et cum his carnem m. in monte Albano ſoliti accipere populi Albenſes n., Albani, o. Aeſolani [2], Acienſes, Abolani, p. Bubetani [3], Bolani, Cuſuetani, Coriolani, Fidenates, r. Foretii [4], Hortenſes, Latinienſes, s. Longulani [5], Manates, Macrales, Mutucu-



1. *Sic ex MSS. Hard. conſentit Ch. Collatia, Amiternum Gr. et Al.* 2. *Solani. Vet.* 3. *Nubetani. Ch.* 4. *Foreſi, Vet. Foruli. Strab. Forenſes. Feſtus in voce Novae curiae.* 5. *Longani. Ch.*

m. *Carnem in monte Albano)* In viſceratione, ſiue ἐν τῇ κρεοδαισίᾳ, cui apud Lacedaemonios ſplendidiſſimus quisque ac clariſſimus praeficiebatur. Itaque et Lyſandro munus aliquando id commiſſum eſt. Rhodig. c. 7. V. τὴν κρεοδαισίαν Lampridius in Alexandro *Edulitatem* nominare videtur. *Dal.*

*Carnem — accipere)* Meminit moris huiusce Liuius, L. XXXII. p. 383. *Legati ab Ardea*, inquit, *queſti in Senatu, ſibi in monte Albano Latinis carnem, vt aſſolet, datam non eſſe.* H.

n. *Albenſes)* *Albani dicuntur ab Albano*, inquit Chariſius, L. I. p. 81. *Albenſes autem ab Alba Fucente.* Sed ab his diuerſi ſunt Albenſes, qui nunc a Plinio appellantur. H.

o. *Aeſolani)* Ab Aeſola ſiue Aeſula, de qua Horat. L. III. Od. 29. *Ne ſemper udum Tibur, et Aeſulae Declive contempleris arvum.* H.

p. *Bubetani)* Dionyſio Halic. L. V. p. 326. Βουβεντανοί. Qui Plinio Bolani, hos Liuius Volanos, L. IV. p. 82. oppidum *Bolas* vocat, L. VI. p. 106. Κοριολανῶν πόλιν habet Dionyſ. L. VIII. p. 495. Coriolos Liuius, L. II. p. 32. Hinc Marrio Coriolano nomen. H.

q. *Fidenates)* Fidenas euertit ac prorſus deleuit M. Aemilius Dictator. *Dal.*

*Fidenates)* Fidenae oppidum, Liuio, L. I. p. 13. XVIII. milliario ab Vrbe Roma, inquit Eutropius, L. I. p. 728. Fidenas, a Mamerco Dictatore direptas narrat Liuius, L. IV. p. 77. Nunc *Caſtello Giubileo*, ſex ab vrbe mill. paſſ. vt ait Holſt. in Ital. p. 127. H.

r. *Foretii)* Forte *Forienſes*, de quibus Feſtus, verbo *Novae Curiae.* H.

s. *Longulani*, etc.) Horum oppidum Longulam Liuius, L. II. p. 34. appellat: Λογγόλαν πόλιν Dion. L. VIII. p. 551.

tucumenſes, Munienſes, Numinienſes, Olliculani, Octulani, Pedani t., u. Polluſtini [1], Querquetulani, Sicani, Siſolenſes, Tolerienſes, Tutienſes, Vimitellarii [2], Velienſes, Venetulani, Vitellenſes 3. Ita x. ex antiquo Latio LIII. populi interiere ſine veſtigiis. In Campano autem agro Stabiae y. oppidum fuere

1. *Poletaurini. Chiff.* 2. *Vimiterali. Vet. Vinutellarii Chiff.* 3. *Vicellenſes. Gr. et Al.*

p. 551. Ceteri deinceps fere incogniti. H.

t. *Pedani)* Pedanos quoque vocat Liuius, L. VIII. p. 142. oppidumque Pedum, L. II. p. 34. Πεδα, πόλις Αὐσονικὴ Stephano. De regione Pedana, Horat. L. I. ep. 4. H.

u. *Polluſtini)* Oppidum Polluſtiam Liuius appellat, L. II. p. 34. Κερκετελανὲς Dion. L. V. p. 326. Τολερίνας, Plutarchus, in Coriolano, p. 227. Velienſes a Velia. Liuius, L. II. p. 24. Vitellenſes, (ſic enim repoſui pro *Vicellenſes,)* a Vitelia, de qua idem Liuius, L. II. p. 34. quam Stephanus Βιτέλλαν vocat. H.

x. *Ita ex antiquo Latio LIII. populi interiere)* Hi populi, qui ex antiquo Latio, Plinii tempore, defecere, illi ipſi ſunt proxima relatione ab ipſo memorati. Nam praefarus fuit, *fuere in Latio clara oppida*: quaſi diceret, fuere olim, iam non ſunt. Hi autem populi LI. ſunt: non LIII. Itaque aut duo oppida librariorum indiligentia omiſſa ſunt, aut in poſtrema ſumma non LIII. ſed L, ſcribi debet. *Plut.*

y. *Stabiae)* Etiamnum inter oſtia Sarni amnis, et Surrentum, loco nomen eſt *Caſtel a mar di Stabia.* De *Stabiano lacte* Galenus, Meth. med. L. V. Symmachus, L. VI. ep. 17. *Stabias ire deſiderant, vt reliquias longae aegritudinis armentali lacte depellant.* Caue igitur hunc nummum Stabiis, aut Bouillis cuſum putes, vt nos olim exiſtimauimus, nihil dum de ſententiis ſuſpicati, quae ſunt in nummis ſcriptae primis duntaxat literis vocum ſingularum. SEPT. GETA. CAES. PONT. *Septimius Geta Caeſar Pontifex:* caput nudum. )(. Bos paſcens. Supra STA: infra. BOV. Legendum videtur. *Seueris Tuentibus Agricolas* aduerſus praedones vel hoſtes, *Beata Orbis Vota.* Tunc enim ſunt laetae ſegetes. Eſt hic nummus

fuere [1] vsque ad Cn. Pompeium et L. Z. Catonem Consules [2], pridie Calend. Maii, quo die L. Sulla legatus bello sociali id deleuit, quod nunc in villam [3] abiit. Intercidit ibi et Taurania. a. Sunt et morientis Casilini b. reliquiae. Praeterea auctor c. est Antias, oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rége, ex cuius praeda Capitolium [4] is inchoauerit d. A e. Surrento ad Silarum amnem

1. *Fuit. Vet.* 2. *Cn. Pomp. et L. Carbonem Coss. Gr. et Al.* 3. *sic ex MSS. Hard. consentit Ch. villas Gr. et Al.* 4. *lego, Capitolinum.*

mus apud Patinum, p. 317. Seueri sunt Septimius Seuerus pater: et liberi duo, Antoninus et Geta. Quid quod nec vlla Italiae vrbs olim cudit honori Augustorum vel Caesarum: nec extra minorem Asiam in nummis concordiae sunt, vt appellant, siue Ὁμονοίᾳ ciuitatum? H.

2. *Et L. Catonem)* Vide Not. et Em. N. XLVII. (hic coll.) *Ad Cn. Pompeium, et L. Catonem)* Ita libri omnes, tum impressi, tum manu exarati, ante Hermolaum, qui *L. Carbonem* importune obtrusit, quem bello Marsico, siue Sociali nullum fuisse Consulem scimus. Fuit vero L. Porcius Cato anno secundo huius belli, V. C. DCLXV. cum Cn. Pomp. Strabone, Cn. Pompeii M. patre. H.

a. *Taurania)* Forte quae Stephano Ταυρανίη. Vide Not. et Em. N. XLVIII. (hic inf.) *Taurania)* Stephanus Ταυρανίη, πόλις Ἰταλίας, forte huc referenda. Apud Melam, L. II. c. 4. Taurinum est: apud Strabonem, L. VI. p. 254. regio Tauriana: sed ad Plinii Taurianam nihil illa pertinent, etsi pertinere Casaubonus existimavit, in notis ad Strabonem: cum ista sint in Brutio: Plinii Taurania in Campano agro. H.

b. *Casilini)* De Casilino et Casilinorum aduersus Hannibalem fortissima tolerantia vide Strabonem lib. V. *Dal. Casilinum)* Fuit illud oppidum, vbi nunc est Capua noua, et quidem ad vtramque ripam Vulturni amnis, qui et Casilinus inde dictus. De Casilino multa Liuius, L. XXIII. p. 234. H.

c. *Auctor est Antias)* Etiam et Dion. Halic. Ant. Rom. L. III. p. 186. Ἀπιολάνων πόλιν a Tarquinio Prisco captam prodit. H

d. *Inchoauerit)* Liuius L. I. p. 15. H.

amnem triginta millia paſſuum ager Picentinus fuit Tuſcorum f.: templo Iunonis Argiuae ab Iaſone condito inſignis. Intus g. oppidum Salerni, Picentia.

X. A Silaro regio tertia, et ager Lucanus h. Brutiusque incipit: nec ibi rara incolarum mutatione[1]. Tenuerunt eam Pelaſgi i., Oenotrii, Itali, Morgetes, Siculi, Graeciae maxime[2] populi: nouiſſime Lucani a Samnitibus orti duce Lucio. Oppidum Paeſtum,

1. *Mutatio.* 2. *maximae. aliis, magnae.*

e. *A Surrento ad Silarum amnem, etc.)* *A Surrento ad Silarum amnem triginta millia paſſuum ager Picentinus fuit Oſcorum, templo Iunonis Argiuae ab Iaſone condito inſignis.* ſic legit Salmaſ. 59. *Gr. Ad Silarum)* Σίλαρις Straboni, L. V. in fine: nunc *Selo*, in ſinum Salernitanum influit. H.

f. *Tuſcorum)* Tuſcos hanc oram olim tenuiſſe auctor eſt etiam Strabo l. c. Idem, L. VI. p. 252. templum ibi conditum ad Iaſone tradit: Diodorus Siculus Bibl. L. IV. p. 859. portum de nauis ſuae nomine Ἀργῶον appellatum: vnde *Argoae* forte potius quam *Argiuae*, legendum hic fuerit. Habet haec quoque Solin. c. 2. p. 12. Nunc *Giſoni* vocant, quaſi Iunonis fanum: Templum hodieque durat, Aſſumtae Virgini ſacrum. Holſten. H.

g. *Intus oppidum Salerni, Picentia)* Ita Colb. 3. librique omnes editi. In mediterraneo procul a mari fuiſſe tum Picentiam innuit, Picentini agri metropolim. Salernum autem, quod in ora fuit, vti nunc eſt, non oppidi tum nomen obtinuiſſe, ſed praeſidii tantum a Romanis illi conſtituti, quod et Strabo diſerte docet, L. V. p. 251. H.

h. *Lucanus)* Nunc Principatum citeriorem vocant: Brutium agrum, Calabriam H.

i. *Pelaſgi*, etc.) Haec totidem verbis Antiochus Syracuſanus, ap. Dion. Halic. Ant. Rom. L. I. p. 10. A Pelaſgo primum, mox ab Oenotro Pelaſgi F. tum ab Italo: mox a Morgete, deinde a Siculo Morgetis hoſpite populis, nomina ſubinde commutata. Strabo pariter, L. VI. p. 257. Idem p. 254. ortos a Samnitibus Lucanos docet. H.

k. Paeſtum [1], Graecis Poſidonia appellatum: ſinus Paeſtanus [2]: oppidum Helia, quae nunc Velia. l. Promontorium Palinurum ll.: a quo ſinu m. recedente traiectus n. ad [3] columnam Rhegiam centum M.

1. *Praeſtum.* Ch. 2. *Praeſtanus.* Ch. 3. *ad Coloniam. M. Vet. vt et paulo poſt.*

k. *Paeſtum)* Παῖξον Ptolemaeo L. III. c. 1. in Lucanis. Eadem Ποσειδωνία Straboni, L. V. p. 251. a Ποσειδὼν, hoc eſt, a Neptuno, Neptunia Velleio dicitur. Nunc vicus in ora, *Peſti.* Sinui Paeſtano nunc a Salerno, vicino oppido, nomen eſt. H.

l. *Velia)* Ἐλέα, ἡ νῦν Βελέα Stephano, et Straboni, L. VI. p. 252. ad amnem cognominem, quem accolae vocant *Halente:* vicum *Caſtel a mare della Brucca.* Ptolem. L. III. c. 1. Οὐέλια. Τέλην dictam eſſe aliquando Strabo l. c. admonet, et nummus Cimelii noſtri Pariſienſis, ΤΕΛΗΤΩΝ, et argento, et alter ex ære. In his eximium olim ex auro vidimus, apud D. *de Boze*, ex Academia Gallica, qui nummus Palladem galeatam exhibet, malis eminentibus et ſucci plenis: in ipſa autem galea, cum curru quadriiugo duplicis victoriae indice, literas has ſcriptas: ΛΙΥΙΣΤΙΩ: quas in ſuo ſimili altero Goltzius corrupit, Tab. 24. n. 9. Scripſit enim ex audaciore paulo coniectura, inuitis nummis, ΦΙΛΙΣΤΙΩΝΟΣ: perinde quaſi viri nomine ſcribendo locus hic eſſet. At in eo, quem dicimus, qui nitidiſſimus eſt, ΛΙΥΙΣΤΙΩ conſpicue legitur: quod ſic interpretandum eſſe arbitramur Λιπάρωπα Τελήταις Ἰστῆσι Τριτογένειαν Ἰῶ. *Pinguem Veletis Palladem ſiſtit Ceres.* Agrum frumenti feracem ſignificat, incolas bene valentes et bellicoſos. Eſt enim Ἰὼ in nummis antiquis Ceres: vt in nummo Arſacae regis, ΤΟΡΠΙΑΙΩ: in altero Hadriani Auguſti, ΓΑΖΑ ΕΙΩ. In altera nummi area leo eſt, virtutis ac roboris ſymbolum, cum ſubſcripto nomine ΤΕΛΗΤΩΝ: *Veletarum* nummus. H.

ll. *Palinurum)* Nomen ſervat, *Capo di Palenuro.* Mela, L. II. c. 4. *Palinurus olim Phrygii gubernatoris, nunc loci nomen.* Vide Virgil. L. VI. v. 381. H.

m. *Sinu recedente)* Quem nunc ſinum vocant *Golfo di Policaſtro,* ab oppido Buxento. H.

n. *Ad columnam)* Strabo ſemper

M. paſſ. Proximum o. autem huic flumen Melpes[1]: oppidum Buxentum, Graece Pyxus p.: q. Laiis[2] amnis: fuit et oppidum eodem nomine. Ab eo Brutium litus: oppidum Blanda r., flumen rr. Batum[3]: portus Parthenius s. Phocenſium[4], ſinus Vibonenſis t., locus[5] Clampetiae u.: oppidum Temſa x., a Graecis Temeſe dictum; et Crotonienſium y. Terina, ſinusque ingens Terinaeus. Oppidum[6] Con-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Melphes Gr. et Al.* 2. *Talaus. Strabo lib. VI. Laus. Gr.* 3. *Balcetum. M. V. Chiff.* 4. *et Phocenſium. Chiff.* 5. *lucus.* 6. *Oppidum Conſentia. Intus in pen. Gr. et Al.*

ſemper hoc vocabulo vtitur. Graeci σύλην et σύλιδα. Manuſcriptum exemplar habet *coloniam. Dalec.*

*Ad columnam)* Quae in ipſo freto Rhegio conſtituta erat, vnde τὴν Ῥηγίνων σηλίδα τῆ πορθμῆ appellat Strabo L. VI. p. 256 et 268. Ad Columnam Rhegiam, Antoninus, Mela, L. II. c. 4. aliique. H.

o. *Proximum autem huic)* Palinuro. Nomen amni ab incolis, *Molpa.* H.

p. *Pyxus)* Πυξὲς Straboni, L. VI. p. 253. nunc *Palicaſtro.* H.

q. *Laiis)* Ποταμὸς Λᾶος καὶ πόλις Straboni loc. et Stephano pariter, in Lucanis. Amnis meminit etiam Ptolem. L. III. c. 1. in eodem tractu. Nam *Laino*, Lucaniae finis: Brutii inde agri initium. H.

r. *Blanda)* Blandae in Lucanis, Liuio, L. XXIV. p. 252. H.

rr. *Batum)* In MSS. *Baletum.* H.

s. *Phocenſium)* A Phocenſibus conditus, inquit Solinus, c. 2. p. 12. H.

t. *Vibonenſis)* Straboni L. VI. p. 353. a vicino fluuio oppidoque, κόλπος Λᾶος. H.

u. *Clampetiae)* Liuio, L. XXX. p. 359. Dampetia. Dum Plinius locum appellat, exciſum aeuo ſuo innuit. Rurſum deinde excitatum eſt, hod. *l' Amantea*, in ora Calabriae cit. H.

x. *Temſa)* Τεμέσση et Τέμψα in Brutiis, Straboni, L. VI. p. 255. Rudera viſuntur, vbi *Torre Loppa* in Calabriae citerioris, vlterioriſque confinio. H.

y. *Crotonienſium)* Hoc eſt, a Crotonienſibus condita, vt ait Solinus, cap. 2. p. 13 Hodie *Nocera.* Terinaeo ſinui nomen, *Golfo di S. Eufemia.* H.

Conſentia z., intus. In a. peninſula fluuius Acheron, a quo oppidani Acherontini. b. Hippo c., quod nunc Vibonem Valentiam appellamus: Portus Herculis d., Metaurus e. amnis, f. Tauroentum [1] oppidum, Portus Oreſtis et g. Medma [2]. Oppidum Scyllaeum h., i. Cratais [3] fluuius, k. mater [4] (vt dixere) Scyllae. Dein columna l. Rhegia: Siculum fretum, ac duo aduerſa promontoria: ex Italia Caenys m., ex Sicilia Pelorum, duodecim ſtadiorum

1. *Taurianum. Vet.* 2. *Medina. Vet. Medua Gr. et Al.* 3. *Cratis. Vet.* 4. *pater. Vet.*

z. *Conſentia)* Hodieque *Conſenza*, in citeriore Calabria. H.

a. *In peninſula)* Peninſulam vocat Brutiorum partem eam, quae maxime tendit in Siculum fretum, inſtar longae ceruicis: nunc Calabriam vlteriorem vocant. Dicemus de ea, ſ. 15. H.

b. *Acherontini)* Exſtat huius oppidi memoria in nummis, AXEPONTAN. Non eſt *Cirenza*, in Baſilicata: etſi hanc quoque Acherontiam vocant. H.

c. *Hippo)* Iisdem verbis Stephanus: Ἵππωνιον, πόλις Βρεττίων, ἡ μετωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐίβων καὶ Οὐαλεντία. Hauſit a Strabone, L. VI. p. 256. Nunc *Biuona*, quod oppidi nauale eſt, cui nomen *Monte Leone*. H.

d. *Herculis)* Ἡρακλέους λιμὴν Straboni, l. c. Nunc *Tropea*. H.

e. *Metaurus)* Μέταυρος Straboni, l. c. Nunc *Marro*. H.

f. *Tauroentum)* Melae, L. II. c. 4. Taurianum: cuius extant rudera, prope vicum *Palma*: vbi et Oreſtis portus, *Porto Rauaglioſo*. H.

g. *Medma)* Nunc *Roſſarno*. Μέδμα et Μέσμα Stephano: Melae, L. II. c. 4. *Medama*, et Straboni Μέδαμα, L. V. p. 25. H.

h. *Scyllaeum)* Τὸ Σκύλλαιον Straboni, l. c. Nunc *Sciglio* in ipſo Siculo freto. H.

i. *Cratais)* Ita libri omnes. Nunc *Fiumara di Maro*, ad ipſam columnam Rhegiam. H.

k. *Mater)* Sic libri omnes. Alii, *Pater*. Sit penes fabulas fides. H.

l. *Columna)* Nunc vicus, *la Catona*: alii *Calanna* vocant. H.

m. *Caenys)* *Capo di Cauallo*, duobus paſſ. mill. a Scyllaeo.

diorum interuallo. Vnde n. Rhegium duodecim [1] M. D. paſſ. Inde Apennini ſilua [2] o. Sila [3], promontorium Leucopetra p., XII. [4] M. paſſ. Ab ea Locri q. cognominati a promontorio Zephyrio, abſunt a Silaro CCCIII. M. paſſ. r. Et [5] includitur Europae ſinus primus, in eoque maria nuncupantur: vnde irrumpit [6], Atlanticum, ab aliis magnum: qua intrat, s. Porthmos [7] a Graecis, a nobis Gaditanum fretum: cum intrauit, Hiſpanum t., quatenus Hiſpanias illuit [8]: ab aliis Ibericum, aut Balearicum: mox Gallicum ante Narbonenſem prouinciam: hinc Liguſticum. Ab eo ad Siciliam inſulam Tuſcum: quod ex Graecis alii Notium u., alii

1. XX. *M. paſſ. Ch.* 2. *inſula. M.* 3. *Sila. in Vet.* 4. XXV. *Chiff.* 5. *His includitur Europ. ſi. pri. in eoque maria diuerſa nuncup. Chiff.* 6. *irrumpunt: alii, vnde Oceanus irrumpit V.* 7. *Aſtmos. Ch.* 8. *alluit, abluit. Vet.*

laeo. Καινὺς Straboni, p. 257. Proxime abeſt a Peloro: vtriusque promontorii ſpeculae campana inuicem ſibi dant ſignum. H.

n. *Vnde)* A Columna: vnde Rhegium abeſſe centum ſtadia Strabo auctor eſt, L. V. p. 257. quae menſura cum Pliniana congruit. Oppido nomen *Reggio*. H.

o. *Sila)* Inde pix Brutia. Vibius Seq. p. 341. *Sila Brutiorum nemus.* Σίλαν Strabo vocat, L. VI. p. 261. H.

p. *Leucopetra)* *Capo dell' Armi*, in quo deſinit alterum montis Apennini cornu. Sunt tamen qui arbitrentur eſſe *Punta della Saeta*, promontorium inde millibus paſſ. octo diſſitum, verſus ortum. H.

q. *Locri cogn.)* Epizephyrii, a Zephyrio promontorio, quod obſidebant, nunc *Capo Burſano*. H.

r. *Et includitur)* Hoc eſt, finitur. Sic L. IV. ſ. 18. *Tertius Europae ſinus ad hunc modum clauditur.* H.

s. *Porthmos)* Πορθμὸς fretum ſonat. H.

t. *Hiſpanum, etc.)* Haec deinceps Solinus iisdem verbis, c. 23. p. 44. H.

u. *Notium)* Solinus, c. 23. p. 44. *Ionium*, male. Νότιον hoc mare dixere, quod Romanis ſpectare ad Auſtrum videretur, vt Adriaticum e con-

alii Tyrrhenum, e noſtris plurimi Inferum vocant. Vltra Siciliam [1] ad Salentinos, Auſonium Polybius appellat. Eratoſthenes autem inter oſtium Oceani et Sardiniam quicquid eſt, Sardoum. Inde ad Siciliam Tyrrhenum. Ab hac Cretam vſque Siculum: ab ea Creticum.

XI. Inſulae x. per haec maria primae omnium Pityuſae a Graecis dictae, a frutice pineo: nunc Ebuſus y. vocatur vtraque z., ciuitate foederata, anguſto freto interfluente: patent a. XLVI. [2] M. paſſ. Abſunt a Dianio b. ſeptingentis ſtadiis: totidem Dianium per continentem a Carthagine noua. c. Tantumtum-

1. *Siciliam quod eſt ad. Ch.* contrario, ad ſeptemtrionem. H.

x. *Inſulae)* Martianus hic, Plinium de more tranſcribit, L. VI. c. de Inſulis, etc. p. 206. H.

y. *Ebuſus, — vtraque)* Hodie *Ibiſſa*, vel *Yviça*. Quoniam fretum anguſtum interfluens mediam Ebuſum olim interſecuit, gemina Ebuſus a Plinio dicitur, quae ipſi ſunt Pityuſae duae, Πιτυοῦσαι: Ceteris vero ſcriptoribus Colubrariam quoque, de qua mox, in Pityuſarum numero reponentibus: cum Ἔβσσον interim vnam agnoſcant. H.

z. *Vtraque)* Altera *Evizza*, altera *Frumentara* vocatur. *Dalec.*

a *Patent* XLVI.) Ebuſo vni, quae gemina, vt diximus, a Plinio proditur, tantam amplitudinem, atque

2. *Sic quoque. Chiff.* XLII. *Gr.* adeo maiorem, Strabo adiudicat, L. III. p. 167. nempe ſtadiorum CCCC. hoc eſt, L. M. paſſ. Agathemerus L. I. Geogr. c. 5. geminam, vt Plinius, Ebuſum nouit: maiorem trecentis, minorem ſtadiis centum porrectam: id quod eodem recidit. H.

b. *Dianio)* Hiſpaniae oppido, de quo ſeq. 4. H.

c. *Tantumdem)* Stadiis DCC. hoc LXXXVII. M. D. paſſ. a Pityuſis in altum, Italiam verſus recedunt Baleares duae: verſus Sucronem, quae vrbs Hiſpaniae fuit, Colubraria, hodie *Mon colibre*, ſeu Mons Colubrarius. Graecis eamdem vim nominis rationemque ſecutis Ὀφιοῦσα: Nam etiamnum ſerpentibus impeditur atque vaſtatur. Mariana, L. I. hiſt. c. 16. H.

tumdem[1] a Pityusis in altum, Baleares d. duae, et Sucronem versus Colubraria. Baleares funda bellicosas, Graeci Gymnasias dixere. Maior e. centum millia passuum longitudine, circuitu vero CCCLXXV.[2] M. Oppida f. habet ciuium Romanorum Palmam g. et Pollentiam: h. Latina[3], Cinium, et Cunici: et foederatum, Bocchorum i. fuit. Ab k. ea XXX. M. pass.

1. *Est add. Ch.* 2. CCCLXXV. *Ch.* 3. *Latinorum civium et Tuscium quod foederatum Boccborum fuit. V. Latinacinium et foederatum Boccborum. Bochri Gr. et Al.*

d. *Baleares duae)* Statius in Achil. — *Vt flexae balearicus actor habenae, Quo suspensa trahens librares vulnera tortu Inclusum quoties distingueret aera gyro.* Hadrian. Iun. c. 2. I. Ortel. Thes. *D. Baleares)* Eam vocem Carthaginensium lingua funda bellicosas significare, auctor est Agathemerus l. c. Diodor. Sic. L. V. Bibl. p. 297. Baleares dictas putat Ἀπὸ τῦ βάλλειν, a iaculando: Γυμνησίας, quod nudo corpore incolae incederent per aestatem. Liuius, in Epit. L. LX. vel a teli missu, vel a Baleo Herculis comite ibi relicto, cum Hercules ad Geryonem nauigaret. Vide etiam Tzetzen, in Lycophronem, p. 94. H.

e. *Maior centum)* Artemidorus apud Agathemer. l. c. stadia mille et ducenta longitudine ait continere, quae sunt passuum CL. millia. Huic est nomen *Maiorca.* H.

f. *Oppida habet ciuium Romanor. etc.)* Sensus est: olim quinque in ea insula oppida fuisse, duo ius ciuitatis habuisse: duo ius Latii: quintum foederatum Romanorum fuisse, idque intercidisse. *Gel. Oppida habet ciuium Romanorum, etc.)* Legend. *Oppida habet ciuium Romanorum Palmam et Pollentiam: Latina Cinium et Tucim: et foederatum Boccborum fuit.* Salmas. p. 281. *Gr.*

g. *Palmam)* Πάλμαν, καὶ Πολλεντίαν Straboni, L. III. p. 167. vtramque ciuitatis Romanae iure donatam. Colonias appellat Mela, L. II. c. 7. Palmam hodie Mallorcam vocant. H.

h. *Latina)* Quae ius Latii haberent. In MSS. Reg. etc. *Latina, ciuium, et Tucim.* H.

i. *Boccborum)* Bocchori nomen ei oppidi erat, quod iam tum intercidisse monuit, olim foedere iunctum Romanis. Caue enim existimes Bocchos Mauritaniae Reges hic imperitasse: quod fere sensit

paſſ. diſtat minor: longitudine, l. XL. [1] M. circuitu CL. M. paſſ. Ciuitates habet, m. Iamnonem [2], Saniſeram, Magonem. A maiore XII. M. paſſ. in altum abeſt n. Capraria: inſidioſa naufragiis: et e regione Palmae vrbis, Maenariae o., ac Tiquadra [3], et p. parua [4] Hannibalis. Ebuſi q. terra ſerpentes fugat, Colubrariae parit. Ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Graeci Ophiuſam dixere. Cuniculos [5] Ebuſus gignit, populantes r. Balearium [6] meſſes. Sunt aliae XX. ferme paruae mari vadoſo. Galliae s. autem [7] ora, in Rhodani oſtio, Metina t.: mox quae Blaſcon vocatur,

1. *Sic et Ch. LX. Gr. et Al.* 2. *Hannonem vt poſtea Labonem in Chiff. Lamnonem. Vet.* 3. *Tiquetra. V.* 4. *et patria Annibalis. Vet.* 5. *ſic ex MSS. em. Hard. Nec cuniculos Gr. et Al.* 6. *Braſſocorum. M. la Plage.* 7. *autem, hinc ora. Vet.*

ſenſit Solinus, c. 23. p. 44. H.

k. *Ab ea* XXX. *M.)* Strabo l. c. LXX. tantum ſtadia, hoc eſt VIII. M. DCCI. paſſ. Minori nomen eſt *Minorca*. H.

l. XL. M.) Sic MSS. omnes. Agathemerus hanc patere ait ſtadiis trecentis. hoc eſt III. M. DCCL. paſſ. H.

m. *Iamnonem)* Mela, L. II. c. 7. *Caſtellae ſunt in minore; Iammo et Mago.* H.

n. *Capraria, etc.)* Martian. L. VI. p. 206. Nunc *Caprara*, vel *Cabrera*. Maiori Balearium ſubeſt, ad auſtrum. H.

o. *Maenariae)* A maenis piſcibus ſalſamento aptis. *Gel.* *Maenariae, etc.)* Sic plane MSS. omnes. Et Maenarias, et Tiquadram, et paruam. Hannibalis inſulam, nunc mari demerſas putamus. H.

p. *Et parua Annibalis)* Hodie *Alſac* vocatur, inter Hiſpaniam et Maioricam e regione Ortoſiae, hodie *Torroſa*. Hermolaus haud recte putat eſſe Cuniculariam. *Dal.*

q. *Ebuſi terra)* Solinus, c. 23. p. 44. H.

r. *Populantes)* Vide quae dicturi ſumus, L. VIII. ſ. 81. H.

s. *Galliae)* Martianus, l. c. *In Galliae quoque ora, in Rhodani oſtio*, etc. H.

t. *Metina)* In MSS. *Metania*. Forte ab oſtio Rhodani, in quo olim fuit, *Merapina*. H.

catur u., tres [1] Stoechades x. a vicinis Maſſilienſibus dictae propter y. ordinem, quas item nominant

1. *Stoechades a vicinis Maſſilienſibus dictae propter ordinem, quo ſitae ſunt. Nomina ſingulis Prote, Meſe, etc. C. Tol.*

u. *Blaſcon vocatur)* Monpeſſulenſibus hodie, *La Plage:* Inſula cincta altera ex parte mari, altera ſtagno. *Dalec.*

*Blaſcon)* Feſto Auieno, in deſcript. Orae marit. v. 600. *Blaſco.* Incerti ſitus. H.

x. *Stoechades)* Ptolemaeo et Straboni, Stoechades quinque: duae paruae: tres ſat magnae: ac poſt eos Lero, et Planaſia. Stoechades tres Plinii, hodie *Pomige*, ab vnius nomine. Earum prima, Themiſta Martiano, Prote Plinio, hodie *Iſoco.* Altera Meſe, hodie *Diui Stephani:* tertia Hypaea, hodie *Pomige.* Aliae inſulae parvae Stoechadib. vicinae, duae Straboni, et Ptolemaeo, plures Melae, hodie, *Les Iles Dieres*, numero tres: *Bonomo*, *Porro Crozo*, *Porro Rhena* ſiue *Ribadeo.* Quatuor vero Stoechadibus vicinae, Sturium, Phoenice. Phila Lero, hodie *Aire*, *Hiare*, *Proxelo*, *Reo.* His adiacent et aliae duae, quarum vnam rubram vocant: Baſconem, hodie dici *Gianeam*, volunt: et Agatham Ptolemaeo memoratam, hodie *L' isle d' Ade*: Lerina, in qua Leronis templum fuit, hodie *Sancti Honorati:* Planaſia vero a Strabone memorata, huic vicina hodie Diuae Margaretae. *Dal.*

*Stoechades)* *Les Isles d' Hieres*, a vicino in continente oppido appellatae, quod Maſſilienſium olim ditionis fuit: quare Maſſilienſibus hae vicinae dicuntur. H.

y. *Propter ordinem)* Vide Not. et Em. N. XLIX. (hic inſ.) *Dictae propter ordinem, quas item nominant ſingulis)* In MSS. *quas iterum.* Forte ita rectius, cum Toletano Pintiani: *Propter ordinem quo ſitae: a quo iterum nomina ſingulis, Prote et Meſe.* Ab ordine, inquit, quem certis interuallis diſpoſitae hae ſervant inſulae, in vniuerſum Stoechades dictae ſunt: rurſusque ab eodem ordine ſingulatim ſibi quaeque nomen adſciuit: priore earum Prima, altera mox Media: demumque tertia Vltima appellata. Porro vernacula Stoechadum nomina Pinetus et Dalecampius ea comminiſcuntur, quae nec exteris nec indigenis nota ſint

Honor

minant ſingulis vocabulis, Proten 1., et Meſen, quae et Pomponiana 1 vocatur: tertia Hypaea. Ab a. his Sturium, Phoenice, Phila; Lero b., et Lerina c. aduerſum Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria.

XII. (VI.) In Liguſtico mari eſt Corſica d., quam Graeci Cyrnon e. appellauere, ſed Tuſco propior: a ſeptemtrione in meridiem proiecta 2, longa paſſuum CL. f. millia: lata maiore ex parte quinqua-

 ginta:

1. *Pompeiana. Vet.* 2. *porrecta.*

Honor. Bouche, L. I. hiſt. Prou. c. 7. a Pomponiana Meſen perperam diſtinguit: alii aliter peccant. H.

2. *Proten)* Πρώτην, hoc eſt, Primam: hodie *Porqueyroles*, Μέσην Mediam, nunc *Portecroz*, quae anno 1200. Mediana vocabatur, vt docet Honor. Bouche, L. I. hiſt. Prou. c. 7. p. 43. Ὑπαιαν denique, hoc eſt Poſtremam, nunc *L' Isle du Levant, ou du Titan*, quae maxime omnium in ortum vergit. H.

a. *Ab his Sturium*, etc.) Nunc ſunt *Ribaudas*, *Langoutier*, *Baqueou*, vt recte vidit idem auctor hiſtoriae Prouinciae, l. c. Sunt eae inter Stoechadas minimae, in quibus exſtructae arces Ludouici XIII. Principatu. H.

b. *Lero)* Haec Antipoli propior, quam Lerina, eſt. Nunc a ſacello ei Diuae ſacro, *l' Isle de S. Marguerite*. H.

c. *Lérina)* A Lerone freto paſſ. DC. diſpeſcitur. Strabo, L. IV. p. 185. Πλανάσιαν vocat, a planitie. Vnde Sidonius in Euchar. ad Fauſtum. *Quantos illa inſula plana, Miſerit in caelum montes:* viros ſanctos intelligit, ſeu Monachos Lerinenſes. Nunc *S. Honoré de Lerin.* Antonin. in Itiner. Marit. *Ab Antipoli Lero et Lerina inſulae, M. P.* XI. H.

d. *Corſica)* De Corſicae ſitu, variis incolis, Phocenſibus, Liguribus, Cantabris, et de coloniis Mariana et Syllana, vide multa apud Senecam c. 8. lib. de Conſol. ad Heluiam. *Dal.*

e. *Cyrnon)* A Graecis Κύρνος, a Poenis Κορσικὴ, inquit Pauſan. in Phoc. L. X. p. 639. H.

f. CL. *Millia)* Strabo, L. V. p. 244. ex Chorographo, neſcio quo, CLX. mill. longitudine, latitudine LXX. porrigi ait. Plinium, vt ſolet,

ginta: circuitu g. cccxxv. [1] M. Abeſt a vadis Volaterranis LXII. h. M. paſſ. Ciuitates habet XXXIII. l. et colonias: Marianam k., a C. Mario deductam; Aleriam [2], a Dictatore Sylla. Citra [3] eſt Oglaſa l.: intra m. vero ſexaginta millia paſſuum a Corſica, n. Planaria [4] a ſpecie dicta; aequalis freto, ideoque nauigiis fallax. Amplior o. Vrgo [5] et Capraria,

1. CCCXXV. *Tol. Ch. et Martianus.* 2. *Alteram. Vet.* 3. *Scipa autem citra eſt, Ogloſa infra. Marcianus.* 4. *Plataraaria.* 5. *Orgon. Vet. Gorgona.*

let, ſequitur Martianus, L. VI. p. 207. H.

g. CCCXXV.) Sic libri omnes MSS. cum Martiano. H.

h. LXII. M. *Paſſ.)* Vide Not. et Em. N. L. (hic adp.) *Abeſt a vadis Volaterranis,* LXII. M.) Corruptus haud dubie numerus, cum XC. circiter M. paſſuum inter vtraque loca nunc ſupputentur. Nota fortaſſis centenarii in quingenarium deflexa ab amanuenſibus eſt, ſcriptumque LXII. pro CXII. Quin ſi Artemidoro credimus, apud Agathem. L. I. Geogr. c. 5. gemina centenarii nota librariis excidit, ſcribique neceſſe eſt CCLXXV. Traiectum enim ait eſſe ſtadiorum bis mille ducentorum. Sed coarguit Artemidorum Strabo, L. V H.

i. *Habet* XXXIII.) Sic Martian. l. c. H.

k. *Marianam, etc.)* Vtriusque coloniae, et a Mario, et a Sylla deductae Seneca meminit, L. de Conſol. ad Helu. c. 8. p. 808. Aleriae Mela, L. II. c. 7. Flor. L. II. c. 2. et Antoninus. Vtriusque rudera hodieque viſuntur, latere inſulae eo, quod Italiam ſpectat. In Concilio Lateranenſi ſub Martino, *Donatus Marianenſis Epiſcop.* Vide Not. et Em. N. L. H. (ſupra l. h.)

l. *Oglaſa)* Apparet ex ſitu eſſe *Monte Chriſto:* vbi Monachi olim degebant, ad quos literas ſcribit S. Gregorius, L. I. ep. 9. H.

m. *Intra vero)* Priſcae fere conuenit recentium nautarum menſura, hoc idem maris ſpatium 1. millibus paſſ. metientium. H.

n. *Planaria)* Nunc *Pianoſa*, prope Iluam, cui ad occaſum obtenditur. H.

o. *Vrgo)* Sic MSS. omnes, ſic etiam Mela, L. II. c. 7. et Martianus, l. c. Rutilio in Itiner. p. 315. *Gorgon. Aſſur-*

ria p., quam Graeci Aegilon [1] dixere: Item q. Aegilium [2]: et Dianium, quam Artemiſiam r.: ambae contra Coſanum s. litus: et [3] Barpana t., Maenaria u., Columbaria, Venaria. Ilua x. cum ferri metallis,



1. *Aegilium. Vet.* 2. *Igilium. Vet. Ignium. Mela.* 3. *et Barpona, Mae. Vet. et paruae. Maen. Gr. et Al.*

*Aſſurgit ponti medio circumſtua Gorgon, Inter Piſanum, Cyrnaicumque latus.* Gregor. M. L. I. ep. 50. *Gorgonis inſulae monaſteria* laudat. Stephano, Ὀργών, νῆσος Τυῤῥηνίας. Hodie *la Gorgona.* H.

p. *Capraria)* *Caprara*, vel *Capraia.* Αἰγιλον Graeci dixere, ἀπὸ τῶν αἰγῶν, hoc eſt, a capris ſilueſtribus, vt ait Varro, L. II. de R. R. c. 3. qui Capraſiam vocat. Sic Planariam, Planaſiamque ex aequo dicimus. H.

q. *Item Aegilium)* Diuerſa haec inſula a ſuperiore: Antonin. in Itiner. Marit. *Inſula Aegilium a Coſa ſtadia* XC. Melae, L. II. c. 7. et Martiano, L. VI. p. 207. *Igilium.* Laudat hanc Rutilius eximie in Itin. L. I. p. 308. *Eminus Igilii ſiluoſa cacumina miror*, etc. nunc *Giglio.* H.

r. *Artemiſiam)* Subintelligе, dixere Graeci: Eſt enim Ἄρτεμις Graece Diana. Ἀρτέμιταν hanc inſulam Stephanus vocat. Nunc *Gianuzi*, contra *Monte Argentaro*, quod promontorium in continente Italiae eſt. H.

s. *Coſanum litus)* Dicitur etiam a quibusdam Barpona. Pomp. Melae Carbonaria, hodie Monte Chriſto. *Dalec.*

*Coſanum)* Citra Tiberis oſtia. De Coſa diximus, ſect. 8. H.

t. *Barpana)* Ita MSS. omnes. Ea haud dubie eſt, quae Pomponio Melae L. II. c. 7. Carbania dicitur: nunc *Corboli*, iuxta Iluae promontorium illud, quod Plumbinum Italiae reſpicit. H.

u. *Maenaria)* Hodie Melora. *Dal.*

*Maenaria)* Nunc *Meloria*, quae portui Liburno obiacet. Columbariam ab auium genere dictam Solinus autumat. Veneriam, non Venariam habet Martianus, l. c. Ambae inter Iluam, et Plumbinum ſitae. H.

x. *Ilua)* Ptolemaeus in mari Liguſtico recenſet Iluam, Aethaliam, Caprariam, diverſas inſulas. Quidam Aethaliam eius, eſſe putant Palmariam inſulam. De illa illiusque portu, variis lapillis, et Argonautarum relictis Stoechadib. eam acceſſu, vide multa apud Vict. c. 10. 19.

αἰθά-

tallis, circuitu centum millia a y. Populonio [1] decem, a Graecis Aethalia dicta. Ab ea Planaſia z. xxxviii. [2] M. Ab his vltra Tiberina oſtia in a. Antiano Aſtura, mox Palmaria b., Sinonia, et adverſum Formias Pontiae. In Puteolano autem ſinu c. Pandataria [3], Prochyta d.: non ab Aeneae nutrice,

1. *Populonia Gr.* 2. *ſic ex MSS. Hard. conf. Ch.* xxxix. *Gr. et Al.* 3. *Pandateria. Ch.*

αἰθάλειαν Graeci vocant, pro quo apud Ariſt. *περὶ τῶν ἀκουσμ.* legitur corrupte, nunc θάλεια, nunc *αἰγιαλία*. Vict. cap. 23. 32. *Dal.*

*Ilua)* Rutilius in Itin. L. I. p. 309. *Occurrit Chalybum memorabilis Ilua metallis.* Nunc *Elua* dicitur, contra Plumbinum. Eadem Αἰθαλία cur nuncupata ſit, diſce ex Stephano. Iluam ab Aethalia perperam ſeiungit Ptolemaeus, et mox Aenariam rurſum a Pithecuſa. H.

y. *A Populonia decem, a Graecis Aethalia dicta)* Geographi omnes, et vtrumque ſcriptum exemplar, et vulgaris hodie nominatio, *Populonium.* Solus Virgilius poetica, puto, licentia, *Populonia.* Nam Pomponio idem ſemper ius eſt cum Plinio. Occurrit hic notandum, Iluam inſulam pro eadem cum Aethalia accipi a Plinio. A quo ſtare videtur Stephanus. Nam ferri metalla, quae Iluae Plinius, ipſe Aethaliae tribuit, vnde inſulae nomen proditum tradit. At Ptolemaeus diuerſas facit inſulas, Iluam et Aethaliam. Sicuti infra etiam octauo capite, Aethuſam et Aeguſam Plinius vnam intelligit, cum Ptolemaeo duae ſint. *Pint.*

z. *Planaſia)* Quam paulo ante Planariam diximus. Sic Capraria eadem quae Capraſia eſt. Inſula M. Piſonis Planaſia a Varrone dicitur, L. III. de R. R. c. 6. H.

a. *In Antiano)* Vbi colonia Antium, Aſtura flumen et inſula, vt diximus, ſect. 9. H.

b. *Palmaria*, etc.) Palmaria hodie *Palmaruola.* Simonia, *Sanone.* Caietam verſus. Ceteris maior Pontia, *Iſola di Ponza:* vniuerſae fere communi vocabulo Pontiae appellatae. Vnica Straboni Ποντία, L. II. p. 123. Pontiae multitudinis numero, Liuio, L. IX. p. 162. H.

c. *Pandataria)* Ex inſulis duabus quas nautae *Le Bote* vocant, altera Sanum, Pandataria eſt, in quam filiam Augu-

trice e., ſed quia profuſa f. ab [1] Aenaria erat. Aenaria g. ipſa a ſtatione h. nauium Aeneae, Homero



1. *Quidam Aenearia vbique hic ſcribunt.*

Auguſtus relegauit: altera Diui Martini hodie. Vide cap. 88. lib. I. *Dalec.*

*Pandataria)* Straboni, L. V. p. 233. Παυδατερία. Nunc S. Mariae. Pandateria Tacito Annal. L. I. p. 26. H.

d. *Prochyta)* Virgil. IX. Aeneid. — *Tum Prochyta alta tremit: durumque cubile Inarime, Iouis imperiis impoſita Typhaeo. Dal.*

*Prochyta)* Προχύτη Stephano: etiamnumque *Procita*, contra promontorium Miſenum. H.

e. *Aeneae nutrice)* Vide Dionyſium Halicar. lib. I. *Dal.*

*Non ab Aeneae)* Vt exiſtimauit Dion. Antiq. Rom. L. 1. p. 43. H.

f. *Profuſa ab Aenaria erat)* Nam Inarime ſiue Aenaria terrae motu quaſſata, monte dirupto ac proſtrato, inſulam diuulſam extruſit Prochytam ideo dictam, quod ea cauſa veluti profuſa fuiſſet. Strab. lib. V. *Dal.*

*Quia profuſa)* Quia motu terrae auulſa, ac veluti in altum proiecta ab Aenaria, ſeu Pithecuſa, foret. Strabo, L. V. p. 247. Ex his Plinii verbis Martianus ridicule Abaenariam inſulam finxit. H.

g. *Aenaria ipſa a ſtatione, nauium, etc.)* Lege: *Aenaria a ſtatione nauium Aeneae, Homero Inarime dicta: Pithecuſa, non a ſimiarum multitudine, vt aliqui exiſtimauere, ſed a figlinis doliorum.* Salmaſ. p. 96. *Gr.*

h. *A ſtatione)* Feſtus: *Aenaria appellauere locum, vbi Aeneas claſſem a Troianis veniens appulit.* Plinius non Aeneam cum nauibus, ſed Aeneae naues dumtaxat, quas ille Tithono in Italiam proficiſcenti ad transuehendos colonos locauerat vel commodarat, vſque ad hanc inſulam peruenille refert, nec vltra progreſſas ibi ſubſtitiſſe in tutiſſima ſtatione, donec in Troadem ante Graecorum aduentum remigrarent; Tithono interim, (qui miſſus, non a Laomedonte, vt ſuſpicati nuper in Apologia Homeri ſumus, ſed a Priamo fratre fuerat, ad transuehendos, quos diximus, colonos, ſcilicet valetudine, aetate, vel ſexu inutiles bello Troiano ſuſtinendo, quod imminebat a Graecis,) ad Lirim amnem vſque ad Circeios naves ſuas peragente. Naues enim

ro h. Inarime dicta, Graecis Pithecusa i., non a similiarum k. multitudine [1], (vt aliqui existimauere) sed

1. *Mutatione.*

enim Aeneas, quibuscum in Italiam venire ipse potuisset, easdem Agnato suo Tithono potuit in publicam patriae vtilitatem commodare: aut si venit ipse ductor nauium suarum, id quod minus esse veri simile arbitramur; ante Troianam certe obsidionem, Homero teste idoneo ac locupiete, Troiam rediit, Tithono in Italia remanente. Hodie *Ischia.* Vide Not. et Em. N. LI. (hic consp.) *Aenaria ipsa)* Siue ab Aeneae nauium statione, siue ab aheno aerisque metallis, Aenaria dicta sit, quasi Athenaria, Αἰναρίαν scripsere cum diphthongo antiqui omnes: vnus instar sit omnium Appianus, L. V. Bell. Ciuil. p. 711. qui νῆσον τὰς Πιθηκέσσας vocat, ἡ νῦν ἐστιν Αἰναρία. Nam quod suadere Salmasius nititur, in Solin. p. 97. et 321. et Bochartus, L. III. de animal. c. 31. p. 994. scribi *Enaria* oportere, vt ab enaribus, hoc est, sine naribus, similis videlicet, nomen insulae deflexum videatur, valde vereor vt quisquam vir naris emunctae probet. H.

h. *Homero Inarime)* Apud Homerum debuit scribi εἰν' Ἀρίμῃ. error est librarii ex contractione εἰναρίμῃ. Virg. hunc sequutus lib. IX. Aeneid. vt supra ostendimus: *Inarime, Iouis imperiis imposta Typhaeo.* Veteres vocarunt Arimen. Vide Erythraeum in Virg. et Ortel. thesaur. *Dalec.*

*Homero)* In Catalogo Nauium, v. 290. εἰν' Ἀρίμοις: vnde Virgil. Aen. IX. Ouid. Metam. L. XIV. v. 89. aliique *Inarimen* finxere. H.

i. *Pithecusa)* Sic vocata est, auctoribus Xenagora, Suida, Harpocratione, quod Candulum et Atlantem sceleratissimos homines, ac ideo vocatos Cercopas, quasi caudatas Simias, aduenas dolis circumuenientes, Iupiter eadem fraude ab illis petitus in simias verterit. Vide Ouid. libro XIV. Metamorph. *Dalec.*

k. *Non a similiarum)* Quas Graeci πιθήκας vocant. Ita nihilominus visum Ouidio, Metam. L. IV. v. 90. Xenagorae et Aeschini apud Harpocr. p. 168. atque e recentioribus, Salmasio et Bocharto, de animal. L. III. c. 31. p. 994. Sane ἄριμος Hesychio πίθηκος est, hoc est, simia. H.

ſed à figlinis l. doliorum [1]. Inter Pauſilypum m. et Neapolim Megaris n.: mox a Surrento octo millibus paſſuum diſtantes, Tiberii principis arce nobiles Capreae o., circuitu quadraginta millium paſſuum.

XIII. Mox [2] Leucothea p.: q. extraque [3] conſpectum, pelagus Africum attingens, Sardinia, minus r. octo [4] millibus paſſuum a Corſicae extremis, etiamnum anguſtias eas arctantibus inſulis paruis, quae

*1. ſic ex MSS. Hard. doliariorum Gr. et Al. 2. ſunt qui non legant, Mox. 3. extra quem. M. Vet. Chiff. 4. ſic et Chiff. IX. Gr. et Al.*

l. *A figlinis)* Officinis, in quibus dolia fiunt figlina: ἀπὸ τῶν πιθήκων, hoc eſt, κεραμέων πίθων. A πίθος fit πίθακον, πιθήκοι, πιθηκόεις, πιθηκέεσσαι, et πιθηκᾶσαι, id eſt, figlinae. H.

m. *Pauſilypum)* Hodieque *Poſilypo*, in Campania, priſca incolarum Graecorum appellatione, ab abigendis curis, triſtitiaeque ceſſatione, Παυσίλοπον. Mons enim mare proſpectans, conſitus arboribus, villisque refertus, omnium eius orae amoeniſſimus eſt: Virgilii quoque cineribus inclytus. H.

n. *Megaris)* Μεγαρὶς, nunc *Caſtel del Ovo.* H.

o. *Capreae)* Deſcribuntur eleganter a Tacito, Annal. L. IV. p. 222. Vide etiam Sueton. in Tiber. c. 40. et Dionem, L. LII. p. 495. Nunc *Capri.* H.

p. *Leucothea)* Meminit huius Mela, L. II. c. 7. H.

q. *Extraque conſpectum, pelagus Africum, etc.)* Lege: *extraque in conſpectu pelagus Africum attingens Sardinia, minus octo millibus a Corſicae extremis, etiam anguſtias eas arctantibus inſulis, etc.* Salmaſ. p. 98. *Gr.*

*Extraque conſpectum)* Sic in altum recedens, vt a continente proſpici non poſſit, niſi aegre admodum. Strabo L. V. p. 223. Κατοπτεύεται δ' ἀπὸ τῆς πολέως πόρρωθεν μὲν καὶ μόλις ἡ Σαρδὼν, ἐγγυτέρω δὲ ἡ Κύρνος, etc. H.

r. *Minus octo)* *In octauo milliario a Corſica Sardinia eſt*, inquit Martianus, L. VI. p. 207. Stadiorum fere LX. interuallum eſſe ait Strabo, L. V. p. 223. hoc eſt, VII. M. D. paſſ. H.

quae Cuniculariae s. appellantur: itemque t. Phintonis [1], et Foſſae: a quibus fretum ipſum Taphros nominatur. (VII.) Sardinia u. ab x. oriente patens, CLXXXVIII. millia paſſuum: ab occidente, CLXXV. [2] millia: a meridie LXXVII. [3] millia: a ſeptemtrione, CXXV. [4] cuicuitu DLXV. [5] millia, abeſt ab Africa y. Caralitano [6] promontorio ducenta millia, a Gadibus quatuordecies centena. Habet et a Gorditano z. promontorio duas inſulas; quae vocan-

1. *Phironis. V. Pintonis. Tol.* 2. *ſic et Ch. Tol. aliis,* CLXXII. CLXX. *Gr.* DLXX. *Al.* 3. *ſic et Ch.* LXXIV. *Gr. et Al.* 4. *ſic et Ch.* CXXII. *Gr. et Al.* 5. *ſic et Ch.* DLXV. *Gr. et Al.* 6. *Calaritano. Vet.*

s. *Cuniculariae)* Harum altera hodie, *Iſola de le Bizze*, Serpentum inſula, altera *Speragia. Dal.*

*Cuniculariae)* Hodie ſine nomine, ſcopulis, quam inſulis, propiores. H.

t. *Itemque)* Id eſt: Anguſtiae illae arctantur, non modo Cuniculariis inſulis, ſed illa etiam inſula, quae Phintonis, (Ptolemaeo, L. III. c. 3. Φίντωνος νῆσος,) et his quae Τάφρος, ſeu Foſſae vocantur. Illa nunc *Iſola di Figo:* altera *Iſola Roſſa*, Cluuerio, lib. de Corſica antiq. p. 502. H.

u. *Sardinia)* Sardiniae caelum Pauſanias eſſe ſcribit θολερὸν ἐς ἐπιπὰν καὶ νοσώδες, ob ſalinas, graues et violentos auſtros, et montium altitudinem, qui ſalubrem Boreae flatum repellunt. Alii Solpugas venenatae formicae genus, et Sardonium Barathrachium cauſantur potius. Cicero Tigellium in ea inſula natum patria ſua peſtilentiorem eſſe ait. Martial. *Nullo fata loco poſſis excludere, cum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.* Silius: *Serpentum tellus pura ac viduata veneno, Sed triſtis caelo, et multa vitiata palude.* Rhodig. c. 16. 12. et 24. 20. *Dal.*

x. *Ab oriente)* Latere orientali: Haec Martianus iisdem verbis, L. VI. cap. de Sardinia, p. 207. H.

y. *Caralitano)* *Capo Ferrato*, et *Capo di Carbonara.* H.

z. *Et a Gorditano)* Γορδίτανον ἄκρον Ptolemaeo, L. III. c. 3. ab occidentali inſulae latere: Nunc *Capo di monte Falcone*, et *Capo di Argentera.* Habet haec quoque Martianus, l. c. iisdem verbis. H.

vocantur Herculis a.: a b. Sulcenſi [1], Enoſin c.: d. a [2] Caralitano, Ficariam. e. Quidam haud procul ab ea etiam Berelidas f. ponunt, et Collodem g., et quam vocant Heras h. lutra [3]. Celeberrimi in ea

1. *Sylcenſi. Solcenſi, vetuſtiſſ. Sulſenſi Gr. et Al.* 2. *Caralit. Fica. Galatamque. Marcian.* 3. *Hieraca. vetuſt. Heralytra. Ch.*

a. *Herculis)* Ἡρακλέους νῆσον vnicam Ptolemaeus agnoſcit, L. III. c. 3. Sunt tamen geminae: maior, *Aſinaro*, ſiue *Zavara:* minor, *Iſola piana* dicitur. H.

b. *A Sulcenſi)* Quod meridionali inſulae latere, vulgo *la Punta dell' Vlga*, nomen olim habuit a Sulcenſi oppido, de quo mox. H.

c. *Enoſin)* Enoſis, *Diabaſta* Ptolemaeo, hodie, *Sanzermo. Dal.*

*Enoſin)* Ἔνωσιν. Hodie a S. Antiocho nomen habet. H.

d. *A Caralitano Ficariam)* Adde *Galatam*, ex Martiano. *A Caralitano*, inquit, *Ficariam Galatamque.* Galatae meminit et Pomponius, ſed in freto Siculo. Meminit et Plinius infra capite octauo: cuius terra Scorpionem dirum Africae animal necari, ſcribit lib. V. c. 7. *Pintian.*

e. *Ficariam)* Hodie, *Iſola roſſa. Dal.*

*Ficariam)* Φικαρίαν νῆσος Ptolemaeo l. c. Cluuerio *Colzelazo.* H.

f. *Berelidas)* Duae paruae, hodie, *Le Tauro et la Vacca. Dal.*

*Berelidas)* Vide Not. et Em. N. L. II. (paulo poſt.) Et Beleridas, et Κολλωδη, et Ἥρας λατρεα, ſeu Iunonis thermas, inter inſulas quae Sardiniae adiaceant, ab auctoribus haud ſatis probatae fidei afferri, haud obſcure prodit ea loquendi formula. *Quidam ponunt*, etc. *Berelidas)* An *Balaridas* ex Martiano rectius? ſcilicet a Balaris Sardiniae gente, de qua mox Plinius. An potius *Boaridas*, ex Tab. Peutingi vt ſcopuli intelligantur duo, qui S. Antiochi inſulam obſident, *il Toro, et la Vacca?* An denique *Banauridas* ex Stephano, Tyrrhenicas inſulas ſic nominante? H.

g. *Collodem)* Fortaſſis a lignorum copia, Ptolemaeo Melibodes, ſiue Plumbea, hodie, Palmae ſolis. *Dalec.*

h. *Heras)* Apud Ptolemaeum et in vetuſtiſſimo codice legitur *Hieraca*, hodie *Diui Petri.* Ptolemaeus addit

ea populorum i. Ilienſes [1], Balari, Corſi. Oppidorum k. XVIII. [2] Sulcitani l. Valentini m., Neapolitani n., Boſenſes o., Caralitani p. ciuium Romanorum, et Norenſes. q. Colonia autem vna, quae voca-

1. *Iotenſes. Ioalenſes. Vet.* 2. *ſic em. ex MSS. Hard. conſent. Ch.* XIV. *Gr. et Al.*

dit inter Corſicam et Sardiniam, Hermeam, non longe a Nymphata, hodie *Tabularia. Dal.*

i. *Ilienſes)* Ἰλιεῖς, qui Ilio euerſo huc confugere, Iolao duce, vt Pauſanias refert, L. X. Phocic. p. 639. vnde et Ἰολάειοι a Diodoro appellati, L. V. Bibl. p. 296. Ilienſes quoque et Mela, L. II. c. 7. et Liuius vocat, L. XLI. p. 523. quibus iſte adiuncta Balarorum auxilia ſcribit. Quare Plinium haud merito Salmaſius arguit in Solin. p. 29. et 99. quaſi *Ilienſes* pro *Iolenſes* dixerit. Βαλάρων καὶ Κορσῶν appellatio vnde ſit deducta, Pauſanias aperit, l. c. H.

k. *Oppidorum*, XVIII.) Ita MSS. omnes. Subintellige, *celeberrima*. H.

l. *Sulcitani)* Stephanus: Σόλκοι, πόλις ἐν Σαρδοῖ. Addit a Carthaginienſibus conditam. Antonino, *Sulci*. Aliis *Sulchi* Σελχοί. Vbi nunc portus eſt, cui nomen *Palma di Solo*. H.

m. *Valentini)* Οὐαλεντῖνοι Ptolemaeo, L. III. c. 3. ab oppido cognomine, quod perperam in libris editis Οὐαλερία pro Οὐαλεντία ſcribitur. H.

n. *Neapolitani)* Ptolemaeo, l. c. Νεαπολῖται: oppidum Aquae Neapolitanae, quarum etiam meminit Antoninus, ſiue Aethicus: hodieque *Napoli*. H.

o. *Boſenſes)* Βῶσα inter oppida Sardiniae mediterranea, apud Ptolem. l. c. nomen retinet. H.

p. *Caralitani)* Quibus ius ciuium Rom. conceſſum. Sive Caralim, ſiue Calarim legas, nihil intereſt. Variant enim libri veruſti, Mela, L. II. c. 7. *Sardiniae vrbium antiquiſſimae, Caralis et Sulchi*. Liuius *vrbem Carales* vocat, L. XXIII. p. 242. Florus, L. II. c. 6. vrbem vrbium Caralin, quia iam tum, vt hodieque, metropolis inſulae fuit: incolis *Cagliari*. H.

q. *Norenſes)* Antonino, Nora. Νῶρα Ptolemaeo, meridionali inſulae latere. Hodie *Nori*. H.

vocatur ad r. turrim Libyſonis. Sardiniam s. ipſam Timaeus Sandaliotim t. appellauit ab effigie ſoleae, Myrſilus Ichnuſam a ſimilitudine veſtigii. Contra Paeſtanum ſinum Leucaſia u. eſt, a Sirene x. ibi ſepulta appellata. Contra Veliam, Pontia, et Iſcia [1], vtraeque [2] vno nomine Oenotrides y., argumentum

1. *Iſacia.* 2. *Vtraque. Vet.*

r. *Ad Turrim*) Nunc *Porto di Torre.* In Notitia Epiſcop. apud Victorem Virenſ. inter Epiſcopos Sardiniae, *Felix de Turribus.* Antonino, *ad Turrem*, oppidum Sardiniae eſt. Ptolemaeo, L. III. c. 3. Πύργος Βίσσωνος πόλις, pro Λιβύσσωνος. Nunc ibi creditur eſſe *Saſſari.* H.

s. *Sardiniam*) Haec totidem verbis Solinus, c. 4. p. 18. et Martianus, L. VI. c. de Sardinia, p. 207. Praeivit auctor libri mirab. Auſcult. p. 1159. H.

t. *Sandaliotin*) Σανδαλιώτιν, et Ἰχνύσσαν, Claudianus, de bello Gildon. *Humanae ſpeciem plantae ſinuoſa figurat Inſula: Sardiniam veteres dixere coloni.* Vide etiam Pauſan. L. X. Phocic. p. 638. H.

u. *Leucaſia*) Apud Strabonem, L. II. p. 123. Λευκασία: at ſaepius Λευκωσία, vt Stephanus habet: et auctor libri mirab. Auſcult. p. 1190. quo nomine Sirenen etiam eſſe vocitatam diximus, ſect. 9. Hodie *la Licoſa*, petra verius quam inſula. Ab Aenea conſobrina ibi defuncta, Λευκασίαν nominatam ſcribit Dion. Halic. L. I. p. 43. H.

x. *Sirene*) Straboni Sirenes, ſiue Sirenuſſae inſulae, in circumflexu promontorii Athenaei, et Peſtano ſinu, olim Poſſidoniate, ſitae e regione Silaris fluminis, qua ſinum eum illabitur, hodie *Trozo*, *Toro*, *Nizari.* Plinius vnius tantum Leucaſiae meminit. in veterib. Rom. denariis Syren ſpectatur capite virginis criſtata galea tecto, adiectis duabus pilis cum ſcuto, reliquo vt auis corpore. Nam quod tradit Servius Sirenes partim virgines fuere, partim volucres, Acheloi et Calliopes filiae, numero tres, quarum vna voce, altera tibiis, tertia lyra canebat. Iuxta Pelorum illae primum habitarunt: deinde Capreas inſulas tenuerunt, praeternauigantes illectos ſuo cantu in naufragia deducentes. *Dal.*

y. *Oenotrides*) Οἰνωτρίδες νῆσοι

tum poſſeſſae ab Oenotriis z. Italiae. Contra Vibonem paruae a., quae vocantur Ithaceſiae b., ab Vlyſſis [1] ſpecula [2].

XIV. (VIII.) Verum ante omnes claritate Sicilia, Sicania c. Thucydidi [3] dicta, Trinacria d. pluribus, aut Triquetra e., a triangula ſpecie: circuitu patens

1. *Et ſic V. Ch. praep. ab deeſt ap. Gr. et Al.* 2. *ſpectacula. Vet. Tol. Ch.* 3. *a Thucydide. Vet.*

νῆσοι Straboni L. VI. p. 252. De Velia diximus, ſect. 10. et de Paeſtano ſinu, et de Vibone. H.

z. *Ab Oenotriis)* Quos in Italia rerum potitos olim Strabo etiam prodidit, p. 253. H.

a. *Paruae quae vocantur Ithaceſiae, Vlyſſis ſpecula)* Videtur et hic deeſſe praepoſitio, *ab*, ex eodem Marciano: *Contra Vibonem Ithaceſiae, ab Vlyſſis ſpecula dicta.* Exemplar Salmant. *ſpectaculo* praefert, pro quo forte commodius legeretur, *ſpeculatu.* Exemplar Toletanum, *Vlyſſis ſpectacula* legit. *Pintian.*

b. *Ithaceſiae)* Ἰθακησίαι. Meminere Solinus, et Martianus. Nunc *Torricella, Praca, Brace:* ſcopulique alii ſine nomine. H.

c. *Thucydidi)* Libro VI. p. 411. H.

d. *Trinacria)* Thuc. l. c. Diodoro, L. V. Bibl. p. 286. et aliis Homero, Odyſſ. λ'. 106. et μ'. 127. Τρινακίη νῆσος, alia longe a Trinacria eſt. Haec partim Latina vox eſt ab adiectiuo *trinus*, partim Graeca, ex voce ἄκρα *promontorium.* Illa ad quamdam prioris ſimilitudinem ficta eſt, et Solis inſula appellatur, quoniam in ea ſol perpetuo lucet. Eſt enim ea inſula in Odyſſea, ipſum hoc terrae hemiſphaerium, quod certe ſemper lucet a ſole. In nummis Auguſti inſcriptis, SICIL. cave putes Siciliam ſignificari. Diana ſtans vel gradiens pingitur cum arcu et pharetra, quae effigies ad Siciliam non pertinet. At ſi Sicilia hic deſignaretur, cum ſymbolo congruentiore ſcriberetur nomen integrum SICILIA. Primae ſunt ergo eae totidem vocum literae, hac ſententia: *Salus Imperatoris Caeſaris, Italiae Laetitia eſt.* Is autem ſaluti ac valetudini ſuae, venatione, quam Diana cum arcu ſignificat, conſulebat. H.

e. *Triquetra)* *Tellus Triquetra*, hoc eſt, Sicula, dixit Horat. L. II. Sat. 6. H.

tens, vt auctor eſt Agrippa f., DCXVIII. M. paſſ. quondam g. Brutio agro cohaerens, mox interfuſo mari auulſa XV.[1] M. in longitudinem freto, in latitudinem autem h. M. D. paſſ. iuxta columnam Rhegiam. Ab i. hoc dehiſcendi argumento, Rhegium Graeci nomen dedere oppido, in margine Italiae ſito. In eo freto eſt ſcopulus Scylla: item Charybdis mare vorticoſum: ambo k. clara ſaeuitia. Ipſius l. Triquetrae, vt diximus, promontorium Pelorus vocatur, aduerſus Scyllam vergens in Italiam: Pachy-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. M.* XII. *M. Gr. et Al.*

f. *Agrippa)* At Poſidonius apud Strabonem, L. VI. p. 266. habet tantum ſtadia quater mille et CCCC. hoc eſt, DC. mill. paſſ. Timoſthenes vero apud Agathemerum, L. I. c. 5. ſtadiis 4746. ambitum Siciliae definit, hoc eſt, DXCIII. mill. CDL. paſſ. H.

g. *Quondam)* Vide quae diximus, L. II. f. 90. H.

h. *M. D. paſſ. iuxta)* Ita Timoſthenes apud Agathem. duodecim ſtadia patere hoc fretum latitudine prodidit, L. I. c. 3. H.

i. *Ab hoc dehiſcendi)* Ita Solinus, c. 5. p. 19. Ἀπὸ τῆ ῥαγῆναι Rhegium dictum volunt, quod ibi terra dehiſcat interfuſo tenui maris euripo. Alii Regium ſine aſpiratione ſcripſere, quaſi Regiam, hoc eſt, Βασίλειον, Strabo, L. VI. p. 258. H.

k. *Ambo clara)* De his ſatis appoſite Quid. Metam. L. VII. v. 62. *Quid quod neſcio qui mediis concurrere in undis Dicuntur montes? ratibusque inimica Charybdis Nunc ſorbere fretum, nunc reddere: cinctaque ſaeuis Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?* At apud Homerum, Odyſſ. μ'. 61. Scylla et Charybdis petrae ſunt duae fabuloſae, cum ſcopulis totidem; quibus imaginibus poetice deſcribit adulteriorum, diſcordiae, et luxuriae mala. H.

l. *Ipſius Triquetrae vt diximus)* Verbum, *Triquetrae*, hic et ſupra, adiectum arbitramur, falſoque Plinio attributum. De Sicilia enim differit peculiari et dicato tractatu, non de alia regione, inſulaue *Pint.*

*Vt diximus)* Sect. 10. Πέλωρος ἄκρα Ptolemaeo, L. III. c. 4. Nunc *Capo di Faro.* H.

m. Pachynum [1] in Graeciam, n. CCCCXL. [2] M. ab eo diſtante Peloponneſo: Lilybaeum o. in Africam CLXXX. M. interuallo a p. Mercurii promontorio: et a Caralitano Sardiniae CXC. M. [3] Inter ſe autem haec promontoria ac latera diſtant his ſpatiis. Terreno itinere a Peloro Pachynum q. CLXXXXXI. [4] M. paſſ. Inde Lilybaeum CC. M. inde Pelorum, CLXX. M. r. Coloniae [5] ibi quinque: vrbes ac ciuitates LXIII.

1. *Pachynus.* 2. *Sic et M. cui lectioni adſtipulatur et Martianus.* CXLIV. *Gr. et Al.* 3. *ſic et Ch.* CXX. *Gr. et Al.* 4. *ſic et Ch.* CLXVI. *Gr. et Al.* 5. *Coloniae immunes quinque, ciuitates* LXXIII. *coloniae ibi vrbes ac ciuitates* LXXII. *Gr. et Al.*

m. *Pachynum)* Παχύνος ἄκρα Ptolemaeo, nunc *Capo di Paſſaro*, ſiue *Paſſalo*. H.

n. CCCCXL. *mill. ab eo)* Vide Not. et Em. N. LIII. (hic poſt.) CCCCXL. *M. ab eo diſtante Peloponneſo)* Ita reſcripſimus admonitu Cod. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. etc. cum in editis perperam legatur, CXLIV. hoc eſt, centena quadraginta quatuor, pro *quater centena et quadraginta*. Suffragatur praeter Capellam, qui hunc plane numerum habet, L. VI. c. de Sicilia, p. 208. etiam Strabo, dum Alphei fluminis oſtium quatuor millia ſtadium, hoc eſt, D. millia paſſuum a Pachyno abeſſe teſtatur, L. VI. p. 266. H.

o. *Lilybaeum)* Λιλυβαίων ἄκρα Ptolem. *Capo di Marſalla*. H.

p. *A Mercurii)* In Africa. De eo, L. V. f. 3. Hoc interuallum Timoſthenes l. c. ait eſſe fere CC. mill. paſſ. H.

q. *Pachynum* CLXXXVI.) Ita MSS. omnes, Capella, p. 208. CLXXVI. Terreno itinere haec menſura inſtituitur, atque adeo breuior inſulae circuitus ex triphō hoc interuallo colligetur, quam quem Agrippa efficit, ora ſinubusque luſtratis. H.

r. *Coloniae ibi, vrbes, ac ciuitates* LXXII.) Scribendum reor, *Coloniae immunes ac ciuitates, etc.* vt hoc ipſo libro, capite primo: *Huius conuentus ſunt reliquae coloniae immunes.* Et capite tertio: *Poſt Caeſarauguſtana colonia immunis amne Ibero affuſa.* et paulo ante, *Colonia immunis Ilici.* Patet praeterea ex Martiano, numerum coloniarum praeteritum eſſe,

libra-

LXIII. [1] A Peloro mare Ionium ora ſpectante, oppidum Meſſana ciuium s. Romanorum, qui Mamertini vocantur. Promontorium Drepanum t.: colonia Tauromenium u., quae antea x. Naxos,



1. LXIII. *Ch.*

librariorum incuria. Confirmatur id auctoritate ipſius Plinii, qui ſtatim colonias in Sicilia quinque aſſignat: Tauromin̄ium, Catinam, Syracuſas, Thermas, Tyndaridem. Item Martianus et antiqua lectio, *ciuitates* LXXIII. legunt, quam eſſe veram lectionem comperiet qui diligenter eas numerauerit. Vt in totum legendum ſit: *Coloniae immunes V. ciuitates* LXXIII. *Pint.*

*Coloniae ibi quinque)* Vide Not. et Em. N. LIV. (hic adi.) *Coloniae ibi quinque: vrbes ac ciuitates* LXIII.) Locum hunc reſtituimus, tum ex Martiano Capella, L. VI. c. de Sicilia, p. 208. tum ex eorumdem codicum fide, in quibus ciuitates LXIII. nullis adiectis aut detractis leguntur. Coloniarum numerum, quem nos etiam repoſuimus, ex Martiano, ſubſequentis voculae, *vrbes*, litera prior abſorbuerat. Porro totidem infra coloniae redduntur: Tauromenium, Catina, Syracuſae, Thermae, Tyndaris. In Excerptis Legationum e Diodori L. XXIII. vrbes in Sicilia LXVIII. omnino numerantur: qui numerus e quinque coloniis, vrbibusque tribus et ſexaginta recte conflatur. H.

s. *Ciuium Rom.)* Iure ciuitatis a Senatu donatum. *Meſſine.* Incolis *Meſſina Citta nobile.* Nummi veteres ſub Auguſto cuſi MESSENION, Latinis ſcripti characteribus, vt ſe ciues Romanos incolae teſtarentur, ſeque a Meſſeniis Peloponneſi diſcriminarent. Cuniculus in ea nummi parte ſculptus, cuniculoſam eam fuiſſe, vel eſſe regionem docet. Fuit hic nummus argenteus apud *D. de Boze.* H.

t. *Drepanum)* Ex eius adverſo Ptolemaeus inſulam exiguam Forbantiam ſtatuit hodie *Lenza:* et ex aduerſo Lilybaei, Sacram, hodie *Marezino. Dalec.*

*Drepanum)* Idem quod Ptolem. Ἀρίγενον: nunc *Capo di S. Aleſſio*, a proximo S. Alexii caſtello. H.

u. *Tauromin̄ium)* Hic et paulo poſt, in ambobus antiquis codicibus, *Tauromenium* leges, non *Tauromin̄ium. Pint.*

x. *Antea Naxos)* Solin. c. 5. p.

flumen y. Asines: mons z. Aetna nocturnis mirus incendiis. Crater a. eius patet ambitu stad. xx. Fauilla b. Tauromenium et Catinam [1] vsque pervenit feruens: fragor vero ad c. Maronem [2] et Gemellos colles. Scopuli d. tres Cyclopum, portus Vlys-

1. *Catinam, vt paulo post, et Vet. Catanam G.* 2. *Maronem. Ch.*

5. p. 19. Etiam Antonin. in Itiner. Tauromenium Naxon vocat. Nempe Naxo excisa, Tauromenium successit, quo deducti sunt Naxii, vt auctor est Diodor. Sic. Bibl. L. XIV. p. 282. et L. XVI. p. 411. Graecis Ταυρομένιον, Nunc *Taormina.* Nummus Graecus e Museo nostro Parisiensi, TAYPO-MENITAN. H.

y. *Flumen Asines)* Acim fluuium ex Aetna monte ἀκίδος, id est teli instar decurrere adnotat Eustathius in Dionysium, ab eo fluuio Romae dicti *Aciscoli*, quasi Aciscoli, vt *Agriculi*, pro Agricoli. *Dalec.*

*Asines)* Ἀσίναρον ποταμὸν vocant Thucyd. L. VII. p. 554. et Plut. in Nicia, p. 541. Accolae, *Cantora.* Hunc cum Aci Dalecampius male confundit. H.

z. *Mons Aetna)* Plautus in Milite: *- praeter thesaurum, Tum argenti montes, non massas habet: Aetna non aeque alta est.* In Mercatore: *Montes tu quidem mali ardentes in me iamdudum iacis.* Sub Aetna, Liparensibus insulis, et Puteolano, Baianoque agro Typhona Gigantem sepultum fuisse ex Pindaro Strabo scribit libro IV. Cornelius autem Seuerus in Aetna Enceladum: *Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aetnae Obruit Enceladum, vasti qui pondere montis Aestuat, et paruulis exspirat faucibus ignis. Dalec.*

*Aetna)* *Mont Gibel.* H.

a. *Crater)* Est summus verticis hiatus. *Dal.*

*Crater)* Qui in summo vertice aperit se hiatus. H.

b. *Fauilla)* Ita etiam Strabo, L. VI. p. 269. August. de Ciuit. Dei. L. III. c. 31. aliique. H.

c. *Ad Maronem, etc.)* In Martyrologio Maurolyci, Maronis pariter montis fit mentio, Gemellorumque collium. Maro nunc *Madonia* dicitur: Gemelli, *Monte di Mele*: vtrique vno nomine *Mons Nebrodes* Solino, c. 5. p. 19. et aliis. H.

d. *Scopuli tres)* In ora, citra Catinam. *Li Fariglioni.* Qua parte Sicilia spectat Eurum,

Vlyſſis e., colonia f. Catina [1]. Flumina: Symaethum g., Terias. Intus Laeſtrygonii h. campi. Oppida: Leontini i., Megaris k.: amnis [2] Pantagies.



1. *Catana Gr. et Al.* 2. *Pantagia Vet.*

rum, Cyclopas Plinius collocat, cum portu Vlyſſis recte: at Homerus ad ſeptemtrionem fere; quoniam ſic poſcit deſcriptio itinerum Vlyſſis in ea fabula. Veniſſe conſtabat Vlyſſem in Siciliam ex fama publica, atque ibi tunc Cyclopas extitiſſe. Cetera inuenit, immutauit, diſpoſuit vates, ex artis licentia et legibus. Cyclops, Graece Κύκλωψ non hominem ſignificat, cui lumen ſit vnicum; ſed qui rotundos oculos habet, ſiue orbiculares. Vnoculum Cyclopa finxit Homerus, tum vt monſtroſior eſſet: tum quia ſi oculos duos haberet; vno effoſſo ſatis ei alter eſſet ad animaduertendos percuſſores: id quod fabula prohibebat. Docet enim illa, iuſte poenas ab eo exigi, qui ſacroſancta hoſpitii iura violet: quod Cyclopis facinus fuiſſe finxit Homerus. H.

e. *Vlyſſis)* Nunc *Longuina ſtatione*, prope Catinam. H.

f. *Catina)* Sic omnes MSS. Quam Graeci Κάτανάν, Catinam Latini dixere: vt illi Μασσαλίαν, Maſſiliam iſti. Nummus in muſeo noſtro, ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. Nobis *Catane:* incolis, *Catania.* In vetere inſtrumento apud Parutam, p. 14. *Catana Citta Clariſſima.* Colonos eos miſſos a Romanis auctor eſt Strabo, L. VI. p. 268. H.

g. *Symaethum)* Σύμαιθος Straboni, L. VI. p. 272. Hodie *la Iaretta*, vltra Catinam. Τηρίας Diodoro in Eclog. p. 868. et Heſychio, nunc a S. Leonardo nomen ſortitur, *Fiume di S. Leonardo.* H.

h. *Laeſtrygonii)* Λαιςρυγόνες appellati, qui Leontinos campos incoluere, *οἱ τὸ Λεοντίνων πεδίον οἰκήσαντες*, inquit Polybius, in Excerpt. p. 22. Silius, L. XIV. *Prima Leontinos vaſtarunt praelia campos Regnatam duro quondam Laeſtrygone terram.* H.

i. *Leontini)* In Nummis Muſei noſtri ΛΕΟΝΤΙΝΩΝ. Melae quoque L. II. c. 7. *Leontini.* Λεόντιον Ptolemaeo, L. III. c. 4. Nunc *Lentini.* In vetere inſtrumento, apud Parutam, p. 14. *Lentini Citta Fecondiſſima.* H.

k. *Megaris)* In nummis apud Parutam ΜΕΓΑΡΑ. Et apud Ptolem. Μέγαρα. Stephano Μεγαρὶς ἐν Σικελίᾳ, ἡ πρότερον Ὕβλα. H.

gies. l. Colonia Syracuſae m. cum fonte Arethuſa. n. Quamquam et Temenitis o., et Archidemia [1], et Magaea, et Cyane, et Milichie [2] fontes in Syracuſano potantur [3] agro. Portus p. Nauſtathmus, flumen Elorum, promontorium Pachynum: a q. qua fronte Siciliae flumen Hirminium r., oppidum

1. *Archidemiſa et Margaea. Vet* 2. *Milinae. Vet.* 3. *ponantur. Vet.*

l. *Pantagies)* Vibio Seq. *Pantagias*: Silio quoque, L. XIV. Παντακιός Thucydidi, L. VI. p. 413. Ptolemaeo, Πάνταχας. Nunc *Porcaro*. H.

m. *Syracuſae)* Incolis *Siracoſa citta Fedeliſſima*: nobis *Syracuſes*. Coloniam eo deductam ab Auguſto, A. V. C. 733. M. Lollio, Q. Lepido Coſſ. auctor eſt Dio, L. LIV. p. 127. et Strabo, L. VI. p. 270. H.

n. *Arethuſa)* Cic. in Verrem, or. VI. n. 18. *In hac inſula extrema eſt fons aquae dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium: qui fluctu totus operiretur, niſi munimine ac mole lapidum a mari diſiunctus eſſet.* Nunc fons eſt ſine nomine. Falcandus, in hiſt. Sic. motu terrae lutulentum hunc fontem ait effectum, multa maris admixtione ſaporem ſalſum contraxiſſe. Vide quae de eo fonte et Alpheo amne dicturi ſumus, L. XXXI. f. 30. H.

o. *Temenitis, etc.)* Vinc. Mirabella, Syracuſanus, in erudito opere de patria ſua, ait hos hodieque fontes extare. Temenitin nunc dici, *Fonte di Canali*. Archidemiam, *Cefalino*. Magaeam, *Fontana de la Madalena*. Cyanen, *Fonte Ciane*. Milichien Μειλίχιην, cuius aqua ſuaviſſima, et nomini ſuo maxime conueniens, *Lampiſanta*. De Cyane in primis Ovidius, Faſt. L. IV. v. 469. et Metam. L. V. v. 412. Vibius Seq. p. 340. lacum vocat. H.

p. *Nauſtathmus)* Ναύσταθμος, quae vox nauium ſtationem ſonat. Ptolem. L. III. c. 4. Φοινικῆς λιμήν. Nunc *Fontane bianche*, inter Syracuſas et Elorum amnem, cui nomen hodie *Acellaro*, quondam Ἕλωρος apud Stephanum et Vibium Seq. H.

q. *A qua fronte)* Meridionali. H.

r. *Hirminium)* Nunc *Marlo*, et *Mauli*, et *Fiume di Ragusa*. H.

pidum s. Camarina [1], fluuius t. Gelas [2], oppidum Acragas u., quod Agrigentum noſtri dixere. Thermae x. colonia: amnes y. Achates [3], Mazara, Hypſa. Selinus



1. *Camerina.* 2. *Delas Gr.* 3. *Atys et Hypſa Gr. Acis Vet.*

s. *Camarina)* Virgilio dicitur Camerina: *Apparet Camerina procul, campique Geloni: Immanisque Gelo fluuii de nomine dicta. Dal.*

*Camarina)* Καμαρίνα Stephano, Virg. Aen. L. III. *Et fatis numquam conceſſa moueri Apparet Camarina procul.* Hodie *Camarana* dicitur, latere Siciliae meridionali: In nummis apud Parutam, ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩΝ. H.

t. *Gelas)* *Gela* Vibio: accolis *Fiume Salſo:* in nummis apud eumdem Parutam, ΓΕΛΑΣ. Caput virile, cum auribus et dimidio corpore bubulo, docet agricolas, qui flumen illud accolunt, eſſe perferentes laboris: in auerſa autem parte equus, vel eques, vel bigae pictae generoſos in eo tractu equos eſſe. H.

u. *Acragas)* In nummis Muſei noſtri, et apud Parutam, ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. Hodie *Gergenti.* Incolis, *Agrigento Citta Magnifica.* H.

x. *Thermae)* Antonino Aquae Larodae, ab Agrigento, XL. M. P. Nunc ſunt eae prope vrbem *Sciacca*, vel *Xacca*, vt recte Fazellus. H.

y. *Achates, Mazara, Hypſa)* Ἀχάτης, nunc *Belice:* qui primus poſt Thermas occurrit: Μαζάρας, *Mazara*, ad oppidum eiusdem nominis: latere vterque meridionali. Ὕψας, *Marſala*, prope Lilybaeum. Vide Not. et Em. N. L. V. (hic conſp.) *Amnes: Achates, Mazara, Hypſa)* In ed. Paim. *Amnes Agathe, Mathehypſa.* In Reg. et Colb. *Agathe mater hypſa.* Pro qua lectione, Barbarus *Acis* et *Hypſa* repoſuit: pluribus ſane quam par fuerat extritis literis. Sed Acin quoque, de quo Schol. Theocriti, ad v. 69 Idyll. I. et Vibius Seq. p. 329. ab Aetna, Solino quoque auctore, fluentem, e cuius ripis ſaxa in Vlyſſem Polyphemum iecisſe quidam dixere, ad oram quam nunc percurrit Plinius, non pertinere, docebit ſubiecta oculis deſcriptio inſulae. Quapropter priſcis literarum veſtigiis inſiſtendo, lecum nos ita legimus: *Amnes, Achates, Mazara, Hypſa.* De Achate Siciliae fluuio, Vibius Seq. p. 328. *Achates Siciliae, vbi pari nomine lapillos generat, vnde gemmae fiunt.* Plinius ipſe, L. XXXVII. ſ. 54. Eiusdem meminit etiam

nus z. oppidum. Lilybaeum ab eo promontorium, Drepana a., mons [1] Eryx. b. Oppida: Panhormum c., Solus d., Himera e. cum fluuio, Cephaloedis,

1. *Mox. Vet.*

iam Ptolemaeus, L. III. c. 4. vbi corrupta voce Ἀκίθιον vocat: ac Selinuntis ab eo, et Mazarae fluminum ostia refert. De Mazara Antoninus quoque, XII. M. P. a Lilybaeo. Stephano quoque castellum est, et propugnaculum Selinuntiorum Mazara, a praefluente, vt credimus, amne dictum. Servat adhuc in hoc ipso tractu oppidum Mazarae nomen: a quo tertia Siciliae pars *Val di Mazara* nuncupatur. H.

z. *Selinus)* Σελινᾶς Graecis, ab apii, quod σέλινον vocant, vbertate dictum: magnae vrbis tenue vestigium extat hodieque in latere insulae meridionali, vulgo *Terra de li Pulci*, teste Fazello: haud procul Achate fluuio, seu *Belice*. Sed Selinuntis situm verius adsignauimus opere nuper in lucem edito, De nummis antiquis Populorum et Vrbium. H.

a. *Drepana)* Incolis, *Trapano Citta Inuitta*. Stephano Δρέπανα, Δρέπανον Ptolemaeo. H.

b. *Eryx)* Vibius Seq. p. 343. *Eryx mons Siciliae*. Solinus, c. 5. p. 19. *Eminet Sicilia montibus Aetna et Eryce: Vulcano Aetna sacer est: Eryx Veneri*. Mela quoque, L. VI. c. 7. *Montium Eryx maxime memoratus, ob delubrum Veneris ab Aenea conditum*. Nunc *Monte S. Iuliano*. H.

c. *Panhormum)* Incolis, *Palermo Citta Felice*. H.

d. *Solus)* Antonino Soluntum dicitur: vt quod Romanis Hydruntum, Graecis Hydrus fuit. In nummis apud Parutam ΣΟΛΟΝΤΙΝΩΝ. Nunc *Solunto*. H.

e. *Himera)* Schol. Pind. p. 110. Θερμὰ λατρὰ τῆς Ἱμέρας πολέως Ptolemaeo, L. III. c. 4. Sunt Thermae Himerenses Θέρμαι Ἱμεραι πόλις. Coloniam deinde factam, testatur vetus inscript. apud Gruter. p. 433. sed falsi suspecta, vt pleraque apud eumdem: COL. AVG. HIMERAEORVM. THERMIT. In nummis antiquis est IMEPAION, et aspirata interdum priore litera more Latino, ob commercium Romanorum, post Siciliam captam, HIMEPAION. Nunc oppido nomen *Termine Cina splendidissima:* amni, *Fiume di Termini*. H.

loedis f., g. Aluntium [1], h. Agathyrnum [2], Tyndaris i. colonia, oppidum Mylae k., et vnde coepimus, Pelorus. Intus, Latinae l. conditionis, Centuripini m.. n. Netini [3], o. Segestani [4]. Stipendiarii, Assorini p., q. Aetnenses [5], Agyrini r., Acestaei s.,



1. *Aleuntium. Vet.* 2. *Alias, Agathyrsum, quo pacto et a Strabone appellatur.* 3. *Nepini. Ch.* 4. *Aegestani. Vet.* 5. *Echetienses. Esclerienses. Vet. Ecestienses. Gr. et Al.*

f. *Cephaloedis)* Κεφαλοιδὶς Ptolem. l. c. Incolis *Cafalà Citta Placentissima.* H.

g. *Aluntium)* Ἀλόντιον Ptolem. l. c. Dion. Halic. L. I. p. 41. Ἀλάντιον. In nummis ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ. Fazellus, decad. I. L. IX. c. 4. *In colle edito et mari prominenti, infra S. Philadelphi oppidum, Aluntium vetusta vrbs iacet, Alontio.* H.

h. *Agathyrnum)* Polybio apud Stephan. Ἀγαθύρσα. Diodoro, L. V. p. 991. Ἀγαθύρνον ab Agathyrno rege. Liuio, L. XXVII. p. 303. *Agathyrna.* Vbi nunc S. Marci oppidum, ad amnem cognominem: medio ferme interuallo Panormum inter et Messanam. H.

i. *Tyndaris)* In nummis ΤΥΝΔΑΡΙΤΑΝ. Ruderibus nomen restat, *Tendaro.* Polybio, L. I. p. 35. Τυνδαρίς. H.

k. *Mylae)* Milazzo. H.

l. *Latinae)* Iure veteris Latii donata, de quo dicemus in Not. et Em. N. III. H. (vide supra p. 500. l. c.)

m. *Centuripini)* Oppidum τὰ Κεντόριπα Straboni, L. VI. p. 272. supra Catinam, iuxta Aetnaeos montes: in nummis Parutae, ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ, *Centorbe.* H.

n. *Netini)* Netinos quoque Tullius vocat, VII. in Verr. 55. Oppidum Ptolem. Νέητον. Incolis *Noto, Citta Ingeniosa*, prope Pachynum. H

o. *Segestani)* A Segesta dicti, vel Egesta, praeposita ei litera S. a Romanis scriptoribus, inquit Festus, ne obsceno nomine appellaretur. In nummis Parutae ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ et ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. H.

p. *Assorini)* Ἄσσωρον vrbi nomen apud Stephanum, nunc *Asaro.* Chrysa amne alluitur, nunc *Battaino.* In Nummo apud Parutam, ΑΣΟΡΤ. ΧΡΤΣΑΣ. H.

q. *Aetnenses)* Αἴτνη Strabonis, L. VI. p. 273. Ptolemaei,

Acrenſes t., Bidini u., Cetarini x., Cacyrini [1], Drepanitani y., Ergetini z., a. Echetlienſes, b. Erycini [2], Entel-

1. *Citarii, Cacirini, Gr. et Al.* 2. *Erycnii Gr. et Al.*

maei, Αἴτναι: in montis Aetnae radicibus olim fuit: ſtadiis a Catina LXXX. Nummi, AITNAIΩN. H.

r. *Agyrini)* Agyrium et Agyrinenſes apud Cicer. V. Verr. 62. In nummis, AΓΥΡΙΝΑΙΩΝ. Nunc *Argyro*, et *San Filippo d'Argyrone*. H.

s. *Aceſtaei)* Ab Aceſta, de qua Virg. Aen. L. V. *Vrbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.* H.

t. *Acrenſes)* Ἀκραῖοι Stephano. Oppidum *Acras* Antoninus: et Thucydides, L. VI. p. 414. Ptolem. Ἀκραίας vocat. Huius extare veſtigia, XXIV. mill. paſſ. a Syracuſis, vbi nunc Coenobium eſt S. Mariae de Ieſu, auctor eſt Fazellus, dec. I. L. X. H.

u. *Bidini)* Cicero IV. Verr. 54. *Bidis oppidum eſt tenue ſane non longe a Syracuſis.* Incolae Βιδῖνοι Stephano. Supereſt modo templum, *S. Giouanni di Bidini*, teſte Cluuerio, L. II. Sicil. antiq. c. 10. H.

x. *Cetarini, Cacyrini)* Κηταρία et Κάκυρον, duo Siciliae oppida, apud Ptolem. L. III. c. 4. Illud in mediterraneis, nunc vulgo *Caſſaro*, inter Herbeſſum et Syracuſas: illud in ora occidentali. H.

y. *Drepanitani)* A Drepano proxime antea memorato. H.

z. *Ergetini)* Ἔργέτιον Philiſto apud Steph. Ptolemaeo, addito, vt ſaepe alias, ſibilo, Σεργέντιον. Nomen ruderibus *Citadella*, ad Chryſam amnem. H.

a. *Echetlienſes)* Ab Ἐχέτλα oppido, nunc *Ochala*, Leontinos inter et Camarinam. Vide Not. et Em. N. LVI. (hic adi.) *Echetlienſes)* Prius *Eceſtienſes* legebant, quos perſpicuum eſt vel ab Aceſtaeis, vel a Segeſtanis minime diuerſos eſſe. In MSS. *Echeſtienſes:* Nos ex certiſſima coniectura, *Echetlienſes*, ab Ἐχέτλα oppido, cuius meminere Polybius, L. I. p. 20. et Diod. Sic. L. XIX. ac Stephanus. Illud ipſum forte quod Ptolemaeo, L. III. c. 4. Ἐλχέθιον pro Ἐχέθλιον dicitur. H.

b. *Erycini)* In Eryce monte viſuntur ingentes oppidi ruinae, teſte Fazello, L. X. dec. I. Ei nomen fuit ab ipſo colle cui inſidebat. In nummis apud Parutam, ΕΡΥΚΕΙΝΩΝ Steph. Ἐρυκῖνοι. H.

Entellini c., d. Etini [1], Enguini e., Gelani f., Galatani g., Halesini h., i. Hennenses [2], Hyblenses,

*1. Aedini. V. ita index habet et Ch. leg. Netini, Edini, Getini, etc. 2. Ennenses. Gr. et Al.*

c. *Entellini)* Entellae rudera ad Crimisum amnem, qui Panormitanum agrum rigat. Stephano, Ἐντελλῖνοι. Oppidum Ἔντελλα, Diodoro, L. XVI. p. 491. H.

d. *Etini)* MSS. *Edini*. H.

e. *Enguini)* De his saepius Cic. in Verr. Ἔγγυιον, oppidum: incolae Ἐγγυῖνοι, Stephano. Diod. Sic. L. V. abfuisse ab Agyro patria sua, stadiis centum ait. H.

f. *Gelani)* Iidem Gelenses Ciceroni, VI. in Verr. 73. Γελῶοι Pausaniae, L. VI. p. 380. aliisque dicti. In nummis, ΓΕΛΑ, quod oppidi nomen est Scylaci in Periplo, p. 4. nunc *Alicata*. H.

g. *Galatani)* Qui Ciceroni passim *Calatani*, V. Verr. 101. etc. Diod. Sic. Bibl. L. XII. p. 89. Καλλατῖνοι. Oppidum Antonino, *Galeate*. Nunc *Galati*. H.

h. *Halesini)* Antonino, *Alesa*: in Tab. Peuting. *Halesa*. Ἀλέσα πόλις, Diodoro, L. XIV. Bibl. p. 246. H.

i. *Hennenses)* Ab Enna vrbe, quae Proserpinae et Cereri sacra. Vocem hanc Latini saepius aspirarunt: non item Graeci, quibus Ἔννα scribitur. Sic nos Hannonem dicimus: Graeci Ἄννωνα. Et apud Iul. Firmic. L. de errore profan. relig. p. 24. *Ceres Hennensis mulier*. Hodie *Castro Giovanni*, *Citta Inespugnabile*. Cane credas cum Spanhemio, p. 906. prioris editionis, huc pertinere nummum inscriptum, non vt ipse refert. MVN. HENNAE, sed MVN. HENNA: qui est ex aere magno in Thesauro Regio. Sententia enim est. MVNus *Hadriano Edidere Nocturnum Narbonenses Augures*. Priore parte caput muliebre velatum exhibet, cum emicante e sinu face. Latere dextro, M. CESTIVS, Triumvir Monetalis: sinistro, MVN. HENNA. )(. Iupiter in quadrigis caelum petentibus feminam eo defert, quae facem tenet: supra MVN. HENNA. MVNus vt diximus, *Hadriano nocturnum* editum ab Auguribus Narbonensibus, in funere Sabinae coniugis, cuius hic vultus est, non Cereris, vt quidam censuere. Fax nostis symbolum est. Et Sabinam Iupiter rapit, non Pluto Proserpinam; cum et caelum quadrigis petat, et facem

ſes k., Herbitenſes l., Herbeſſenſes m., Herbulenſes n., Halicyenſes o., Hadranitani p., [1] Imacarenſes,

*1. Lego Hyccarenſes, ab oppido Hyccaro: vnde autem nomen hoc acceperit vide apud Athenaeum ſub finem lib. VII. G.*

cem (vt in anteriore parte) deferat, quae Proſerpinae non conuenit: ſed ludos honori Sabinae noctu editos in vtraque nummi parte ſignificat. Non in Sicilia, ſed Narbone fuit Ceſtia gens: vt L. CESTIVS ſub Caeſare. Nam id patet ex nummo inſcripto, PLAET. CEST. Fuere Hennenſes in Sicilia conditionis liberae, vt ait Plinius hoc loco: idcirco nullos ii nummos cudebant honori Auguſtorum: ſicut nec vllos in Hiſpania videmus, poſtquam *vniuerſae Hiſpaniae Veſpaſianus Imperator Auguſtus, iactatus procellis Reipublicae, Latii ius tribuit*, vt Plinius ait hoc libro, ſect. 4. *Munus* hic ludus gladiatorius eſt, vt apud Plinium, L. XXXIII. ſ. 15. *Caeſar, qui poſtea Dictator fuit, primus in AEdilitate,* MVNERE *patris* FVNEBRI, *omni apparatu arenae argenteo vſus eſt; ferasque inceſſiuere tum primum noxii.* Et in nummo ex aere maximo, in Theſauro Regio, ſub Iuliano, vt videtur, ſcriptum eſt, REPARATIO MVNERIS FELICITER: vbi gladiator aprum inſurgentem haſta transfodit. H.

k. *Hyblenſes)* Praeter ceteras vrbes eius nominis, fuit in Sicilia Hybla maior, in Catinenſium agro, cuius incolae Ὑβλαῖοι apud Steph. nunc *Paderno*, vt quidem Cluuerio videtur, L. II. Sicil. c. 8. in nummis apud Parutam, ΤΒΛΑΣ ΜΕΓΑΛΑΣ. H.

l. *Herbitenſes)* Ἑρβιταῖοι Stephano, et Diodoro Sic. L. XIV. p. 296. Gens Ciceroni in Verr. IV. et V. ſaepius memorata. Oppidum id eſſe hodie creditur, quod *Nicoſia Citta Coſtatiſſima* Siculi vocant. H.

m. *Herbeſſenſes)* Herbeſſum Liuius inter Syracuſas et Leontinum agrum collocat, L. XXIV. p. 255. vbi nunc Cryptae, *le Grotte*, vt quidem Fazellus exiſtimat, dec. I. L. X. H.

n. *Herbulenſes)* Forte *Harbelenſes*. Nam Stephano vrbs Siciliae Ἀρβέλη, ex Philiſto, L. VIII. rerum Siculorum. H.

o. *Halicyenſes)* Sic appellantur a Cicer. Verr. IV. 68. Ἁλικυαῖοι, a Thucyd. L. VII. p. 511. Inter Entellam et Lilybaeum Ἁλικύαι a Stephano collocantur. Nunc *Saleme* oppidum haud ignobile,

renſes q., Ichanenſes r., s. Ietenſes [1], t. Mutuſtratini [2], Magellini u., Murgentini x., y. Mutycenſes [3], Mena-

1. *Letenſes. Vet.* 2. *Mutuſtrani. Chiff. Mytiſtratini. V.* 3. *ſic et Ch. Mutyenſes Gr. et Al.*

bile, antiquum illud nomen refert vulgari ſermone: Sal quippe Graecis ἅλς dicitur: vnde ἁλικὸς, *ſalſus*. H.

p. *Hadranitani)* Diodor. L. XIV. p. 265. Ἄδρανον. Silio, *Hadranum*. In nummis ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ, apud Parutam. Nunc *Aderno*. H.

q. *Imacarenſes)* Ager Imacarenſis, Cic. V. Verr. 47. ab Ἰμαχάρα Ptolemaei, in oppidis Siciliae mediterraneis. Vide Not. et Em. N. LVII. (hic poſ.) *Imacarenſes)* Ita libri omnes. At elementorum ſeries nobilius paulo oppidum appellandum hoc loco fuiſſe forte admonet, nempe Hyccarenſium, quod Stephano Ὕκκαρον, Hiceara Antonino, a Panhormo XVI. M. P. In nummis apud Parutam, IKAP. Nunc quoque *Carini*, et *Muro d' Iecarini*, teſte Fazello, dec. I. L. VII. c. 6. H.

r. *Ichanenſes)* Ἴχανα vrbs eſt Siciliae apud Steph. H.

s. *Ietenſes)* Ex Philiſto Stephanus Siciliae vrbem Ἰεταὰς vocat, incolas Ἰεταίους. Nunc *Iato* dici, ſupra Entellam, auctor eſt Fazellus. In nummis, apud Parutam, ΙΑΙΤΙΝΩΝ. Diodoro, in Eclog. p. 876. Ἰετῖνοι. H.

t. *Mutuſtratini)* Μυττίστρατον oppido ei nomen eſt apud Polybium, L. I. p. 34. Ἀμάστρατος apud Steph. Μύστρατον apud Diod. Sic. in Eclog. p. 876. Nunc *Miſtretta*. H.

u. *Magellini)* Magellae oppidi Siculi mentio apud Liuium, L. XXVI. p. 287. Μάκελλαν κώμην vocat Diodorus, in Eclog. p. 875. Μέλιν Polyb. L. I. 233. H.

x. *Murgentini)* Ager Murgentinus, Cic. V. Verr. 47. Hos cum Magellinis defeciſſe ad Poenos auctor eſt Liuius, l. c. Stephano, Μοργεντῖνοι. Vrbs Thucyd. L. IV. p. 295. Μοργαντίνη. Et in nummis ΜΟΡΓΑΝ. H.

y. *Mutycenſes)* Ita MSS. omnes, et Parm. ed. Cicero quoque, V. Verr. 101. ab vrbe mediterranea Siciliae, Μοτύκα Ptolemaeo, L. III. c. 4. nunc *Modica*, inter Pachynum et Syracuſas. Diverſa videtur ab ea Μοτύη fuiſſe, de qua Thucyd. L. VI. p. 412. et Diod. L. XI. p. 69. H.

ſes k., Herbitenſes l., Herbeſſenſes m., Herbulenſes n., Halicyenſes o., Hadranitani p., [1] Imacarenſes,

1. *Lego Hyccarenſes, ab oppido Hyccaro: vnde autem nomen hoc acceperit vide apud Athenaeum ſub finem lib. VII. G.*

ceem (vt in anteriore parte) deferat, quae Proſerpinae non conuenit: ſed ludos honori Sabinae noctu editos in vtraque nummi parte ſignificat. Non in Sicilia, ſed Narbone fuit Ceſtia gens: vt L. CESTIVS ſub Caeſare. Nam id patet ex nummo inſcripto, PLAET. CEST. Fuere Hennenſes in Sicilia conditionis liberae, vt ait Plinius hoc loco: idcirco nullos ii nummos cudebant honori Auguſtorum: ſicut nec vllos in Hiſpania videmus, poſtquam *vniuerſae Hiſpaniae Veſpaſianus Imperator Auguſtus, iactatus procellis Reipublicae, Latii ius tribuit*, vt Plinius ait hoc libro, ſect. 4. *Munus* hic ludus gladiatorius eſt, vt apud Plinium, L. XXXIII. ſ. 15. *Caeſar, qui poſtea Dictator fuit, primus in AEdilitate,* MVNERE *patris* FVNEBRI, *omni apparatu arenae argenteo vſus eſt; ferasque inceſſiuere tum primum noxii.* Et in nummo ex aere maximo, in Theſauro Regio, ſub Iuliano, vt videtur, ſcriptum eſt, REPARATIO MVNERIS FELICITER: vbi gladiator aprum inſurgentem haſta transfodit. H.

k. *Hyblenſes)* Praeter ceteras vrbes eius nominis, fuit in Sicilia Hybla maior, in Catinenſium agro, cuius incolae Ὑβλαῖοι apud Steph. nunc *Paderno*, vt quidem Cluuerio videtur, L. II. Sicil. c. 8. in nummis apud Parutam, ΤΒΛΑΣ ΜΕΓΑΛΑΣ. H.

l. *Herbitenſes)* Ἑρβιταῖοι Stephano, et Diodoro *Sic.* L. XIV. p. 296. Gens Ciceroni in Verr. IV. et V. ſaepius memorata. Oppidum id eſſe hodie creditur, quod *Nicoſia Citta Coſtariſſima* Siculi vocant. H.

m. *Herbeſſenſes)* Herbeſſum Liuius inter Syracuſas et Leontinum agrum collocat, L. XXIV. p. 255. vbi nunc Cryptae, *le Grotte*, vt quidem Fazellus exiſtimat, dec. I. L. X. H.

n. *Herbulenſes)* Forte *Harbelenſes*. Nam Stephano vrbs Siciliae Ἀρβέλη, ex Philiſto, L. VIII. rerum Siculorum. H.

o. *Halicyenſes)* Sic appellantur a Cicer. Verr. IV. 68. Ἁλικυαῖοι, a Thucyd. L. VII. p. 511. Inter Entellam et Lilybaeum Ἁλικύαι a Stephano collocantur. Nunc *Saleme* oppidum haud ignobile,

renſes q., Ichanenſes r., s. Ietenſes [1], t. Mutuſtratini [2], Magellini u., Murgentini x., y. Mutycenſes [3], Mena-

1. *Letenſes. Ver.* 2. *Mutuſtrani. Chiff. Mytiſtratini. V.* 3. *ſic et Ch. Mutyenſes Gr. et Al.*

bile, antiquum illud nomen refert vulgari ſermone: Sal quippe Graecis ἅλς dicitur: vnde ἁλικὸς, *ſalſus*. H.

p. *Hadranitani)* Diodor. L. XIV. p. 265. Ἄδρανον. Silio, *Hadranum*. In nummis ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ, apud Parutam. Nunc *Aderno*. H.

q. *Imacarenſes)* Ager Imacarenſis, Cic. V. Verr. 47. ab Ἰμαχάρα Ptolemaei, in oppidis Siciliae mediterraneis. Vide Not. et Em. N. LVII. (hic poſ.) *Imacarenſes)* Ita libri omnes. At elementorum ſeries nobilius paulo oppidum appellandum hoc loco fuiſſe forte admonet, nempe Hyccarenſium, quod Stephano Τύκαρον, Hicara Antonino, a Panhormo XVI. M. P. In nummis apud Parutam, IKAP. Nunc quoque *Carini*, et *Muro d' Iecarini*, teſte Fazello, dec. I. L. VII. c. 6. H.

r. *Ichanenſes)* Ἴχανα vrbs eſt Siciliae apud Steph. H.

s. *Ietenſes)* Ex Philiſto Stephanus Siciliae vrbem Ἰετὰς vocat, incolas Ἰεταίους. Nunc *Iato* dici, ſupra Entellam, auctor eſt Fazellus. In nummis, apud Parutam, ΙΑΙ-ΤΙΝΩΝ. Diodoro, in Eclog. p. 876. Ἰετῖνοι. H.

t. *Mutuſtratini)* Μυττίστρατον oppido ei nomen eſt apud Polybium, L. I. p. 34. Ἀμέστρατος apud Steph. Μύστρατον apud Diod. Sic. in Eclog. p. 876. Nunc *Miſtretta*. H.

u. *Magellini)* Magellae oppidi Siculi mentio apud Liuium, L. XXVI. p. 287. Μάκελλαν κώμην vocat Diodorus, in Eclog. p. 875. Μέλλιν Polyb. L. I. 233. H.

x. *Murgentini)* Ager Murgentinus, Cic. V. Verr. 47. Hos cum Magellinis defeciſſe ad Poenos auctor eſt Liuius, l. c. Stephano, Μοργεντῖνοι. Vrbs Thucyd. L. IV. p. 295. Μοργαντίνη. Et in nummis ΜΟΡΓΑΝ. H.

y. *Mutycenſes)* Ita MSS. omnes, et Parm. ed. Cicero quoque, V. Verr. 101. ab vrbe mediterranea Siciliae, Μοτύκα Ptolemaeo, L. III. c. 4. nunc *Modica*, inter Pachynum et Syracuſas. Diverſa videtur ab ea Μοτύη fuiſſe, de qua Thucyd. L. VI. p. 412. et Diod. L. XI. p. 69. H.

Menanini z., Naxii a., Noaei b., Petrini c., Paropini d., e. Phinthienſes e., Semellitani f., Scherini g., Selinuntii h., Symaethii, Talarenſes i., Tiſſinenſes k., Triocalini l., Tiracienſes m., Zanclaei

z. *Menanini)* In nummis adud Parutam, MENANINΩN, et MHNANINΩN, Cic. V. Verr. 102. *Meneni.* Hodie *Meneo.* H.

a. *Naxii)* Quorum oppidum Pauſaniae aeuo plane exciſum ac deletum, vt ipſe teſtatur, 106. Eliac. poſter. p. 367. et 368. H.

b. *Noaei)* Stephano, Suidae, Phauorino, Νόα vrbs Siciliae eſt: incolae Νοαῖοι. Hodie *Noara.* H.

c. *Petrini)* Vrbs Πέτρα Ptolemaeo, in mediterraneis Siciliae oppidis. Petrinas habet Antoninus in itinere ab Agrigento Lilybaeum: Aquas ſortaſſe, iuxta id oppidum. Πετρῖνοι quoque Diodoro memorati in Ecl. p. 876. H.

d. *Paropini)* Πάροπος iuxta Thermas Himerenſes a Polybio ſtatuitur, L. I. Nunc *Coliſano*, vt quidem Fazellus exiſtimat. H.

e. *Phinthienſes)* Ptolemaeo, in mediterraneis Siciliae oppidis, Φιν θία. Etiam in Sicilia Φιντιάδα Diodorus agnoſcit, Eclog. p. 880. ſed in litore poſitam. In nummis ΦINTIA. H.

f. *Semellitani)* An *Sementiani?* Nam Σεμέντειον Siciliae oppidum, καὶ Μόργεντῖνον, legere me memini apud Diod. Sic. L. XIV. Bibl. p. 297. H.

g. *Scherini)* Σχῆρα oppido nomen fuit, apud Ptol. Apud Cic. V. Verr. 103 *Acherini*, pro *Scherini.* H.

h. *Selinuntii* etc.) Hi ab oppido Selinunte, de quo ſupra, nomen habuere. Symaethii, qui *Symaethia circum fluminа*, vt Maro canit, Aen. IX. quo de amne iam diximus. H.

i. *Talarenſes)* Vel Talarienſes, oppido Ταλαρία, de quo Steph. in Syracuſanorum agro. Apud Diodor. in Eclog. p. 875. Ἰλαρὸν credo mendoſe, pro Ταλαρόν. H.

k. *Tiſſinenſes)* Τίσσα Ptolemaeo, L. III. Τίσσαι Stephano, nunc *Randazzo* in Aetna radicibus, Cluuer. L. II. Sic. Ant. c. 6. Incolae *Tiſſenſes*, Ciceroni, orat. V. in Verr. *A Tiſſinenſibus, praeparua, et tenui ciuitate, et aratoribus laborioſiſſimis, frugaliſſimisque hominibus.* H.

l. *Triocalini)* Oppidum Τριόκαλα, ex Diod. in Ecl. p. 913. Τριόκλα Ptol. L. III. c. 4. Cic. VII. Verr. 10. Trica-

claei n. Messeniorum [1] in Siculo freto. Insulae sunt in Africam versae: Gaulos o., Melita p. a Camerina LXXXIV.[2] M. pass. a Lilybaeo CXIII. Cosyra q., Hieronesos r., Caene, Galata s., Lopadusa,

1. *Messeniorum. Horum in Siculo freto insulae. Vet.* 2. LXXXVII. *Chiff.*

Tricalinum. In nummis apud Parutam, TPIAKAΛΑ. Nunc *Troccoli.* H.

m. *Tiracienses)* Vide Not. et Em. N. LVIII. (hic conspp.) *Tiracieuses)* Alii *Tyracinenses*, ab oppido quod Τυρακῖναι Stephano dicitur? At in MSS. et ed. Parm. *Triraceinses.* Forte pro *Trinacienses*: nam Τριναχίην πόλιν et Τριναχίας oppidanos in Sicilia laudat Diod. L. XII. Bibl. p. 89. et 90. An denique *Tyritteuses?* Nam Τυριττὸν in Sicilia idem Diodorus agnoscit, in Eclog. p. 875. H.

n. *Zanclaei)* Vrbs olim Ζάγκλη fuit, inquit Herod. L. VII. Polymn. p. 438. quae deinde nomen in Messanam mutauit: a Messeniis Peloponnesiis condita. H.

o. *Gaulos)* Scylaci, p. 48. ceterisque, Γαῦλος. Nunc Gozo. PLEBS GAVLITANA, apud Gruter. p. 415. H.

p. *Melita)* *Malte.* De eius interuallo a Camerina Siciliae oppido subscribit Martianus, L. VI. p. 208. H.

q. *Cosyra, etc.)* Κόσυρα Steph. de ea dicemus, L. V. f. 7. Medio interuallo ponitur Lilybaeum inter et Africae Clupeam, a Strabone, L. VI. p. 277. Nunc *Pantalarea.* H.

r. *Hieronesos, Caene)* Ἱερόννησος, Καινή. Vide Not. et Em. N. LIX. (hic adi.) *Hieronesos, Caene)* Ita libri omnes, ipseque Martianus, L. VI. p. 208. Caue tamen credas *Caeny* Stephani insulam nunc signari a Plinio: locorum enim is vicinitate deceptus, promontorium Italiae Caeni Peloro aduersum, perperam haud dubie, insulam putauit: cum non modo praeter eum nemo eius insulae meminerit: sed nec vlla vsquam citra Pelorum sit, vnquamue, cuius quidem mentio extet, fuerit insula. H.

s. *Galata, etc.)* Haec priscum nomen retinet. Ptolemaeo, L. IV. c. 3. Καλάθη: altera Λοπαδοῦσα, Λαμπὰς Scylaci, p. 48. nunc *Lampedusa.* Αἴθουσα eidem Ptolemaeo, nunc *Limosa*: idem Aegusam ab Aethusa diuersam insulam facit, quae ei hallucinatio frequens admodum est. H.

ſa, Aethuſa t., quam alii Aeguſam ſcripſerunt: u. Bucinna [1]: et x. a [2] Solunte LXXX. M. y. Oſteodes [3]: contraque Paropinos Vſtica. Citra z. vero Siciliam ex aduerſo Metauri amnis, XXV. [4] millibus ferme paſſ. ab Italia, VII. Aeoliae appellatae. Eaedem Liparaeorum a., Hephaeſtiades a Graecis, a noſtris Vulcaniae [5]: Aeoliae, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnauit [6]. (IX.) Lipara b. cum ciuium

1. *Aetnae. V. add.* 2. *a Selinſite.* 3. *Oſteades. Ch.* 4. *ſic ex MSS. em. Hard.* XV. *Ch.* XII. *Gr. et Al.* 5. *ſic ex MSS. Hard. Vulcani Gr. et Al.* 6. *ſic ex MSS. Hard. conſ. Ch. regnabit. Gr. et Al.*

t. *Aethuſa)* *Grandolo* hodie. Huic vicina Aeoli inſula, hodie *Palanderia. Dal.*

u. *Bucinna)* Haec Ptolemaei, L. III. c. 4. Φορβαντία creditur. Italis *Levezo* et *Levenzo.* Stephano: Βύκιννα, πόλις Σικελίας: aut falſo, aut Siculae ditionis vrbem et inſulam dicere voluit. H.

x. *Et a Solunte*, LXXV.) Exemplar Tolet. *Selinunte.* De Selinuſiis, ipſe paulo ante Plinius et Stephanus. Eſt eiusdem nominis fluuius in eadem inſula, Plinio, Straboni, Ptolemaeo. *Pintian.*

y. *Oſteodes, etc.)* Ὀσεώδης pariter, et Οὐσίκα a Ptolemaeo memorantur, inter inſulas eas, quae Siciliae adiacent. De hac Horat. quoque L. I. od. 17. locutus a Bocharto creditur: ſed perperam: cum de parte aliqua agri Sabini ibi ſermo ſit. H.

z. *Citra vero Siciliam ex aduerſo Metauri, etc.)* Legend. *Citra Siciliam ex aduerſo Metauri amnis* XXV. *millibus ferme paſſuum ab Italia ſeptem Aeoliae appellatae. Eaedem Liparaeorum et Hephaeſtiades a Graecis, a noſtris Vulcaniae, Aeoliae, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnauit.* Salmaſ. p. 136. Gr. *Citra vero)* Haec iisdem verbis Martian. L. VI. p. 208. H.

a. *Liparaeorum)* Inſulas has τὰς τῶν Λιπαραίων νήσους Strabo vocat, quod aliquando in Liparaeorum ditione fuerint. *Dal.*

b. *Lipara)* Eſt princeps et maxima Aeolidum Inſula. Apud Liparam Duillius Conſul primus Carthaginenſes praelio nauali ſuperauit. *Dal.*

*Lipara)* Nomen ſeruat, *Lipari.* H.

ciuium Rom. oppido, dicta a Liparo rege, qui c. ſucceſſit Aeolo: antea d. Melogonis [1], vel Meligunis e. vocitata; abeſt f. XXV. [2] M. paſſ. ab Italia, ipſa circuitu, paulo minori [3]. Inter hanc et Siciliam altera, antea Theraſia appellata, nunc Hiera g.: quia h. ſacra Vulcano eſt, colle in ea nocturnas euomente flammas. Tertia Strongyle i., a Li-

1. *Miloginis. Chiffl.* 2. XV. *Chiffl.* XII. *Gr.* 3. *minori. V. Ch. quinque.*

c. *Qui ſucceſſit Aeolo)* Ita libri omnes: at rectius, credo, cum Solino, c. 6. p. 21. *Cui ſucceſſit Aeolus*, ex Diod. Sic. L. V. p. 291. H.

d. *Melogonis, vel Meligunis)* Dicitur ab ouium proventu a μῆλον καὶ γίγνομαι. *Dalec.*

e. *Meligunis)* Μελιγενὶς, a mellis, vt apparet, felice prouentu. Vide Not. et Em. N. LX. (hic adſp.) *Meligunis)* Ab ouium prouentu, ἀπὸ τῶν μήλων, id inſulae Liparae nomen olim inditum cenſuit Dalecampius. Reclamant vetuſti ſcriptores omnes, a quibus non Μηλιγενὶς, ſed Μελιγενὶς vocatur. Strabo, L. VI. p. 275. Stephanus, Heſychius, ceterisque antiquior Callimachus, hym. in Dianam, p. 14. v. 47. Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ· Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν Οὔνομα οἱ Μελιγενὶς. H.

f. *Abeſt* XXV.) Ita Solinus, et Martianus, l. c. H.

g. *Hiera)* De Hiera Virg. VIII. Aeneid. inquit: *Inſula Sicanium iuxta latus, Aeoliamque Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis.* Turn. c. 29. 26. *Dal.*

h. *Quia ſacra)* Ἱερὰν Ἡφαίϛου vocat Strabo, L. VI. p. 275. Ptolemaeus pro more in duas diſtrahit inſulas, Ἱερὰν et Ἡφαίϛου νῆσον. Hodie *Volcano* nuncupant. Vide Not. et Em. N. LXI. (hic conſp.) *Antea Theraſia — quia ſacra)* Theraſiam quidem in inſulis Aegei maris agnouimus: hanc vero Hieram qui Theraſiam quoque appellarit, adhuc auctorem quaerimus. *Thermiſſa* haud dubie ſcribi ſatius fuerit, ſi exemplaria vlla fauerint: cum id ei nomen fuiſſe, Θέρμισσαν, Strabo fateatur, L. VI. p. 275. et 276. H.

i. *Strongyle)* Cornel. Severus in Aetna de nomine huius inſulae ait: *Inſula cui nomen facies dedit ipſa rotunda. Dal.*

a k. Lipara M. paſſ. ad exortum Solis vergens, in qua regnauit Aeolus; quae a Lipara k. liquidiore flamma tantum differt: e cuius fumo, quinam flaturi ſint venti, in l. triduum praedicere incolae traduntur: vnde ventos Aeolo paruiſſe exiſtimatum. Quarta Didyme m., minor quam Lipara. Quinta Ericuſa. Sexta Phoenicuſa, pabulo proximarum relicta: Nouiſſima eademque minima, Euonymos. n. Hactenus de primo Europae ſinu.

XV. (X.) A o. Locris Italiae frons incipit, Magna Graecia appellata, in q. tres [1] ſinus recedens Auſo-

1. *Treis. Chiff.*

*Strongyle)* Στρογγύλη, quod ei nomen a rotunditate factum, vt Strabo admonet, p. 276. Nunc *Strongoli*, et *Stromboli*. H.

k. *A Lipara)* Haec iisdem verbis Strabo, l. c. H.

l. *In triduum)* Quis tertio poſt die ventus ſpiraturus ſit. Strabo, l. c. H.

m. *Didyme)* Διδυμη. quaſi gemella. Hodie *Le [illegible]ne*. Ἐρινέσσα, inquit Strabo, l. c. et Φοινικέσσα, ab erice et palma nomen habent, pabulis pecoris proximarum inſularum addictae, nunc *Alicur* et *Felicur* appellatae. H.

n. *Euonymos)* Εὐώνυμος, hoc eſt, ſiniſtra, quod a Lipara in Siciliam nauigantibus maxime eſt ad laeuam. Auctor Strabo, l. c. Hodie *Liſca Bianca*. H.

o. *A Locris)* Vnde ſ. 10. ad deſcribendas inſulas defluxit oratio, Italia paulisper relicta. Nunc eo redit. Pertinent vero haec ad tertiam Italiae regionem. Magna Graecia, inquit Plinius, haec Italiae pars ab his eſt appellata, a quibus et Hellas dicta Graecia eſt. *Hellas*, inquit L. IV. ſ. 11. *noſtris Graecia appellata*. Haec igitur Italiae pars, quae et Graece loqueretur, et amplitudine Helladem longe ſuperaret; (nam Hellas Atticam dumtaxat, Boeotiam, Locros, Doridem, et Argos Pelaſgicum complectebatur, quas regiones Plinius deſcribit, l. c. ſ. 11. 12. 13. 14.) idcirco magna Graecia a Romanis eſt appellata. Vide adnotationem noſtram 15. in L. XXV. ſ. 95. H.

p. *In tres ſinus)* Primus Locros circumdat: alter eſt Scyllacius: tertius Tarenti-

nus.

Auſonii q. maris: quoniam Auſones tenuere primi: patet r. LXXXVI. [1] M. paſſ. vt auctor eſt Varro. Plerique [2] LXXV. M. fecere. In s. ea ora flumina innumera, ſed memoratu digna a t. Locris Sagra u.,



1. LXXXII. *Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. Hard.* LXXII. *Gr. et Al.*

nus. Ita Mela, L. II. c. 4. p. 37. H.

q. *Auſonii)* Sic mare id vocatur, quod a Sicilia ad Salentinos pertinet, vt dictum eſt, ſ. 10. In hanc Italiae partem, non in Latium, duce Tithono Priami fratre, non Aenea, nec profugi, ſed miſſi venere primum coloni e Troia, ante ipſum bellum Troianum. Sic Virg. Georg. L. II. v. 385. *Nec von Auſonii, Troia* GENS MISSA, *coloni.* Et L. III. v. 46. *Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas Caeſaris, et nomen fama tot ferre per annos,* TITHONI *prima quot abeſt ab origine Caeſar.* Hoc eſt, per annos innumeros. Nam prima origo Tithoni longe ſupra atauum Dardanum fuit, qui Iouis filius, Διογενὴς, hoc eſt, vir nobilis fuit, at ſtirpis ignotae. Sed venere poſtea Auſones in Latium, vt dictum eſt ſupra, ſ. 9. Quae cauſa eſt, quamobrem hic Tithoni, et alibi Laomedontis, qui pater Tithoni fuit, veluti parentum coloniae, ex qua prodiere Romani, mentio fiat a Virgilio. H.

r. *Patet* LXXXVI.) Ita MSS. et Martianus, L. VI. p. 208. H.

s. *In ea ora flumina innumera, ſed memoratu digna a Locris Sagra)* Sic quidem noſtri ſcripti codices habent, quod correctores fefellit. Multa enim in ſcripta lectione perperam poſita eſſe contingit, librariorum imperitia. Rectius igitur in hac parte impreſſa exemplaria, *ſed memoratu digna Locanus Sagra,* ex Ptolemaeo euidenter. *Pint.*

t. *A Locris Sagra)* Digna memoratu Sagra, genere femineo, etſi id nomen amnis eſt. Strabo ita recte dici monet, L. VI. p. 261. Μετὰ δὲ Λοκρεὰς, Σάγρας, ὃν θηλυκῶς ὀνομάζουσιν, etc. At Cic. de N. D. *Cum ad flumen Sagram Crotoniatas Locri maximo praelio deuicissent.* Et L. III. *De Sagra Graecorum etiam vulgare prouerbium, quum quae affirmant, certiora esse dicunt, quam illa quae apud Sagram.* Nunc *Sagriano.* H.

u. *Sagra)* Sagrus Straboni, Ferentanos a Pelignis dividens inter Amiternum et Ortonium labitur hodie Sangrus

et vestigia oppidi Caulonis x., Mystia y., Consilinum z. castrum, Cocinthum, quod esse longissimum Italiae promontorium aliqui existimant. Dein a. sinus [1] Scyllaceus: et Scylacium b., Scylletium Athenienſibus, cum conderent, dictum: quem locum occurrens c. Terinaeus sinus peninsulam efficit:

1. *Sic ex MSS. Hard. Deinde sinus Scylacius et Scolagium, Scyllacium et Scyllecium ab Athenienſ. Pint. Dein sinus, et Scylacium Gr. et Al.*

grus fluuius, et tribus milliaribus a Lantiano fertur. *Dalec.*

x. *Caulonis)* Καυλωνίαν vocat Diod. Sic. L. XIV. Bibl. p. 315. Idem, p. 316. a Dionysio Syracusano delesam prodit Virgil. Aen. L. III. v. 553. *Caulonisque arces, et nauifragum Scylaceum.* Nunc est *Castel Vetere*, in vlterioris Calabriae peninsula. H.

y. *Mystia)* *Mistiae* Melae Pomponio, L. II. c. 4. Nunc *Monasteraci*, vel vt alii efferunt, *Monte Araci.* H.

z. *Consilinum)* De eo multa Cassiodorus, L. VIII. Var. c. 33. Nunc *Stylo*, vnde Cintho promontorio nomen, *Capo di Stylo.* H.

a. *Dein sinus, et Scylacium)* Legend. *Dein sinus Scylacius, et Scylacium, Scylletium Athenienſibus cum conderent dictum.* Salmas. p. 82. *Gr.*

b. *Scylacium)* Virgilius vocat, Scylaceum nauisragum: *Caulonisque arces, et nauifragum Scylaceum. Dalec.*

*Scylacium)* Subintellige, oppidum. Iisdem verbis Strabo, L. VI. p. 261. Σκυλλήτιον ἄποικος Ἀθηναίων, νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται. Nunc *Squillace*, in medio fere sinu, cui suum nomen impertit, *Golfo di Squillace.* Caue porro Scyllaeum cum Scyllaceo confundas: Fuit Scyllaeum in Vibonensi sinu, vt diximus s. 10. in Calabriae vlterioris occidentali: in orientali Scyllaceum in sinu cognomine, qui Tarentino est proximus: vt recte Maro cecinit, l. c. *Hinc situs Herculei, si vera est fama, Tarenti Cernitur, attollit se Diua Lacinia contra, Caulonisque arces, et nauifragum Scyllaceum.* H.

c. *Occurrens)* Ex aduerso mari Tyrrheno Terinaeus sinus terras cum Scylaceo coarctans in bredes angustias, peninsulam efficiunt, Brutiorum olim appellatam, vt diximus, s. 10. H.

cit: et d. in ea portus, qui vocatur Caſtra Hannibalis, nuſquam anguſtiore Italia: e. xx [1] M. paſſuum latitudo eſt. Itaque Dionyſius maior interciſam f. eo loco adiicere Siciliae voluit. Amnes ibi nauigabiles: g. Carcines [2], Crotalus, Semirus, Arocha, Targines. Oppidum intus Petilia h.: mons



1. XL. *Ch.* 2. *Caecinus. Vet. Carcines. Ch. Caecires. Gr. et Al.*

d. *Et in ea portus, qui vocatur Caſtra Hannibalis)* Scribe: *Et in ea portus qui vocatur caſtra Hannibalis, nuſquam anguſtiore Italia* XL. M. *paſſuum latitudo eſt.* Salmaſ. p. 833. *Gr.*

*Et in ea portus)* Martianus, L. VI. p. 208. H.

e. XX. M. *Paſſ.)* Sic Martianus: Sic Strabo, L. VI. p. 255. cum ſtadia habere ait CLX. At non ſic Solinus, qui XL. M. paſſ. cum Chiffl. cod. In Reg. et Colb. 1. 2. 3. XL. mill. paſſ. H.

f. *Interciſam)* Non foſſa peracta, ſi Straboni fides, L. VI. p. 261. ſed muro ducto, qui peninſulam a reliqua Italia dirimeret, defenderetque. H.

g. *Carcines, etc.)* Carcines Scyllacium alluit: Crotalus, nunc *Corace:* Semirus, *Simari:* Arocha, *Crecha:* Targines, *Tacina:* eo plane ordine a Scyllacio verſus Lacinium promontorium, in eum ſinum influunt. Vide Not. et Em. N. LXII. (hic poſ.) *Carcines)* Verum huius amnis nomen, ex fide codic. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Pariſ. et Chiffl. reſtituimus: ſubdititiumque *Caecinos* expunximus, quod Hermolaus inculcarat, neglecta vetere editione Parmenſis etiam editionis: quoniam Caecina amne apud Aelianum et Pauſaniam, L. VI. Eliac. poſt. p. 354. dirimi Locros a Rhegino legerat: At procul ab hoc ſinu, quem Plinius modo percurrit, Locri, Rheginique, in ipſo ferme Siculo freto collocati. H.

h. *Petilia)* In Brutiis a Livio collocatur, L. XXIX. in fine, p. 352. In magna Graecia Πετηλία Ptolemaeo, L. III. c. 1. Eadem Straboni, L. VI. p. 254. Lucanorum vrbs primaria. In nummo muſei noſtri Pariſienſis ΠΕΤΗΛΙΑΙΩΝ. Eſt oppidum *Belcaſtro*, vt Cluuerius cenſuit, L. I. Sicil. Ant. c. 6. Non *Strongili*, vt ex monumentis ibi repertis colligit Gualterus, p. 145. Haec enim

mons Clibanus [1], promontorium Lacinium i.: cuius ante oram insula x. M. pass. a terra Dioscoron k.: altera Calypsus, quam Ogygiam appellasse Homerus l. existimatur: praeterea m. Tiris [2], Eranusa

1. *Alibanus Gr. et Al.* 2. *tres Sirenussae.*

enim citra Crotonem est, et Neaethum amnem, de quibus mox dicetur: Petilia longe vltra in Calabria vlteriore. A Philoctete conditam ait Strabo, et Virg. Aen. L. III. v. 402. *Parua Philoctetae sublnixa Petilia muro.* H.

i. *Lacinium) Capo delle Colonne*, vt diximus: Clibani montis pars ea quae maxime prorumpit in mare. Scylaci, p. 5. Διοσκόρων. Pro *Clibanus* prius *Alibanus* legebatur, cum MSS. *Clibanus* prae se ferant. Sic subsequente proxime sectione, *Aliternia* editi, vbi manu exarati *Cliternia* exhibent. H.

k. *Dioscoron)* Διοσκόρων, hoc est, Castoris et Pollucis. Altera Καλυψὼ, ἐν ᾗ Ὀδυσσεὺς ὤικει παρὰ Καλυψοῖ, inquit Scylax, l. c. Neutra hodie apparet. H.

l. *Homerus)* Odyss. 7. v. 244. quem in locum Eustath. Ὠγυγίη, ὄνομα τῆς νήσου Καλυψοῦς. Sic aperte docet Homerus tum alibi, tum Odyss. μ'. v. 448. Νῆσον εἰς Ὠγυγίην πέλασαν θεοὶ, ἔνθα Καλυψὼ Ναίει εὐπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα. At Ogygia insula Homerica, ipsa est habitabilis Tellus in hoc hemisphaerio, quod Oceano circumcinctum veteres credidere; ac propterea insula ea dicitur Oceani vmbilicus: ὅθι τ' ὄμφαλός ἐστι θαλάσσης; Odyss. α'. v. 50. Atlantis ibi filia Calypso dicitur, illius qui profunda maris pernouit, et molem sustinet caeli ac terrae, columnis immensis. Natura ipsa est, qualis in hemisphaerio isto apparet, quam Homerus de nomine feminae tunc celebratae vocat: quoniam Natura multa habet, quae tegit, Graece καλύπτει. Deinde pro Philosophia ipsa accepit, siue Naturae studio: et quemadmodum Herodotus Clio et Erato Musas, sic ipse Calypso Nympham fecit. H.

m. *Tiris, Eranusa, etc.)* Iacent nunc aquis obrutae. Vide Not. et Em. N. LXIII. (hic adsp.) *Tiris, Eranusa, Meloessa)* Sic totidem plane apicibus MSS. omnes. Et Meloessa quidem a prouentu pecoris haud dubie nomen accepit, ἀπὸ τῶν μήλων. Verum loco priorum

dua-

nusa n., Meloessa. o. Ipsum [1] a Caulone abesse LXX. M. pass. prodidit Agrippa. (XI.) A Lacinio promontorio secundus p. Europae sinus incipit, magno ambitu flexus, et Acroceraunio Epiri finitus [2] promontorio, a quo abest q. LXXV. M. pass. Oppidum Croto r., amnis s. Neaethus [3]. Oppidum t. Thu-



1. *Sic ex MSS. Hard. ipsam Gr. et Al.* 2. *finitur. Gr.* 3. *et Crathia. Vet. ad.*

duarum infeliciter admodum Hermolaus, *Tres Sirenusae* rescripsit, quas ab ora Paestana, aduersoque plane maris tractu, in Lacinium vsque promontorium transtulit. Ibi enim Sirenusas insulas, hoc est, vt Virgilius ait, Sirenum scopulos, Strabo, L. I. p. 22. aliique collocant. H.

n. *Eranusa)* Sirenussarum mentionem facit Strabo. *Dal.*

o. *Ipsum)* Lacinium promontorium. H.

p. *Secundus Europae)* Tarentinum sinum, et Adriaticum mare complexus. H.

q. *Abest* LXXV.) Lacinium scilicet, non oppidum Croto, quod sequitur: siquidem CL. stadiis, hoc est, paulo minus XIX. M. pass. distat a Lacinio Croto, Straboni, L. VI. p. 262. Ex qua nostra animaduersione Martianum ipsum emendabis, L. VI. p. 209. Pro LXXV. idem Martianus, LXXXV. H.

r. *Croto)* De eo et Miscello conditore, vide multa apud Leopardum c. 14. 2. Cogitanti de Crotone aedificanda oraculum editum est, Μύστελλε βραχύνωτε παρ' ἐμ θεοῦ ἄλλα μητεύων ἐ κολὰ θηρεύεις, δῶρον δ' ὅτι δῶ τις ἐπαίνει. Legito et Hub. Goltzii Graec. mag. p. 276. *Dal.*

*Croto)* Κρότων Straboni, l. c. Nunc *Crotone*, in ostio amnis, quem *Esaro* accolae vocant. H.

s. *Neaethos)* Νήαιθος Straboni l. c. *Neeto.* H.

t. *Oppidum Thurium)* Vterque codex *Tauri* non *Thurium.* quae lectio mouet me, vt quamuis hic *Thurium* sustineri possit, legi tamen malim, *Thurii.* Nam et *Thurium*, et *Thuria*, et *Thurii* ea ciuitas dicitur, auctore Stephano. *Pint.*

*Thurii)* Θάριοι et Σύβαρις Stephano cognita: Scylaci p. 5. etiam Κράθις. Nunc amni Sybari nomen *Coebile*, Crathi, *Crate:* Oppida Thurium et Syba-

Thurii [1], inter duos amnes Crathin et Sybarin, vbi fuit vrbs eodem nomine. Similiter est inter Sirin et Acirin [2] Heraclia u., aliquando x. Siris vocitata. Flumina: y. Acalandrum [3], Casuentum [4]: oppidum Metapontum z., quo tertia Italiae regio finitur. Mediterranei Brutiorum, Apruſtani a. tantum: Lucanorum b. autem, bb. Atenates [5], c. Bantini [6], Ebu-

1. *Sic ex MSS. Hard. Tauri. Ch. Thurium Gr.* 2. *Achrin. V. Acrin. Ch.* 3. *Thalandrum. V. Ch.* 4. *ſic ex MSS. Hard. Maſuentum. Gr.* 5. *hinc Vet. ad. Atinates. Gr.* 6. *Buxentini.*

Sybaris ex aequo iacent: in Tabulis *Sibari rouinata.* H.

u. *Heraclia)* Ἡρακλεία, cuius nauale Σίρις: amnes alluentes Ἄκιρις et Σίρις Straboni, L. VI. p. 264. nunc *Sino* et *Agri:* vbi oppidum fuit, in Baſilicatae ora, ſinuque Tarentino, *Torre di S. Baſilio.* H.

x. *Aliquando Siris vocitata)* Apud Athenaeum lib. XII. Timaeus et Euripides ſic dictum volunt a muliere quadam: Archilochus vero a fluvio. *Dalec.*

y. *Acalandrum)* Ἀκάλανδρος, Straboni, L. VI. p. 280. Nunc *Salandrella:* Caſuentum, *Baſiente:* ambo e Baſilicata regione in ſinum Tarentinum influunt. H.

z. *Metapontum)* Μεταπόντιον Straboni, L. VI. p. 264. a Samnitibus deletum: Ibi fuit: vbi nunc *Torre di Mare*, iuxta Caſuentum amnem. H.

a. *Apruſtani)* Quorum oppidum forte Ἄβυξρον fuit, quod cum Petilia Magnae Graeciae Ptolemaeus adiudicat, L. III. c. 1. niſi id Lucanorum potius fuiſſe videatur. H.

b. *Lucanorum)* Qui horum fines olim fuerint, diximus, f. 10. H.

bb. *Atenates)* Ab Atena, Principatus, vt vocant, Citerioris oppido: *Atene:* ad ripam Tanagrii amnis, *Negro.* Frontinus, L. de Colon. p. 90. in Prou. Lucania: *Praefecturae, Vlciana, Paeſtana, Potentina, Atenas*, et *Grumentina.* H.

c. *Bantini)* Bantia Liuio. L. XXVII. p. 309. vbi ſitum oppidi edocet: *Itaque in Apuliam*, inquit, *ex Brutiis reditum, et inter Venuſiam, Banriamque, minus trium millium paſſuum interuallo Conſules binis caſtris conſederant.* Veſtigia oppidi manent ad locum, S. Ma-

Eburini d., Grumentini e., Potentini f., Sontini, Sirini g., Tergilani, Vrſentini, Volcentani gg., quibus Numeſtrani h. iunguntur. Praeterea interiiſſe Thebas i. Lucanas Cato k. auctor eſt. Et l. Pandoſiam [1] Lucanorum vrbem fuiſſe Theopompus, in qua Alexander m. Epirotes occubuerit.



1. *Mardaniam. Ch.* S. *Maria de Vanze*, in Baſilicata circa Venuſiam. Holſten. p. 282 H.

d. *Eburini)* Quibuſdam *Euoli* creditur, quod IV. mill. paſſ. citra Silarum amnem eſt. Perperam: cum a Silaro verſus Siciliam Lucanus ager incipiat, vt dictum eſt, ſ. 10. H.

e. *Grumentini)* Γρέμεντον Ptolemaeo, in mediterraneis Lucanorum oppidis, L. III. c. 1. et Straboni, L. VI. p. 254. Nunc *Agromento* ad dextram Aciris fluuii, de quo ſupra, vt recte Holſten. in Ortel. p. 89. H.

f. *Potentini)* Potentia, *Potenza*, in Baſilicata, prope fontes amnis Caſuenti. H.

g. *Sirini)* Ab oppido Siri, cuius nauale Heraclia Siris ſupra dicta fuerit. *Sontini* forte a Sontia, vulgo *Sanza*, inter *Policaſtro* et Tanagrum Fl. Denique Tergillani videntur ii eſſe, quorum praefectura Tegenenſis, (forte pro Tergillenſis) dicitur a Frontino, in Lucania, L. de Colon. p. 90. H.

gg. *Volcentani)* Inter mediterranea Lucaniae oppida fuere Vulci, Οὐλκοι Ptolem. L. III. c. 1. ad Silarum amnem: nunc *Bulcino*, et *Bucino*. Hinc Volcentani, qui apud Gruter. p. 209. *Volceiani*, et p. 393. *Vulceiani* dicuntur. Liuius, L. XXVII. p. 304. Volcentes vocat. Frontino, p. 90. Vlciana praefectura. H.

h. *Numeſtrani)* Oppidum his Numiſtro. Frontinus, L. II. Stratag. c. 2. *Hannibal apud Numiſtronem contra Marcellum pugnaturus*, etc. Liuius quoque, L. XXVII. p. 299. H.

i. *Thebas)* Quae Θήβη Ἰταλίας Stephano. H.

k. *Cato)* In libris Originum deperditis. H.

l. *Pandoſiam)* Subintellige, interiiſſe, id enim *fuiſſe* iſtud ſonat. Vide Not. et Em. N. LXIV. (hic poſ.) *Et Pandoſiam — in qua Alexander)* MSS. omnes librique vulgati ante Hermolaum *Mardoniam* conſtantiſſime retinent: *Pandoſiam* Barbarus reſcripſit: quod in Pandoſia obiiſſe Alexandrum ſcriptores

XVI. Connectitur secunda regio, amplexa Hirpinos, Calabriam, Apuliam, Salentinos, CCL. n. M. sinu, qui Tarentinus o. appellatur, ab oppido Laconum p. in recessu hoc intimo sito, contributa eo

res omnes consentiant. Et Liuius quidem, qui vnus esse potest instar omnium. *Alexandrum Epiri regem*, ait, *ab exule Lucano interfectum, sortes Dodonaei Iouis euentu affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acherusiam aquam, Pandosiamque vrbem: ibi fatis eius terminum dari: eoque ocyus transmisit in Italiam, vt quam maxime procul abesset vrbe Pandosia in Epiro, et Acheronte amni —— Ceterum (vt ferme fugiendo in media fata ruitur) haud procul Pandosia vrbe imminentes Lucanis ac Brutiis finibus tres tumulos insedit — peruenit ad amnem —— quem cum incerto vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis, Iure Acheron vocaris, inquit,* etc. Sic Acherontem fluuium, et Pandosiam in Lucanis diserte appellat: Strabo quoque, L. VI. p. 256. Suidas, verbo Τένον, aliique. Verum cum circa Pandosiam, περὶ Πανδοσίαν interiisse Alexandrum Strabo affirmet, non in ipsa: circa Pandosiam letali vulnere affectus, concedere Mandoniam potuit, vbi ex vulnere obierit: et hanc vrbem interiisse deinde Theopompus est auctor, cum staret interim Pandosia, quam hodie *Castro Franco* vocant. H.

m. *Alexander)* Epiri rex, Obiit A.V.C. CCCCXXVIII. H.

n. CCL. M. *sinu)* Tot millia passuum, inquit, hic sinus ambitu colligit. H.

o. *Tarentinus appellatur)* *Herculeum Tarentum* Virg. appellat, a primis incolis vocatum *Signeum*, ab Ionibus, qui post habitarunt πλοῖον, ob nauigationis commoditatem: vel quod, vt ait Arist. περὶ θαυμασίων ἀκουσμ. Hercules ex Africa rediens, obsessum et expugnatum suo nomine ornauerit: vel quod, Taras eius vrbis conditor, Neptuni filius, Herculi et patri aras dicauerit: huic vt prospera esset nauigatio: illi vt fortiter ageret et diteſceret. Quamobrem et nummo Tarentino Taras delphino insidens laeua manu gestat cornucopiae. Hadrian. Iun. c. 9. 1. Vide et Hub. Goltz. mag. Graec. *Dalec.*

p. *Laconum)* Florus, L. I. c. 18. p. 36. *Tarentum* vocat

eo maritima colonia quae ibi fuerat. Abeſt q. CXXXVI. M. paſſ. a Lacinio promontorio, aduerſam ei Calabriam r. in peninſulam emittens. Graeci s. Meſſapiam a duce appellauere: et ante Peucetia t., a Peucetio Oenotri fratre [1], in Salentino agro. Inter u. promontoria c. M. paſſ. interſunt: Latitudo peninſulae a Tarento Brundiſium terreno itinere x. XXXV [2] M. paſſ. patet, multoque brevius a portu Saſina. Oppida per continentem a Tarento, Varia y., cui cognomen Apulae, z. Meſſapia [3], Aletium. a. In b. ora vero Senum [4]. Callipo-

1. *Fratre. In Salentino agro inter etc. Gr.* 2. *conſent. Ch.* XXXVII. *Gr.* 3. *ſic ex MSS. Hard. Ceſſapia. Gr. et Al.* 4. *Senonum. Gallipolis. Gr.*

cat *Semi-Graecam ex Lacedaemoniis conditoribus ciuitatem.* Dion. quoque Perieg. v. 377. Scymnus p. 14. Heſychius, verbo Τάρας, a Lacedaemoniis conditum Tarentum produnt. H.

q. *Abeſt)* Subintellige, Tarentinus ſinus. H.

r. *Calabriam)* Quae nunc *Terra d' Otranto*, ab Hydrunte oppido appellatur. H.

s. *Graeci)* Strabo L. VI. p. 277. H.

t. *Peucetia, etc.)* Sic etiam Dion. Halic. Antiq. R. L. I. p. 9. H.

u. *Inter promontoria)* Inter ea duo promontoria, quibus ſinus Tarentinus claditur: Lacinium ſcilicet, et Acran Iapygian, de qua mox. H.

x. XXXV. M. *paſſ.)* Strabo itinere vnius diei hoc interuallum emenſus eſt, L. VI. p. 282. H.

y. *Varia, cui nomen Apulae)* Ita libri omnes. Apud Anton. Vania (lego *Varia.*) a Tarento, M. P. LX. Nunc eſt *Vria.* Varnum vt quidem reor, Frontinus agrum hunc vocat, quem cum Tarentino iungit, L. de Colon. p. 111. pro *Varinum:* aut potius *Varium*, vt p. 92. H.

z. *Meſſapia)* *Meſagna*, inter Vriam et Brunduſium. In Martyrologio, *Meſſana Apuliae* nuncupatur, 18. April. H.

a. *Aletium)* Aletium hoc loco nulli MSS. codd. exhibent: omnes pro ea voce *Sarmadium.* Atque huc forte ſpectat Armadillus, ſiue Sarmadillus ager, de quo Fron-

lipolis, quae nunc est Anxa, LXXV. [1] M. pass. a Tarento. Inde XXXII. M. promontorium, quod Acran c. Iapygian vocant, quo longissime in maria excurrit Italia. Ab d. eo Basta [2] oppidum, et e. Hydruntum [3] decem f. ac nouem M. passuum, ad

1. *Sic ex MSS. Hard. consentit Ch.* LXII. *Gr. et Al.*
2. *Hasta.* 3. *Hydrus.*

Frontinus, L. de Coloniis, p. 115. H.

b. *In ora vero Senum)* Sic MSS. omnes, non vt hactenus editum, *Senonum*, perinde ac si a Gallis Senonibus, qui nulli vmquam in hoc tractu terrarum fuerunt, condita Callipolis foret: quae Graecos habuit auctores. Mela L. II. c. 4. *Salentina litora*, inquit, *et vrbs Graia Callipolis.* Ea nunc *Gallipoli* dicitur. In Museo P. Chamillart, nummus didrachmus argenteus virum in equo decurrentem exhibet: infra, ΚΑΛ. Ex parte altera alium insidentem delphino: infra similiter ΚΑΛ. latere dextro, ΤΑΡΑΣ: Tarenti conditor et dominus: quem et Καλλιπολῖται ad oram sinus Tarentini positi colunt. Ad equitis dextrum latus est litera A: sinistro N. Ἄνξα est ΚΑΛΛΙΠΟΛΙΤΩΝ, etc. Senum quoque oppidi nomen fuit. H.

c. *Acran Iapygian)* Ἄκραν Ἰαπυγίαν, ἣ καὶ Σαλεντίνη, inquit, Ptolemaeus, L. III. c. 1. promontorium apygium, siue Salentinum: nunc a vicino oppido, *Capo di S. Maria di Leuca.* H.

d. *Ab eo Basta oppidum, et Hydruntum)* Diximus in commentariolo, tumultuario studio a nobis in Pomponium composito, *Hydrus* nominari hanc ciuitatem, non, vt quidam putant, *Hydruntum.* Nam si *Hydruntum* diceretur, nequaquam paulo post sequeretur, *Ab Hydrunte Soletum desertum*, et mox *Brundusium L. M. passuum ab Hydrunte.* Omnes denique geographi et historici *Hydrus*, non aliter, enunciant. *Pint.*

*Ab eo Basta)* *Vaste* oppidulum, inter Castrum et Hydruntum. H.

e. *Hydruntum, etc.)* Ptolemaeo, l. c. Ὑδροῦς. Nunc *Otranto.* H.

f. *Decem ac nouem)* Ait Bastam oppidum, Hydruntumque ei proximum, distare ab Acra Iapygia, XIX. M. P. Vide Not. et Em. N. LXV. (hic pos.) *Ab eo Basta oppidum, et Hydruntum, decem ac nouem*

ad g., discrimen Ionii et Adriatici maris, qua h. in Graeciam breuissimus transitus, ex aduerso i. Apolloniatum [1] oppidum: latitudine intercurrentis freti, k. quinquaginta [2] M. non amplius. Hoc interuallum

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Apolloniae oppidum. Vet. Tol. oppidi Gr.* 2. *Centum. M. P. non. Vet.*

*uem mill. pass.)* Ita libri omnes. At locum hunc Martianus perperam interpretatus, L. VI. p. 209 quod esset angustiarum eiusce freti, qua Ionium mare in Adriaticum irrumpit, interuallum, signari a Plinio credidit: *Hydruntum urbem*, inquit, *vbi superum inferumque mare decem ex nouem millibus disparatur.* H.

g. *Ad discrimen)* Vbi discriminatur Ionium ab Adriatico mari. H.

h. *Qua in Graeciam breuissimus transitus. Ex aduerso Apollonia oppidum)* Codices ambo scripti, *ex aduerso* cum minore litera legunt, et coniunctim cum superioribus: adduntque, *cum*, hoc modo: *qua in Graeciam breuissimus transitus, ex aduerso Apollonia cum oppidi.* Scribo, *qua in Graeciam breuissimus transitus, ex aduerso Apolloniatum oppidi.* nota res, nec testimoniis confirmanda. *Pint.*

i. *Apolloniatum)* Ita MSS. Reg. Colb. 1. 2. 3. etc. Hoc est breuissimus transitus ab Hydrunte in Apolloniatarum oppidum, quod ex aduerso est. H.

k. *Quinquaginta)* Hoc est, leucarum duodecim. Vide Not. et Em. N. LXVI. (hic adi.) *Quinquaginta mill. non amplius)* Centum reposuit Barbarus: oblitus eumdem Plinium, in describendo Italiae situ, supra dixisse, sect. 6. *Abest a circumdatis terris, Istria ac Liburnia, quibusdam locis centena millia pass. Ab Epiro et Illyrico quinquaginta.* Satis enim superque constat, *centum* ibi etiam agnosci non posse, cum *totidem*, *tantumdemue* scripturus fuisset. Nec dubitare licet quin ad frontem hanc Salentinorum Hydruntinam id ipsum pertineat: cum non alia Italiae ora magis Epiro vicina sit; atque hoc tempore etiam ab Hydrunte, vel ab ipso potius prope sito Leucarum (vt appellant) capite, ad oppositum Epiri litus tot fere millia passuum computentur: in quibus angustiis pontes ipsos iacere Pyrrhum, Varronemque, cogitasse, credere par est. Ad haec, Epiri Oricum

lum pedestri continuare transitu pontibus iactis[1] primum Pyrrhus Epiri rex cogitauit l.: post eum M. Varro, cum classibus Pompeii piratico bello praeesset. Vtrumque aliae impediuere[2] curae. Ab Hydrunte, Soletum m. desertum, dein Fratuertium: portus Tarentinus; statio Miltopae[3]: o. Lupia

1. *Iunctis. V.* 2. *Sic ex MSS. H. conf. Ch. impediere. Gr. et Al.* 3. *Militum Gr. et Al.*

cum ab Italiae Salentino, LXXX. tantum, aut etiam LXX. pass. mill. discreuit Plinius, s. 26. libri huius, qui breuissimum in Graeciam transitum ab Hydrunte, non a Salentino, nunc esse testatur. Ex quo exploratum est et certum, lectionem vulgatam, non modo vetustiorum codicum fide, verum etiam indubitato Plinii testimonio confirmatam, quibusvis aliis reclamantibus, esse custodiendam. Quam sint enim erratis obnoxiae Ptolemaei mensurae, quam vitiosa Antonini et Strabonis editio, norunt eruditi. H.

l. *Cogitauit*) Futili plane consilio: quod effectum dare nulla ars potuisset, vt recte demonstrat Furnerius noster, in Hydrogr. L. II. c. 18. p. 59. Tamen angustius mare esse, quod Italiam a Graecia dirimit, quam hactenus creditum est, obseruauit D. Delisle, in Comment. Acad. Reg. Scient. anni 1714. p. 83. vnde ibi concludit, saltem minus debere Pyrrhi regis consilium absurdum videri. H.

m. *Soletum*) Quae et Salentia: vnde Salentini populi, et Salentinus ager, et promontorium Salentinum. Nummi in Thesauro Goltzii, ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ. Nunc quoque *Solito*, supra Hydruntum. H.

n. *Statio Miltopae*) Navium nempe statio. Vide Not. et Em. N. LXVII. (hic pos.) *Statio Miltopae: Lupia, etc.*) Scio in libris vulgatis legi, *Statio militum Lupia.* At MSS. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Paris. *Statio Miltopae, Lupia*: vt proprium sit stationis nauium nomen *Miltopae*: sequaturque deinde seorsim Lupia, vtrumque in ora positum, quae nunc lustratur a Plinio. Sic Virgilius de Tenedo, *Statio male fida carinis.* Sic Plinius ipse in fine libri huius: *Salonis piratica statione nota.* H.

o. *Lupia*) Λεπτία Ptolemaeo, inter Hydruntem et Brun-

pia [1] Baleſium p., Coelium q., Brundiſium r. L. M. paſſuum ab Hydrunte, in primis Italiae portu nobile, ac velut certiore tranſitu, ſic [2] vtique longiore, excipiente Illyrica vrbe Dyrrhachio s. CCXXV. [3] M. traiectu. Brundiſio conterminus. Pediculorum t. ager. IX. adoleſcentes, totidemque virgines ab Illyriis, tredecim populos genuere. u. Pediculorum [4] oppi-

1. *Peſſubia. Ch.* 2. *ſed vtique. vulg. Sicuti longiore Gr. et Al.* 3. CCXX. *Gr.* 4. *Poediculorum. Strab. lib. VI. Iidem vocantur et Peucetii.*

Brundiſium. Nunc *Torre di S. Cataldo.* Gruter. p. 374. COL. LVPIENSIVM. Apud Frontin. L. II. de Col. p. 111. Lyppienſis ager. H.

p. *Baleſium*) Oppidum in ora poſitum, vti et reliqua quae modo recenſentur. Mela, L. II. c. 4. *In Calabria, Brundiſium, Valetium, Lupiae, Hydrus.* H.

q. *Coelium*) Frontino, L. de Col. p. 111. Coelinus ager in Calabria. Hinc Coelii appellati, qui a Gargano monte ad Brundiſium coluere, inquit Cato in Excerpt. Orig. p. 136. H.

r. *Brundiſium*) Ita MSS. Alii Brunduſium dicunt. Nobis *Brindes.* De eius portu Strabo, L. VI. p. 282. H.

s. CCXXV. *M. traiectu*) Vide Not. et Em. N. LXVIII. (hic poſ.) CCXXV. *M. traiectu*) Ita MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Pariſ. Chiffl. non, vt in editis, CCXX. Subſcribit Strabo, L. II. p. 283. ſtadia MDCCC. Brundiſium, a Dyrrhachio abeſſe teſtatus. H.

t. *Pediculorum*) Ποιδίκλοι a Strabone appellantur, L. VI. p. 277. Partem ii maximam tenuere Barienſis agri, *Terre de Bari.* Horum oppida non in ora modo, ſed et in mediterraneo poſita carptim a Plinio perſtringuntur. H.

u. *Pediculorum oppida, Rhudia, Egnatia*) Lege, *Rudiae, Gnatia.* Et paulo ante ibid. legas: *Oppida per continentem a Tarento. Vria (quia cognominis Apulae) Meſſapia, Sarmadium. In ora vero Saenum, Callipolis, quae nunc eſt Anxa, LXII. millia paſſuum a Tarento.* I. Voſſ. in Melam. p. 165. *Pediculorum oppida Rudia*) Legendum numero multorum, *Rudae*, ex Strabone, Pomponio, Silio, Euſebio. Politianus quoque noſter in Nutritia: *Quem Rudiis ortum rigidi*

oppida, x. Rudiae [1], Egnatia, z. Barium [2]. Amnes a.: Iapyx a Daedali filio, a quo et Iapygia: Pactius, Aufidus b. ex c. Hirpinis montibus Canuſium praefluens. Hinc d. Apulia Dauniorum cognomine, a du-

1. *Rhudiae. Ptolemaeo. Rhodae. Stephano.* 2. *Barion, ante Iapyx a Daedali filio, a quo et Iapygia. Ammes, Pactius. Gr. et Al.*

*gidi cenſura, Caronis.* Proinde corrigendum vitioſum Ptolemaei exemplar, in quo *Rudia* pro *Rudiae* ſcriptum eſt. *Pint.*

x. *Rudiae*) Mela, L. II. c. 4. Poſt *Barium*, *Egnatia, et Ennio ciue nobiles Rudiae.* Strabo, L. VI. p. 282. ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ Ῥωδαῖοι. Ptol. L. III. c. 1. in Salentinorum mediterraneis, Ῥωυδία. Citra Brundiſium, auctore Plinio, collocandae: Nunc, vt quidem reor, *Carouinga.* H.

y. *Egnatia*) Sic Anton. in Itin. Straboni quoque l. c. Ἐγνατία πόλις. Horat. L. I. Sat. 5. *Gnatia.* Ignatium agrum Frontinus vocat, l. c. et cum Rodino iungit. Nunc *Torre di Anazzo*, inter Brundiſium Bariumque. H.

z. *Barium*) *Bari*, vnde regioni nomen. H.

a. *Ante Iapyx*) In exercitu Minois a Caecubi filiabus occiſi in Sicilia dux ſtrenuus Iapyx fuit, Daedali et Cretenſis mulieris filius. Poſt obitum regis collectas exercitus reliquias 16. in Apuliam traduxit, et a ſuo nomine eum Italiae tractum vocauit. Strabo apud Athen. l. XII. *Iapyges poſteri fuerunt Cretenſium, qui Glaucum, cum in mare ſe deieciſſet, nec vſquam emergeret, quaeſitum e Creta diſceſſerunt. Dalecamp.*

*Ammes: Iapyx*) Vide Not. et Em. N. LXIX (hic adi.) *Ammes: Iapyx a Daedali filio rege*) Haec ſincera codicum proxime laudatorum ſcriptura eſt: quam ſic vitioſe interpolarant: *Barion, ante Iapyx:* vt Barii oppidi cognomen Iapyx eſſe putaretur. H.

b. *Aufidus*) Vnde Horat. *Longe ſonantem natus ad Aufidum*, de ſe ipſe praedicat L. IV. od. 9. Nunc *Ofanto*: Capitanatam, vt vocant, a Barienſi agro diſterminat. H.

c. *Ex Hirpinis*) A gente indigena nomen accepit haec Apennini portio, prope Compſam. H.

d. *Hinc Apulia*) Quae nunc *Capitanata* nuncupatur. H.

a e. duce Diomedis ſocero. In qua oppidum Salapia f., Hannibalis meretricio amore inclytum: Sipontum g., Vria h.: amnis Cerbalus i., Dauniorum finis: portus Agaſus k., promontorium l. montis Gargani, a Salentino ſiue Iapygio CCXXXIV. M. paſſ. ambitu m. Gargani; portus Garnae n., lacus o. Pantanus. Flumen portuoſum Frento oo., Tea-

e. *A Duce*) Dauno. Feſtus: *Daunia Apulia appellatur a Dauno Illyricae gentis claro viro, qui propter domeſticam ſeditionem excedens patria occupauit.* Tzetzes in Lycophr. p. 60. ait eum imperitaſſe Dauniis, cum Diomedes in Italiam appulit: hunc Dauno aduerſus hoſtes tuliſſe ſuppetias: filiam Dauno fuiſſe Euhippam nomine, etc. H.

f. *Salapia*) Oppidum id e loco peſtilenti, qui 4. millib. paſſ. a mari diſtabat, in maritimam et ſalubrem ſedem a M. Hoſtilio translatum fuiſſe, vide apud Vitruuium cap. 4. lib. I. *Dal.*

*Salapia*) Rudera nomen ſeruant, *Salpe* Ptolem. L. III. c. 1. in Apulia Dauniae ora litorali, Σαλαπίαι. De Hannibale, quod modo narratur. Vide Appian. in Hannib. p. 338. H.

g. *Sipontum*) Σιπῦς Ptolem. l. c. et Strab. L. VI. p. 284. *Siponto.* At ex eius ruinis creuit *Manfredonia*, quod Sipontum nouum merito dixeris, haud procul Gargano monte. H.

h. *Vria*) Huc pertinet, opinor Vritanus ager, quem cum Rubuſtino, et Genuſino, de quibus mox, Frontinus copulat L. de Col. p. 111. Ptolem. L. III. c. 1. Τρίον in ora ſinus Adriatici, Apuliae Dauniae pariter adiudicat. H.

i. *Cerbalus*) Nunc *Candelaro*; non alter, qui in iſtum ſubterraneo meatu influit, et *Ceruaro* appellatur. H.

k. *Agaſus*) Nunc *Porro Greco.* H.

l. *Promontorium*) *Capo Vieſtice*, vbi longiſſime mons Garganus excurrit in mare, verſus ortum Solis. H.

m. *Ambitu Gargani*) Gargano monte circuito, qui oram hanc vniuerſam ambit. H.

n. *Garnae*) Ex περίπλῳ ſeu circumnauigationis ordine, apparet eſſe oppidum *Rodia*, vt recte Holſtenius coniecit, p. 269. H.

o. *Lacus Pantanus*) Nunc *Lago di Leſina*, a vicino oppido. H.

oo. *Frento*) Nunc *Fortore.* H.

Teanum p. Apulorum: Itemque Larinatum q. Cliternia [1]: Tifernus r. amnis. Inde s. regio Frentana. Ita t. Apulorum genera u. tria: Teani x. duce [2] e Graiis: Lucani, ſubacti a Calchante, quae loca nunc tenent Atinates. Dauniorum praeter ſupra dicta coloniae, Luceria y., Venuſia. z. Oppida:

1. *Larinum, Aliternia. Gr. et Al.* 2. *a duce. Gaces, Lucanii. Vet.*

p. *Teanum Apulorum*) Apulos ruſticos, inciuiles, invrbanos, duros, agreſtes fuiſſe monſtrat hic Plauti verſus in Milit. *Poſt Epheſi ſum natus, non in Apulis, non ſum in Vmbria. Dal.*

*Teanum*) Ad diſcrimen Teanorum Sidicinorum, de quibus ſ. 9. Apuli iſti cognominati ſunt. Locus nunc *Ciuitate* dicitur, ad ripam Frentonis amnis, in Capitanata. Frequens mentio Ciuitatenſis Epiſcopi in actis Beneuentanae Eccleſiae, cui ille ſuberat. Sic Holſten. p. 279. H.

q. *Larinatum Cliternia*) Vt Apulorum, inquit, oppidum in ora fuit: ſic Larinatum in mediterraneo quidem Larinum, vt dicetur inferius: in ora Cliternia: nunc *Campo Marino*. H.

r. *Tifernus*) Permutatis literis apud Ptolem. L. III. cap. Φίτερνος pro ΤίΦερνος. H.

s. *Inde*) A Tiferno amne, vt dicetur ſect. ſeq. H.

t. *Ita Apulorum genera tria: Teani a duce*) Scribendum opinor, *Teani, a duce, Varies*, vt ſint tria diſtincta genera: Teani, ab oppido Teano; a duce Dauno, Daunii, ab oppido Varia, cuius paulo ante praeceſſit mentio, Varies. *Pintian.*

u. *Genera tria*) Daunii, Teani, Lucani. H.

x. *Teani, duce*) Teanum hunc eſſe appellarum innuit Teates Apuli et ex Apulia Teanenſes, apud Liu. p. 159. Calchantem in his oris aliquando conſediſſe, etiam ex Strabone colligimus, L. VI. p. 284. G.

y. *Luceria*) Hanc quoque Luceriam appellat Liuius L. IX. p. 156. Λαυκερίαν Strabo, L. VI. p. 284. Νεαχερίαν Ἀπελῶν Ptolem. L. III. c. 1. Nunc *Lucero delli Pagani*, in Capitanata. H.

z. *Venuſia*) Horatii variis natalibus clara. Nunc *Venoſa*, in Baſilicata: aliquot vltra Aufidum amnem millibus. Hor. L. II. Sat. 2. v. 34. — *Sequor hunc Lucanus an Appu-*

ius

da; Canuſium a., Arpi b., aliquando c. Argos Hippium Diomede condente, mox Argyrippa dictum. Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumque, et vrbes duas, quae in d. prouerbii ludicrum vertere e., Apinam et Tricam. Cetero intus in ſecunda regione, Hirpinorum colonia vna Beneuentum, auſpicatius mutato nomine, quae quondam appellata Maleuentum f.: g. Auſeculani [1], Aquiloni h., i. Abellinates [2] cognomine Protropi,



1. *Sic ex MSS. H. conff. vet. Aeculani Gr. et Al.* 2. *Apellinares. Ch.*

*lus anceps: Nam Venuſinus erat finem ſub vtrumque colonus Miſſus ad hoc, pulſis (vetus eſt vt fama) Sabellis.* H.

a. *Canuſium*) Καυσίαν Ptol. L. III. c. 1. in Apulia Dauniorum, nunc *Canoſa*, ad amnem Aufidum. H.

b. *Arpi*) Iacet in ruinis, retento tamen nomine *li Arpi*, in Capitanata, iuxta amnem *Candelaro*. H.

c. *Argos Hippium*) Argos fuit Diomedis patria, quam *Hippobotan Argos* Homerus vocauit. Vide Leopardum c. 16. V. *Dalec.*

*Aliquando, etc.*) Haec totidem verbis Strabo, L. VI. p. 283. H.

d. *In prouerbii*) Eraſmus, Chiliad. 1. Cent. 2. adag. 43. *Tricae, Apinae. Tricas et Apinas, vulgo res futiles et nugatorias dicebant*, etc. Martialis L. I. Epigr. 114. *Quaecumque luſi iuuenis, et puer quondam, Apinaſque noſtras, quas nec ipſe iam vidi, etc.* H.

e. *Vertere*) Alii, *venere*, H.

f. *Maleuentum*) Ita Liuius, L. IX. p. 162. et Steph. p. 158. In Hippinis, quorum hodie regio Principatus Vlterior appellatur, *Beneuento*, Coloniae Beneuentanae mentio ap. Frontin. L. de Colon. p. 84. et 122. H.

g. *Auſeculani*) Hinc Ager Auſculinus, Frontino, p. 110. Qui deinceps populi ex elementorum ſerie appellantur, vſque ad Veſcellanos, Hirpinorum erant: ſequuntur deinde qui in Apulis: mox qui Calabrorum: denique qui Salentinorum fuere. Hos enim omnes regio ſecunda complexa eſt, vt dictum eſt initio ſect. huius. H.

h. *Aquiloni*) Ab Aquilonia, de qua Liuius, L. X. p. 184. Ptolemaeo, L. III. c. 1. in

Compſani k., Caudini l.: Ligures m., qui cognominantur Corneliani, et qui [1] Bebiani: Veſcellani n. Aeculani [2], Aletrini, Abellinates cognominati Marſi o., Atrani, Aecani p., Alfellani q., Attinates,

1. *Qui in V. del.* 2. *ſic ex MSS. H. Deculani Gr. et Al.*

i. in mediterraneis Hirpinorum. Ἀχελλωνία, cum Abellino. Nunc eſt, *la Cedogna*, in Principatu vlteriore, vt ex itinerariis liquido conficitur. H.

i. *Abellinates*) Ἄβελλινον in Hirpinis, prope Aquiloniam, apud Ptol. l. c. H.

k. *Compſani*) Nunc *Conza*, in eodem Principatu, Ptol. l. c. In Lucanis, quibus Hirpini confines fuere. H.

l. *Caudini*) Caudium oppidum Samnii, in Caudina valle, dirutum. Diſtat ea vallis a Beneuento millibus paſſuum decem: Furcae vero Caudinae quatuordecim. *Dalec.*

*Caudini*) Caudium oppidum, et Furcae Caudinae, vbi interceptus Rom. exercitus, Conſules a Samnitibus ſub iugum miſſi. Vide Liu. L. IX. p. 152. et Flor. L. I. c. 16. Caudinum oppidum Beneuentanae coloniae cum ſuo territorio adiudicatum, ſcribit Frontin. L. de Colon. p. 84. H.

m. *Ligures*) Hinc apud Frontinum, L. de Colon. p. 125. *Ager Liguris Veuianus, et Cornelianus, muro ducta Triumuirali lege.* H.

n. *Aeculani*) Hi deincepi qui noua elementorum ſene inſtituta recenſentur, Apuliae ſunt contributi: non Hirpinis. Inſcript. Grut. p. 446. R. P. AECLANENSIVM Frontino in Apulia, p. 110. Eclanenſis ager, eadem lege qua Canuſinus. Et p. 91. in Prou. Apulia, *Ager Aeclanenſis*. Quare non videtur eſſe Aeculanum Ptolemaei, aut Aeclanum Antonini: nec proinde aut *Fricento* Cluverii, aut Holſten. p. 74. *Mirabella*: cum haec oppida non in Apulis, ſed in ipſo Hirpinorum vmbilico poſita ſint. H.

o. *Marſi*) Oppido nomen Abellinum, Marſicum cognomine, vt ab altero, quod in Hirpinis fuit, diſtingueretur: oppidum nunc Epiſcopale, in confinio Baſilicatae et Principatus Citerioris: *Marſico vetere*. Frontino, Lib. de Colon. p. 106. *Marſi municipium*: Balbo item, p. 318. H.

p. *Aecani*) Grut. p. 444 REIP. AECANORVM. Oppidum

tes, r. Arpani [1], Borcani, Collatini, Corinenſes, et nobiles clade Romana Cannenſes s., Dirini, Forentani t., Genuſini u., x. Herdonienſes [2], Hyrini y., Larinates, cognomine Frentani z., [3] Merina-



1. *Hirpini. Liv. lib.* XXIII. 2. *Herdonienſes. V. Hordonienſes. Gr. et Al.* 3. *Merinates, ex Gargano Mateolani, Neritini, Matini, Robuſtini Gr. et Al.*

pidum Aecae, Aethico, p. 16. nunc *Troia*, in Capitanata. De hoc oppido vide Holſten. p. 19. H.

q. *Alfellani*) Forte *Affilani*, ab Affile oppido, de quo Frontin. L. I. de Colon. p. 38. H.

r. *Arpani*) Hirpini, hodie Arpadium Caudio vicinum Liuius lib. XXIII. Hirporum in Sabinis prope Compſam meminit. *Eadem aeſtate*, ait, *ab Nola, quam praeſidio tenebat, crebras excurſiones in agrum Hirpinum, et Samnites Caudinos fecit.* NOTA. Omittit Plinius Teleſiam ciuitatem, ad ripam Exerniae fluuii priuſquam Vulturnum accipiat, memoratam. Liu. lib. XXII. nunc dirutam. *Dalec.*

*Arpani*) Apud Frontinum, Arpanus ager, et Conlatinus, in Prou. Apulia, p. 91. Ab Arpis oppido, de quo ſupra. Vetus Pignorii nummus apud Holſten. p. 280. ΑΡΠΙΑΝΩΝ. H.

s. *Cannenſes*) Cannae aeternum imperii vulnus: rudera modo, *Canna*, ad ripam Aufidi amnis, quem Romanorum caede aiunt ibi decolorem factum, Liu. L. XXII. p. 223. H.

t. *Forentani*) Vbi nunc *Forenza* in Baſilicata, ſupra Acherontiam, quae *Cirenza* dicitur. H.

u. *Genuſini*) In prouincia Calabriae Genuſinus ager, apud Frontinum L. de Colon. p. 111. H.

x. *Herdonienſes*) Ἑρδωνία Ptolem. L. III. c. 1. in Apulis Dauniis. Erdonias habet Antoninus prope Canuſium M. P. XXVI. Ardonam Frontinus, in Apulia, p. 110. Et nunc *Ardona* dicitur, inter *Ceruaro* et *Caropelle* fluvios. H.

y. *Hyrini*) Ab Vria, vt videtur, oppido ſuperius memorato: nam id Ὕριον Ptolem. l. c. et Dionyſ. v. 380. nuncupant. H.

z. *Frentani*) A Frentone amne, de quo proxime ante, quem illi accoluere: vnde et vrbs primaria Frentanorum Larinum dicitur apud Caton. in Excerpt. Orig. p. 136. Nunc *Larina*, in Comitatu

tes a., ex Gargano: Mateolani, b. Netini [1], Rubuſtini c., Siluini d.: Strabellini, Turmentini, e. Vibinates [2], Venuſini f., Vlurtini, Calabrorum mediterranei: Aegetini, g. Apameſtini [3], Argentini, Butuntinenſes h., Deciani, i. Grumbeſtini [4], Norbanen-

1. *Neratini. Ch.* 2. *Vibarnates. Vet.* 3. *In Vet. delet.* 4. *Brumbeſtini. Gr. et Al.*

mitatu Moliſii, confinioque Capitanatae. H.

a. *Merinates*) Ad extremum Gargani montis promontorium ciuitas Epiſcopalis ſita eſt, vulgo *Vieſte* dicta. Creuit ea ex ruinis oppidi Merini, ſiue Mirini, Epiſcopali dignitate olim quoque clari. Ita fere Holſten. p. 278. Praepoſtera interpunctio, non Merinates, ſed Mateolanos Gargano in libris ante nos editis affigebat. H.

b. *Netini*) A Netio oppido prope Canuſium, Herdoniamque. Νήτιον Straboni, L. VI. p. 282. Nerentinos, quos hic libri quidam addunt, expunximus: cum inferius Salentinis, vt ſane oportuit, reddantur. H.

c. *Rubuſtini*) Ita MSS. non *Robuſtini*. Et certe Rubuſtinus ager, Frontino L. de Colon. p. 111. a Rubis prope Canuſium Antonino, Horatioque, L. I. Sat. 5. *Inde Rubos feſſi peruenimus.* Nunc *Ruuo*, in agro Barienſi. H.

d. *Siluini*) Ab oppido Apulorum Peucetiorum, quod Strabo, L. VI. p. 283. Σιλλίον vocat: nunc dicitur *il Gorgolione*, teſte Holſt. in Ortel. p. 178. H.

e. *Vibinates*) Sic veteres Inſcrippt. Holſt. teſte. Nunc oppidum *Bouino* dicitur, in Capitanata, inter Troiam et Herdonam, in Samnii Apuliaeque confinio. Polybius Βοβίνιον vocat. H.

f. *Venuſini*) A Venuſia ſuperius laudata. H.

g. *Apameſtini*) Vide Not. et Em. N. LXX. (hic poſ.) *Apameſtini*) Ex Ἀπενεστῶν Ptolemaei, L. III. c. 1. Hermolaus, et Pelicerius in nov. MSS. *Apeneſtini* reponunt. At eſt illud oppidum et in Apulia Daunia prope Garganum montem, et in ora poſitum: hic Plinius Calabrorum oppida perſequitur, et ea quidem quae ſint a mari longiuſcule ſemota. H.

h. *Butuntinenſes*) In Tab. Peuting. *Butunti.* Frontino, L. de Colon. p. 111. Botuntinus ager in Calabria. H.

i. *Grumbeſtini*) Ita plane ordo literarum exigit, non *Brumbeſtini*. H.

nenſes, Paltonenſes [1], k. Sturnini [2], Tutini. Salentinorum l.: Aletini [3], Baſterbini m., Neretini n., o. Vxentini [4], Veretini.



1. *ſic ex MSS. Hard. Palionenſes. Gr. et Al. Balionenſes. Vulg.* 2. *Stulnini. V.* 3. *Alcutini. Ch.* 4. *Valetini. Vet. Valentini. Gr.*

k. *Sturnini*) Vel potius detrito ſibilo, quod adhaeſiſſe huic voci ex anteriore vocabulo videtur, *Turnini*: nam in Calabriae mediterraneis oppidis Τᾶρνοι a Ptolem. nominantur, L. III. c. 1. Vide Not. et Em. N. LXXI. (hic adi.) *Sturnini*, *Tutini*) Aberrant a vero, qui Sturninos ibi fuiſſe arbitrantur, vbi nunc *Sternaccio* oppidulum Hydruntini agri, haud procul Hydrunte; in eam ſcilicet adducti haereſim, affinitate quadam ac ſimilitudine nominis. Verum id oppidum, vt planiſſime vel ex ipſis Tabulis conſtat, cum Salentinorum ditionis fuerit, quorum oppida populique ſuo mox ordine digeruntur, in Calabrorum oppidis, quae nunc Plinius percurrit, locum habere non poteſt. Nec felicior in coniiciendo Pelicerius in not. MSS. qui pro Tutinis Tuticanos reponi putat oportere, ab Equo Tutico, quod non procul Beneuento fuit: haud exigua terrarum intercapedine, populorumque interiacentium frequentia, diuiſa a Beneuento Calabria. H.

l. *Salentinorum*) Subintellige, mediterranei. Quorum primi Aletini, ab Aletio, quod Ἀλήτιον Salentinorum mediterraneum oppidum Ptolem. appellat, L. III. c. 1. Incolis vulgo *Leccie*, vel *Lezze*, medio ferme itinere Hydruntum inter et Brundiſium. H.

m. *Baſterbini*) Non a Baſta ſuperius memorato oppido: id enim littorale fuit, ſed ab obſcuriore aliquo: a Βαῦρα fortaſſis, quod in Salentinorum oppidis mediterraneis Ptol. recenſet, l. c. H.

n. *Neretini*) Νήριτον Ptolem. in mediterraneis Salentinorum oppidis: hodie *Nardo*. H.

o. *Vxentini*) Nunc *Vgento*. Sic Veretini, nunc *S. Maria de Vereto*. Ab oppidis Οὔξεντον, et Οὐέρετον, quae Ptolem. locat in Salentinorum mediterraneo, haud procul Acra Iapygia, ſeu Leucarum, vt appellant, Capite. Vide Not. et Em. N. LXXII. (hic conſp.) *Vxentini*) In libris vulgatis *Valentini*. At MSS. et R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. etc. *Vlentini*: nos ex indubitata conie-

XVII. (XII.) Sequitur regio quarta gentium vel fortissimarum p. Italiae. In q. ora [1], Frentanorum, a Tiferno: flumen Trinium qq. portuosum. Oppida; Histonium r., Buca s., Ortona: Aternus t. amnis. Intus Anxani cognomine u. Frentani. Carentini x. supernates, et infernates, Lanuenses: Marru-

1. *Ora Ferentanorum. Vet.*

coniectura, et Ptolemaei, vt diximus, fide, *Vxentini.* H.

p. *Fortissimarum)* Multis aduersus Romanos fortitudo est explorata bellis, quae Florus recitat L. I. et Strabo, L. V. p. 241. H.

q. *In ora Frentanorum)* Ferentanorum Pelignis conterminorum, caput Ferentum, hodie *Franca villa*, in maris littore. Per eam regionem labitur Tifernus lentus fluuius, ex Nicare, seu vt hodie vocatur, Maiela monte nascens. Apud Liuium lib. IX. *Aulus consul vno secundo praelio Ferentanorum effusam aciem profligauit, et eorum vrbem in deditionem accepit.* Ferentanorum oppidum mediterraneum Ptolemaeo Anaxanum, hodie *Lanfano. Dalecampius.*

*Frentanorum)* Subintelligе, regio, quae a Tiferno amne ad Aternum porrigitur. Nunc *Abruzzo citeriore* vocant. H.

qq. *Trinium)* Nunc *Trigno.* H.

r. *Histonium)* In Thes. Goltzii, MVNICIPES HISTONIENSES. Ἰστόνιον Ptolemaeo in Frentanis L. III. c. 1. Et apud Frontin. p. 109. *Istoniis colonia*, in Samnio. At apud Grut. p. 332. HISCONIENSES, bis. Nunc *Guasto di Amone.* H.

s. *Buca, Ortona)* Ὄρτων, καὶ Βῦκα Straboni, L. V. p. 242. Frentanorum quoque oppida: et Ὄρτων quidem ἐπίνειον nauale: nunc *Ortona a mare*, inter amnes Sagrum et Aternum: Buca, cuius et Mela meminit, L. II. c. 4. nunc iacet. H.

t. *Aternus)* Ἄτερνος Straboni, l. c. Nunc Pescara. H.

u. *Cognomine)* Vt ab Anxa, quae Callipolis in Salentinis, eo cognomine discriminentur. Oppidum Anxanum, Ἄγξανον Ptolem. L. III. c. 1. in Frentanis: nunc *Lanciana*, haud procul ostio amnis Sagri, quem *Sangro* vocant. H.

x. *Carentini)* In MSS. *Cerenini.* Ptolem. L. III. c. 1. Καραινηνὰς Caracenos locat inter Frentanos et Samnitas. H.

Marrucinorum [1] Teatini γ.: Pelignorum [2] Corfinienſes α., Superaequani β., Sulmonenſes γ.: Marſorum



1. *Murcinorum. Vet.*

γ. *Teatini)* Τεατέα Μαρ-ρουινῶν μεσόγειος, Ptolem. l. c. Frontino, p. 108. *Teate, qui Aternus*, quoniam eo amne alluitur: nunc *Ciuita de Chieti.* H.

2. *Pelignorum)* Peligni hodie *Valuenſes:* inter montem Maielam et Apelinum, ob oppido Populio vſque ad Sulmonem extenduntur. In eo tractu oppidum eſt Furea, ſiue Palene, quaſi Peligne, a quo dictos Pelignos volunt. Addit Strabo Interocleam, quae hodie Interdocum. *Dal.*

α. *Corfinienſes)* Corfinium oppidum, in quo Domitius Aenobarbus Iulio Caeſari ſeſe obiecit, ne Pompeium inſequeretur, dirutum iacet. Eius ruinae viſuntur in pago Diui Pelini, in planitie, quam Petinam vocant, procul ab oppido Populio tribus millibus paſſuum. *Dal.*

*Corfinienſes)* Κορφίνιον, πόλις Πελιγνῶν μεσόγειος, Ptolem. l. c. nunc *Pentina* vicus in Abrutio citeriore. Ager Corfinius Frontino, L. de Colon. p. 104. Vulgo *Campi di S. Pelino:* Pelignus, nunc *Valua* dicitur; et Epiſcopus Sulmonenſis, cum ſubiectum habeat agrum integrum Pelignorum, propterea *Valuenſis* Epiſcopus nuncupatur. H.

β. *Superaequani)* Frontino p. 170. Superequum: Et Balbo p. 318. Colonia Superaequana. Nunc *Caſtel Vecchio Subequo*, haud procul Aterno amne, vt recte Holſt. in Ital. p. 144. H.

γ. *Sulmonenſes)* Oppidum Pelignorum Σελμῶν Sulmo, Ptol. l. c. Frontino, p. 109. Solmona: hodie *Salmona.* Tertio loco a Plinio nominatur, quoniam in appellandis oppidorum nominibus ſeruat elementorum ordinem. Ouidius patriam hanc ſuam eſſe gloriatur, L. IV. Triſt. eleg. IX. *Sulmo mihi patria eſt, gelidis vberrimus vndis, Millia qui nouies diſtat ab vrbe decem.* Propterea Sulmonenſes dicuntur inſignia ſuae ciuitatis conſtituiſſe ſcriptis in taenia literis S. M. P. E. quibus quidam aiunt quatuor priores exprimi voces verſus proxime allati, *Sulmo mihi patria eſt.* Sed falſa et inani profecto coniectatione: neque enim certe poteſt ea vox eſſe ciuitatis, *Sulmo mihi patria eſt.* Sed eſt haud dubie hic ſenſus: *Sulmo Munimentum Pelignorum eſt:* nimirum ob anguſtias, quibus in agrum

ſorum d. e. Anxantini [1], Atinates f., ff. Fucentes [2], g. Lucenſes [3], Maruuii h., Albenſium i. Alba ad k. Fucinum lacum: Aequiculanorum l., Cliternini, Carſeo-

1. *Anaxatini. Ch.* 2. *Sucentes. Vet.* 3. *ſic ex MSS. H, Lucentes. Gr. et Al.*

Sulmonenſem eſt iter. Alibi idem Ouidius: *Pars me Sulmo tenet Peligni tertia ruris: Parua, ſed irriguis ora ſalubris aquis.* H.

d. *Marſorum)* Iuxta lacum Fucinum nomen ſeruat adhuc regiuncula, *Ducato di Marſi*, gentis Columnae. H.

e. *Anxantini)* In MSS. *Anxatini.* Nunc *Ciuita d'Anria*, inter Fucinum lacum, et Lirim amnem. H.

f. *Atinates)* Atinatem agrum locat in Samnio Liuius, L. X. p. 184. cum Samnites ſcilicet rerum potirentur. H.

ff. *Fucentes)* A Fucino Marſorum lacu hi nomen habent. H.

g. *Lucenſes)* A *Luco* oppido, quod Fucino lacui obiacet ad occaſum. De hoc luco ſeu nemore Virg. L. VII. v. 759. *Te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus vnda*, etc. H.

h. *Maruuii)* Μαρρούιον Straboni L. V. p. 241. ad orientalem Fucini lacus ripam, vbi nunc S. Benedicti pagus. Hinc *Marrubia de gente ſacerdos*, apud Virg. L. VII. v. 750. H.

i. *Albenſium)* Oppidum Alba Fucentis dicta. Apud Grut. p. 404. ALB. FVC. Albenſis ager Frontino, L. de Col. p. 102. Nunc *Albi.* Columnae gentis. Fucino lacui nomen hodie *Lago de Celano*, in Abrutio vlteriore. H.

k. *Ad Fucinum lacum)* Anaginae fons Tophanus, hyeme, lacu Fucino glaciato, exareſcit: vere autem regelato lacu, vt et aeſtate, autumnoque ingentem aquarum vim fundit, quibus Liris fluuius augetur. Dicitur autem is lacus hodie, *Lago di Celano.* *Dal.*

l. *Aequiculanorum)* Αἰκικόλοι Ptolemaeo, L. III. c. 1. quorum oppida vt Plinio, Κλείτερνον, et Καρσιόλοι. Hic *duris Aequicola glebis*, vt cecinit Maro, L. VII. v. 747. Cliterninae, ſic enim vocat Mela, L. II. c. 4. quis fuerit ſitus, incompertum. Carſeolorum veſtigia in valle Torana, ſeu Carſeolana planitie, *Piano di Carſoli*, vbi oppidum Cellae, vulgo *le Celle Carſoli*, monſtrari ait Fabrettus, diſſ. 2. de Aquaeduct. p. 89. Holſtenium ſecutus. H.

Carſeolani: Veſtinorum m., Angulani, Pinnenſes [1], Peltuinates n., quibus iunguntur Aufinates o. Ciſmontani: Samnitium p., quos Sabellos, et Graeci Saunitas q. dixere, colonia, r. Bouianum [2] vetus, et alterum cognomine Vndecumanorum. s. Aufidenates t., Eſernini u., x. Fagifulani [3], Ficolenſes,

1. *Pennienſes. Ch.* 2. *Bouianium. Ch.* 3. *Fagi, Fugali. V. Ch.*

m. *Veſtinorum Angulani)* Ptolemaeus, *Angolani. Pint.* *Veſtinorum)* Vtramque Aterni amnis ripam hi tenuere, haud procul fontibus, in Abrutii vlterioris vmbilico. Horum oppida duo, ex Plinianis quatuor, Ἄγγολος et Πιννὰ apud Ptol. L. III. c. 1. Et Frontino, p. 106. *Pinnes ager.* Incolae Πινῆται Diodoro in Excerpt. p. 398. Nunc *Ciuita di Penna*, in Abrutio vlteriore. Pinnam Veſtinam vocat Vitruu. L. VIII. c. 3. H.

n. *Peltuinates)* Apud Grut. p. 443. PELTVINI. Balbo, p. 318. *Colonia Peltinorum.* H.

o. *Aufinates)* Vulgo *Ofena* oppidi nomen eſt, in Abrutio vlteriore, haud procul Arerno amne. Gaudentium Aufinienſis Eccleſiae Epiſcopum laudat Simplicius Papa, ep. 2. Apennino monte horum ager vtrimque clauditur: ideo Romanis Ciſmontani dicti: quoniam vltra eos editiſſima Veſtinorum iuga attollerentur. H.

p. *Samnitium)* Hodie, *Apruzo.* Samnitibus olim continebantur Ferentani, Veſtini, Peligni, Marſi, Hirpini, Marrucini. *Dalecamp.*

q. *Saunitas)* Σαυνῖται Dionyſio Perieg. v. 375. et Scylaci, p. 3. Sabellos vero vocitatos, quod proles Sabinorum eſſent, Cato eſt auctor in Excerpt. Orig. p. 137. H.

r. *Bouianum)* Bobianus Samnii oppidum, apud Frontin. p. 109. Βοίανον Ptolem. L. III. c. 1. in Samnitibus. Nunc *Boiano*, in Comitatu Moliſii. De Bouiano vetere Liu. L. IX. p. 169. H.

s. *Vndecumanorum)* Ab vndecima legione, ex qua eo milites coloni deducti. H.

t. *Aufidenates)* Oppidum Aufidena, Liu. L. X. p. 174. Nunc *Alfidena*, ad Sagrum amnem, in Abrutio citeriore. H.

u. *Eſernini)* Straboni L. V. p. 250. Ἐσερνία. Frontino, in Samnio, p. 109. Eſernia oppidum. At Prolemaeo Αἰσερνία. Nunc *Iſernia*, in Comitatu Moliſii. Edidit Patinus in Familiis, p. 311. nummum ex aere mediocri, in quo caput eſt Narbonis laurea-

ſes y., z. Saepinates [1], a. Treuentinates [2]: Sabinorum, Ami-

1. *Saepinatee. Gr. et Al.* 2. *Treuentiates. V.*

laureatum, retro, forcipes. Epigraphe: non vt Patinus edidit, VOLCANO: ſed vt vidimus in nummo e Gaza Regia, et in altero apud D. Abbatem *de Fouteny*, in hac ciuitate: VOLCANOM: hac ſententia: *Valeriano Optimo Libertatis Conſeruatori Aurarium Narbonenſes Obtulere Munus:* Gallice, *vn preſent trauaillé en or.* Quamobrem appicti ſunt retro forcipes .)(. Victoria in curru biiugo. Infra: AISERNINO. Sic enim conſpicue habet nummus Regius, et alter proxime laudatus: non vt Patinus edidit, AESERNINO, vt ad Eſerninos huius loci referret. Praue. Sententia enim eſt: *Arcum Inſignem, Statuendum E Regione Narbonis, Imperatori Negotiatores Obtulerunt.* Ad Valerianum Imperatorem pertinere hunc nummum, alter ex aere minimo admonet, qui eſt inſcriptus: VALERIANVS. P. F. AVG. .)(. DEO VOLKANO. Faber intra aediculam ſtat, quatuor inſignem columnis; ad pedes ara eſt. Sententia primis ſingularum vocum literis expreſſa haec videtur eſſe: *Duci Exercitus Orientis Valeriano Optimo, Lararium Korporati Aurifices Narbonenſes Obtulerunt.* Gallice: *Le Corps des Orfévres de Narbonne.* Idcirco VOLKANO ſcribitur, non *Vulcano*, vt latini ſermonis vſus poſcit. Lararium interpretor aedem aediculamue argenteam, in qua collocari plures dii poſſent. Eiuſmodi *argenteas aedes Dianae* commemorat Lucas in Actis Apoſtolorum, c. 19. v. 24. Eſt hic Valeriani nummus in Muſeo noſtro, ex aere minimo: alibi eſt argenteus. H.

x. *Fagifulani )* MSS. omnes, *Fagifugali* H.

y. *Ficolenſes )* Quidam legendum putant *Ficedulenſes*, eoque pertinere iocum Plauti in Captiuis. *Opus Tuderonis, opu'ſt Ficedulenſibus.* Dal.

*Ficolenſes )* Vnde Ficilienſis ager, Frontino L. de Colon. p. 105. etſi is in Piceno locet. H.

z. *Saepinates )* Σαίπινον in Samnitibus. Ptol. L. III. c. 1. Frontino, L. de Col. p. 88. *Saepinum oppidum Colonia ab Impp. Nerone et Claudio eſt deducta.* Grut. p. 441. MVNICIPES SAEPINATES. Liuio, L. X. p. 186. eſt Sepinum. Nunc *Supino*, in Comitatu Moliſii. H.

a. *Treuentinates )* Frontino, p. 89. Tereuentum oppidum. Nunc *Triuento*, ad flumen Trinium, in Comitatu Moliſii. H.

Amiternini b., Curenſes c., Forum d. Decii, Forum nouum, Fidenates e., Interamnates f., Nurſini g., Nomentani h., Reatini i., Trebulani, qui cognominantur k. Mutuſcaei [1], et qui Suffenates,

1, *Mutuſtaei. Vet. Mutuſci. Cl.*

b. *Amiternini)* Aquila ex Amiterni ruinis, quod millibus quinque inde abeſt, et Furconii ciuitatis, epiſcopatu quodam nobilis, aedificata eſt. Amiterni reliquiae viſuntur turres, templa, theatrum. Amiternius fuit Caius Salluſtius Criſpus. *Dal.*

*Amiternini)* Ἀμίτερνον Ptolemaeus, L. III. c. 1. Veſtinis attribuit. Hodie *S. Vittorio*, haud procul fontibus Aterni amnis. H.

c. *Curenſes)* Curenſes olim Cures, a quibus Quirites; hodie, *Turres.* Inde nati Numa Pompilius et Titus Tatius, Romanorum reges. Epiſcopatus Sabinus, diui Euthymii, ei ciuitati, quae nunc in exiguum vicum redacta fuit, propinquus eſt. Diuus Gregorius in Regiſtro Gratioſo Numentano Epiſcopo, Eccleſiae divi Euthymii Curium in Sabinis adminiſtrationem committit. *Dal.*

*Curenſes)* Aliis dicti Cures: ex graeco ſermone *Curites:* mox ore Italico Quirites. Nunc eſt oppidum *Coreſe*, et Curenſis fluuius in Tiberim defluens, in Terra Sabina: etſi aliter viſum Cluverio. Vide Holſten. p. 107. H.

d. *Forum)* Fori Decii veſtigium nullum: Fori noui ſupereſt, exciſo oppido: Epiſcopium Sabinenſe, *Veſcovio*, in terra Sabina. Ibi repertam inſcriptionem teſtatur Holſten. in Ital. p. 107. FORONOVARII. Grut. p. 492. FORONOVANOR. et Frontino, p. 104. Foronovanus ager. H.

e. *Fidenates)* Fidenae Balbo, p. 105. in Prou. Piceni. Diuerſi forte a Fidenatibus primae regionis, de quibus ſect. 9. Et ſunt illae Fidenae tamen in Terra Sabina, V. mill. paſſ. ab vrbe Roma, vt diximus: Nunc *Caſtel Giubileo* H.

f. *Interamnates)* Interamne oppidum Frontino, p. 36. H.

g. *Nurſini)* Ναρσία Ptolemaeo, in Sabinis, L. III. c. 1. Et nunc *Norſia*, in Ducatu Spoletino. H.

h. *Nomentani)* A Nomentanis primae regionis diuerſi. H.

i *Reatini)* A Reate, nunc *Rieti*, infra Nurſiam. H.

k. *Mutuſcaei)* Mutiſcae, Virg. *Ereti manus omnis oliuife-*

tes l., Tiburtes m., Tarinates. In hoc ſitu ex Aequiculis n. interiere Comini o., Tadiates, Caedici [1], Alfaterni. Gellianus auctor eſt, lacu Fucino hauſtum

1. *Sic ex MSS. dat Hard. Acedici Gr. et Al.*

*viferaeque Mutiſcae.* Id oppidum poſtea dictum Treivia, et Trebula, hodie *Truvium*, Mart. *Numida qua gelidas ſummittit Trebula valles. Et viribus cancri menſibus alger ager.* Alii ſunt Trebulani Balinienſes ſupra c. 5. huius libri. *Dal.*

*Mutuſcaei)* Grut. p. 19. IVVENT. TREBVL. MVTVSC. Item p. 487. Trebula Mutuſcae frequens mentio apud Iul. Obſeq. c. 102. 103. etc. Hae Virgilio Aen. L. VII. *oliuiferae Mutuſcae.* Nunc eſt *Monte-Lione della Sabina*, infra Reate, in Sabinis. H.

l. *Suffenates)* Quorum oppidum Trebula Suffena, nunc *Monterio di Romagna*, in Sabinis, ſupra Nerulam, ad Curenſem fluuium. H.

m. *Tiburtes)* A Tibure, *Tiuoli.* Tarinates, quorum oppidum hodie *Tarano*, ſupra Manlianum, quod *Maugliano* vocant. H.

n. *Aequiculis)* Aequi, qui Tyburi montes imminentes ac ſuperiores incolunt. Aequicolae Virgilio VII. Aeneid. *Horrida praecipue cui gens aſſuetaque multo Venatu nemorum, duris Aequicola glebis.* Aequi Liuio lib. IX. *Populus Romanus bellum fieri Aequis iuſſit: Ad quadraginta oppida intra* LX. *dies, omnia oppugnando ceperunt; quorum pleraque diruta et incenſa ſunt, nomenque Aequorum prope ad internecionem deletum, etc.* In eo tractu ſunt, Vicouarro, Cantalupo, Portella. Leand. p. 224. et Car. Sigon. de ant. iur. It. lib. I. c. 3. *Dalec.*

*Aequiculis)* Quos Aequiculanos ſuperius appellauit. H.

o. *Comini)* Cominii Liuius lib. X. meminit. Oppidum quondam Samnitum, quod Carbilius cepit, caeſis hominum 4. millibus et 40. Montes altiſſimos Liri imminentes, vbi arces Viculbum, Alventum, Sanctus Donatus, Picineſtum, Gallinarium. Septem fratres Cominicum vocant ab illa vrbe, cuius locus etiam ignoratur. *Dal.*

*Comini)* A Cominio oppido, de quo Liu. X. p. 184. rectius *Cominii.* Mox vbi *Acedici* habent libri editi, nos *Caedici* repoſuimus, ex MSS. H.

ſtum Marſorum oppidum Archippe p., conditum a Marſya duce Lydorum: item Viticinorum in Piceno deletum a Romanis, Valerianus. Sabini (vt q. quidam exiſtimauere, a religione et deorum cultu Seuini appellati:) Velinos r. accolunt lacus, roſcidis s. collibus. Nar amnis exhaurit t. illos ſulphureis

p. *Archippe)* Solinus, L. II. c. 12. *Archippen a Marſya rege Lydorum, quod hiatu terrae hauſtum, diſſolutum eſt in lacum Fucinum.* Hinc regem Archippum, in hoc tractu imperitaſſe finxit Maro, L. VII. Aen. Exſtare huius oppidi veſtigia ad ripam lacus prope *Tranſaco*, quae obtegantur excreſcente eo, affirmant Marſi. H.

q. *Vt quidam)* Varronem notat, de quo Feſtus: *Sabini dicti, vt ait Varro, quod ea gens praecipue colat Deos: ἀπὸ τῦ σέβεσθαι.* A Sabino Sangi filio, Sabinos appellatos affirmat Cato, apud Dion. Halic. L. II. v. 113. H.

r. *Velinos accolunt)* Velini lacus in Amſancti vallibus ſoli multum operuerunt, quod ob inundationem eorum infructuoſum fuit. At iis in proximum Narem deductis agri multum iuxta Reate detectum eſt, graminis foecundiſſimum, quos Roſeae Campos auctor vocat infra ſub finem c. 5. lib. XVI. Virg. *Roſea rura.* Legendum ergo ſic puto: *Velinos accolunt lacus Roſeis campeſtribus. Nam amnis ſulphureis aquis, Tiberim petens exhaurit illos ac deplet. E monte Fiſcello is labens iuxta Vacunae nemora, et Reate, in eodem conditur.* Vacunae templum et oppidum prope Molianum fuit. De ſulphureis autem Naris aquis Merula ſuper Ennium p. 388. *Dal.*

*Velinos)* Alter Velinus, nunc *Lago de Pié de Luco*, ab oppido finitimo dicitur, in Ducatu Spoletino: Reatinus alter: *lago di S. Suſanna.* H.

s. *Roſcidis collibus)* Qui Roſeae campos in coronam cingunt: Roſeae vocantur, vt Feſtus ait, quod in eis arua rore humida ſemper ſerantur. Ex his collibus, vno intercifo emiſſus in Narem fluuium Velinus lacus. Cic. L. IV. ad Attic. ep. 14. *Reatini me ad ſua τέμπη duxerunt, vt agerem contra Interamnates* (cognomine Nartes) *quod lacus Velinus a L. Curio emiſſus, interciſo monte in Nar defluit: ex quo eſt illa ſiccata, et modice tamen humida Roſea.* H.

t. *Exhaurit illos)* Lacus corrumpit, in quos conditur. H.

reis u. aquis. Tiberim ex his petens replet, e monte Fiſcello x. labens, iuxta Vacunae y. nemora et Reate in eosdem conditus. At ex alia parte Anio z, in monte a. Trebanorum [1] ortus, lacus tres [2] amoenitate nobiles, qui nomen b. dedere Sublaqueo, defert in Tiberim. In agro Reatino c. Cutiliae [3] lacum, in quo fluctuet inſula, Italiae vmbi-

1. *Trebulanorum.* 2. *tris leg. in Vet. Recentiores habent treis.* 3. *Cutiniae. Ch.*

u. *Sulphureis)* Spectat eo Virgil. Aen. L. VII. *Sulphurea Nar albus aqua: fonteſque Velini.* H.

x. *Fiſcello)* Silius Ital. L. VIII. *Quae, Fiſcelle, tuas arces:* etc. Nunc quoque *Monte Fiſcello*, in confinio Abrutii vlterioris, ad oppidum *Ciuita Reale:* Nari amni nomen eſt *Velino*, donec Reate alluat, et Velinus lacus ſit praeterlapſus: poſt *Nera* dicitur. H.

y. *Vacunae)* In monte Fiſcello Deae Vacunae nemus, quam vacantibus et otioſis praeceſſe dicebant. De ea Ouid. Faſt. L. VI. v. 307. H.

z. *Anio)* Nunc *Teuerone.* Oritur iuxta oppidum quod Τρήβα dicitur Ptolem. in Latio, L. III. c. 1. nunc in Campania Romana, vt vocant, *Terui* vel *Treui*, vt diximus in prima regione. H.

a. *Trebanorum ortus)* Scribendum reor, *Trebulanorum.* Populi ſunt Sabinorum, quos paulo ante reddidit. *Pius.*

b. *Nomen dedere Sublaqueo)* Loci nomen eſt lacubus illis ſubiecti, a lacu factum vicino ſtagnis Imbruinis. Ibi fuit Neronis Sublacenſis villa memorata a Frontino libro de Aquaeductis. Tacit. Lib XIV. *Nam quis diſcumbentis Neronis aquae Imbruina ſtagna, villa cui Sublaceum nomen eſt, ictae dapes,* etc. *Dalecampius.*

*Sublaqueo)* Villa Neronis, cui Sublaqueum nomen eſt, inquit Tacit. Annal. XIV. p. 227. Oppidum fuit etiam ante Neronis tempora, cuius villa Sublacenſis dicta eſt ab oppido: oppidum enim iuxta lacus poſitum, vnde nomen: villa in editiore loco. Nunc *Subiaquo*, ad Anionem. H.

c. *Cutiliae)* Nunc *Lago di Contigliano*, ab oppido vicino. De inſulis Cutilienſium lacus multa Macrobius, Saturn. L. I. c. 7. Fluitantes Seneca vidiſſe ſe teſtatur, vt diximus L. II. f. 96. Memi-

nit

vmbilicum esse d. M. Varro tradit. Infra Sabinos Latium est, a latere Picenum. a tergo Vmbria, Apennini iugis Sabinos vtrimque vallantibus [1].

XVIII. (XIII.) Quinta regio Piceni e. est [2], quondam vberrimae multitudinis. CCCLX. M. Picentium in fidem populi [3] Romani venere. Orti f. sunt a Sabinis g. voto [4] vere sacro. Tenuere ab Aterno amne,

*1. Velantibus. V. 2. et Chiff. 3. Populo Romano. Gr. 4. Vero. Gr. Omnino legendum est, voto vere sacro. Quid autem sit sacrum ver et quem in vsum soleat vouerì, notum est ex Strabonis lib. V. sic leg. et Ch.*

nit et Dion. Halic. L. I. p. 15. H.

d. *M. Varro)* Et Martianus, L. VI. c. de Ital. p. 205. H.

e. *Piceni)* A Picentibus diuersi *Picentini Neapolitani*, quorum oppida maritima Salernum, Surrentum ad Sarni ostia; mediterranea vero, Nola, Victoria, orti tamen hi ab illis. Qua de re Sigon. de ant. iur. It. lib. I. c. 10. in fin. et c. 15. Piceni autem oppidi quod regioni huic nomen imposuit, ruinae supersunt prope portum Firmanum, vrbem ad ostium Laeti torrentis, quem *mortuum* vocat. *Dal.*

*Piceni)* Nunc Abrutium vlterius dicitur, cum parte aliqua Marchiae, vt vocant, Anconitanae: Sed qua mari fere vtrumque alluitur. H.

f. *Orti sunt)* Strabo, L. V. p. 228. H.

g. *Voto vere sacro)* Emissa a parentibus iuuentute e finibus patriis, vt abirent in coloniam, voto Diis ante concepto, pro felici rei euentu. Vide Not. et Em. N. LXXIII. (hic pos.) *Voto vere sacro)* Prius *vero sacro* legebatur. At MSS. omnes, *vere*. Veris sacri gemina apud antiquos acceptio fuit. Primum enim, vt Festus ait, *Ver sacrum vovendi non fuit Italis: magnis enim periculis adducti vouebant, quaecumque proxime vere nata essent apud se animalia, immolaturos.* Nempe ex caprino, suillo, ouillo, bouilloque grege, vt docet Plutarch. in Fabio, p. 176. Quod natum esset inter Kalendas Martias, et inter Kalendas Maias, auctore Liuio, L. XXXIV. p. 416. De Sabinis ipsis Nonius, c. 12 n. 18. *Ver sacrum, religiosum, Sisenna historiarum libro quarto: Quondam Sabini feruntur vouisse, si res communis melioribus locis constitissent, se ver sacrum facturos.*

amne, vbi nunc ager Adrianus, et Adria h. colonia a mari VII. M. paſſ. Flumen Vomanum i.: ager Praetutianus k., Palmenſisque. Item Caſtrum l. novum, flumen Batinum m., Truentum n. cum amne: quod

At ver ſacrum vouere, non ſolum erat prouentum vnius anni conſecrare, vt pecudes quidem immolarentur diis: quorſum enim hoc loco huiuſce moris ritusque ſacri mentio, ſi re nulla alia continetur? ſed iuuentutem etiam diis conſecratam in colonias mittere. Hunc morem edocet egregie Plinius, cum ait. Picentes ortos a Sabinis, voto vere ſacro: ſed multo expreſſius Dion. Halic. L. I. p. 13. et L. III. p 77. ſtatim initio. Iuſtinus quoque L. XXIV. c. 4. *Namque Galli abundanti multitudine, cum eos non caperent terrae quae genuerant, trecenta millia hominum ad ſedes nouas quaerendas velut ver ſacrum miſerunt.* Hieron. denique in Chron. ad Olymp. 89. a. 4. *Lacedaemonii ver ſacrum Heracliam deſtinantes vrbem condunt.* Ver ſacrum illi ſacram iuuentutem vocant, e finibus ſuis pulſam a parentibus, vbi alimenta domi non ſuppeterent, creſcente in dies multitudine: voto diis ante concepto, pro felici rei euentu: Inde illi in coloniam abeuntes, quidquid terrarum armis pararent, habebant pro patria. H.

h. *Adria colonia)* Spartiano teſte, eius Adriae ciuis fuit Aelius Hadrianus. Memoratur et ea ciuitas Liuio lib. XIV. *Dal.*

*Adria colonia)* *Atri*, in Abrutio vlteriore. H.

i. *Vomanum)* *Vomano*. Meminit eius Silius, L. VIII. *Statque humectata Vomano Adria.* H.

k. *Praetutianus)* De eo Liu. L. XXII. p. 211. Nos de vtroque dicemus, L. XIV. f. 8. H.

l. *Caſtrum nouum)* Ager Caſtranus in Piceno, Balbo, p. 129. Nunc rudera, in ora ſinus Adriatici, in vlteriore Abrutio, *Calueno.* H.

m. *Batinum)* *Tordino*, quod Interamnam alluit, *Teramo.* Idem qui Ματρῖνος Straboni dicitur, L. V. p. 241. In MSS. Reg. 1. 2. *Vibatinum.* H.

n. *Truentum)* Mela, L. II. c. 4. *Piceni litora excipiunt: in quibus Numana, Potentia, Cluana, Cupra, vrbes: caſtra autem, Firmum, Adria, Truentinum: id et fluuio qui praeterit, nomen eſt.* Nunc amnem, Tron-

quod ſolum Liburnorum o. in Italia reliquum eſt. p. Flumen [1] Albula: Teruium, quo finitur Praetutiana regio, et Picentium incipit. Cupra q. oppidum, caſtellum Firmanorum r.: et ſupra id colonia



1. *Flumina Albula, Teruium, etc. Chiff. Flumina Albula, Suinum, Heluinum, q. f. P. r. Gr. et Al.*

*Tronto*: *Torre di Seguro* locum vocant, vt oppidum fuit. Caſtrum Truentinum Cicero vocat, L. VIII. ad Attic. ep. 18. H.

o. *Liburnorum)* Qui ex aduerſa continente, hoc eſt, Illyrico, huc tranſgreſſi, oram hanc tenuere, vt iterum dicetur, ſect. ſq. H.

p. *Flumina, Albulates, Suinum, Heluinum, quo finitur, etc.)* Apographon Toletanum, *Flumen Albula, Teruium quo finitur.* Salmanticenſe, *Flumen Albula, Teſſiuinum quo finitur.* Pintian. *Albulates)* Albula, hodie, Librata. NOTA. Omittit auctor in Piceni deſcriptione Tignium oppidum, hodie *Sancta Maria in Georgio*; memoratum Caeſari I. Belli Civil. et vicinum fluuium Tigniam, nunc *Temne*. *Dalec. Albula)* Nunc *Ragnola* accolae vocant, in Marchia Anconitana: in eius oſtio Teruium oppidum fuit, Praetutianae orae nouiſſimum. Vltra, Picentium regio eſt, ad Anconam vſque. Vide Not. et Em. N. LXXIV. (hic conſp.) *Flumen Albula: Teruium quo finitur Praetutiana regio)* Ita plane totidem apicibus ſeruatis, nec detracto vno, nec adiecto, MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiff. et Tolet. At Colb. 3. et Salmant. pro *Teruium* habent *Theſſiuium*. Vt vt eſt, oppidi id nomen fuit, vt ex ipſa Plinii oratione exploratum eſt. Vnde Plinii editores haec nomina hauſerint, quae hoc loco obtruſerunt. *Flumina, Albulates, Suinum Heluinum, quo finitur*, etc. non vacat inquirere. H.

q. *Cupra)* Gruter. p. 108. CVPRAMAR. hoc eſt, maritima, ad diſcrimen alterius quae montana dicitur. Κέπρα μαριτίμα Ptol. L. III. c. 1. Fuit in oſtio huius fluuii, quem *Toſino* vocant, Marchia Anconitana. H.

r. *Firmanorum)* Nunc paulum a mari ſemotum oppidum Firmanorum, *Fermo*, Gruter. p. 533. FIR. PICENO. H.

s. Aſculum t. Piceni nobiliſſima, intus. Nouana t. in ora: Cluana u., Potentia x., Numana y., a Siculis condita. Ab z. iisdem colonia Ancona, appoſita promontorio Cumero, in ipſo flectentis ſe oraea. cubito: a Gargano CLXXXIII. M. paſſ. Intus b. Auxima-

t. *Aſculum, Piceni nobiliſſima. Intus Nouana. In ora Cluana. Gr. et Al.*

s. *Aſculum)* *Aſcoli*, Grut. p. 465. COLONIAE ASCVLANORVM. H.

t. *Nouana)* Nunc *Citta Nuoua*, in ora maris Adriatici. Hic ager Foronouanus Piceni, de quo Balbus, apud Frontin. de Colon. p. 104. Cluuer. Ital. Ant. L. II. p. 741. praepoſtera huius loci interpunctione deceptus, longius a mari ſummouet. Senſus huius loci eſt duas eſſe in Piceno proprie appellato colonias: alteram intus, Aſculum: in ora alteram, Nouanam. H.

u. *Cluana)* Fuit in ipſo oſtio fluuii quem *Chienro* vocant, quique Maceratam praeterit: vbi nunc *Piano di S. Giacomo*. Meminit Mela l. c. H.

x. *Potentia)* Ποτεντία in Piceno, Ptol. L. III. c. 1. et Melae l. c. Superſunt veſtigia haud procul a portu Ricanatico, vbi Abbatia retinet nomen B. Mariae ad pedem Potentiae, ad amnem *Potenza*. H.

y. *Numana)* Grut. p. 446. MVNICIP. NVMANAT. Νέμανα Ptolem. et Melae. Nunc *Humana*. H.

z. *Ab iiſdem colonia Ancona)* Apographon Toletanum, *Anco*, non *Ancon* recte, vt ſupra notatum eſt. *Pint.*

*Ab iiſdem)* Hoc eſt, a Siculis, vt ait Solinus, c. 12. p. 13. ſiue, vt ait Strabo, L. IV. p. 241. a Syracuſanis, qui Dionyſii tyrannidem fugerant, condita Ancona eſt. Apud Grut. p. 465. COLON. ANCONIT. Promontorium cui aſſidet, Crumerum, *il Monte Guaſco*. H.

a. *Orae cubito)* Id elegantur Mela, L. II. c. 4. *Exin illa in anguſto duorum promontoriorum ex diuerſo cocuntium inflexu cubiti imagine ſedens, ac ideo a Graecis dicta* Ἀγκών, *inter Gallicas Italicasque gentes quaſi terminus intereſt.* H.

b. *Auximates)* Auximatis ager, in Piceno, Frontin. de Colon. p. 102. Auximum oppidum, nunc *Oſimo*. Ab Ancona XII. M. paſſ. recedit in Auſtrum. H.

ximates, Beregrani c., Cingulani d., Cuprenſes e. cognomine Montani, Falarienſes f., Pauſulani, Pleninenſes[1], Ricinenſes g., Septempedani h., [2] Tol-

 lenti-

1. *Plynienſes. Vet. Planienſes. Ch.* 2. *Tolenſes. Ch.*

c. *Beregrani)* In Praetutiis apud Ptol. Βερέτρα pro Βερέγρα. In Piceno apud Front. p. 108. Veragranus ager. H.

d. *Cingulani)* Cingulanum oppidum a Labieno aedificatum, quod adhuc extat, Auxino propinquum. *Dalec.*

*Cingulani)* A Cingulanis primae regionis diuerſi. Horum Cingulanus ager in Piceno, apud Balbum, p. 104. qui eadem lege teneri dicitur, qua Potentinus. Cingulum id oppidum appellatum Ciceroni, L. VII. ad Attic. ep. 13. p. 212. Nunc quoque *Cingoli*, in Marchia Anconitana. H.

e. *Cuprenſes)* Oppidum Χῶπρα μοντάνα Ptolem. in Piceni mediterraneis vrbibus, prope *Ripam Tranſonam*, vt teſtatur huius loci Epiſcopus D. Azolinus, ap. Holſten. in Ital. p. 137. H.

f. *Falarienſes)* Falerionenſis et Pauſulenſis ager in Piceno apud Balbum, p. 105. et 106. Prioris oppidi rudera nomen ſeruant, *Faleroni*, haud procul Tennae fluuii fontibus. Alterius, quod Pauſulae in Itiner. Anton. dicitur, in *Monte dell'Olmo*, ex aduerſo Maceratae, exſtant ruinae: In Marchia Anconitana vtrumque. H.

g. *Ricinenſes)* Ricinam inſtauratam, non vt tradit Blondus aedificatam, Pertinax de ſuo nomine Aeliam Ricinam vocauit. Maceratae vicina eſt. Huius incolae in collem propinquum migrantes, Ricinetum olim, nunc Recanetum condiderunt. *Dalec.*

*Ricinenſes)* Ager Recinenſis et Ricinenſis apud Frontin. p. 107. Oppidi veſtigia ad ripam Potentiae fluuii, millibus paſſuum duobus a Macerata. In vet. lapide ap. Holſt. p. 137. RICINIENSES. H.

h. *Septempedani, Tolentinates, Triacenſes)* Ptolemaeus Traianam hoc loco ſtatuit, vnde forte hic *Traianenſes*, melius quam *Triacenſes* legeretur. Eo magis, quod exemplar Toletanum non *Triacenſes* praefert, ſed *Traicenſes*. Item ambo exemplaria *Septempedates* habent, non *Septempedani*. Pintian. *Septempedani)* E ruinis Septempedae exſtructum eſt oppidum *Sanſeueriuum*, quod alluit Potentia fluuius. quidam legunt *Septempedates*. *Dal.*

*Septem-*

lentinates i., k. Treienſes [1], l. Vrbeſaluia [2] Pollentini.

XIX. (XIV.) Iungitur m. his ſexta regio, Vmbriam complexa, agrumque Gallicum circa Ariminum. Ab Ancona Gallica ora incipit n. Togatae [3] Galliae cognomine. Siculi et Liburni plurima eius tractus tenuere, in primis Palmenſem, Praetutianum, Adrianumque agrum. Vmbri eos expulere, hos Etruria, hanc o. Galli. Vmbrorum gens antiquiſſi-

1. *Traianenſes. Pint. Triacenſes Gr. et Al.* 2. *cum vrbe Vet. Vrbs Saluia, Pollentini. Gr. et Al.* 3. *Togata Gallia. V.*

*Septempedani)* Oppidum Σεπτέμπεδα Ptol. et Frontino, p. 107. Septempeda, in Piceno. Id nunc *San-Seuerino*, ad amnem Potentiam, Cluuerio, L. II. Ital. p. 738. probante Holſtenio in Ital. p. 136. H.

i. *Tollentinates)* Tolentinus ager, in Piceno, apud Frontin. p. 108. In veteri Inſcript. ap. Cluuer. p. 739. MVNICIP. TOLLENTIN. Et nunc *Tollentino*. H.

k. *Treienſes)* Treenſis ager, Frontino, in Piceno, p. 108. ap. Grut. p. 446. COL. AVXIM. ET MVNICIP. NVMANAT. ORDO ET PLEBS TREIENSES. Oppidi veſtigia extare manifeſta ad ripam Potentiae amnis, infra *S. Seuerino*, ſub *Monrecchio*, auctor eſt Holſt. p. 739. H.

l. *Saluia)* Ex ruinis Salviae extructum eſt oppidum Vrbiſaglia. *Dalec.*

*Vrbeſaluia Pollentini)* Iungenda haec ſimul, aut alphabeti ordo perturbabitur: intelligendumque Vrbeſaluiae, ſiue Vrbis Saluiae oppidanos cognominari Pollentinos: ſicuti ipſam Vrbem Saluiam, Pollentiam quoque dictam. Citatur enim a Liuio, L. XXXIX. p. 501. colonia Pollentia in Picenum deducta Ptolem. L. III. c. 1. Οὐρβα Σαλλία. Balbo, in Piceno, p. 347. Ager Vrbis Saluienſis. Nunc eſt *Vrbiſaglia*, ad ripam amnis *Chienti*, ſeu Cluenti. H.

m. *Iungitur bis)* Picentibus. Vel ſorte rectius *huic*, ſextae videlicet regioni. H.

n. *Togatae)* Et Ciſalpinae. H.

o. *Hanc Galli)* Boii Lingoneſque, Etruſcos atque Vmbros

tiquiſſima Italiae, exiſtimatur, vt quos p. Ombrios [1] a Graecis putent dictos, quod inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſent [2]. Trecenta q. eorum oppida Thuſci debellaſſe reperiuntur. Nunc in ora flumen, Aeſis r.: Senogallia. s. Metaurus t. fluuius: u. coloniae [3], Fanum x. Fortunae, Piſaurum y. cum amne. Et z. intus Hiſpellum [4], Tuder. De a. ce-



1. *Ombricos. Herod. in Cleio. Mitallerius.* 2. *ſuperfuiſſent* CCC. *Eorum etc. Gr.* 3. *coloniae. Ch.* 4. *Pellum. Ch.*

Vmbros agro pepulere, Liu. L. V. p. 98. Vide et Strabon. L. V. p. 216. H.

p. *Quos Ombrios)* Ita Solinus c. 2. p. 13. ex M. Antonio, quem laudat. Stephano Ὄμβρικοι et Ὄμβροι. H.

q. *CCC eorum oppida)* Cato in Excerpt. Orig. p. 136. (ſi tamen verus eſt is fetus Catonis, et non ſubditititius) habet haec totidem verbis. H.

r. *Aeſis)* Αἶσις ποταμὸς, μεταξὺ Ἀγκώνος, καὶ Σηνογαλλίας, inquit Strabo, L. V. p. 227. inter oppida duo, Anconam, et Senogalliam: nunc *Fiumeſino*, quaſi *Eſino Fiume*. Aeſinatem ex Vmbria caſeum commendat in primis Plinius, L. XI. ſ. 97. H.

s. *Senogallia)* Σήνα Γάλλικα Ptol. L. III. c. I. in Semnonibus, Silius, L. VIII. *Et Senonum de nomine Sena, Gallorum a populis traxit per ſaecula nomen.* Senones Gallos Alpes tranſgreſſos habuit conditores: Nunc *Singaglia*, in Ducatu Vrbini. H.

t. *Metaurus)* Melae L. II. c. 4. flumen Metaurus. Nunc *Metaro*, vel *Mitro:* Vrbini Ducatum praeterluit, in Adriamque deuoluitur. H.

u. *Coloniae)* Ita ſcripſi, ex MSS. pro *Colonia:* vt ſequentibus tribus oppidis vox eadem praeterea communicetur. H.

x. *Fanum)* Melae, l. c. *Colonia Faneſtris.* Grut. p. 475. ORIVNDVS. COLONIA. IVLIA. FANO FORTVNAE. Nunc *Fano*, in Ducatu Vrbinate. H.

y. *Piſaurum)* Grut. p 433. COLONIARVM. PISAVR. ET FANEST. Deducta colonia eſt ab Antonio, vt Plutarchus docet in eius vita, p. 943. Nunc oppido *Peſaro:* amni *Foglia* nomen eſt, in Ducatu Vrbinate. H.

z. *Et intus)* Subintellige, coloniae intus, vt ſuperiores duae in ora. Gruter. p. 351. COL. IVL. HISPELLI. Et

tero Amerini b., Attidiates c., Asirinates d., Arnates e., Aesinates f., Camertes g., h. Casuentillani i., Carsulani i., Dolates cognomine Salentini, k. Fulginates,

i. *Casuentini. Vet.*

p. 19. COLONIAE TVDERTIS, reperta inscriptio Tuderti, quod vulgus nunc *Todi* vocat, ad Tiberim. Apud Frontinum, p. 93. Colonia Fida Tuder. Hispellum nunc castrum est prope Fulginium. *Ispello et Spello.* H.

a. *De cetero)* Alterius generis, inquit, oppida: nec iam coloniae, sed municipia, vel libera, vel stipendiaria. H.

b. *Amerini, etc.)* Ab *Ameria*, quae nunc *Amelia*, in Ducatu Spoletino. H.

c. *Attidiates)* In Marchia Anconitana, ad fontes amnis Aesis, oppidum est *Fabriano*: cuius in agro Attidiatium pagus est, *Attigio*. Vetus Inscript. ap. Holst. p. 83. R. P. ATTIDIAT. H.

d. *Asirinates)* Quidam Asisinates ab oppido Asisio, quod et Axin vocant. Propert. *Scandentique Axis consurgit vertice murus: Murus ab ingenio notior ille tuo. Dal.*

*Asirinates)* Ita MSS. omnes, pro *Asisinates*, ab Asisio, huius nunc etiam nominis oppido, D. Francisci cultu ac religione satis claro, de quo etiam Ptolem. in Vmbria. Grut. p. 21. MVNICIP. ASILINATIVM. H.

e. *Arnates)* Ab Ἄρνα oppido Vilumbrorum, ap. Ptol. L. III. c. 1. Nunc *Ciuitella d' Arno*, trans Tiberim, ex aduerso Perusiae. H.

f. *Aesinates)* Oppidum Ptolemaeo, Αἴσις. Ap. Grut. p. 446. COL. AESIS, ad amnem cognominem, de quo supra, in Marchia Anconitana: nunc *Iesi*. H.

g. *Camertes)* Oppidum Camerinum: nunc quoque *Camerino*, in Marchia Anconitana. H.

h. *Casuentillani)* Casentinum oppidum, ap. Frontinum, p. 83. p. *Casuentinum*. Grut. p. 411. MVNICIP. CASVENTINORVM. H.

i. *Carsulani)* Oppidum Carsulae: Tacito, L. III. hist. p. 77. ager Carsulanus. Apud Plin. Iun. L. I. ep. 4. *Quantum copiarum in Ocriculano, in Narniensi, in Carsulano, in Perusino tuo?* Nunc iacet: rudera in Ducatu Spoletino, in itinere a Narnia Perusium, ad diuersorium Carsulam. H.

k. *Fulginates)* Fulginium, *Foligno*, in Ducatu Spoletino. Grut. p. 347. FVLGINIA. H.

nates, Foroflaminienſes l., Foroiulienſes, cognomine Concubienſes: Forobrentani [1], Foroſempronienſes m., n. Iguuini [2], Interamnates o., cognomine p. Nartes [3]: Meuanates q., r. Meuanionenſes,



1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Forobremitiaui Gr. et Al.* 2. *Liguuini: ex inſcripto veruſto lapide. Aldus in comment. Caeſ. Inginiui. Vet. Iguini Gr. et Al.* 3. *Naries. Gr.*

l. *Foroflaminienſes*) In ruinis Fori Flaminii euerſi a Longobardis, exſtructum eſt Fulgineum, hodie *Foligini*. Alii tamen ſunt Fulginates Tidurtinis propinqui, quos auctor hic memorat: Straboni Forum Flaminii Nuceriae propinquum eſt, vbi nunc Fulgineum. *Dal.*

*Foroflam.*) Φόρος Φλαμινίε, Ptol. L. III. c. 1. Gruter. p. 347. CIVITAT. FORO. FLA. Nunc eſt caſtellum *Forfiamma* millibus paſſuum duobus a Fulginio. H.

m. *Foroſempronienſes*) Foroſempronium hodie, *Foſſambruno*, in via Flaminia, qua Roma itur Ariminum, ab Auguſto lapidibus ſtrata. *Dalec.*

*Foroſempron.*) Φόρος Σεμπρωνίε, Ptol. l. c. nunc *Foſſombrone*, in Ducatu Vrbinate. H.

n. *Iguuini*) Inſcriptio apud Grut. p. 347. CIVITAT. IGVVINORVM. Nunc *Eugubio* in Vrbini Ducatu. Iguuium Ciceroni, L. VII. ad Attic. ep. 13. p. 212. et Nonio, verbo *Apiſci*: et in *Proiicere*, Iguuini. Vide Tractatum ſingularem Auguſtini Steuchi Eugubini, de nomine vrbis ſuae. H.

o. *Interamnates*) Interamnates Vmbri, *Tarni* hodie, Sabini, ſiue Praecutii, ſiue Samnites, Termini, vel Tervolae. Sub Sora in Samnio, vbi Liris coëunt duo capita, inſula eſt, et oppidum Interamna dictum, quod iis duobus fluuiis circumdetur. H.

p. *Narties*) Grut. p. 422. CIVITAS. INTERAMNATIVM. NARTIVM. Ab amne Nare, cui appoſitum oppidum quod nunc *Terni* vocant. H.

q. *Meuanates*) A Meuania oppido, *Beuagna*, in Ducatu Spoletino, ad amnem *Clitumnum*. Μηϛανία Ptol. L. III. c. 1. Meuania Lucano, L. I. v. 473. H.

r. *Meuanionenſes*) A Mevanione, ſiue minori Meuania Vide Not. et Em. N. LXXV. (hic adi.) *Meuaniomenſes*) In libris vulgatis poſt

Frobe-

ſes [1], Matilicates s.: Narnienſes, quod oppidum Nequinum t. antea vocatum eſt: Nucerini u. cognomine Fauonienſes, et Camelani x.: y. Ocriculani [2], Oſtra-

1. *Sic Hard. et V. Meuanienſes Gr. et Al.* 2. *Otriculani. Gr. legendum, Ocriculani, ab Ocriculo Vilumbrorum oppido: cuius meminit et Ptolemaeus lib. III. cap. 1. Gr.*

Frobenium, *Meuanienſes.* At iidem ſunt ii qui Meuanates proxime antea memorati, vt recte animaduerſum eſt ab Holſten. in Ital. p. 92. In MSS. Reg. Colb. Pariſ. Chiffl. et in ed. Parmenſi aliisque vetuſtis, *Meuanionenſes.* Nos vetuſtam inſcriptionem ſequi auſi non ſumus, quae exſtat apud Grut. p. 483. DECVRIONI MEVANIOLAE. Cluuerius in Ital. ant. L. II. p. 630. Meuaniolam putat eſſe *Galeata*, qui vicus Romaniae eſt, in valle Bedeſis amnis. H.

s. *Matilicates*) Matilica oppidum, Frontino p. 106. hodieque huius nominis, *Matelica*, in Marchia Anconitana. In decret. Felicis Papae, p. 255. *Equitio Matellicati.* H.

t. *Nequinum*) Apud Grut. p. 196. DE SAMNITIBVS NEQVINATIBVSQVE. A Nare fluuio, quo alluitur, alterum nomen habet: *Narni:* teſte Liuio, L. X. p. 173. H.

u. *Nucerini*) Alii ſunt Nucerini prope Neapolim ſupra cap. 5. huius lib. Haec Nuceria cognomine *Alphaterna*, apud Liuium lib. IX. in Vmbris, quam Decius Conſul oppugnando ad deditionem ſubegit, in ripa Penii amnis, hodie *Topino*, prope Fulgineum, et Camerinum, vbi Straboni lignea vaſa fiunt, hodie ſuum nomen retinet Nuceria: Fulgineum vero, *Foroligno.* Nuceria. *Alphaterna* Liuio lib. IX. fortaſſis *Alphaterni. Dal.*

*Nucerini*) Νουκέρια colonia Ptolemaeo, L. III. c. 1. in Olumbris: hodie *Nocera*, inter Aſiſium et Camerinum. H.

x. *Camelani*) Id cognomen Nuceriae alterius fuit, quae Fauoniae vicina fuit. Camiliani prope Nuceriam fieri mentionem in vetere quodam inſtrumento, ſcribit Holſt. in Ital. p. 92. H.

y. *Ocriculani*) Sic MSS. et Grut. p. 422. Straboni L. V. p. 227. Ὀκρίκλοι. Nunc *Otricoli*, in limite Ducatus Spoletini, infra Narniam, ab Otriculo vetere, vbi Eccleſia S. Victoris, aliquantum diſſitum. H.

Oſtrani z., Pitulani a., cognomine Piſuertes, et alii Mergentini: Peleſtini [1], b. Sentinates c., Sarſinates d., e. Spoletini [2], f. Suaſani [3], Seſtinates g., Suillates h., Tadinates i., Trebiates k., Tuficani,

1. *Peſtini. Vet.* 2. *Spolentini. Ch.* 3. *Suarreani. Vet. Suarrani. Gr. et Al.*

z. *Oſtrani*) Oppidum Ὄσ-τρα Ptolemaeo, in Semnonibus mediterraneum. Nunc exſtant veſtigia ſub *Monte Nuouo*, ad ripam Miſae fluvii, qui iuxta Senogalliam in mare influit. Vinc. Mar. Camarelli, L. II. Hiſt. Gall. Senon. c. 4. H.

a. *Pitulani*) Et Pitulum ab his diuerſum, iam in prima regione vidimus. H.

b. *Sentinates*) Sentina Vmbriae, vicina Sentino fluuio, qui etiam hodie nomen retinet, a Longobardis euerſa eſt, ex eiusque ruinis aedificata oppida duo, Saxoferratum, et Fabrianum. Ptolemaeus in Vmbris collocat, Blondus in Piceno. *Dal.*

c. *Sentinates*) Frontino, L. de Colon. p. 107. *Sentis oppidum.* Apud Grut. p. 467. ORDO. ET. PLEBS. SENTINATI. Σεντινάτων meminit Dio, L. XLVIII. p. 364. H.

d. *Sarſinates*) Apud Grut. p. 1091. SARSINATIVM. Iidem Saſſinates dicti, apud Martial. L. III. Ep. 58. et apud ipſum Grut. p. 322. 474. 923. aliasque. Nunc etiam *Saſſina*, in limite Romaniolae, ad Sapim flumen, *Sauio.* H.

e. *Spolerini*) Spoletum, *Spolete.* H.

f. *Suaſani*) Vt prius Aſirinates, pro *Aſiſinates* dicti: ſic modo Suarini, in MSS. pro *Suaſani.* Fuit in Senogallienſi agro Ducatus Vrbini. Situm oppidi ac veſtigia deſcribit accurate Cimarellus, L. II. c. 5. H.

g. *Seſtinates*) Prope fontes Peſauri fluminis, Monaſterium eſt ait Cluuerius, L. II. Ital. p. 622. cui *Seſtino* nomen. Apud Gruter. p. 108. SESTINO. H.

n. *Suillates*) Nunc *Sigello*, in limite Marchiae Anconitanae, haud procul Iguuio. Cluuer. L. II. Ital. p. 617. H.

i. *Tadinates*) Tadinatum mentio apud D. Gregor. referente Holſten. in Ital. p. 85. Veſtigia inter Noceram et Gualdum, in confinio Ducatus Spoletini et Marchiae Anconitanae conſpici etiamnum ait. H.

k. *Trebiates*) Ab oppido Trebia, nunc *Treui*, inter Fulginium et Spoletum. Itiner.

ni l., Tifernates [1] cognomine m. Tiberini [2], et alii Metaurenſes: Veſionicates [3], Vrbanates [4] cognomine Metaurenſes n., et alii Hortenſes o.: p. Vettonenſes [5], Vindinates q., Viuentani. In hoc ſitu interiere Feliginates, et qui Cluſiolum r. tenuere ſupra Interamnam: et Sarranates, cum oppidis, Acerris s., quae Vatriae [6] cognominabantur, Turoce-

1. *Tibernates. Ch.* 2. *conf. Ch. Tiburini. Vet. Tiberini Gr. et Al.* 3. *Veſinicates. Ch.* 4. *Vrbinates. Gr.* 5. *Mettionenſes. Ch. Vettionenſes. Gr.* 6. *Vafriae Gr.*

ner. Hieroſ. Spoleto *Treuis*, XII. *Fulginis*, *V.* H.

l. *Tuſicani)* Ptolemaeo, L. III. c. 1. Ἰξφικον in Olumbris, pro Τύφικον Frontino, p. 108. Tuſicum oppidum. Fuit, auctore Holſt. in Ital. p. 91. inter Matelicam et Fabrianum, prope Attidium. H.

m. *Tiberini)* Hi ab amne Tiberi, iſti a Metauro fluvio, quem accoluere, nomen ſortiti ſunt. Tifernum Tiberinum: *Città di Caſtello*: Metaurenſe, *S. Angelo in Vado*, in Ducatu Vrbinate. In decretis Hilari Papae, p. 250. Subſcribit *Lucifer Tifernis Metauris.* Et in decretis Symmachi, p. 265. *Innocentius Direntium Tiberinorum*: credo pro *Tifernatium Tiberinorum.* Plin. Iun. L. IV. ep. 1. *Oppidum eſt praediis noſtris vicinum. Nomen eſt Tiferni Tiberini.* H.

n. *Metaurenſes)* A Metauro rurſum Vrbinatibus his cognomen: nunc *Caſtel Durante.* Cimarell. L. II. c. 2. H.

o. *Hortenſes)* Horum oppidum Vrbinum, nobis *Vrbin*: Ducatus titulo nobile. H.

p. *Vettonenſes)* Antonino, Vetona, XIV. M. P. a Perusio. Nunc *Bettona*, infra Aſiſium. Apud Gruter. p. 487. R. P. VETTONENSIVM. H.

q. *Vindinates)* Apud Gruter. p. 411. MVNICIP. CASVENTINORVM. VINDENATIVM V. B. ET. QVIDQVID, etc. Scriptum haud dubie voluit artifex, VIB. hoc eſt, Vibentanorum, quos cum Vindenatibus coniungit Plinius. Vibentani enim, pro Viuentanis ſcribi poſſe cenſuit. H.

r. *Cluſiolum)* Quidam, *Luccolum*, oppidum in Flaminia via qua itur Eugubium, a Longobardis dirutum: Candiano oppido in eius ruinis exſtructo. Illic Totilae mors Belliſario nunciata eſt. *Dal.*

s. *Acerris)* Aliae ſunt Acerrae

rocelo, quod Netriolum [1]. Item Solinates, Curiates [2], Fallienates, Apiennates. Interiere et Arienates cum Crinouolo, et Vſidicani, et Plangenſes, Piſinates, Caeleſtini. Ameriam ſupraſcriptam Cato t. ante Perſei bellum conditam annis DCCCCLXIV. [3] prodidit.

XX. (XV.) Octaua regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluuius tt. Cruſtumium, Ariminum u. colonia cum amnibus Arimino et Apruſa. Fluuius x. hinc Rubico, quondam y. finis Ita-

1. *Vetriolum. Gr.* 2. *ſic ex MSS. em. H. conf. Ch. Suriates. Gr.* 3. DCCCCLXIII. *Ch.*

cerrae in prima regione, de quibus Lluius, L. XXIII. p. 233. Stephani forte Ἀχερῥαὶ μεταξὺ τοῦ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπέων. De his multa Cluuerius, Ital. L. I. p. 244. H.

t. *Cato*) Sic Annius quidem Viterbienſis in falſis Excerptis Originum, quae Catoni adſcripſit, p. 141. H.

tt. *Cruſtumium*) Rapax Cruſtumium Lucano, L. II. v. 406. cum oppido cognomine, non procul Arimino, inquit Schol. Lucani Sulpicius. Nunc *Conca* dicitur, inter Piſaurum, (vbi orae luſtrandae ſect. ſup. Plinius finem fecit) et Ariminum, in Adriam labens. H.

u. *Ariminum*) Nunc *Rimini*. Grut. p. 481. COLON. ARIM. Hanc amnes duo alluunt: latere meridiano, *Auſa*; ſeptemtrionali, *Marecchia*. Hic Plinio, Ariminum: ille Apruſa, dicti. Vide Raph. Adimari, L. de ſitu Arimini, p. 49. H.

x. *Fluuius hinc Rubrico*) Labitur hic inter Ariminum et Ceſennam. Fluit in Adriaticum mare, et quod ait Lucanus: *Fonte cadit modico, paruisque impellitur vndis*. Circa originem *Rucon* vel *Rugon* vocant: cum longius prouectus eſt mare verſus, *Piſciatello*. Straboni Rubicon labitur inter Ariminum et Ravennam: exit inter Anconem et Senogalliam. *Dalec.*

*Rubico*) Nunc *Luſo*, vt egregie demonſtrant, tum ſcriptor citatus, de ſitu Arimini, p. 15. tum Iacob. Villanius, libro cui titulum fecit, *Ariminenſis Rubicon*. H.

y. *Quondam finis*) Ante diuiſionem Italiae ab Auguſto factam, Vide Lucan. L. I. v. 215. H.

Italiae. Ab z. eo Sapis, et Vitis, et Anemo: Ravenna Sabinorum a. oppidum, cum amne Bedeſe b., ab Ancona [1] CV. M. paſſ. Nec procul a mari, Vmbrorum c. Butrium [2]. Intus coloniae: Bononia d., Felſina vocitata, cum princeps Etruriae e. eſſet, Brixil-

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* CII. *Gr. et Al.* 2. *Brutium. Ch.*

z. *Sapis*) Sapis per Candiam vallem Rauennae propinquam fluens, portum olim faciebat commodiſſimum, in quo Auguſtus claſſem inſtituit, quae Adriaticum mare cuſtodiret. Itaque nautarum, remigum, mercatorum concurſu ampla illic ciuitas. Claſſis Rauennarum, ſiue Claſſienſis aedificata eſt, diui Gregorii ſaeculo Epiſcopatus, a Luitprando rege Longobardorum capta et diruta, cuius exilia veſtigia nunc reſtant, templum diui Apollinaris, exſtructum a Theodorico rege Oſtrogothorum, murorum portus, et Phari quaedam ruinae. *Dalec.*

*Ab eo Sapis*) Haec fluuiorum nomina: Sapis Caeſanam alluit: vnde et *Sauio* et *Rio di Ceſena* dicitur, a Baccio, L. V. de vinis Ital. p. 263. Vitis eſt *Bevano:* Anemo deinde ſequitur, quem *Montone* vocant: qui Rauennam a ſeptemtrione alluit. Ex his prioris tantum fluuii mentio in vetuſto lapide apud Reineſium, p. 479. INTER. PONTEM. SAPIS. etc. H.

a. *Sabinorum*) A Sabinis conditum. Sed prius a Theſſalis, vt auctor eſt Strabo, L. V. p. 214. H.

b. *Bedeſe*) Nunc *Ronco* et *Bedeſe* vocant: Rauennam fere cingit a meridie. H.

c. *Vmbrorum*) Subintellige oppidum, ab Vmbris conditum. Βάτριος τὸ Ῥαουέννης πόλισμα, Straboni, L. V. p. 214. et Stephano. Ptolemaeo, L. III. c. 1. in Cenomanis, male. H.

d. *Bononia*) Mela, L. II. c. 4. *Mutina et Bononia colonia Romanorum.* A quibus colonia deducta fuerit diuerſis temporibus, colligit Cluverius, L. I. Ital p. 283. Adde Dionem, L. L. p. 422. De Felſinae cognomine Pſeudo-Cato, in Excerptis, p. 135. H.

e. *Etruriae*) Rebus Thuſcorum florentibus, cum vniverſa quoque Italia Tyrrhenia nuncuparetur. H.

f. Brixillum [1], g. Mutina [2], Parma, Placentia. h. Oppida: Caeſena i., Claterna, Forum k. Clodii, Liuii l., m. Popilii [3], Truentinorum [4], Cornelii mm.: Fauen-

*1. Brixella. Pint. 2. Mutina parua. Cb. 3. Pompilii. Vet. 4. Brintanorum. Blondus, hodie, Bretenou.*

f. *Brixillum, Mutina*) Ptolemaeus, Suetonius, Ioſephus *Brixellum*. Vetus lectio, modo *Brixillum*, modo, *Bruxillum*. *Pint.*

*Brixillum*) Vel Βρίξελλον, vt Ptol. L. III. c. 1. in Gallia Togata. Nunc *Breſſello*, ad Padum, in limine Ducatus Mantuani. H.

g. *Mutina*) *Modene*. Colonia Liuio, L. XXXIX. p. 504. et Parma quoque; de qua ſpeciatim apud Gruter. inſcriptio, p. 492. COL. IVL. AVG. PARM. Placentiam coloniam eſſe factam belli ſecundi Punici anno primo, ſcribit Aſcon. Pedian. ad or. Cic. in Piſon. p. 2. H.

h. *Placentia*) Ad id nomen ſpectat iocus Plauti in Captiuis: *Opus paniceis, opus placentis quoque. Dal.*

i. *Caeſena*) Nunc quoque *Ceſena*, ad amnem *Sauio*. Claternam prope Bononiam, iam tum D. Ambroſii aeuo in ruinis iacuiſſe, vidit Holſten. in Ital. p. 14. H.

k. *Forum*) Quid Fora eſſent, diximus ſect. 5. Forum porro, ne turbetur ſeries elementorum, ſigillatim in his omnibus repetendum: vt ſit Foro-Clodii, Foro-Liuii, Foro-Popilii, vel Populi: Foro-Truentinorum, Foro-Cornelii. H.

l. *Liuii*, etc.) Liuii, apud Anton. male *Iulii*: nunc *Forli*, in Romaniola. Popilii, quatuor a Foro Iulii mill. paſſ. *Forlimpopolo*: ſaepius *Forli piccolo*, ſeu Forum Iulii minus vocitatum. Truentinorum, in vet. inſcript. apud Grut. p. 492. FORODRVENT. Hodie *Bertinoro*, haud procul Arimino. Cornelii, nunc *Imola eſt*, in Romaniola, vt recte Cluuerius probat, L. I. p. 290. Hoc loco libri vulgati *Cornelii*, *Laccini*, fere exhibent: ſed poſteriorem vocem, cum nec vlli eam MSS. codices agnoſcant, nec oppido vlli eo nomine Geographorum quisquam adiudicet, intrepide induximus. De Foro Cornelii, Prudentius, περὶ στεφάνων, hymn. 9. in S. Caſſianum: *Sulla fórum ſtatuit Cornelius: hoc Itali vrbem Vocitant ab ipſo conditoris nomine.* H.

m. *Popilii*) Pompilium hodie *Forumpouolo*. Anno 700. Crimoaldus Longobardorum tyrannus, die Sabbati ſancto cum

n. Fauentini [1], Fidentini, Oteſini o., Padinates, Regienſes p. a Lepido, Solonates q., r. Saltesque [2] Galliani qui cognominantur Aquinates, s. Tanetani,

1. *Cornelii, Laccini, Fauentiui. Gr. Licinii. Ch.* 2. *Saltusque Gr. et Al.*

cum Chriſma conceptis verbis ſacraretur, ex inſidiis captam diruit. Eamdem reſtitutam a Forouolientibus Aegidius Cardinalis eccleſiae legatus euertit: et aratro ſuffodit. Epiſcopatus translatus eſt in Forum Britannorum, hodie *Bretenou*, pro quo hic legitur *Forum Truentinorum. Dalec.*

mm. *Cornelii)* Forum Cornelii a Narſetis militibus dirutum, Clephis Longobardorum tyrannus Imolae nomine reſtituit, et Rauennatibus, qui in fide P. R. perſtabant, oppoſuit. Martial. *Si quibus in terris, qua ſinus in vrbe rogabit? Cornelii referas, me licet eſſe foro. Dal.*

n. *Fauentini)* Sylla Carbonem cum exercitu ad Cluſium, Fauentiam, Fidentiolamque caeſo, Italia expulit. Liuius lib. XVIII. *Dal.*

*Fauentini)* *Faenza*, in Romaniola. Fidentini a Fidentia, qua de Ptolem. L. III. c. 1. in Togata Gallia: vbi nunc *Borgo di S. Domnino*, vltra Cremonam, Padumque, in limite ditionis Mediolanenſis, vt recte Cluuerius, L. I. p. 268. H.

o. *Oteſini)* Vetus inſcriptio apud Cluuer. L. I. p. 282. REIP. OTESINORVM Padinates, vbi nunc caſtellum *Bondeno*, ad Panari Padique confluentes, vt Cluverius coniicit l. c. H.

p. *Regienſes)* Regium Lepidum colonia dicitur a Ptolem. l. c. Nomen ab Aemilio Lepido habet: nunc *Reggio:* in Ducatu Mutinenſi. H.

q. *Solonates)* Grut. p. 1095. SOLONATIVM. ARIMINENSIVM. Nunc *Cina del Sole* IV. mill., paſſ. ſupra Forum Liuii. H.

r. *Saltesque)* Non *Saltusque:* vt prius: neque enim nemorum, ſed populorum nomina nunc quaeruntur. H.

s. *Tanetani)* Tanetum Regio vicinum, huius meminit Liuius lib. XXI. Totila ibi occiſus a Narſetis copiis, nempe Longobardis equitibus, quos ad 10000. conduxerat. *Dal.*

*Tanetani)* Anton. Tannetum, octauo a Parma lapide. Τάνητον Ptol. L. III. c. 1. in Togata Gallia. Nunc *Tanedo.* H.

tani [1], Veliates t. cognomine Vecteri: Regiates [2]: Vrbanates 3. In hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXII. fuisse auctor est Cato: Item Senones u., qui ceperant x. Romam. (XVI.) Padus 4 gremio y. Vesuli montis, celsissimum in z. cacumen 5 Alpium elati, finibus Ligurum a. Vagiennorum 6, visendo b. fonte profluens, condensque sese

1. *Tannitani. Ch.* 2. *Vegiates. Pinet.* 3. *sic ex MSS. Hard. conf. Ch. Vmbranates. Gr. et Al. Vrbinates. V. imo Vmbranates, nam Vrbinates in* VI. *regione censentur. Gelenius.* 4. *Padus e gremio.* 5. *sic quoque M. et Chiff. in cacumen elati, Gr. et Al.* 6. *Gabiennorum. V.*

t. *Veliates cognomine Vecteri, Regiates)* Legendum alterutro modo, aut *Vecteri, Vegiates*, separatim, vt sint duo populorum nomina: aut coniunctim, *Vecteriregiates*, ne turbetur alphabeti ordo. *Pint.*

*Veliates)* Rectius forte legeretur, *Veliates, cognomine veteri Regiates:* id enim ordo literarum exigit, ne interturbetur. H.

u. *Senones)* Senones Brenno duce, 14. Kalend. August. anno V. C. 362. deleto Rom. exercitu, Romam ceperunt: hancque de nomine Ducis Brenogalliam appellarant. Proelium commissum fuit ad Alliam fluuium, quam hodie Corresium vocant: vnde Allienses dies nefasti Romanis: huic vicinum est oppidum Podium Carresii. *Dalecamp.*

x. *Ceperant Romam)* Brenno duce. Vide Liu. L. V. p. 98. et 99. Polyb. L. II. p. 150. Paul. Diac. L. XI. Rerum Longobard. c. 24 Id vero contigit A. V. CCCLXIV. XIV. Kal. Sextiles, vt ait Tacitus Annal. L. XV. p. 254. De Boiorum excidio, vid. Polyb. L. II. De Senonum clade, Florum, L. I. c. 13. H.

y. *E gremio Vesuli)* *Le Mont Visoul*, in Sabaudia. Haec verbis totidem Martianus, L. VI. c. de Italia, p. 205. et Mela, L. II. c. 4. H.

z. *Cacumen Alpium)* Ita MSS. et Martianus: Hoc est, qui plurimum inter Alpinos montes assurgat. H.

a. *Vagiennorum)* De his egimus sect. 7. H.

b. *Visendo fonte)* Nomen proprium est fontis. Imo vero gerundium est verbi viso, positumque pro digno visu

ſeſe cuniculo, et in Forouibienſium c. agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior: Graecis[1] dictus Eridanus, ac poena Phaetontis illuſtratus[2]: augetur d. ad Canis ortus[3] liquatis niuibus: agris e. quam-

1. *A Graecis. Vet.* 2. *inluſtratus, perpetuo per n, legit. in Chiff.* 3. *ortum. Chiff.*

ſeu conſpicuo, vt de Tigride infra cap. 17. lib. VI. auctor loquitur, ſeu admirando, vt ex Capella quoque interpretatur Ort. Theſ. Erid. Sic et lib. XI. c. 49. infra. *Seu plane viſenda res eſſet, etc. Dal.*

*Viſendo fonte)* Singulari, mirabili, conſpicuo: quoniam videlicet mediis diebus aeſtiuis velut interquieſcens ſemper aret, vt dictum eſt L. II. ſ. 106. Sic idem Plin. L. X. ſ. 44. Vpupam dixit *criſta viſendum plicatili.* H.

c. *Forouibienſium)* In parte Vibiani agri, inquit Martian. quod idem eſt. De Foro Vibii, ſect. ſq. H.

d. *Augetur ad canis ortus, liquatis niuibus, etc.)* Lege: *Augetur ad canis ortus liquatis niuibus, ac bis quam nativis torrentior, nihil tamen ex rapto ſibi vindicans, atque vbi linquit, vbertatis largitor.* Liquatae niues, ſunt aquae, itaque non opus eſt vocabulum iſtud repetere. *Linquit,* vero hic accipitur pro defluit, decreſcit, λείπει, vti ſaepe. *Iſac. Voſſius* in Melam. p. 164. *Agris quam nauigiis torrentior, etc.)* Sic legend. *agris, quamuis torrentior nihil tamen ex rapto vindicans, atque vbi liquit, etiam vbertate largior.* Haec natura torrentium fluuiorum, vt aliis agris aliquid ex rapto vindicent et adiudicent, aliis vero adimant, et tollant. Quod negat facere Padum Plinius, quamvis torrentiorem: ſed perperam legitur: *nihil ex rapto ſibi vindicans*, lege, *abiudicans*, non iniurius eſt torrens illis agris, quibus aliquid adiicit per alluuionem; ſed quibus quid ex rapto abiudicat et tollit vice iniqui cenſoris. *Salmaſ.* pag 84. etc. *Gr.*

e. *Agris quamuis torrentior)* Quamuis auctus, inquit, in adiacentes agros Padus irruat, fecundiores illos reddit humectando, et vbertatem eis largiendo: non exhauriendo vaſtat, aut depopulatur. Vide Not. et Em. N. LXXVI. (hic poſ.) *Agris quamuis torrentior, nil tamen ex rapto ſibi vindicans.)* Ita reſtituimus ex MSS. codicibus Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Chiff. Pariſ. In libris editis perpe-

quamvis [1] torrentior f., nil tamen ex rapto ſibi vindicans [2], atque g. vbi liquit agros, vbertate largior: trecentis M. paſſ. a fonte addens meatu [3] duodenonaginta, nec amnes tantum Apenninos Alpinosque nauigabiles capiens, ſed lacus quoque immenſos in eum ſeſe exonerantes, omni numero xxx. h. flumina in mare Adriaticum defert. Celeberrima ex iis, Apennini latere iactum Tanarum i.:



1. *Sic quoque M. agris, quam nauigiis torrentior. Gr. et Al.* 2. *Vendicans. M. Chiff.* 3. *meatui: vt ſit Padi curſus P. 3000. 88.*

perperam, *agris quam nauigiis torrentior.* Salmaſius in Solinum p. 84. *nil tamen ex rapto abiudicans.* Fruſtra. Mox vero vbi legitur, *atque vbi liquit agros*, ex eorumdem MSS. fide delenda vox ea *agros* videtur, ceu ſpuria, a ſuperioribus *agris* mutuanda. H.

f. *Torrentior)* Torrentior, id eſt, rapidior, concitatior ac magis exundans: qua in re fallitur Iſidorus cap. 21. L. XIII. Etymol. qui torrentem dictum putat, quod ſiccitate torreſcat et areſcat. Ego potius torrentem quaſi torquentem dictum putauerim, quod inflatus pluuiis, liquatiſue niuibus auctus obuia quaeque intorqueat et peruertat. Aliis *torrere* rapere eſt, vnde *torrens* rapidus. Eridano tauri vultum Virgilius tribuit. IV. Georgic. quod graui ſono, vt taurus mugiat, et cornua propter riparum conflexuoſos ſinus. *Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus, quo non alius per pinguia culta In mare purpureum violentior influit vndis.* Sic tauriformem Aufidum Horat. lib. II. Carm. hic figmentum de Acheloi cornu ab Hercule euulſo. Magius c. 2. lib. IV. *Dalec.*

g. *Atque vbi liquit agros)* Legi forte melius poſſet, *atque vbi liquitur nix vbertate largior.* Nam dictio, *agros*, non habetur in vetuſta vtraque lectione. *Pintianus.*

h. *XXX flumina)* Martianus, l. c. et Solinus, c. 2. p. 4. Ad XL. hodie Geographi numerant, quorum XV. laeua recipit ripa, reliqua dextera. H.

i *Tanarum)* *Tanaro*, nobis *le Taner.* In Padum influit iuxta oppidum *Baſſignano*, in Liguria. H.

Trebiam k. Placentinum: Tarum l., Niciam, Gabellum, Scultennam, Rhenum m.: Alpium vero Sturam n., Orgum [1], Durias o. duas, Seſſiten p., Ticinum q., Lambrum, Adduam, Ollium, Mincium. Nec alius amnium tam breui ſpatio maioris incre-

1. *Sic quoque Chiff. Morgum Gr. et Al.*

k. *Trebiam Placent.)* Trebia clade Romanorum inſignis, Placentinos irrigat campos, vnde ei legitimum Placentini cognomen. *Vulgo Trebbia.* H.

l. *Tarum*, etc.) *Taro*, per agrum Parmenſem decurrit. Niciam *Lenza* vocant accolae Brixellenſes. Gabellum, *la Secchia*, Mantuani, quorum in agro ex aduerſo Mincii confluentis in Padum delabitur. Scultennam *Panaro* Ferrarienſes, quorum in extrema ditione is Padum ſubit. H.

m. *Rhenum)* Hunc Silius, L. VIII. non Rhenum abſolute, ſed paruum Rhenum appellauit, vt a Germanico eum Rheno diſtingueret: *Paruique Bononia Rheni*, inquit: nam Bononiam Rhenus praeterfluit, quem accolae *Reno* vocitant. H.

n. *Sturam, etc.)* Stura nomen hodieque retinet, haud procul Auguſta Taurinorum. Orgum *Orco* vocant accolae. Vide Not. et Em. N. LXXVII. (hic conſp.) *Sturam, Orgum, etc.)* Sic MSS. proxime laudati. Libri vulgati mendoſe *Morgum.* Ennodius in Carmine quo iter per Cortias Alpes deſcribit: *Duria nam, Seſſis, torrens vel Stura, vel Orgus.* H.

o. *Durias duas)* Ita libri omnes: etſi ex Grammaticorum legibus *duos* rectius videatur. Duria minor *la Petite Doire* Taurinenſem agrum: maior, *la Doire:* Montisferrati partem alluit, quae Boream ſpectat. H.

p. *Seſſiten)* Qui Seſſis Ennodio dicitur: Vercellenſibus accolis, *la Seſſia.* H.

q. *Ticinum)* *Teſino.* Papiam alluit, *Pavie*, cui et ſuum nomen impertit. Lambrum *il Lambro* vocant, et *fiume di Marignano:* inter Ticinum et Placentiam: mox Addua, ſupra Cremonam, Pado excipitur: Ollius *Oglio*, inter Cremonam et Mantuam. Hanc denique Mincius alluit, *Menzo.* Vluoſum Lambrum, caeruleam Adduam, pigrum Mincium appellat Sidonius, L. I. ep. 5. De amne Addua multa Caſſiodorus pereleganter, L. XI. ep. 14. H.

incrementi eſt. Vrgetur quippe aquarum mole, et in profundum agitur, grauis terrae, quamquam r. deductus [1] in flumina et foſſas inter s. Rauennam Altinumque t. per cxx. [2] M. paſſ. tamen qua [3] largius vomit, ſeptem u. maria dictus facere. Anguſta foſſa Rauennam trahitur, vbi x. Paduſa vocatur, quondam Meſſanicus appellatus. Proximum y. inde oſtium magnitudinem portus habet, qui z. Vatreni



1. *Diductus.* 2. *ſic ex MSS. Hard. conſ. Ch. praepoſ. per deeſt ap. Gr. et Al.* 3. *conſ. Chiff. quia. Gr.*

r. *Quamquam deductus)* Diviſus, diſtractusque plurimis, inquit, manu factis foſſis, fluminibusque, inter Altinum et Rauennam, CXX M. paſſuum ſpatio Padus attenuatur, exhauriturque; nihilominus qua parte maiorem euomit aquarum vim, non ſtagna ſiue paludes, ſed maria ſeptem facere dicitur. H.

s. *Inter Rauennam Altinumque paſſuum cxx)* Scribe, *inter Rauennam Altinumque per cxx.* Nimirum accepit librarius particula *per*, compendio ſcriptam, pro *paſſuum. Pint.*

t. *Altinumque)* Ex huius oppidi ruinis aedificatum eſt oppidum Torcello, Martial. et *Aemula Baianis Altini litora villis.* Syli fluuio propinquum eſt. *Dalecampius.*

u. *Septem maria dictus facere)* Palus verſus Aemiliam et Flaminiam porrecta, in eam Pado effuſo, et influentibus Anemone, hodie *l' Anemone:* Silete torrente, hodie *Sil.* Cliterna torrente apud Bagnacauallo: Idice, prope Mulinellam: Scultenna, hodie, *Panario:* Liminio: *Samogia:* Formigine, fluuiolis ad Bundenum. Finis eius paludis Turris Vicelini, et Rheni Bononienſis oſtium *Bagnacaualle*, Blondo, olim Tiberiacum. *Dalec.*

x. *Vbi Paduſa)* Virg. Aen. L. XI. v. 457. *Piſcoſoue amne Paduſae.* Quem in locum Seruius: *Paduſa*, inquit, *pars eſt Padi quae quibuſdam locis facit paludem, quae plena eſt cygnorum.* Loci huius intellectus eſt; Padum ea parte, qua Rauennam foſſa trahitur, Paduſam vocari: quondam etiam ibi Meſſanicum appellatum. H.

y. *Proximum inde)* Paduſa ſeu Padi oſtium, nunc *Porto di Primaro.* H.

z. *Qui Vatreni dicitur)* Vatrenus hodie, *La riviere d' Imola.* et Iſaurus hodie

*Iolia,*

Trebiam k. Placentinum: Tarum l., Niciam, Gabellum, Scultennam, Rhenum m.: Alpium vero Sturam n., Orgum [1], Durias o. duas, Seſſiten p., Ticinum q., Lambrum, Adduam, Ollium, Mincium. Nec alius amnium tam breui ſpatio maioris incre-

1. *Sic quoque Chiff. Morgum Gr. et Al.*

k. *Trebiam Placent.)* Trebia clade Romanorum inſignis, Placentinos irrigat campos, vnde ei legitimum Placentini cognomen. *Vulgo Trebbia.* H.

l. *Tarum*, etc.) *Taro*, per agrum Parmenſem decurrit. Niciam *Lenza* vocant accolae Brixellenſes. Gabellum, *la Secchia*, Mantuani, quorum in agro ex aduerſo Mincii confluentis in Padum delabitur. Scultennam *Panaro* Ferrarienſes, quorum in extrema ditione is Padum ſubit. H.

m. *Rhenum)* Hunc Silius, L. VIII. non Rhenum abſolute, ſed paruum Rhenum appellauit, vt a Germanico eum Rheno diſtingueret: *Paruique Bononia Rheni*, inquit: nam Bononiam Rhenus praeterfluit, quem accolae *Reno* vocitant. H.

n. *Sturam, etc.)* Stura nomen hodieque retinet, haud procul Auguſta Taurinorum. Orgum *Orco* vocant accolae. Vide Not. et Em. N. LXXVII. (hic conſp.) *Sturam, Orgum, etc.)* Sic MSS. proxime laudati. Libri vulgati mendoſe *Morgum.* Ennodius in Carmine quo iter per Cortias Alpes deſcribit: *Duria nam, Seſſis, torrens vel Stura, vel Orgus.* H.

o. *Durias duas)* Ita libri omnes: etſi ex Grammaticorum legibus *duos* rectius videatur. Duria minor *la Petite Doire* Taurinenſem agrum: maior, *la Doire:* Montisferrati partem alluit, quae Boream ſpectat. H.

p. *Seſſiten)* Qui Seſſis Ennodio dicitur: Vercellenſibus accolis, *la Seſſia.* H.

q. *Ticinum) Teſino.* Papiam alluit, *Pavie*, cui et ſuum nomen impertit. Lambrum *il Lambro* vocant, et *fiume di Marignano:* inter Ticinum et Placentiam: mox Addua, ſupra Cremonam, Pado excipitur: Ollius *Oglio*, inter Cremonam et Mantuam. Hanc denique Mincius alluit, *Menzo.* Vluoſum Lambrum, caeruleam Adduam, pigrum Mincium appellat Sidonius, L. I. ep. 5. De amne Addua multa Caſſiodorus pereleganter, L. XI. ep. 14. H.

incrementi eſt. Vrgetur quippe aquarum mole, et in profundum agitur, grauis terrae, quamquam r. deductus [1] in flumina et foſſas inter s. Rauennam Altinumque t. per CXX. [2] M. paſſ. tamen qua [3] largius vomit, ſeptem u. maria dictus facere. Anguſta foſſa Rauennam trahitur, vbi x. Paduſa vocatur, quondam Meſſanicus appellatus. Proximum y. inde oſtium magnitudinem portus habet, qui z. Vatreni



1. *Diductus.* 2. *ſic ex MSS. Hard. conſ. Ch. praepoſ. per deeſt ap. Gr. et Al.* 3. *conſ. Chiff. quia. Gr.*

r. *Quamquam deductus)* Diviſus, diſtractusque plurimis, inquit, manu factis foſſis, fluminibusque, inter Altinum et Rauennam, CXX M. paſſuum ſpatio Padus attenuatur, exhauriturque; nihilominus qua parte maiorem euomit aquarum vim, non ſtagna ſiue paludes, ſed maria ſeptem facere dicitur. H.

s. *Inter Rauennam Altinumque paſſuum cxx)* Scribe, *inter Rauennam Altinumque per cxx.* Nimirum accepit librarius particula *per*, compendio ſcriptam, pro *paſſuum. Pint.*

t. *Altinumque)* Ex huius oppidi ruinis aedificatum eſt oppidum Torcello, Martial. et *Aemula Baianis Altini litora villis.* Syli fluuio propinquum eſt. *Dalecampius.*

u. *Septem maria dictus facere)* Palus verſus Aemiliam et Flaminiam porrecta, in eam Pado effuſo, et influentibus Anemone, hodie *l' Amone:* Silete torrente, hodie *Sil.* Cliterna torrente apud Bagnacauallo: Idice, prope Mulinellam: Scultenna, hodie, *Panario:* Liminio: *Samogia:* Formigine, fluuiolis ad Bundenum. Finis eius paludis Turris Vicelini, et Rheni Bononienſis oſtium *Bagnacaualle*, Blondo, olim Tiberiacum. *Dalec.*

x. *Vbi Paduſa)* Virg. Aen. L. XI. v. 457. *Piſcoſoue amne Paduſae.* Quem in locum Seruius: *Paduſa*, inquit, *pars eſt Padi quae quibuſdam locis facit paludem, quae plena eſt cygnorum.* Loci huius intellectus eſt; Padum ea parte, qua Rauennam foſſa trahitur, Paduſam vocari: quondam etiam ibi Meſſanicum appellatum. H.

y. *Proximum inde)* Paduſa ſeu Padi oſtium, nunc *Porto di Primaro.* H.

z. *Qui Vatreni dicitur)* Vatrenus hodie, *La riviere d' Imola.* et Iſaurus hodie *Iolia,*

treni dicitur, quo Claudius a. Caesar e Britannia triumphans, praegrandi illa domo verius quam nave intrauit Adriam. b. Hoc ante Eridanum ostium dictum est, aliis Spineticum [1], ab vrbe Spina, c. quae [2] fuit iuxta praeualens, vt cc. Delphicis creditum est thesauris, condita a Diomede. Auget ibi Padum d. Vatrenus e. amnis, ex Forocornelienſi agro. Proximum inde ostium Capraſiae f., dein Sagis:

1. *Spireticum. V.* 2. *quae fuit iuxta praeualens. Delphicis (vt creditum est) thesauris a Diomede condita. Ch. et M.*

*Folia*, Aemiliae fines sunt. Addunt quidam et Scultennam, hodie *Pannario*. *Dal.*

*Qui Vatreni)* Ab amne Vatreno, de quo mox, in Padum influente. H.

a. *Claudius)* A. V. C. DCCXCVII. C. Crispo. II. T. Statilio Coss. Dio, L. LX. p. 680. H.

b. *Adriam)* Mare Adriaticum. Sic Horat. L. I. Od. 33. *Fretis acrior Adriae*. H.

c. *Quae fuit)* Interiisse iam aeuo suo significat. Ab ea ostium Σπινῆτα vocat Dionys. L. I. p. 15. H.

cc. *Vt Delphicis)* Spinetarum thesaurum Delphis ostendi solitum auctor est Strabo, L. V. p. 214. Oppidum a Diomede conditum, Pseudo-Cato in Excerpt. Orig. p. 135. H.

d. *Padum)* Ad id Padi ostium hodie Butrium est, Ravennatium castellum, et Spina, nunc vicus, olim florentissima ciuitas, nunc a mari distans nonaginta stadiis, olim maritima. *Dalec.*

e. *Vatrenus amnis)* Vatrenus hodie Spineticum ostium non ingreditur, sed auerso cursu pene 20. millium itinere, noui nominis ostium in Paduſa habet, hodie Zeniolum. Padi alueus qui a Ferraria Consadalum, et qui a Coderia in mare labitur, ab annis 150. recluſus est. *Dalec.*

*Vatrenus)* Idem Saternus vocitatus, modo *Santerno*, qui Forum Cornelii alluit, hodie, vt diximus, *Imola*. Mart. L. III. epig. 67. *De pigris nautis: Cessatis, pueri, nihilque mostis, Vatreno, Eridanoque pigriores, Quorum per vnda tarda nauigantes, etc.* H.

f. *Capraſiae)* Capraſiae, et Sagis, quae Padi ostia fuerunt, nunc obscurior inuestigatio est, locorum facie immutata stagnis Comaclensibus, *Stagni di Comacchio*.

Supe-

gis: dein g. Volane [1], quod ante Olane vocabatur. Omnia ea flumina, foſſasque, primi a h. Sagi [2] fecere Thuſci: egeſto amnis impetu per transuerſum in Atrianorum paludes, quae ſeptem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuſcorum Atriae i., a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum. Inde k. oſtia plena: Carbonaria, ac foſſiones l. Philiſtinae m., quod alii Tartarum n. vocant: omnia ex Philiſtinae foſſae abundatione naſcentia [3]: accedentibus Atheſi o. ex p. Tridenti-



1. *Alana. Chiff.* 2. *Afagi. M. Vet.* 3. *enaſcentia. M.*

Supereſt maius ibi oſtium vnum, quod hodie *Porto di Magnauacca* nominant: quod ſiue Capraſias, ſiue Sagin, poſſis interpretari. H,

g. *Volane)* Ab oppido, quod huic Eridani alueo impoſitum eſt, hodieque ei oſtio nomen, *Porto di Volana:* amni ipſi, a Ferraria vſque ad oſtium, *il Po di Volana.* H.

h. *A Sagi)* Ita libri omnes Oppidi id nomen videtur fuiſſe de quo Pſeudo-Cato in Exc. Orig. p. 136. *Poſt Padi oſtia Rauenna — Inseuiit Saga, oppidum Etruſcorum: vbi et Atria, a quo mare Atriaticum: quod nunc Adriaticum.* H.

i. *Atriae)* Ea ſolo epiſcopatu famoſa eſt, a paucis piſcatoribus hodie incolitur. *Dal.*

*Atriae)* Longe haec diuerſa ab Adria colonia quintae regionis, ſiue Piceni, de qua ſ. 18. Retinet nomen *Adria* tenue magnae vrbis veſtigium; epiſcopali tamen titulo nobile, inter Padi et Atheſis oſtia. H.

k. *Inde oſtia)* Quae magis in Boream vergunt. H.

l. *Foſſiones)* Piſtrinam Follam nunc dici tradit Rodigi. c. 1. 5. Aliis Peleſtrinam. *Dal.*

m. *Philiſtinae)* A Thuſcorum tribubus et decuriis (Φύλας Graeci vocant) eius rei cauſſa accitis, factae. *Dal.*

n. *Tartarum)* Hodieque *Tartaro.* Meminit huius Tacitus, L. III. hiſt. p. 63. H.

o. *Atheſi)* *L' Adige*, Veronenſium amnis eſt. H.

p. *Tridentinis)* Eaedem Rhaeticae appellantur, a capite Rhaetiae Tridento. Comitatum Tirolenſem a Venetis, ab Inſubribus Rhaetos diſterminant. H.

dentinis Alpibus, et q. Togiſono [1] ex Patauinorum agris. Pars eorum et proximum portum fecit Brundulum r., ſicut Edronem s. Medoaci t. duo, ac Foſſa Clodia. His ſe Padus miſcet, ac per haec effunditur: plerisque, vt in Aegypto Nilus, quod vocant Delta, triquetram figuram inter Alpes atque oram maris facere proditus, ſtad. duum M. circuitu. Pudet a Graecis Italiae rationem [2] mutuari. Metrodorus u. tamen Scepſius dicit, quoniam x. circa fontem arbor multa ſit picea, quales Gallice vocentur Padi [3], hoc nomen accepiſſe. Ligurum quidem lingua amnem ipſum y. Bodincum [4] vocari, quod

1. *Vigiſono. Vet.* 2. *narrationem.* 3. *Sic ex MSS. Hard. conſ. Ch. quae Pades Gallice vocetur, Padum hoc nomen accepiſſe. Gr. et Al.* 4. *Bodingum.*

q. *Togiſono)* Hinc *Bachiglione.* H.

r. *Brundulum)* Nunc quoque *Brondolo.* H.

s. *Edronem)* Nunc *Chioza.* H.

t. *Medoaci duo)* Bernardo Iuſtino auctore, alter eorum Brenta nomine Paduam petit: alter Bachilione, Taruiſium praeterlabitur. *Dal.*

*Medoaci duo) Brenta et Brendella,* accolae vocant. Foſſa Clodia ea mihi eſſe videtur, quam nunc Foſſam Paltanam appellant. H.

u. *Metrodorus)* Et Pſeudo-Cato in Exc. Orig. p. 135. et 136. Scalig. Exerc. 37. p. 154. ab Syrorum voce *Pad,* quae campum ſignificet, Padum appellatum eſſe ait. Menagius in Origin. Ital. p. 702. a Graeca voce Βάθος, quae profundum ſonat, Padi nuncupationem deriuat. H.

x. *Quoniam circa fontem arbor multa ſit picea, quae Pades Gallice vocetur, Padum hoc nomen accepiſſe)* Veruſta exemplaria breuius ac concinnius; *Quoniam circa fontem arbor multa ſit picea, quales Gallice vocantur padi, hoc nomen accepiſſe. Piutian.*

y. *Bodincum vocari)* A Germanica dictione *Boden,* fundum ſignificante. Aug. Rocha. bibl. Vat. p. 321. Fuerit igitur et altera dictio addenda. Nos enim Germani, qui fundo deſtituuntur, *Bodenloſs* dicimus. *Dalecamp.*

*Bodincum)* Polyb. L. II. ab accolis ait Βόδεγκον vocari. Nic Chorier, L. II. hiſt. Delph.

quod significet fundo carentem. Cui argumento adest oppidum iuxta Industria 2., vetusto nomine Bodincomagum, vbi praecipua altitudo a. incipit.

XXI. (XVII.) Transpadana appellatur ab eo regio vndecima 1, tota in mediterraneo, cui maria cuncta fructuoso b. alueo important. Oppida: c. Vibi 2 forum, d. Segusio 3. Coloniae ab Alpium radicibus, Augusta e. Taurinorum, antiqua Ligurum stirpe, inde 4 nauigabili Pado. Dein f. Salassorum 5 Augusta Praetoria, iuxta geminas Alpium



1. *Nona. Vet.* 2. *Biuiforum. Vet.* 3. *Setusum Ptolemaeo.* 4. *Inde nauigabili Pado antiqua Ligurum stirpe. Ch.* 5. *Salanorum. M.*

Delph. p. 94. ait voculam *Ituc*, fine: Bod (vnde Gallis etiamnum *le Bout*,) finem, fundum, sine extremum significare: Bodincum proinde, voce ex viraque conflata, fundo carentem sonare. H.

2. *Industria)* Casal, de quo sect. 7. in regione Italiae nona. H.

a. *Altitudo)* Padi fluminis.

b. *Fructuoso alueo)* Scil. ob importationem variarum mercium. *Gelen.*

*Fructuoso alueo)* Padi alveo, ob importationem variarum mercium, rerum omnium copiam afferente: et regioni huic fertili alueo suo copiosissime suggerente omnium rerum vsus, cunctaque commoda, quae in ora positis praestare maria ipsa consueuerint. H.

c. *Vibi forum)* Siue forum Vibii, cuius oppidani sup. sect. Forouibienses dicti; Nunc *Castel Fiori* in Taurinorum finibus. H.

d. *Segusio)* Nunc *Sase*, in Galliae Italiaeque confinio. H.

e. *Augusta Taurin.)* Nummus Neronis in Thes. Goltz. p. 240. COL. IVL. AVG. TAVRINOR. H.

f. *Salassorum)* Σαλασσιῶν Αὐγύστα Πραιτωρία κολωνία, apud Ptol. L. III. c. 1. et in nummo Tiberii apud Goltz. p. 237. Augusta, quod iussu et auspiciis Augusti condita Praetoria, quod colonia Praetorianorum eo deducta A. V. C. DCCXXIX. Vide Dionem, L. LIII. p. 514. Nomen antiquum retinet, *Aosta* et *Augosta*, Italis: nobis *Aouste*. H.

fores [1], Graias g. atque Poeninas. His h. Poenos, Graiis Herculem tranſiſſe memorant. Oppidum Eporedia i., Sibyllinis a Populo Romano conditum [2] iuſſis. Eporedias [3] Galli bonos equorum domitores vocant. Vercellae k. Libicorum [4] ex Sal-

1. *Sic ex MSS. Hard. conſ. Ch. fauces. Gr. et Al.* 2. *ſic ex MSS. Hard. conditum. Iuſſiſſe Epor. Ch. Sibyllinis libris a Pop. R. condi iuſſum Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. Hard. Iporedicos M. Vet. Eporedicas Gr. et Al.* 4. *Libitiorum. Vet.*

g. *Graias, etc.)* Graiarum Alpium tractus a monte Ceniſo, hoc eſt ab Alpibus Cottiis vſque ad Poeninas pertinet, quas vulgo vocant, *Monte di S. Bernardo Maggiore.* H.

h. *His Poenos)* Vnde forſitan Alpibus nomen. Nam Ptolem. L. II. c. 12. τὰς Ποινὰς vocat. Et apud Grut. p. 376. VALLIS. POENIN. Negat tamen Liu. L. XXI. p. 200. a tranſitu Hannibalis Poeni Alpes dictas eſſe Poeninas: ſed Penninas potius ab eo quem ſummo ſacrato vertice Penninum montani appellabant. Inſcriptionem refert Sponius, L. de ignotis Diis, p. 22. DEO. PENINO. Penninus itaque verticem montis ſonat, vt hodieque apud Aremoricos Galliae populos, *Pen* caput et vertex eſt. Quid quod nihil de Poenorum tranſitu Plinius aſſeverat, ſed vulgarem ſolum ſummam refert: nec obſcure innuit, ſibi eſſe incompertum, quos fama illa Poenos intelligat: num Hannibalem cum ſuo exercitu, num vero Haſdrubalem, qui duodecim poſt annis ex Hiſpania in Italiam venit. Illac tranſiſſe Hannibalem, vbi nunc eſt Pignerolium oppidum, putat Nic. Chorier, L. III. p. 145. Eruditam de eo argumento concertationem habet Honor. Bouche, L. I. c. 4. p. 396. etc. H.

i. *Eporedia)* Ἐπορεδία Ptolem. in Salaſſis, L. III. c. 1. Nunc *Lamporeggio*, et *Ivrea*, et *Ivrea* ad Duriam maiorem. H.

k. *Libicorum)* Libicorum gentis, inquit, quae ex Salluuiis ortum traxit, caput Vercellae fuit. Nunc quoque *Verceil*, ad Seſſim, vel Seſſitem amnem. Λίβικοι apud Ptol. L. III. c. 1. genti nomen. De Salluuiis diximus, ſ. 5. H.

Sallyis ortae, Nouaria l. ex Vertacomacoris, Vocontiorum m. hodieque pago, non n. (vt Cato existimat) Ligurum: ex o. quibus Leui et Marici condidere Ticinum p., non procul a Pado: sicut Boii q. trans Alpes prouecti, Laudem r. Pompeiam, Insubres s. Mediolanum. Orobiorum stirpis esse, Comum t., atque Bergomum, et Licini forum, et aliquot circa populos auctor est Cato: sed originem gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam a Graecia, interpretatione etiam nominis, vitam u. in montibus degentibus. In hoc

l. *Nouaria)* Ptol. Νοβαρία, in Insubribus. Hodie *Nouare*, in Ducatu Mediolanensi. H.

m. *Vocontiorum)* De his egimus ſ. 5. Horum pars quaedam Vertacomacori fuere: cuius nominis vestigium in eo agro seruari, qui hodie *Vercors* appellatur in Delphinatu, auctor est Nic Chorier. L. I. p. 11. H.

n. *Non vt Cato)* Vide Pseudo-Catonem, in Exc. Orig. p. 135. H.

o. *Ex quibus)* Ex Liguribus. Liu. L. V. p. 98. et L. III. p. 401. antiquam gentem Laeuos Ligures vocat, incolentes circa Ticinum amnem. H.

p. *Ticinum) Pauie.* H.

q. *Boii)* Quidam Boiorum etiam Mutinam esse volunt, vt Tanetum, et Regium. Illorum meminit Liuius lib. XX. Vnde *Bononia*, quasi Boionia. *Dalec.*

r. *Laudem)* Ad ripam Adduae fluminis, *Lodi*, vel potius, *Lodivé*, vicus a *Lodi* dissitus III. mill. pass. H.

s. *Insubres Mediolanum)* Galli. Claudian. in nuptiis Honorii et Mariae. — *Ad moenia Gallis Condita, lanigerae suis ostentantia pellem.* Nam cum eius vrbis fundamenta iacerentur, effosso solo reperta est lanata sus. Brod. cap. 26. II. *Dal.*

*Mediolanum) Milan.* Mediolanium habent inscriptiones veteres apud Mattium, L. III. Opin. p. 162. H.

t. *Comum*, etc.) Illud *Come en Lombardie:* istud *Bergamo:* tertium ignoti situs, soli Plinio memoratur. H.

u. *Vitam in mont.)* A vocibus graecis ὄρος et βίος· παρὰ τὸ τὸν βίον ἐν ὄρεσι. H.

hoc ſitu interiit oppidum Orobiorum Barra, vnde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum 1 prodente ſe altius x. quam fortunatius ſitum 2. Interiere et Caturiges 3 Inſubrum exſules, et Spina ſupra y. dicta. Item Melpum opulentia praecipuum, quod ab Inſubribus, et Boiis, et Senonibus deletum eſſe eo die, quo Camillus z. Veios ceperit, Nepos Cornelius tradidit.

XXII. (XVIII.) Sequitur decima regio Italiae, Adriatico mari appoſita: cuius a. Venetia 4: fluuius Silis

1. *Etiam nomine prodentes. Bucchan. rer. Scot. lib. I. p. 12.* 2. *ſic ex MSS. Hard. ſitum eſt, in Ch. et vetuſtis codicibus non ſitos: vt oppidum Orobiorum reſpiciat potius, quam Bergomates. ſitos Gr. et Al.* 3. *Caturgi. M.* 4. *Venetia, cuius fl. Gr. et Al.*

x. *Altius quam)* Quoniam id oppidum Barra appellatum, in editi montis vertice olim conditum, Catonis autem aetate iam deficiens atque caducum, et paulo poſt funditus interiturum fuit, vere is in hiſtoriis ſuis, altius quam fortunatius ſitum prodidit. H.

y. *Supra dicta)* Sup. ſect. H.

z. *Camillus)* De Veiis a Camillo Dictatore expugnatis, v. Liu. L. V. p. 94. H.

a. *Cuius Venetia)* Non eſt hoc loco nomen vrbis Venetiarum; ſed prouinciae nomen eſt, quae olim in ſuperiorem et inferiorem diuidebatur: ex vtraque autem poſtea confluentes populi, praecipue ex Patauio, Aquileia, Altino vrbem cognominem condidere, *Veniſe.* Vide Not. et Em. N. LXXVIII. (hic poſ.) *Adriatico mari appoſita: cuius Venetia, fluuius Silis)* Sic libri omnes MSS. editique ante Hermolaum, qui omnium codicum fide ſpreta legit, *mari appoſita: Venetia, cuius fluuius* etc. praepoſtere ſcilicet translata Venetia. Secus enim Venetia tantum hac decima regione continebitur: id quod falſum eſſe conſtat, ex Carnorum et Iapydum regionibus, extra Veneriam quidem ſitis, verumtamen huic decima regioni Italiae mox attributis. H.

Silis b. ex montibus Taruiſanis [1]. Oppidum Altinum c., flumen Liquentia d. ex montibus Opiterginis e., et portus eodem nomine: colonia, Concordia f.: flumina et portus, Romatinum g., Tilaventum h. maius, minusque, i. Anaſſum [2], in quod Varramus [3] defluit: Alſa k., Natiſo l. cum Turro, prae-

1. *Conſentit Ch. Tauriſanis. Gr. et Al.* 2. *Anaſſus. V. Anaxum. Ch.* 3. *Varianus. V. M. Anaſſum, quo Varramus. Gr.*

b. *Silis)* *Sile*, Taruiſium alluit, *Treuigio*. H.

c. *Altinum)* Id oppidum ab Attila incenſum et dirutum, intra Gallicas paludes ſitum fuiſſe Vitruuius tradit cap. 4. lib. I. Martialis, *Velleribus primis Appulia, Parma ſecundis Nobilis: Altinum tertia laudat ouis. Dalec.*

*Altinum)* Oppidi ruinae exſtant in ipſo Silis oſtio. Hunc eius ſitum docent Tacitus, L. III. et Mart. L. IV. Epigr. 25. cuius titulus, *De litoribus Altini*. H.

d. *Liquentia)* Naſcitur prope Pulſinicum pluribus fontibus eodem ferme loco ſcatentibus. Quidam putant e lacu Domus Stultae, *Gazàppaza*, in agro Bellunenſi, per ſubterraneos meatus profluere. Opiterniі fines valde procul abeſſe tradit Sabellicus. *Dal.*

*Liquentia)* Nunc *Livenza*: cum portu cognomine. H.

e. *Opiterginis)* Iuxta Oppidum Opitergium, nunc *Oderzo*, et *Vderzo*, ad amnem *Livenza*. Incolae Opitergini Floro, L. IV. c. 2. H.

f. *Concordia)* Nomen hodieque retinet, inter amnes Liquentiam et Tilauentum. Ptol. L. III. c. 1. in Carnis, Κονκορδία κολωνία. H.

g. *Romatinum)* Nunc *Lemene:* Concordiam praefluit: portum denique efficit, *Porto Lematino*. H.

h. *Tilauentum)* Τιλαυέντιος Ptolemaeo: accolis *Tagliamento* et *Taiamento*. In oſtio portum efficit ſibi cognominem. Inter Romatinum, et hoc Tilauentum maius, fluuiolus labitur, cuius in ore portus eſt *de Langugnama*. Id Tilauentum minus dici a Plinio ſuſpicamur. H.

i. *Anaſſum)* Nunc *Stella*, quicum in paludibus miſcetur Varramus, accolis *Muzonela* vocitatus, prope Maranum oppidum. In MSS. Reg. Colb. etc. Varianus amni nomen eſt. H.

k. *Alſa)* Hodie *Siſanus*. Labitur inter Mugliam oppidum Tergeſto proximum, et Iuſti-

praefluentes Aquileiam m. coloniam [1], XV. M. paſſ. a mari ſitam. Carnorum n. haec regio, o. iunctaque

1. *Sic ex MSS. Hard. Aq. col.* XII. *Gr. et Al.*

Iuſtinopolim, hodie caput Iſtriae. In Iſtria Ptolemaeus collocat. *Dal.*

*Alſa)* Nunc *Auſa:* haud procul Aquileia labitur. H.

l. *Natiſo)* Natiſo, hodie, *Natiſone:* Turro, hodie *Turrone:* Sontium hodie *Liſonzio:* ſubeunt prope Manzan: et Vltinum, hodie, Vdenae, 24. ſtadiis procul Aquileia, quam praeterfluit Natiſſa amnis: vt probabile ſit Plinium pro Natiſſa *Natiſſonem* ſcripſiſſe. Apud Paulum Lombardum lib. IV. Dugna matrona Aquileienſis ob metum Hunnorum irrumpentium ex ſuis aedibus in Natiſſam praecipitem ſe deiecit. Sontii nec Plinius nec Ptol. meminerunt. Idem Lombardus ſcribit, Theodoricum e Sirmio et Pannonia in Italiam transeuntem ad Sontium caſtra primum poſuiſſe. *Dal.*

*Natiſo)* Νατίσων Ptolemaeo, L. III. c. 1. De hoc Iornandes, Lib. de reb. Getic. *Aquileiae muros*, inquit, *ab Oriente Natiſo amnis elambit.* Pro *Turro.* MSS. Reg. Colb. etc. habent *Tarro.* H.

m. *Aquileia) Aquileia* nunc quoque Iralis; Gallis *Aquilée.* Oppidum nunc paene dirutum, vix domos XXXV. complectitur. H.

n. *Carnorum)* Carnia Straboni montana, tractus montanus Foroiulio imminens hodie *Carantana:* vbi ciuitas Iulium Carnicum euerſum a Longobardis, hodie Iulio, Carnia litoralis Ptolemaeo, hodie Patriarchatus Aquileienſis, et Forum Iulii Provincia, vulgo *Friol*, vbi forum Iulium oppidum, hodie, *Cuidale.* Eius prouinciae fines: a meridie ſinus Adriaticus inter oſtia Liquentiae, et Timaui, quem tractum Cherſum vocant, iam Iſtriae partem: a Septemtrione Noricarum Alpium iuga: ab ortu Iſtria et Iapidia, quas Illyrici partem eſſe volunt et praecipue ad ortum ſolſtitialem Iapidiae pars, Cranium: ab occaſu Bellunenſis et Tarviſinus ager vſque ad ortum Liquentiae. Sabellicus eius regionis peritiſſimus, vnicum Trilauentum agnoſcit, non duo, vt Plinius. *Dal.*

*Carnorum haec regio)* In qua Concordia, Aquileiaque, coloniae continentur, teſte Ptolemaeo, L. III. c. 1. H.

o. *Iunctaque)* Quae Carnis, inquit, coniungitur regio, Iapydum eſt: a Timavo inquit. A Strabone, L. VII. p. 314. Ἰαπόδες nominan-

que Iapydum [1]: amnis Timauus p., caſtellum nobile vino Pucinum q.: Tergeſtinus r. ſinus, colonia Tergeſte, XXIII. s. M. paſſ. ab Aquileia. Vltra quam VI. M. paſſ. Formio t. amnis, ab Rauenna CLXXXIX M. paſſ. antiquus u. auctae Italiae [2] terminus, nunc vero Iſtriae x.: quam cognominatam [3] a flumine Iſtro, in y. Adriam effluente e Danubio amne,

1. *Iapidum regioni. Vet.* 2. *ſic ex MSS. Hard. Italiae auctae term. Al. It. auctus t. Gr.* 3. *Sic ex MSS. H. conſ. vet. exemp. et Ch. cognominatam tradunt a flumine Gr. et Al.*

minantur: Ἰάπυδες Ptolem. L. II. c. 17 H.

p. *Timauus*) Virgilio novem, Strab. et Martial. ſeptem oſtiis in mare euoluitur. Martial. *Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui.* Item: *Et tu Ledaeo felix Aquileia Timauo, Hic vbi ſeptenas Cyllarus* (equus Caſtoris) *hauſit aquas.* Blondus non recte putat Brentam eſſe. *Dal.*

q. *Pucinum*) Πούκινον Ptolem. incolis *Caſtel Duino*, prope Timauum. De Pucino inde cognominato, dicetur L. XIV. ſ. 8. H.

r. *Tergeſtinus*) *Golfe de Trieſte*, id eſt ei nunc quoque oppido nomen Τέργεστον κολωνία Ptolem. l. c. H.

s. XXIII. M.) Antonin. XXIV. M. P. Strabo, L. V. p. 215. ſtadiis 180. hoc eſt, XXII. M. D. paſſ. H.

t. *Formio*) Nunc *Riſano*, Ptol. Φορμίων. H.

u. *Antiquus*) Ante diuiſionem Italiae ab Auguſto inſtitutam. H.

x. *Iſtriae*) Iſtria patet a Formione fluuio, hodie *Ciſapio*, ad Farnaticum promontorium. Primaria eius ciuitas Iuſtinopolis, hodie *Capo d' Iſtria* exſtructa in inſula pullaria, hodie *Capria*. *Dal.*

y. *In Adriam effluente e Danubio amne, eidemque Iſtro ex aduerſo Padi fauces*) Legendum ex eisdem, *e Danubio, amne, eodemque Iſtro.* hoc ſenſu, Ex amne Danubio, qui et ipſe alio nomine appellatus eſt etiam Iſter. Caeterum illud eſt non ſomniculoſis, vt aiunt, oculis praetereundum, traditionem, quam Plinius hic tam fortiter improbat, non vulgarium eſſe auctorum, ſed idoneorum atque adeo ſummorum, Eratoſthenis et Theopompi, referente Strabone libro VII. item Ariſtotelis libro de hiſtoria Animalium octauo, et libro de admiranda auditione: item Apollonii Rhodii quar-

amne, eodemque [1] Istro, aduersum Padi fauces [2], contrario eorum percussu mari interiecto dulcescente, plerique z. dixere falso, et Nepos [3] etiam Padi accola. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argo nauis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste, nec iam constat quo flumine. Humeris trauectam Alpes, diligentiores a. tradunt. Subiisse autem Istro b., dein Sauo [4], dein c. Nauporto [5], cui nomen ex d. ea causa est, inter Aemonam [6] Alpesque exorienti.

XXIII.

1. *Sic ex MSS. Hard. conf. M. Ch. Eidemque Istro ex aduerso Padi fauces Gr. et Al.* 2. *faucibus. M.* 3. *sic ex MSS. Hard. conf. Ch. Nepos Cornelius etiam Gr. et Al.* 4. *sic ex MSS. cm. Hard. conf. Ch. qui semper scribit pro Sabo.* 5. *Nauponto. Vet.* 6. *Eumoniam. Vet. hodie Citta nuoua.*

quarto Argonauticῶn et eius expositorum, et apud nos Melae Pomponii libro secundo. *Pint.*

z. *Plerique dixere*) Auctor libr. mirab. Auscult. p. 1190. Auctor Peripli Ponti Euxini, p. 10. Timagetes, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ λιμένων, apud Schol. Apoll. ad L. IV. v. 250. Theop. ap. Str. L. VII. p. 317. aliique. H.

a. *Diligentiores*) Propius tamen a vero Scymnus abesse videtur, qui quemadmodum refert Apollonii Scholiastes ad L. IV. Argon. v. 284. ait a Tanai amne in mediterraneum mare, atque inde in Adriaticum descendisse. H.

b. *Istro*) A Tanai primum, Pontoque Euxino in Danubium siue Istrum, ii tradidere Argon nauim primum descendisse, mox amnem Sauum subiisse, qui in Danubium influit: denique ex Sauo in Nauportum fluuium esse transuectam: mox humeris per Alpes sublatam in Tergestinum vsque sinum. Sauus Carniolam Croatiamque perlabitur: *la Saue.* Nauportus, quem *Laubach* vocant, in ipso Carniolae agro in Sauum influit. Aemona ipsa *Laubach* est, Carniolae metropolis, aut haec certe ex illius ruderibus excitata, vt recte Holst. p. 28. H.

c. *Nauporto*) Alius Strabonis Nauportus in Sauum defluens, et eiusdem Pamportus in Drauum. *Dalec.*

d. *Ex ea causa*) Quod navem tulerit. H.

XXIII. (XIX.) Istria e., vt peninsula, excurrit. Latitudinem eius XL. M. pass. circuitum vero CXXV.[1] M. prodidere quidam. Item adhaerentis Liburniae et f. Flanatici[2] sinus. Alii Liburniae CLXXX. M. pass. Nonnulli g. in Flanaticum[3] sinum Iapydiam promouere, a tergo Istriae, CXXX. M. pass. Dein Liburniam CL. M. fecere. Tuditanus, qui domuit Istros, in statua sua ibi h. inscripsit: ab Aquileia ad Titium flumen stad.[4] M. Oppida Istriae ciuium Rom. Aegida i., Parentium k.: colonia, Pola l., quae nunc Pietas Iulia, quondam a Colchis condita. Abest a Tergeste c. M. pass. Mox oppidum Nesa-

1. *Sic ex MSS. H. conf. Ch.* CXXII. *Gr. et Al.* 2. *Fanatici. V. hodie, Carnarium vel Quernarium.* 3. *Fanaticum. V.* 4. *sic ex MSS. Hard. conf. M. Vet.* CC. *Gr. et Al.*

e. *Istria*) Et ipsa quoque decimae Italiae regioni contributa. H.

f. *Flanatici sinus*) De quo sinu dicetur, s. 25. H.

g. *Nonnulli*) Censeri in horum numero Strabo potest, oram Iapydum inter Istros ac Liburnos stadiis mille constare testatus, L. VII. p. 314. hoc est, CXXV. M. pass. H.

h. *Ibi inscripsit*) Subintellige, regionis quam domuit, latitudinem inscripsisse: stadiorum mille ab Aquileia ad Titium amnem, qui Liburniae finis, vt dicetur, s. 25. Rem gestam narrant Flor. in epit. Liuii, L. LIX. et Appianus in sexto bello Illyrico Fragmentum quoque Fastorum Triumphalium:

C. SEMPRONIVS. C. F.
C. N. TVDITANVS.
COS. DE. IAPVDIBVS.
KAL. OCT. A.
DCXXVI. H.

i. *Aegida*) Mox Iustinopolis appellata, nunc *Cabo d' Istria*. Vide inscriptionem vet. apud Cluuer. L. I. Ital. p. 210. H.

k. *Parentium*) Nunc *Parenzo*, cum portu celebri. Παρέντιον, πόλις καὶ λιμὴν Ἰαπύγιας Stephano. H.

l. *Pola*) Mela, L. II. c. 3. *Sinus Polaticus*, inquit, *et Pola quondam a Colchis, vt ferunt, habitata, in quantum res transeunt: nunc Romana colonia. Hodie Pola.* H.

m. Neſactium [1]: et nunc finis n. Italiae fluuius Arſia [2]. Polam ab Ancona traiectus CXXX. [3] M. paſſ. eſt. In o. mediterraneo regionis p. decimae, coloniae: Cremona q., Brixia r., Cenomanorum agro: Venetorum [4] autem, Ateſte s.: et oppida Acelum t., Patauium u., Opitergium, Belunum, Vicetia: Mantua Thuſcorum trans Padum ſola x. reliqua. Venetos

1. *Nexantium. Vet. Arſc.* 2. *Myrſia. Ch.* 3. *ſic ex MSS. Hard. conf. Ch.* CXX. *Gr. et Al.* 4. *Venetorum autem Adria. Ateſte et oppidum. Vet.*

m. *Neſactium*) Ptolem L. III. c. 1. Νέσαχτον τέλος Ἰταλίας. Huius oppidi moenia amne praeterflui Liuius prodidit, L. XLI. p. 525. haud dubie Arſia fluuio, qui finis Italiae mox dicitur. Quamobrem non aliud id fuit, quam quod hodie *Caſtel nuouo* dicitur, in ipſo Arſiae oſtio poſitum, *Arſa*. H.

n. *Finis Italiae*) Et decimae regionis. H.

o. *In mediterraneo regionis decimae coloniae, Cremona, etc.*) Error eſt non ſimplex. Primum ſola Cremona Colonia vocatur; quaſi non et Brixia et Ateſte coloniae fuerint: deinde *Natri* coloniarum enumerationi inſeritur, quo nomine nulla vſquam colonia legitur. *Gelen.*

p. *Regionis decimae*) Haec ad praecedens caput pertinere videntur. *Dalec.*

q. *Cremona etc.*) Ptolem. L. III. c. 1. Κρέμωνα κολωνία, in Cenomanis Deductam eo coloniam, A. V. C. DXXXVI. P. Corn. Scipione, T. Semp. Longo Coſſ. auctor eſt Liu. L. XXI. p. 191. et epitomator eius in fine L. XX. *Cremone.* H.

r. *Brixia*) *Breſſe*, Cenomanorum gentis caput Brixia appellatur a Liuio, L. XXXII. p. 392. Et apud Ptol. l. c. Κενομάνων Βριξία. Coloniam vocat inſcriptio vetus apud Cluuer. L. I. Ital. Ant. p. 252. H.

s. *Ateſte*) Nunc voce deminuta, *Eſte*. H.

t. *Acelum*) Ptolem. Ἄκελον, non Ἄκεδον. Hodie *Azolo*, ſupra Taruiſium. H.

u. *Patauium*) *Padoue*. Ὀπιτέργιον deinde Ptolem. L. III. c. 1. in mediterraneis Venetorum oppidis, nunc *Oderzo*, in Marchia Taruiſana. Βέλγνον quoque ibidem, *Beluna*. Vicetia, *Vicenze*, inter Veronam et Patauium. H.

x. *Sola reliqua*) Ex iis vrbibus quas Tuſci trans Padum

netos Troiana y. ſtirpe ortos, auctor eſt Cato: Cenomanos z. iuxta Maſſiliam habitaſſe a. in b. Volcis. c. Fertini [1], et Tridentini d., et e. Berunenſes [2], Rhaetica oppida: Rhaetorum et Euganeorum Verona f., Iulienſes g. Carnorum. Dein quos ſcru-

 puloſe

1. *Feletrini. Vet.* 2. *Beruenſes. V. ſic Ch. niſi quod perpetuo u, b. ſcribit et econtra vt ſupra. Sauo pro Sabo. ſic hic Berbenſes, pro Beruenſes. Bernenſes Gr. et Al.*

dum condiderunt, cum rerum tota fere Italia potirentur. Idcirco Virg. Aen. L. X. *Mantua dines auis* dicitur et *Tuſco* ei *de ſanguine vires.* H.

y. *Troiana ſtirpe*) Antenore duce, ſi Liuio credimus, initio L. I. H.

z. *Cenomanos*) Cenomannorum in Gallia Togata oppida ſunt, Bergamum, Mantua, Tridentum: vt Inſubrum, Nouaria, Mediolanum, Comum, Ticinum: Lybicorum, Vercellae, Dertona: Taurinum Taurinorum Ptolemaeo. *Dal.*

a. *Habitaſſe in Volſcis*) Procul a vero id abeſt. *Dalec.*

b. *In Volcis*) Vtraque Rhodani ripam Volci quondam tenuere. Auctor Liuius L. XXI. p. 197. Finibus ſuis egreſſos e Gallia Cenomanos, cum Bellouefo, Ambigati Biturigum et totius Celticae regis nepote, docet Liu. L. V. p. 98. vbi Cenomanos Aulercos vocat. Conſedere ii porro apud Volcas primum: mox per Taurinos ſaltus in Italiam prorupere, Brixiamque, Veronam, Cremonam, et Mantuam conſtruxere. Vide P. Aegid. Laccary, L. II. de Col. Gallor. c. 6. p. 94. H.

c. *Fertini*) Ita libri omnes. Haud dubie pro *Feltrini* vt habet Caſſiodorus. Antonino quoque *Feltria*, in Rhaetia oppidi nomen eſt, a Tridento, M. P. LIV. nunc *Feltre*, ſupra Taruiſium. H.

d. *Tridentini*) Tridentum *Trente*, ad amnem Atheſim. H.

e. *Berunenſes*) In MSS. vbique *Beruenſes.* Hodie *Belluno*, ſupra Feltriam, vt quidem videtur. H.

f. *Verona*) *Verone*, quam Atheſis hodie mediam ſecat. Cenomanis a Ptolem. adſcribitur. H.

g. *Iulienſes*) Quorum Ἰούλιον Κάρνικον Ptolem. L. II. c. 14. Exſtare huius veſtigia aiunt circa Tilauempti amnis initia. H.

pulose dicere non attineat, h. Alutrenses [1], Asseriates, i. Flamonienses [2] Vanienses, et alii cognomine Culici: Foroiulienses k. cognomine Transpadani, Foretani, l. Nedinates [3], Quarqueni, Taurisani m., Togienses, Varbari [4]. In hoc situ interiere per oram Iramine, Pellaon, Palsatium [5]: ex Venetis Atina, et Caelina: Carnis, Segeste, et Ocra Tauriscis Noreia. Et ab Aquileia ad duodecimum lapidem, deletum oppidum etiam inuito Senatu, a Claudio [6] Marcello, L. Piso auctor est. In hac regione et n. XI. [7] lacus inclyti sunt, amnesque eorum

1. *Sic ex MSS. Hard. conf. M. Alutraenses. Gr. Alutrienses. Al.* 2. *Flamonienses, Vannienses. Gr. et Al.* 3. *Sic et Vet. Vedinates. Gr. et Al.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Cb. Varuani Gr. et Al.* 5. *sic ex MSS. em. H. consent. Cb. Palsicium. Gr. et Al.* 6. *sic ex MSS. em. Hard. A M. Claud M. Gr. et Al.* 7. *sic etiam. Vet. M. Cb X. Gr. et Al.*

h. *Alutrenses*) Deinceps Alphabeti ordine populi recensentur: in mediterraneo regionis decimae omnes positi. Ita MSS. omnes. Caue porro hos putes ab Aluona, de qua s. 25. cognominatos, aut ab Aloo oppido, de quo Stephan. verbo Φλάνων, cum id in ora sit positum: in mediterraneo, Alutrenses. H.

i. *Flamonienses, Vannienses, et alii cognomine Culici*) Scribo commutatis verbis ex Pliniana loquendi consuetudine, *Flamonienses cognomine Vanienses, et alii Culici.* Argumento sunt praeter alia, verba quae sequuntur, *Foroiulienses cognomine Transpadani.* Sic non dabitur occasio lectoribus putandi interruptum esse ordinem alphabeti. *Pintian.*

*Flamonienses*) Non a Flanona, de qua s. 25. quae vrbs litoralis est, sed a Flamonia, quae nunc *Flagogna*, haud procul ripa Tilavempti amnis. H.

k. *Foroiulienses*) *Frioul* Transpadani cognomen his fuit, quod et alii Foroiulienses Cispadani erant in Vmbria, de quibus s. 19. H.

l. *Nedinates*) Ita MSS. non *Venidates*: atque ita sane series ipsa elementorum exigit. H.

m. *Taurisani*) Vel Tarvisani: oppidum Tarusium, *Treuise.* H.

n. *Et XI.*) Ita MSS. Hoc est,

rum partus aut alumni: si modo acceptos [1] reddunt, vt Adduam o. Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus, Ollium Sebinus p., Lambrum Eupilis, omnes incolas Padi. q. Alpes in longitudinem r. $\overline{X}$. [2] pass. patere a supero mari ad inferum, Caelius tradit: Timagenes XXII. M. pass. deductis [3]: in latitudinem autem Cornelius Nepos C. M. T. Livius tria s. M. stadiorum: vterque diuersis in locis. Nam et centum millia excedunt aliquando, vbi Germaniam ab Italia submouent: nec LXX. M. explent reliqua sui parte graciles, veluti Naturae prouidentia. Latitudo Italiae, subter radices earum a Varo, per vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam [4], [5] Opitergium,



1. *Sic ex MSS. H. conf. Vet. M. Ch. exceptos. Gr. et Al.* 2. *X. M. pass. V. Ch. X. Gr. et Al.* 3. *deductis. In latitudinem autem Cornelius Nepos col. M. Tol. et Salm.* 4. *Vincentiam. V.* 5. *Opitergium, Aquileiam, Tergeste, Polam. G.*

est, et in vndecima regione: nam Ticinum, non decimae, sed praecedentis vndecimae regionis amnis est. H.

o. *Adduam Larius*) Apud Strabonem sub finem lib. IV. perperam legitur, Aquam, e Verbano, Ticinum ex Lario profluere, siue interpretis culpa, siue librariorum errore ac negligentia. *Dal.*

*Vt Adduam etc.*) Larius lacus *Lago di Como*. Verbanus, *Lago Maggiore*, Benacus, *Lago di Guarda*. Sebinus, ab oppido Seuo, siue Sebo, *Lago di Seo*, mox *d' Iseo* appellatus. Eupilis denique, *Lago di Pusiano*. H.

p. *Sebinus*) Nunc lacus Issei, in Brixiano tractu. Eum fluuius Ollius e superioribus locis natus ingreditur, ac ex eo sese profert. *Dal.*

q. *Incolas Padi*) In Padum denique confluere ait eos amnes. H.

r. *X. pass.*) Hoc est, decies centena millia pass Siquidem denarii notam, superducta linea, signare decies, atque in huiuscemodi, centena millia semper intelligi, saepius ante admonuimus. H.

gium, Arſiam, t. DCCLXV. [1] millia paſſuum colligit [2].

XXIV. (XX.) Incolae Alpium multi populi, ſed illuſtres a Pola ad Tergeſtis regionem u. Secuſſes [3], Subocrini, Catali [4], Monocaleni [5]: iuxtaque Carnos quondam Tauruſci appellati, nunc Norici. x. His contermini Rhaeti y. et Vindelici, omnes in multas ciuitates diuiſi. Rhaetos z. Thuſcorum prolem arbitrantur, a Gallis pulſos duce Rhaeto. Verſo a. deinde Italiam [6] pectore Alpium, Latini iuris Euga-

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* DCCXIII. *Tol. et Salm.* DCCXLV. *Ch.* DCCII. *Gr. et Al.* 2. *agit. Tol. Salm.* 3. *Fecuſſes. Ch.* 4. *ſic ex MSS. Hard. Catili, Gr. et Al.* 5. *Menocaleni. Gr.* 6. *in Italiam. V.*

s. *Tria millia ſtad.*) Hoc eſt CCCLXXV. M. P. H.

t. *DCC XLV. millia*) Ducto itinere paulo longiore per diuerticula oppidorum. H.

u. *Secuſſes*) In MSS. *Fecues.* Subocrini, ab Ocra fortaſſis oppido vetere cognominati, de quo ſect. ſup. Catali (Sic enim MSS. habent Reg. Colb. etc. non Catili) in veteri inſcriptione laudantur, Tergeſtae reperta, quam Gruterus recitat, p. 408. H.

x. *Norici*) De his dicetur, ſ. 27. H.

y. *Rhaeti et Vindelici*) De his M. Velſer. rer. Aug. lib. I. *Dalec.*

*Rhaeti*) Rhaeti hodie, *les Griſons*, et *le Comté de Tirol.* Vindelici a Brigantino lacu ad Aenum amnem, qua in Danubium influit, tenuere, vbi nunc Ducatus Bauariae, circumiectique agri. H.

z. *Rhaetos Tuſcorum*) Id quoque Iuſtinus prodit, L. XX. c. 5. p. 181. *Tuſci quoque duce Rhaeto, auitis ſedibus amiſſis, Alpes occupauere; et ex ducis nomine gentes Rhaetorum condiderunt.* H.

a. *Verſo deinde*) Qua deinde verſus Italiam ſpectant Alpium iuga, ibi Latii iure donatae Euganeae gentes. Ab Euganeis Veronam eſſe conditam, ſup. ſect. vidimus. Verum caput Euganearum gentium fuiſſe videtur oppidum nobile, quod adhuc retuſtum retinet nomen, *Lagano*, ad lacum cognominem; *Lago di Lugano*: inter lacum Verbanum, *Lago Maggiore*; et lacum Larium; *Lago di Como.* H.

Euganeae gentes, quarum oppida XXXIV. enumerat Cato. Ex iis b. Triumpilini, venalis cum agris ſuis populus: Dein Camuni c., compluresque ſimiles finitimis attributi municipiis. Lepontios d., et Salaſſos e., Tauriſcae [1] gentis idem Cato arbitratur. Ceteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione f. Graeci nominis credunt, praeuſtis [2] in g. tranſitu Alpium niue membris: eiusdem h. exercitus [3] et Graios fuiſſe, Graiarum Alpium



*1. Sic ex MSS. em. Hard. Tauricae Gr. et Al. 2. ſic ex MSS. em. Hard. peruſtis in tranſitu Alpium membris. Eiusdem exercitus. M. Chiff. praeuſtis intra ſinus A. n. m. Eiusdem et Graios fuiſſe, poſitos in tranſitu Graiarum etc. Gr. et Al. 3. exerc. d. ap. Gr.*

b. *Triumpilini)* Quorum ager nunc *Troppia* dicitur. Cluu. L. III. Ital. c. 24. Vallis eſt, quam Mela amnis per XXV. mill. paſſ. ſecat, huius fauces ab vrbe Brixia, V. M. P. diſtant. De his in Trophaeo inferius. H.

c. *Camuni)* Καμῦνοι Straboni, L. IV. p. 206. quos cum Lepontiis copulat. Vallis eſt Rhaetici iuris, quae a priſcis cultoribus retinuit nomen, *Val Camonica*, ſupra Seuinum lacum. Ita Honor. Bouche, L. III. c. 1. p. 100. De his rurſum inferius. Καμύνων Dioni, L. LIV. p. 534. H.

d. *Lepontios)* Hi valles eas tenuere quae ſunt circa Verbanum lacum, *Lago Maggiore:* inter quas *Val d' Oſula*, et ea quam Ticinus ſecat amnis: incolis *Val Leventina*, quaſi Lepontina dicta. Ita Honor. Bouche, p. 102. H.

e. *Salaſſos)* Quorum regio nunc *Valle d' Oſta:* oppidum Auguſta Praetoria, vt diximus, ſ. 21. H.

f. *Interpretatione)* A Graeca voce λείπω, *linquo:* quod ii relicti ibi ex comitatu ſeu exercitu Herculis forent, Lepontii appellati. H.

g. *In tranſitu Alpium)* Locum hunc ad exemplarium MSS. Reg. Colb. Chiffl. et Pariſ. fidem accurate reſinximus. H.

h. *Eiuſdem et Graios fuiſſe poſitos in tranſitu Graiarum Alpium)* Adde dictionem *exercitus*, et deme verbum, *poſitos*, ex vtroque exemplari: vt legendum ſit, *Eiuſdem exercitus et Graios fuiſſe in tranſitu Graiarum Alpium.* *Pintianus.*

incolas, praeſtantesque genere Euganeos, inde i. tracto nomine. Caput eorum Stonos k.: Rhaetorum l. Vennonetes [1], Saruneteſque m., ortus Rheni amnis accolunt: Lepontiorum, qui Viberi vocantur, fontem Rhodani, eodem Alpium tractu. Sunt praeterea Latio donati incolae, vt Octodurenſes n., et finitimi o. Centrones [2], Cottianae p. ciuitates: Caturiges q., et r. ex Caturigibus orti Vagienni Ligures,

1. *Vennonenſes.* Ch. 2. *Ceatrones.* Gr. et Al.

i. *Inde tracto)* Quaſi εὐγένειον, vel εὐγενεῖς ob generis praeſtantiam dicerentur. H.

k. *Stonos)* Liu. in Epit. L. LXII. Q. *Marcius Conſul Stonos gentem Alpinam expugnavit.* Apud Grut. p. 298. ex Faſtis: DE. LIGVRIBVS. STOENEIS. Fuiſſe ii videntur in agro Tridentino prope fontes Cluſii amnis. Stephanus: Στᾶνος πόλις Λιγύων. H.

l. *Vennonetes Saruneteſque)* Rhenanus putat legendum: *Vennonetes Rutenteſque.* Sunt enim Vennonetes qui et Veneti, lacus Veneti accolae, nempe partis lacus Conſtantienſis. *Dalec.*

m. *Saruneteſque)* Ita libri omnes. At rectius forte Suaneres, de quibus mox iterum in Trophaeo: nam et Ptol. L. II. c. 12. in Rhaetia Suanitas agnoſcit: et Οὐέννωνας, qui Vennonetes a Plinio appellantur. H.

n. *Octodurenſes)* In Notit. Prou. Ciuitas Valenſium Octodurus: nunc *Martignac en Valais.* Agri circumiacentis incolae, *les Vaudois.* H.

o. *Centrones)* Κέντρωνες Ptolemaeo, in Graiis Alpibus, L. III. c. 1. In Notit. Gall. Ciuitas Centronum Tarantaſia, *Tarantaiſe.* H.

p. *Cottianae)* Cottii regis imperio ſubiectae: a quo et Alpes Cottiae nomen ſortitae, hodie *le Mont Cenis.* H.

q. *Caturiges)* Caturigum in Graiis Alpibus caput eſt Ebrodunum, *Embrun.* Ptolem. L. III. c 1. aliisque. Haud procul Ebroduno vicus eſt *Chorges*, qui haud obſcura quidem priſci nominis veſtigia retinet. Vide Nic. Chorier, L. I. p. 12. et Honor. Bouche L. III. c. 2. p. 117. H.

r. *Et ex Caturigibus)* In MSS. et vetuſtis editt. pro *Caturigibus, et ex Caturigibus orti.* legitur tantum, et (vt opinor) verius, *Etiri e Liguribus orti.* Deinde, *Vagienni,*

gures, et qui Montani [1] vocantur: Capillatorumque plura genera ad confinium Ligustici maris. Non alienum videtur, hoc loco subiicere inscriptionem e trophaeo s. Alpium, quae talis est: IMPERATORI CAESARI DIVI FIL. AVG. PONTIFICI MAXIMO, IMP. XIIII. [2] TRBIVNITIAE POTESTATIS. S. P. Q. R. QVOD EIVS DVCTV AVSPICIISQVE GENTES ALPINAE OMNES, QVAE A MARI SVPERO AD INFERVM PERTINEBANT, SVB IMPERIVM POP. ROM. SVNT REDACTAE [3]. GENTES ALPINAE DEVICTAE: TRIVMPILINI [t.], CAMVNI [4], VENOSTES, VEN-

ZZ 5

1. *Quidam legunt Appuani, ab oppido Appua, hodie Pontremolo.*
2. *Sic ex MSS. em. Hard.* XVIII. *Tol. Salm. Imp.* XIII. *Tribunitiae potestatis* XVIII. *V.* XIII. *Trib. potest S. P. Q. R.* XVII. *Gr. et Al.* 3. *redactae et gentes. Ch.*
4. *sic ex MSS. Hard. Camuci, Vennestes, Vennonetes. Ch. Camuni, Vennonetes, Gr. et Al.*

*gienni*, *Ligures* etc. De Vagiennis, et Capillatis Liguribus, diximus f. 7. de Montanis, Sil. L. VIII. *Tum pernix Ligur, et sparsi per saxa Vagenni.* H.

s. *Trophaeo Alpium)* Trophaeum id fuisse prope Augustam Praetoriam Salassorum arbitratus, deceptus est. Reliquiae eius trophaei visuntur prope oppidum Monigo in Liguribus, exstante adhuc columma cochleata, qua et speculae, et arcis loco vtuntur. Incolae vocant Torbia, quasi Trophaea. *Dal.*

*E Trophaeo)* Differt ab ipso trophaeo Arcus triumphalis, qui est Segusione, sive Suzae in Pedemontio et alia ibi inscriptio est, cuius haec tantum verba erui potuerunt ab oculato teste, anno 1671. IMP. CAESARI, AVGVSTO, DIVI. F. PONTIFICI MAXIMO TRIBVNIC. POTESTATIS XV. IMP. XIIII. . . . . Hanc Plinianam oportet fuisse in Comitatu Nicaeensi, in pago Torbia, prope Nicaeam. Describit eam Gruterus, vsque ad ea verba, *Gentes Alpinae*, p. 226. 7. sed ex editione Dalecampii. Addidit enim Tribuniciae potestatis annum XVII. quem nulli MSS. codices, nullae ante Dalecampium editiones habent. H.

t. *Triumpilini)* De Triumpilinorum Camunorum, Vennonetumque situ paulo ante diximus. Venostes vallem tenue-

VENNONETES, ISARCI u., x. BREVNI [1], y. GENAVNES. [2], FOCVNATES z.: VINDELICORVM a. GENTES QVATVOR, CONSVANETES, RVCINATES [3], LICATES, CATENATES, b. AMBISVNTES [4], RVGVSCI, SVANETES c., d. CALVCONES [5], BRIXENTES, LEPON-

1. *Brigantii, Straboni. Briancon.* 2. *conf. Ch. Naunes Gr. et Al.* 3. *conf. Ch. Virucinates Gr. et Al.* 4. *Ambiſones. Ch. Abiſontes Gr. et Al.* 5. *Allucones. Ch.*

tenuere, quae nunc *Val Venoſca*, in qua Atheſis amnis oritur. H.

u. *Iſarci)* Hodie *Val de Sarra*, vel *de Sarcha*, prope *Val Camonica* ſeu Camunos, et Ollium amnem: Rhaeticae ditionis. Vide Honor. Bouche, L. III. c. 1. p. 100. H.

x. *Breuni)* Horum meminit Tranquillus in Tib. c. 9. Βρεουνοὶ Ptolemaeo, L. II. c. 13. in Vindelicis. Hodie *Val Breunia*, vel *Bregna*, ad fontem Ticini amnis, prope vallem Lepontinam. Ita Honor. Bouche l. c. ſecutus Ioh. Georg. Septaplam, in Tab. Duc. Mediol. H.

y. *Genaunes)* Ita MSS. omnes: in editis diminuta perperam voce, *Naunes*. De his et de Breunis pariter Horat. L. IV. Od. 14. *Druſus Genaunos, implacidum genus, Breunoſque veloces, et arces Alpibus impoſitas tremendis Deiecit acer*, etc. Forte *Val Anagnia*, inter lacum Comenſem, Atheſimque flumen prope Tridentum. Ita ex Lazio Honor. Bouche, p. 101. H

z. *Focunates)* Sunt qui putent eſſe *Foſſigni*, prope Lemannum lacum, in Poeninis Alpibus: quibus vix aſſentior: mirum enim videtur, a Rhaeticis Alpibus ad Poeninas temere Plinium ac ſubito ſubſilire. H.

a. *Vindelicorum, etc.)* Et in Vindelicia Κονσουάνται et Ῥαυικάται, pro Ῥακικάται; et Λικατίες Ptol. agnoſcit, L. II. c. 13. Κλαυτινατίες, (qui Plinio Catenates, forte pro Clatenates) Strabo. L. IV. p. 206, Licates Licum amnem accoluere, primario oppido Δαμασία, teſte Strabone, l. c. quod poſtea Auguſta Vindelicorum, *Augſpourg*, Honor. Bouche, l. c. Ceterorum ſitus incompertus. H.

b. *Ambiſontes)* Ita MSS. Ἀμβισόντιοι Ptolemaeo, L. II. c. 14. in Norico. Rugusci, eidem Ptol. L. II. c. 12. Ῥαγέσκαι in Rhaetia: vbi libri vulgati, perperam Ῥηγέσκαι exhibent. H.

c. *Suanetes)* Forte qui Sarunetes proxime ante dicti,

PONTII, VIBERI, NAVTVATES, SEDVNI e., VERAGRI, SALASSI [1], ACITAVONES, MEDVLLI f., g. VCENI [2], CATVRIGES gg., BRIGIANI h., SOGIONTII, i. BRODIONTII [3], NEMALONI k., EDENATES l., ESVBIA-

1. *Salassi, Ceutrones. Ch. Salass. Gr.* 2. *Veneni, vt supra cap. 5.* 3. *Ebroduntii Gr. et Al.*

ĉti, Rheni fontium accolae. H.

d. *Calucones)* Ptol. L. II. c. 12. Καλήκωνες inter Brixantas et Suanetas. Brixentum oppidum supra Tridentum est, in Comitatu Tiroli, hodieque *Brixen.* De Lepontinorum Viberorumque situ paulo ante hac sect. diximus. Quibus Caesarem addimus, scribentem L. III. belli Gall. Rhenum oriri ex Lepontiis, et longo spatio per fines Nantuantium et Heluetiorum, citatum ferri. Et hi quoque Ναντεάται Straboni, L. IV. p. 192. qui eos Rheni fontium accolas facit. H.

e. *Seduni)* Oppidum hodie *Sion*, regionis totius caput, quam vocant *le Vallais.* Veragri, vbi nunc *le Chablais*, pars Delphinatus. De Salassis diximus superius. H.

f. *Medulli)* Medulli, vel Miolani Ligurum, supra Savonam prope Maluesin. *Dal.*

*Medulli) La Maurienne*, vt egregie probat Hon. Bouche, p. 103. Pars Sabaudiae est. H.

g. *Veneni) Le Bourg d' Oysans*, in parte Gratianopolitani agri quam vocant le *Graisivaudan.* H.

gg. *Caturiges) Embrun*, vt diximus. H.

h. *Brigiani)* Vel Brigantii, vt quidem reor, a Brigantio Delphinatus oppido, *Briançon:* in Alpibus maritimis, vt et Caturiges positi. Pro *Sogiantii*, vetustae editiones habent *Sontiontii.* H.

i. *Brodiontii)* Sic MSS. habent, non Ebroduntii, qui iidem sunt atque Caturiges, vt diximus, s. 5. vbi Bodionticorum caput Diniam esse vidimus. At ibi vetustae editiones *Bodientios* habent. H.

k. *Nemaloni)* Forte *Miolans*, pagus haud procul Ebroduno positus, in ditione Sabaudiae, Honor. Bouche, p. 104. H.

l. *Edenates)* *Edemnates* appellantur in vetustis editt. In dioecesi Ebrodunensi vrbem Sedenam, *la ville de Seyne*, hos olim tenuisse, idem auctor probat l. c. Esubianos vero, p. 105. prope amnem *d' Hubaye*, in confinio Sabaudiae, Prouinciaeque, in valle cui nomen, *Vallée de Barcelone.* Veaminos in dioecesi,

SVBIANI, VEAMINI, GALLITAE, TRIVLATTI, ECTINI, VERGVNNI, EGVITVRI, NEMENTVRI, ORATELLI, NERVSI m., VELAVNI, SVETRI. Non sunt adiectae Cottianae ciuitates n. XII.[1] quae non o. fuerunt hostiles: p. item[2] attributae municipiis lege q. Pompeia. Haec est Italia diis sacra, hae gentes eius, haec oppida populorum. Super haec Italia, quae L. Aemilio r. Paulo[3], C. Attilio Regulo Consuli-

1. XV. *Ch.* 2. *sed. V.* 3. *Papo. Iustus Lipſ. de milit. Ro. lib. I. dial.* 3. *p.* 13

cesi Sanitiensi', *Senez:* item Triulattos, ad pagum *Alloz:* Ectinos in Glandeuensi: in Sanitiensi rursum, Vergunnos, in pago *Vergons.* In Glandeuensi iterum, oppido *Guillaumes*, Eguituros: item Oratellos, vbi nunc *le Puget de Theniers:* denique Velaunos, vbi nunc pagus *Bueil*, cui Bellio vetus nomen fuit. H.

m. *Nerusi*) Ptolem. L. III. c. 13. Νεμσσίων πόλις Οὐίντιον, hodie *Vence:* cui proximum est oppidum alterum, S. Pauli cognomine, *S. Paul de Vence.* De Suetris egimus s. 5. H.

n. *Ciuitates XII.*) Ciuitatum nomine caue oppida intelligas, quae hodierno vsu ciuitatis appellatione censentur: Sed communitates quasdam, quae pagos multos continerent. Ita Caesar, L. I. *Omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa* est. Has ciuitates recte coniicit Hon. Bouche, L. III. p. 110. esse populos, qui valles has Alpium tenuerunt, quibus haec hodie nomina: *Val de Grana, Val de Vraite, Val de Gilde, Val d' Isase, Val de Pau, Val d' Angrogne, Val de Pragelas et de Luserne, Val de Perouse, Val de Suze, Val de Lans, Val de Melon, et Val de Pont.* H.

o. *Non fuerunt hostiles*) Quoniam qui has Alpes tenebat Rex Cottius, in amicitiam Octauiani receptus est Principis, inquit Ammianus, L. XV. p. 52. *Octauii* debuit dicere. H.

p. *Item attributae*) Nec sunt ei adiectae, inquit, eae quae sunt municipiis attributae, vt eo ius perirent, siue vt eorum foro ac iurisdictioni parerent. H.

q. *Lege Pompeia*) A Cn. Pomp. Sex. Cn. Nanno V. C. 664. hoc est 88. ante Seruatorem Christum perlata, vti putat Car. Sigon. de ant. iur. Ital. lib. III. cap. 2. *Dal.*

r. *Aemilio Paulo*) In Fastis

fulibus nuntiato Gallico s. tumultu, ſola ſine externis vllis auxiliis, atque etiam tunc ſine transpadanis, equitum LXXX. M. peditum DCC. M. armavit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id vetere conſulto patrum, Italiae parci iubentium.

XXV. (XXI. *.) Arſiaet. gens Liburnorum iungitur, vſque ad flumen Titium. Pars eius fuere Mentores u., Hymani x., Encheleae y., z. Buni [1], et quos Callimachus Peucetias appellat; nunc totum vno a. nomine Illyricum vocatur generatim, populo-

1. *Budini. Cb. Dudini. Gr. et Al.*

ſtis legitur *Papo*. Sed reclamant Pliniani libri omnes, tum manu exarati, et in his etiam noſter, tum typis editi. Conſulatum geſſiſſe ponuntur in A. V. C. DXXIX. H.

s. *Gallico tumultu*) Bello Gallico Ciſalpino, de quo vide Florum, L. II. c. 4. H.

*. *Illyricum*) De hoc quantum ad veteres res Romanas facit Sigon. de ant. iur. proulib. I. c. 7. et Onuph. Panvin. Imp. Rom pag. 77. et Pancirol. ſuper notit. Orient. cap. 23. et nonnulla quoque M. Velſer. rer. Auguſt. circa principium. *Dalec.* v. Indic. Librr. L. II.

t. *Arſiae*) Amni; de quo ſ. 23. De Liburniae initio ac fine ſubſcribit Flor. L. II. c. 5. *Illyrii*, inquit, *ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arſiam Titiumque flumen longiſſime per totum Adriani maris litus effuſi.* Hunc tractum hodie vocant *la Morlaquie*. H.

u. *Mentores*) Μέντορες Stephano. H.

x. *Hymani*) Vide Not. et Em. N. LXXIX. (hic adi,) *Hymani*) Ita libri omnes. An potius tamen *Iſmeni* legendum? Nam ſupra Venetos et Iſtros, Scymnus Chius, p. 16. Mentores locat et Iſmenos: Ἐνετῶν ἔχονται Θρᾷκες Ἰσσοὶ λεγόμενοι, Τραπεζοῦντες τέτας Ἰσμενοι καὶ Μέντορες. H.

y. *Encheleae*) Ἐγχελέαι Stephano: Scylaci, p. 9. Ἐγχελεῖς, inter Naronem et Drilonem amnes, qui diei vnius nauigatione inuicem diſtant. H.

z. *Buni*) Ita MSS. omnes, Reg. Colb. etc. non *Dudini*. H.

a. *Vno nomine Illyricum vocatur*) Bernardo Iuſtino, Dalma-

pulorum pauca effatu digna, aut b. facilia [1] nomina. Conuentum Scardonitanum c. petunt Iapydes d., et Liburnorum ciuitates XIV. [2] e quibus Lacinienſes, e. Stlupinos [3], Burniſtas. f. Olbonenſes

1. *Foelicia. V.* 2. XXIV. *Ch.* 3. *Stulpinos Gr. et Al.*

Dalmatae Iſtri accolae Liburniam occupatam Dalmatiam vocarunt, ſecundum littus Adriatici maris a Polo vſque Catarum. Montana imminentia, Croatia ſunt. Eius vicini Illyrici, hodie Sclaui et Boſnenſes, olim Triballi: vltra quos Albani, olim Epirotae, a Drino fluuio vſque Dyrrachium, et poſt eos Raſciani, Flauio Vopiſco, et Capitolino in vita Conſtantii primi et ſecundi, Galerii Maximini, Iuliani, Claudii ſecundi: Illyricum continet quicquid eſt a Flanatico ſinu vſque ad Peloponneſum et Iſtriam, Macedoniam, Epirum, Pannoniam, Dalmatiam. *Dal.*

b. *Aut facilia*) Effatu ſcilicet. H.

c. *Scardonitanum*) Ab oppido Scardona, de quo ſect. ſq. H.

d. *Iapydes*) Iapidiam cum Venetorum regione et Iſtria confuſam eſſe tradunt recentiores Geographi Bernardus tamen Iuſtinus libro. III. hiſtoriae Venetae ſcribit, Soncium fluuium Carſos montes, quos olim Iapidiam vocarunt, ab Alpibus diuidere. Straboni Iapidum oppida ſunt Metullum, Arupe, Manetium, Vendum. *Dal.*

e. *Stlupinos*) Non *Stulpinos*, Ptol. L. II. c. 17. Στλεπῖνοι in oppidis Liburnorum mediterraneis: item Βέγερα, a quo Burniſtae apud Plinium. H.

f. *Olbonenſes*) Vel Olbianenſes, ab Olbia Illyridis vrbe, apud Steph. Vide Not. et Em. N. LXXX. (hic poſ.) *Olbonenſes*) Ita MSS. omnes Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Parm. ed. Barbarus *Albonenſes* poſuit, ab Aluona Ptolemaei, L. II. c. 17. de qua cum mox locuturus ſit Plinius, qui eam Aluonam vocat, et litoralem recte cum Ptolemaeo facit: ſint autem hi Olbonenſes in mediterraneo poſiti: aut a vetere lectione minime recedendum arbitrati ſumus: aut Olbonenſes ab Olbia Stephani reponi poſſe: aut denique, quod cuipiam forte probabitur, *Arbonenſes*: nam eidem Stephano Ἄρβων πόλις Ἰλλυρίας dicitur. H.

fes [1] nominare non pigeat. Ius g. Italicum habent eo conuentu Alutae h., Flanates i., a quibus sinus nominatur: Lopsi, k. Varuarini [2], immunesque Assesiates: et ex insulis l. Fertinates [3], Curictae. Ceterum per oram oppida a m. Nesactio, Aluona, Flanona [4], Tarsatica, Senia, Lopsica, Ortopula, Vegium, Argyruntum, Corinium, Aenona [5], ciuitas

1. *Albonenses. Gr. et Al.* 2. *Varubarini. Gr. et Al.* 3. *Furtinates. Fulfinates. Ch. Fulfinates. Gr. et Al.* 4. *sic ex MSS. Hard. Flauona. Gr. et Al.* 5. *Ae..na ciuitas, Pausinus flumen, Tedanium, quo finitur Iapidia, Gr. et Al.*

g. *Ius Italicum*) De quo dicemus in Not et Em. N. III. H. (v. supra p. 500. l. c.)

h. *Alutae*) Ab Aluo, siue Aloo, quo de oppido Artemidorus apud Steph. verbo Φλάνων. Μετὰ δὲ τὴν Ἄλωον λιμὴν ἐξὶ Φλάνων καὶ πόλις καὶ πᾶς ὁ κόλπος ἔτος Φλανωνικὸς καλεῖται. Plinio mox Aluona. H.

i. *Flanates*) A quibus sinus Flanaticus, nunc *Golfo Canario*, et *Carnero*. Nomen habent a Flanona: vt Lopsi, a Lopsica, de quibus oppidis mox dicetur. H.

k. *Varuarini*) Non *Varubarini:* ab oppido Liburnorum mediterraneo Οὐαρσαρία, Ptol. L. II. c. 17. vti et Ἀσισία, vnde Plinio Assesiates mox appellati. H.

l. *Fertinates, Curictae*) Κυρεκτὰ insula Prolemaeo, L. II. c. 17. Straboni, L. VII. p. 315. Κυρακτικὴ nunc *Vegia*. Vide Not. et Em. N. LXXXI. (hic pos.) *Ex insulis, Fertinates, Curictae*) Constans haec librorum omnium lectio est, tum vero etiam Parm. edit. aliarumque ante Hermolaum, qui *Fulfinates* reposuit, quoniam vnius insulae Curictae oppida duo appellat Ptolemaeus, L. II. c. 17. Φελφίνιον et Κάρικον. At non vnam modo signari a Plinio insulam, sed plures, tum ipse hoc loco prodit, cum ait *ex insulis*, tum paulo post, iterum repetens, *Insulae eius sinus, praeter supra significatas*. H.

m. *A Nesactio*) De quo sect. 23. in ostio fluminis Arsiae, vnde Liburnia incipit. Ἄλωνα et Φλανώνα, apud Ptol. L. II. c. 17. hodie retinent nomen, *Albona* et *Flanona*. Apud Grut. p. 108. FLANONA. Sequuntur apud Ptol. Ταρσατικὰ, Σένια, Λοψικὰ, Ὄρτοπολα, Οὐεγία, Ἀργυρέτον, Κορίνιον, Αἰνῶ-

tas n. Paſini: Flumen o. Tedanium [1], quo finitur Iapydia. Inſulae eius p. ſinus cum oppidis, praeter ſupra ſignificatas q., Abſyrtium, Arba r., [2] Crexa, Giſſa, Portunata. Rurſus s. in continente colonia Iadera t., quae a Pola CLX. M. paſſ. abeſt: inde triginta M. Colentum u. inſul.. XVIII, oſtium x. Titii [3] fluminis.

XXVI. (XXII.) Liburniae finis, et initium Dalmatiae Scardona y., in amne [4] eo, XII. M. paſſ. a mari.

*1. Telanium. V. 2. ſic ex MSS. Hard. conſ. M. et V. Arba, Tragurium, Iſſa, Pharos, Paros ante: Crexa. Gr. et Al. 3. Titi legendum videtur ex Ptolemaeo, qui ad finem lib. II. fluuium hunc Titium appellat, non Titium. 4. Lego fine.*

Αἰνῶνα, Terſatica nunc *Fiume*: Senia, *Segna*, *Lopſico*, *Ortopola*, *Veza*, etc. H.

n. *Cuitas Paſini)* Sic MSS. omnes. Cur porro ita cognominetur Aenona incompertum. Hodie *Nona* vocatur. H.

o. *Tedanium)* Τηδάνιος Ptol. l. c. Hodie *Zermagna*. H.

p. *Eius ſinus)* Flanatici. H.

q. *Significatas)* Fertinam et Curictam. H.

r. *Arba)* Ἄρβα oppidi nomen eſt in inſula Scordona apud Ptolem. contra Liburnos. Crexa Κρέψα eidem, hodie *Cherſo*. Portunata non alterius inſulae nomen eſſe videtur, ſed Giſſae epitheton, tuti opportunique portus ratione magis quam re alia inſignis, ac cognitae: Giſſa vero ipſa nunc *Pago* vocatur. H.

s. *Rurſus in continente colonia Iadera)* Noſtra Exemp. et hic et cap. ſeq. *Iader* ſcribunt: non *Iadera* et veram hanc eſſe lectionem, ipſe nos Plinius docet capite huius lib. I. vltimo: *Contra Iader*, inquit, *eſt Liſſa*. Ptolemaeus et Pomponius *Iadera* proferunt, ſed vitio (vt reor) exemplarium. *Pintian.*

t. *Iadera)* Nunc *Zara Vecchia*. Nummus Domitiani apud Golzium, COL. AVGVSTA IADERA. Et apud Ptol. Ἰάδερα κολωνία. H.

u. *Colentum)* Κόλεντον inſulae Scardonae oppidum Ptolem. dicitur, L. II. c. 17. H.

x. *Titii fluminis)* Τίτιος ποταμός Ptol. l. c. Nunc *Kerka* Scardonam praeterluit. H.

*Scardona in amne eo)* Is

mari. Dein [1] Tariotarum z. antiqua regio, et caſtellum Tariona: promontorium a. Diomedis; vel, vt alii, peninſula Hyllis b., circuitu c. M. paſſ. Tragurium c. ciuium Romanorum, marmore notum: Sicum, in quem locum Diuus Claudius veteranos miſit. Salona d. colonia, ab Iadera [2] CXII. M. paſſ. Petunt in eam iura [3] deſcripti in e. decurias f. CCCLXXXII. [4] Dalmatae [5] XXII. [6] Decuni g. CCXXXIX. [7] Ditio-

1. *Deottariotarum antiqua regio. M.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch.* CCXXII. *Gr. et Al.* 3. *iura, iuribus deſcriptis M. Ch.* 4. *ſic ex MSS. em. H. conſ. Tol. Salm.* CCCLXXII. *Gr. et Al.* 5. *Delmatae. Tol.* 6. XXVI. *Ch.* 7. CCCLXIX. *Deditiones. Ch.*

In Titii fluminis ripa: nunc rudera, teſte Ioh. Lucio, L. I. c. 4. *Scardona*, Σκαρδῶνα Ptol. L. II. c. 17. H.

z. *Tariotarum)* Quos Αὐταριάτας, Strabo, L. VII. p. 316. aliique appellant, vt quidem videtur. H.

a. *Promontorium)* Nunc *Cabo di S. Nicolo.* H.

b. *Hyllis)* Ab Hyllo Herculis F. a quo Hylles gens haec Illyrica Stephano. Χερσόνησος Ὑλλική, Scymno Chio, p. 17. H.

c. *Tragurium)* *Trau.* Sicum *Sebenigo*, vt quidem ab omnibus creditur. At *Sebenigo* citra Tragurium ad Iſtriam, non vt Sicum a Plinio ſtatuitur, vltra id ſitum eſt: quapropter diligentius de eo videndum: num transpoſitus Sici ſitus, auctoris an librarii hallucinatione. H.

d. *Salona)* Nunc exciſa: ex eius [illegible] latum Spa-

latum. Vetus inſcriptio apud Gruter. p. 23. COL. MARTIA. IVLIA. SALONA. Et Ptolem. Σαλῶναι κολωνία. H.

e. *In decurias)* Salonitano, inquit, diſceptant foro populi mox appellandi: ibique habent iudicum decurias omnino CCCLXXXII. In MSS. *Petunt in eam iura, iuribus deſcriptis in decurias.* De iudicum decuriis perſaepe Cicero, aliique: ac Plinius ipſe inprimis, L. XXXIII. ſ. 7. H.

f. CCCLXXXII.) Ita MSS. Tol. et Salmant. At Reg. et Colb. CCCXLII. H.

g. *Decuni)* MSS. Reg. et Colb. *Decuri.* Forte Derrii, de quibus in hoc tractu Ptol. L. II. c. 17. Δερρέοι, et mox Διτίωνες: item Μάζαιοι, gens Dalmatica etiam Dioni cognita, L. LV. p. 570. Tum Σαρδιᾶται ap. eumdem Ptol. H.

Ditiones LXIX. Mazaei LII. Sardiates. In hoc tractu sunt, Burnum h., i. Andetrium [1]. Tribulium k., nobilitata kk. Populi Rom. praeliis castella. Petunt et ex insulis, Issaei l., Colentini, Separi, Epetini. Ab his castella, Piguntiae m., Rataneum n.: Narona o. colonia tertii p. conuentus, a [2] Salona LXXII.

M.

*1. Burnum, Mandetrium, Gr. et Al.* *2. sic ex MSS. Hard.* LXXII. *Gr. et Al.*

h. *Burnum)* Castellum Dalmatiae, a Liburniae oppido cognomine: de quo sup. sectione, vt apparet, diuersum. H.

i. *Andetrium)* Ἀνδέτριον. Vide Not. et Em. N. LXXXII. (hic pos.) *Burnum, Andetrium)* Hactenus in libris vulgatis, *Burnum, Mandetrium.* At Ptolem. L. II. c. 17. est Ἀνδέκριον, pro Ἀνδέτριον, inter mediterraneas Dalmatiae ciuitates. Dioni, L. LVI. p. 579. Ἀνδήριον, pro Ἀνδήτριον, Φρούριον ἐπ' αὐτῇ τῇ Σαλώνῃ, castellum Salonis adiacens Strabo, L. VII. p. 315. Ἀνδήτριον ἐρυμνὸν χωρίον, castellum prope munitum: vti nunc quoque et Venetae ditionis: vulgo *Cliſſa.* Vetus inscriptio allata a Sponio p 79 ITEM VIAM. GVBINIANAM. AB, SALONIS ANDETRIVM. APERVIT. ET MVNIT. H.

k. *Tribulium)* MSS. *Triburium.* H

kk. *Nobilitata P. R. proeliis)* Tiberio, et Germanico, illuc ab Augusto missis. Vide Dionem, L. LVI. p. 579. H.

l. *Issaei)* Issaei, ab Issa, de qua s. 30. Colentini, a Colento, de qua sup. sect. Ἐπέτιον vrbs est litoralis Dalmatiae, prope *Salonas,* ap. Ptol. L. II. c. 17. quam forte interdum circumfluus maris aestus ambiret, insulamque faceret. H.

m. *Piguntiae)* Πηγέντιον inter oppida Dalmatiae iuxta litus posita, apud Ptol. l. c. Nunc *Almiza.* H.

n. *Rataneum)* Ῥαίτινον τῆς Δαλματίας πόλιν, appellat Dio, L. LVI. p. 578. Hodie *Mucariſca.* H.

o. *Narona colonia)* Notavimus supra et docuimus in Pomponium legendum, *Naro*, bisyllabum. *Pintian.*

*Narona)* Ptol. L. II. c. 17. Ναρβονὰ pro Ναρώνα κολωνία. Nummus Titi, apud Goltzium, COL. NARONA. Hodie *Narenta.* H.

p. *Tertii conuentus)* Tergeminus in Dalmatia Liburniaque conuentus fuit, seu Iudiciarium forum: Scardonitanus

M. paſſ. appoſita q. cognominis [1] ſui fluuio, a mari xx. M. paſſ. M. [2] Varro LXXXIX. ciuitates eo ventitaſſe auctor eſt. Nunc ſoli prope noſcuntur Cerauni r. decuriis XXIV. Daorizi XVII. Daeſitiates [3] CIII. [4] Docleatae XXXIII. Deretini XIV. Deremiſtae [5] XXX. Dindari s. XXXIII. Glinditiones XLIV. t. Melcomani [6] XXIV. Nareſii CII. Scirtari u. LXXII. Siculotae x. XXIV. populatoresque quondam Italiae Vardaei, non amplius quam XX. decuriis. Praeter hos tenuere tractum eum y. Ozuaei [7], Partheni, Hemaſi-

Aaa 2

1. *cognomini ſibi.* 2. *M. in M. et V. del.* 3. *Deſitiates Gr. et Al.* 4. CVIII. *Ch.* 5. *Dereniſtae. V.* 6. *ſic ex MSS. H. Melcomani* XXV. *Gr. et Al.* 7. *conf. Ch. Oenei Gr. et Al.*

tanus, Salonitanus, et is in quo nunc verſamur, Naronitanus. H.

q. *Cognominis ſui)* Ita libri omnes. Rectius, *cognomini ſibi*, vel *nominis ſui*. Naronem amnem intelligit, Νάρωνα Ptolemaeus vocat, hodie *Narenza*. H.

r. *Cerauni* etc.) Κεραύνιον Ptol. L. II. c. 17. Δαόριζοι deinde Straboni, L. VII. p. 315. Δαισιδιᾶται apud eumdem, p. 314. qui Δυσιδιᾶται, vt arbitror, Dioni, L. LV. p. 568. Docleatae, ab vrbe Δοκλέα, in mediterraneo Dalmatiae, apud Ptol. quae adhuc in ruinis nomen ſeruat teſte Holſt p. 32. Incolae Ptolem. Δοκλεᾶται. H.

s. *Dindari)* Δινδαρίοι Ptol. l. c. H.

t. *Melcomanni)* Μελκομένιοι. Ptol. Vide Not. et Em. N. LXXXIII. (paul. poſt.) Mox Nareſii, qui Ptolem. l. c. Ναρήνσιοι. *Melcomani)* Ex hoc Plinii loco Ptolemaeum emendamus, apud quem Dalmatiae populi ſic recenſentur, L. II. c. 17. Ἐντὸς δὲ τῆς Δαλματίας Δαέρσιοι, ὑπὲρ ἓς μὲν Κομένιοι. *Interiora Dalmatiae tenent Daurſii:* (quos Daorizos Plin. et Strabo vocant) *Supra quos Comenii:* Legimus enim ὑπὲρ ἓς Μελκομένιοι, *Melcomeni.* H.

u. *Scirtari)* Forte *Seretii:* nam Σερέτιον in hoc tractu agnoſcit Dio, L. LVI. p. 579. Vel ſunt ii potius, quos Σκιρτωνας appellat Ptol. l. c. H.

x. *Siculotae)* Σικελῶται Ptol. l. c. et Οὐάρδιοι, quos Ἀρδιαίους appellat Strabo, L. VII. p. 315. contra inſulam Pharon: Vardeos, Epitome Liuii, L. LVI. H.

y. *Ozuaei)* Gentes eas iam

mafini, Arthitae, Armiſtae [1]. A Narone amne C M. paſſ. abeſt Epidaurum [2]. colonia [2]. Ab Epidauro ſunt oppida [3] ciuium Rom. Rhizinium a., Aſcrivium b., c. Butua [4], Olchinium d., quod antea Colchinium dictum eſt, a Colchis conditum: amnis Drilo e., ſuperque eum oppidum ciuium Romanorum f. Scodra [5], a mari XVII. M. paſſ. Praeterea multorum Graeciae oppidorum deficiens memoria, nec non et ciuitatum validarum. Eo namque tractu

1. *Areniſtae. Ch.* 2. *Colonia, ab Epidauro ſunt oppida, etc. Ch.* 3. *Butuanum. Ch.* 4. *ſic ex MSS. H. Ch. Epidauro ſunt d. ap. Gr. Al.* 5. *Scordra, Gr.*

iam tum aeuo ſuo defeciſſe innuit. Vide Not. et Em. N. LXXXIV. (hic adi.) *Ozuaei)* Ita libri omnes tum MSS. tum editi ante Hermolaum, qui *Oenei* ſiue *Onei* ex Ptol. repoſuit, ab Oneo vrbe inter Pignentium et Naronem amnem. Verum *Ozuaei* retinemus: ſiquidem non tunc exſtantia oppida, quale fuiſſe Oneum ſatis conſtare poteſt, cum mentionem eius fecerit Ptolemaeus, qui Plinio eſt aliquanto recentior: ſed gentes quae defeciſſent, procul dubio nunc recenſentur. H.

2. *Epidaurum)* Nunc *Raguſi vecchio:* cui Raguſa noua ſucceſſit. Ἐπίδαυρος, Ptolem. L. II. c. 17. Vetus inſcriptio apud Goltz. COL. EPIDAVRVM. LEG. IX. H.

a. *Rhizinium)* Straboni, L. VII. p. 314. et Stephano Ῥίζων, Ptol. Ῥίζινον. Hodie *Riſine*, in intimo receſſu Rhizonici ſinus, *Golfo di Cataro.* Oppidani, Rhizonitae, Liu. L. XLV. p. 580. H.

b. *Aſcriuium)* Ἄσκριον Ptol. l. c. Hodie *Cataro.* H.

c. *Butua)* Stephano, Βεθόη, Scylaci quoque p. 9. Ptolemaeo, Βελέα, pro Βετέα. Nunc *Budoa.* H.

d. *Olchinium)* Οὐλκίνιον Ptolemaeo, l. c. Nunc *Dulcigno*, in confinio Dalmatiae, Albaniaeque. Incolae Liuio Olciniatae, L. XLV. p. 580. H.

e. *Drilo)* Δρεῖλων Ptol. L. II. c. 17. nunc *Drino*, et *Lo Drin.* H.

f. *Scodera)* Ptolomaeo l. c. Σκόδρα. Nunc *Scutari*, in Albania, qua contingit Dalmatiam: non Driloni, ſed ſuper Drilonem alteri amni appoſitum. De Scodra, Liu. L. XLIII. p. 556. H.

Etu fuere g. Labeatae [1], Enderoduni h., Saſſaei, Grabaei i., proprieque dicti Illyrii k., et Taulantii l., et Pyraei m. Retinet [2] nomen in ora Nymphaeum n. promontorium: Liſſum o. oppidum ciuium Romanorum ab Epidauro c. M. paſſuum. (XXIII. p.) A Liſſo Macedoniae pp. prouincia: gentes q. Partheni [3], et a tergo eorum r. Daſſaretae [4]. Mon-



1. *Labeatae, Effaenae, Enderuni, etc. Ch.* 2. *haec duo vocab. retin. nom. ſuppoſititia videntur. V.* 3. *Parthini.* 4. *Diſſaretae. V.*

g. *Labeatae*) Labeatum genti Gentium Regem imperitaſſe auctor eſt Liu. L. XLIII. p. 555. et idem Labeatidem terram vocat, L. XLIV. p. 564. Idem Gentius Liſſi regnabat, vt ex Polybio, in Exc. liquet, c. 96. quo de oppido mox dicemus. H.

h. *Enderoduni*) Ἔνδηρον Ptol. L. II. c. 17. inter mediterranea Dalmatiae oppida: nunc *Endero*, in Albania, qua Seruiam ſpectat. H.

i. *Grabaei*) Forte Γαλάβριοι, de quibus Strabo, L. VII. p. 316. H.

k. *Illyrii*) Inter Naronem et Drinum. H.

l. *Taulantii*) De Taulantiis Illyrica gente Stephanus: Macedoniae a Ptolemaeo adſcribitur, L. III. c. 13. atque eorum oppida fuiſſe Dyrrachium, Apolloniamque ſcribit. Sic etiam Thucyd. L. I. p. 17. H.

m. *Pyraei*) De Pyraeis, Pompon. L. II. c. 3. *Tum Pyraei et Liburni, et Iſtria.* H.

n. *Nymphaeum*) Nunc *Cabo di Redeni.* H.

o. *Liſſum*) Λισσὸς Ptolemaeo, L. II. c. 17. Ab Anna Comnena, L. XII. Alexiad oppidulum dicitur in edito colle ſitum, vnde proſpectus vſque Dyrrachium, pateat. H.

p. *Macedonia*) De qua Sigon. de ant. iur. prou. lib. I. cap. 8. Onuph. Panuin. Imp. Rom. p. 775. etc. *Dal.* v. Ind. LL.

pp. *Macedoniae*) Nunc Albania dicitur haec regio, Macedoniae prouinciae a Ptolemaeo quoque attributa, L. III. c. 13. H.

q. *Partheni*) Παρθινὲς vocat Dio, L. XLI. p. 176. Parthenos Liuius, L. XXXIII. p. 400. Dyrrachio vicini hi fuere. Stephano quoque Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική. τὸ ἔθνικον, Παρθηνός. H.

r. *Daſſaretae*) Δασσαρήτιοι Ptolem. L. III. c. 13. et Liuio,

pulorum pauca effatu digna, aut b. facilia [1] nomina. Conuentum Scardonitanum c. petunt Iapydes d., et Liburnorum ciuitates XIV. [2] e quibus Lacinienſes, e. Stlupinos [3], Burniſtas. f. Olbonenſes

1. *Foelicia. V.* 2. XXIV. *Ch.* 3. *Stulpinos Gr. et Al.*

Dalmatae Iſtri accolae Liburniam occupatam Dalmatiam vocarunt, ſecundum littus Adriatici maris a Polo vſque Catarum. Montana imminentia, Croatia ſunt. Eius vicini Illyrici, hodie Sclaui et Boſnenſes, olim Triballi: vltra quos Albani, olim Epirotae, a Drino fluuio vſque Dyrrachium, et poſt eos Raſciani, Flauio Vopiſco, et Capitolino in vita Conſtantii primi et ſecundi, Galerii Maximini, Iuliani, Claudii ſecundi: Illyricum continet quicquid eſt a Flanatico ſinu vſque ad Peloponneſum et Iſtriam, Macedoniam, Epirum, Pannoniam, Dalmatiam. *Dal.*

b. *Aut facilia*) Effatu ſcilicet. H.

c. *Scardonitanum*) Ab oppido Scardona, de quo ſect. ſq. H.

d. *Iapydes*) Iapidiam cum Venetorum regione et Iſtria confuſam eſſe tradunt recentiores Geographi Bernardus tamen Iuſtinus libro. III. hiſtoriae Venetae ſcribit, Soncium fluuium Carſos montes, quos olim Iapidiam vocarunt, ab Alpibus diuidere. Straboni Iapidum oppida ſunt Metullum, Arupe, Manetium, Vendum. *Dal.*

e. *Stlupinos*) Non *Stulpinos*, Ptol. L. II. c. 17. Στλεπι in oppidis Liburnorum mediterraneis: item Βεγνες, a quo Burniſtae apud Plinium. H.

f. *Olbonenſes*) Vel Olbianenſes, ab Olbia Illyridis vrbe, apud Steph. Vide Not. et Em. N. LXXX. (hic poſ.) *Olbonenſes*) Ita MSS. omnes Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Parm. ed. Barbarus *Albonenſes* repoſuit, ab Aluona Ptolemaei, L. II. c. 17. de qua cum mox locuturus ſit Plinius, qui eam Aluonam vocat, et litoralem recte cum Ptolemaeo facit: ſint autem hi Olbonenſes in mediterraneo poſiti: aut a vetere lectione minime recedendum arbitrati ſumus: aut Olbonenſes ab Olbia Stephani reponi poſſe: aut denique, quod cuipiam forte probabitur, *Arbonenſes*: nam eidem Stephano Ἄρβων πόλις Ἰλλυρίας dicitur. H.

fes [1] nominare non pigeat. Ius g. Italicum habent eo conuentu Alutae h., Flanates i., a quibus sinus nominatur: Lopsi, k. Varuarini [2], immunesque Assesiates: et ex insulis l. Fertinates [3], Curictae. Ceterum per oram oppida a m. Nesactio, Aluona, Flanona [4], Tarsatica, Senia, Lopsica, Ortopula, Vegium, Argyruntum, Corinium, Aenona [5], ciuitas

1. *Albonenses. Gr. et Al.* 2. *Varubarini. Gr. et Al.* 3. *Furtinates. Fulsinates. Ch. Fulsinates. Gr. et Al.* 4. *sic ex MSS. Hard. Flauona. Gr. et Al.* 5. *Ae..ona civitas, Pausinus flumen, Tedanium, quo finitur Iapidia, Gr. et Al.*

g. *Ius Italicum*) De quo dicemus in Not et Em. N. III. H. (v. supra p. 500. l. c.)

h. *Alutae*) Ab Aluo, siue Aloo, quo de oppido Artemidorus apud Steph. verbo Φλάνων. Μετὰ δὲ τὴν Ἄλωον λιμὴν ἐξὶ Φλάνων καὶ πόλις καὶ πᾶς ὁ κόλπος ἔτος Φλανωνικὸς καλεῖται. Plinio mox Aluona. H.

i. *Flanates*) A quibus sinus Flanaticus, nunc *Golfo Canario*, et *Carnero*. Nomen habent a Flanona: vt Lopsi, a Lopsica, de quibus oppidis mox dicetur. H.

k. *Varuarini*) Non *Varubarini*: ab oppido Liburnorum mediterraneo Οὐαρδαρία, Ptol. L. II. c. 17. vti et Ἄσισία, vnde Plinio Assesiates mox appellati. H.

l. *Fertinates, Curictae*) Κυρεκτὰ insula Ptolemaeo, L. II. c. 17. Straboni, L. VII. p. 315. Κυρακτικὴ nunc *Vegia*. Vide Not. et Em. N. LXXXI. (hic pos.) *Ex insulis, Fertinates, Curictae*) Constans haec librorum omnium lectio est, tum vero etiam Parm. edit. aliarumque ante Hermolaum, qui *Fulfinates* reposuit, quoniam vnius insulae Curictae oppida duo appellat Ptolemaeus, L. II. c. 17. Φελφίνιον et Κάρικον. At non vnam modo signari a Plinio insulam, sed plures, tum ipse hoc loco prodit, cum ait *ex insulis*, tum paulo post, iterum repetens, *Insulae eius sinus, praeter supra significatas*. H.

m. *A Nesactio*) De quo sect. 23. in ostio fluminis Arsiae, vnde Liburnia incipit. Ἄλωνα et Φλανώνα, apud Ptol. L. II. c. 17. hodie retinent nomen, *Albona* et *Flanona*. Apud Grut. p. 108. FLANONA. Sequuntur apud Ptol. Ταρσατίκα, Σένια, Λοψίκα, Ὄρτοπολα, Οὐεγία, Ἀργυρέτον, Κορίνιον, Αἰνῶ-

tas n. Paſini: Flumen o. Tedanium [1], quo finitur Iapydia. Inſulae eius p. ſinus cum oppidis, praeter ſupra ſignificatas q., Abſyrtium, Arba r., [2] Crexa, Giſſa, Portunata. Rurſus s. in continente colonia Iadera t., quae a Pola CLX. M. paſſ. abeſt: inde triginta M. Colentum u. inſul.. XVIII, oſtium x. Titii [3] fluminis.

XXVI. (XXII.) Liburniae finis, et initium Dalmatiae Scardona y., in amne [4] eo, XII. M. paſſ. a mari.

1. *Telanium. V.* 2. *ſic ex MSS. Hard. conſ. M. et V. Arba, Tragurium, Iſſa, Pharos, Paros ante: Crexa. Gr. et Al.* 3. *Titi legendum videtur ex Ptolemaeo, qui ad finem lib. II. fluuium hunc Titium appellat, non Titium.* 4. *Lego fine.*

Αἰνῶνα, Terſatica nunc *Fiume*; Senia, *Segna*, *Lopſico*, *Ortopola*, *Veza*, etc. H.

n. *Ciuitas Paſini)* Sic MSS. omnes. Cur porro ita cognominetur Aenona incompertum. Hodie *Nona* vocatur. H.

o. *Tedanium)* Τηδάνιος Ptol. l. c. Hodie *Zermagna*. H.

p. *Eius ſinus)* Flanatici. H.

q. *Significatas)* Fertinam et Curictam. H.

r. *Arba)* Ἄρβα oppidi nomen eſt in inſula Scordona apud Ptolem. contra Liburnos. Crexa Κρέψα eidem, hodie *Cherſo*. Portunata non alterius inſulae nomen eſſe videtur, ſed Giſſae epitheton, tuti opportunique portus ratione magis quam re alia inſignis, ac cognitae: Giſſa vero ipſa nunc *Pago* vocatur. H.

s. *Rurſus in continente colonia Iadera)* Noſtra Exemp. et hic et cap. ſeq. *Iader* ſcribunt: non *Iadera*, et veram hanc eſſe lectionem, ipſe nos Plinius docet capite huius lib. I. vltimo: *Contra Iader*, inquit, *eſt Liſſa*. Ptolemaeus et Pomponius *Iadera* proferunt, ſed vitio (vt reor) exemplarium. *Pintian.*

t. *Iadera)* Nunc *Zara Vecchia*. Nummus Domitiani apud Golzium, COL. AVGVSTA IADERA. Et apud Ptol. Ἰάδερα κολωνία. H.

u. *Colentum)* Κόλλεττον inſulae Scardonae oppidum Ptolem. dicitur, L. II. c. 17. H.

x. *Titii fluminis)* Τίτος ποταμὸς Ptol. l. c Nunc *Karka* Scardonam praeterluit. H.

y. *Scardona in amne eo)* In

mari. Dein [1] Tariotarum z. antiqua regio, et caſtellum Tariona: promontorium a. Diomedis; vel, vt alii, peninſula Hyllis b., circuitu c. M. paſſ. Tragurium c. ciuium Romanorum, marmore notum: Sicum, in quem locum Diuus Claudius veteranos miſit. Salona d. colonia, ab Iadera [2] CXII. M. paſſ. Petunt in eam iura [3] deſcripti in e. decurias f. CCCLXXXII. [4] Dalmatae [5] XXII. [6] Decuni g. CCXXIX. [7] Ditio-

1. *Deotariotārum antiqua regio. M.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch.* CCXXII. *Gr. et Al.* 3. *iura, iuribus deſcriptis M. Ch.* 4. *ſic ex MSS. em. H. conſ. Tol. Salm.* CCCLXXII. *Gr. et Al.* 5. *Delmatae. Tol.* 6. XXVI. *Ch.* 7. CCCLXIX. *Deditiones. Ch.*

In Titii fluminis ripa: nunc rudera, reſte Ioh. Lucio, L. I. c. 4. *Scardona*, Σκαρδῶνα Ptol. L. II. c. 17. H.

z. *Tariotarum)* Quos Αὐταριάτας, Strabo, L. VII. p. 316. aliique appellant, vt quidem videtur. H.

a. *Promontorium)* Nunc *Cabo di S. Nicolo.* H.

b. *Hyllis)* Ab Hyllo Herculis F. a quo Hylles gens haec Illyrica Stephano. Χερσόνησος Ὑλλική, Scymno Chio, p. 17. H.

c. *Tragurium)* *Trau.* Sicum *Sebenigo*, vt quidem ab omnibus creditur. At *Sebenigo* citra Tragurium ad Iſtriam, non vt Sicum a Plinio ſtatuitur, vltra id ſitum eſt: quapropter diligentius de eo videndum: num transpoſitus Sici ſitus, auctoris an librarii hallucinatione. H.

d. *Salona)* Nunc exciſa: ex eius ruinis excitatum Spalatum. Vetus inſcriptio apud Gruter. p. 23. COL. MARTIA. IVLIA. SALONA. Et Ptolem. Σαλῶναι κολωνία. H.

e. *In decurias)* Salonitano, inquit, diſceptant foro populi mox appellandi: ibique habent iudicum decurias omnino CCCLXXXII. In MSS. *Petunt in eam iura, iuribus deſcriptis in decurias.* De iudicum decuriis perſaepe Cicero, aliique: ac Plinius ipſe inprimis, L. XXXIII. f. 7. H.

f. CCCLXXXII.) Ita MSS. Tol. et Salmant. At Reg. et Colb. CCCXLII. H.

g. *Decuni)* MSS. Reg. et Colb. *Decuri.* Forte Derrii, de quibus in hoc tractu Ptol. L. II. c. 17. Δερρέοι, et mox Δίτιωνες: item Μάζαιοι, gens Dalmatica etiam Dioni cognita, L. LV. p. 570. Tum Σαρδιῶται ap. eumdem Ptol. H.

Ditiones LXIX. Mazaei LII. Sardiates. In hoc tractu sunt, Burnum h., i. Andetrium [1]. Tribulium k., nobilitata kk. Populi Rom. praeliis castella. Petunt et ex insulis, Issaei l., Colentini, Separi, Epetini. Ab his castella, Piguntiae m., Rataneum n.: Narona o. colonia tertii p. conuentus, a [2] Salona LXXII.

M.

*1. Burnum, Mandetrium, Gr. et Al. 2. sic ex MSS. Hard.* LXXII. *Gr. et Al.*

h. *Burnum)* Castellum Dalmatiae, a Liburniae oppido cognomine: de quo sup. sectione, vt apparet, diuersum. H.

i. *Andetrium)* Ἀνδέτριον. Vide Not. et Em. N. LXXXII. (hic pos.) *Burnum, Andetrium)* Hactenus in libris vulgatis, *Burnum, Mandetrium.* At Ptolem. L. II. c. 17. est Ἀνδέκριον, pro Ἀνδέτριον, inter mediterraneas Dalmatiae ciuitates. Dioni, L. LVI. p. 579. Ἀνδήριον, pro Ἀνδήτριον, Φρούριον ἐπ' αὐτῇ τῇ Σαλώνῃ, castellum Salonis adiacens Strabo, L. VII. p. 315. Ἀνδήτριον ἐρυμνὸν χωρίον, castellum prope munitum: vti nunc quoque et Venetae ditionis: vulgo *Clissa.* Vetus inscriptio allata a Sponio p 79 ITEM VIAM. GVBINIANAM. AB, SALONIS ANDETRIVM. APERVIT. ET MVNIT. H.

k. *Tribulium)* MSS. *Triburium.* H

kk. *Nobilitata P. R. proeliis)* Tiberio, et Germanico, illuc ab Augusto missis. Vide Dionem, L. LVI. p. 579. H.

l. *Issaei)* Issaei, ab Issa, de qua s. 30. Colentini, a Colento, de qua sup. sect. Ἐπέτιον vrbs est litoralis Dalmatiae, prope Salonas, ap. Ptol. L. II. c. 17. quam forte interdum circumfluus maris aestus ambiret, insulamque faceret. H.

m. *Piguntiae)* Πηγέντιον inter oppida Dalmatiae iuxta litus posita, apud Ptol. l. c. Nunc *Almiza.* H.

n. *Rataneum)* Ῥαίτινον τῆς Δαλματίας πόλιν, appellat Dio, L. LVI. p. 578. Hodie *Mucarisca.* H.

o. *Narona colonia)* Notavimus supra et docuimus in Pomponium legendum, *Naro*, bisyllabum. *Pintian.*

*Narona)* Ptol. L. II. c. 17. Ναρβονὰ pro Ναρώνα κολωνία. Nummus Titi, apud Goltzium, COL. NARONA. Hodie *Narenta.* H.

p. *Tertii conuentus)* Tergeminus in Dalmatia Liburniaque conuentus fuit, seu Iudiciarium forum: Scardonitanus

M. paſſ. appoſita q. cognominis [1] ſui fluuio, a mari xx. M. paſſ. M. [2] Varro LXXXIX. ciuitates eo ventitaſſe auctor eſt. Nunc ſoli prope noſcuntur Cerauni r. decuriis XXIV. Daorizi XVII. Daeſitiates [3] CIII. [4] Docleatae XXXIII. Deretini XIV. Deremiſtae [5] XXX. Dindari s. XXXIII. Glinditiones XLIV. t. Melcomani [6] XXIV. Nareſii CII. Scirtari u. LXXII. Siculotae x. XXIV. populatoresque quondam Italiae Vardaei, non amplius quam XX. decuriis. Praeter hos tenuere tractum eum y. Ozuaei [7], Partheni, Hemaſi-

Aaa 2

1. *cognomini ſibi.* 2. *M. in M. et V. del.* 3. *Deſitiates Gr. et Al.* 4. CVIII. *Ch.* 5. *Dereniſtae. V.* 6. *ſic ex MSS. H. Melcomani* XXV. *Gr. et Al.* 7. *conf. Ch. Oenei Gr. et Al.*

tanus, Salonitanus, et is in quo nunc verſamur, Naronitanus. H.

q. *Cognominis ſui)* Ita libri omnes. Rectius, *cognomini ſibi*, vel *nominis ſui.* Naronem amnem intelligit, Νάρωνα Ptolemaeus vocat, hodie *Narenſa.* H.

r. *Cerauni* etc.) Κεραύνιον Ptol. L. II. c. 17. Δαόριζοι deinde Straboni, L. VII. p. 315. Δαισιδιᾶται apud eumdem, p. 314. qui Δυσιδιᾶται, vt arbitror, Dioni, L. LV. p. 568. Docleatae, ab vrbe Δοκλέα, in mediterraneo Dalmatiae, apud Ptol. quae adhuc in ruinis nomen ſeruat teſte Holſt p. 32. Incolae Ptolem. Δοκλεᾶται. H.

s. *Dindari)* Δινδαρίοι Ptol. l. c. H.

t. *Melcomanni)* Μελκομένιοι. Ptol. Vide Not. et Em. N. LXXXIII. (paul. poſt.) Mox Nareſii, qui Ptolem. l. c. Ναρήνσιοι. *Melcomani)* Ex hoc Plinii loco Ptolemaeum emendamus, apud quem Dalmatiae populi ſic recenſentur, L. II. c. 17. Ἐντὸς δὲ τῆς Δαλματίας Δαέρσιοι, ὑπὲρ ἓς μὲν Κομένιοι. *Interiora Dalmatiae tenent Daurſii:* (quos Daorizos Plin. et Strabo vocant) *Supra quos Comenii:* Legimus enim ὑπὲρ ἓς Μελκομένιοι, *Melcomeni.* H.

u. *Scirtari)* Forte *Seretii:* nam Σερέτιον in hoc tractu agnoſcit Dio, L. LVI. p. 579. Vel ſunt ii potius, quos Σκιρτωνας appellat Ptol. l. c. H.

x. *Siculotae)* Σικελῶται Ptol. l. c. et Οὐάρδιοι, quos Ἀρδιαίους appellat Strabo, L. VII. p. 315. contra inſulam Pharon: Vardeos, Epitome Liuii, L. LVI. H.

y. *Ozuaei)* Gentes eas iam

masini, Arthitae, Armistae [1]. A Narone amne C M. pass. abest Epidaurum [2]. colonia [2]. Ab Epidauro sunt oppida [3] ciuium Rom. Rhizinium a., Ascrivium b., c. Butua [4], Olchinium d., quod antea Colchinium dictum est, a Colchis conditum: amnis Drilo e., superque eum oppidum ciuium Romanorum f. Scodra [5], a mari XVII. M. pass. Praeterea multorum Graeciae oppidorum deficiens memoria, nec non et ciuitatum validarum. Eo namque tractu

1. *Areniſtae. Ch.* 2. *Colonia, ab Epidauro ſunt oppida, etc. Ch.* 3. *Butuanum. Ch.* 4. *ſic ex MSS. H. Ch. Epidauro ſunt d. ap. Gr. Al.* 5. *Scordra, Gr.*

iam tum aeuo ſuo defeciſſe innuit. Vide Not. et Em. N. LXXXIV. (hic adi.) *Ozuaei)* Ita libri omnes tum MSS. tum editi ante Hermolaum, qui *Oenei* ſiue *Onei* ex Ptol. repoſuit, ab Oneo vrbe inter Pignentium et Naronem amnem. Verum *Ozuaei* retinemus: ſiquidem non tunc exſtantia oppida, quale fuiſſe Oneum ſatis conſtare poteſt, cum mentionem eius fecerit Ptolemaeus, qui Plinio eſt aliquanto recentior: ſed gentes quae defeciſſent, procul dubio nunc recenſentur. H.

2. *Epidaurum)* Nunc *Raguſi vecchio:* cui Raguſa noua ſucceſſit. Ἐπίδαυρος, Ptolem. L. II. c. 17. Vetus inſcriptio apud Goltz. COL. EPIDAVRVM. LEG. IX. H.

a. *Rhizinium)* Straboni, L. VII. p. 314. et Stephano Ῥίζων, Ptol. Ῥίζινον. Hodie *Riſine*, in intimo receſſu Rhizonici ſinus, *Golfo di Cataro.* Oppidani, Rhizonitae, Liu. L. XLV. p. 580. H.

b. *Aſcriuium)* Ἄσκριον Ptol. l. c. Hodie *Cataro.* H.

c. *Butua)* Stephano, Βυθόη, Scylaci quoque p. 9. Ptolemaeo, Βυλλία, pro Βυτία. Nunc *Budoa.* H.

d. *Olchinium)* Οὐλκίνιον Ptolemaeo, l. c. Nunc *Dulcigno*, in confinio Dalmatiae, Albaniaeque. Incolae Liuio Olciniatae, L. XLV. p. 580. H.

e. *Drilo)* Δρεῖλων Ptol. L. II. c. 17. nunc *Drino*, et *Lo Drin.* H.

f. *Scodera)* Ptolomaeo l. c. Σκόδρα. Nunc *Scutari*, in Albania, qua contingit Dalmatiam: non Driloni, ſed ſuper Drilonem alteri amni appoſitum. De Scodra, Liu. L. XLIII. p. 556. H.

Etu fuere g. Labeatae [1], Enderoduni h., Saſſaei, Grabaei i., proprieque dicti Illyrii k., et Taulantii l., et Pyraei m. Retinet [2] nomen in ora Nymphaeum n. promontorium: Liſſum o. oppidum ciuium Romanorum ab Epidauro c. M. paſſuum. (XXIII. p.) A Liſſo Macedoniae pp. prouincia: gentes q. Partheni [3], et a tergo eorum r. Daſſaretae [4]. Montes



1. *Labeatae, Eſſaenae, Enderuni, etc. Ch.* 2. *haec duo vocab. retin. nom. ſuppoſititia videntur. V.* 3. *Parthini. V.* 4. *Diſſaretae. V.*

g. *Labeatae*) Labeatum genti Gentium Regem imperitaſſe auctor eſt Liu. L. XLIII. p. 555. et idem Labeatidem terram vocat, L. XLIV. p. 564. Idem Gentius Liſſi regnabat, vt ex Polybio, in Exc. liquet, c. 96. quo de oppido mox dicemus. H.

h. *Enderoduni*) Ἔνδηρον Ptol. L. II. c. 17. inter mediterranea Dalmatiae oppida: nunc *Endero*, in Albania, qua Seruiam ſpectat. H.

i. *Grabaei*) Forte Γαλάβριοι, de quibus Strabo, L. VII. p. 316. H.

k. *Illyrii*) Inter Naronem et Drinum. H.

l. *Taulantii*) De Taulantiis Illyrica gente Stephanus: Macedoniae a Ptolemaeo adſcribitur, L. III. c. 13. atque eorum oppida fuiſſe Dyrrachium, Apolloniamque ſcribit. Sic etiam Thucyd. L. I. p. 17. H.

m. *Pyraei*) De Pyraeis, Pompon. L. II. c. 3. *Tum Pyraei et Liburni, et Iſtria.* H.

n. *Nymphaeum*) Nunc *Cabo di Redeni.* H.

o. *Liſſum*) Λισσὸς Ptolemaeo, L. II. c. 17. Ab Anna Comnena, L. XII. Alexiad oppidulum dicitur in edito colle ſitum, vnde proſpectus vſque Dyrrachium, pateat. H.

p. *Macedonia*) De qua Sigon. de ant. iur. prou. lib. I. cap. 8. Onuph. Panuin. Imp. Rom. p. 775. etc. *Dal.* v. Ind. LL.

pp. *Macedoniae*) Nunc Albania dicitur haec regio, Macedoniae prouinciae a Ptolemaeo quoque attributa, L. III. c. 13. H.

q. *Partheni*) Παρθινές vocat Dio, L. XLI. p. 176. Parthenos Liuius, L. XXXIII. p. 400. Dyrrachio vicini hi fuere. Stephano quoque Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική. τὸ ἔθνικον, Παρθηνός. H.

r. *Daſſaretae*) Δασσαρήτιοι Ptolem. L. III. c. 13. et Liuio,

tes s. Candauiae a Dyrrachio LXXVIII.[1] M. paſſ. In ora [2] vero Denda t. ciuium Romanorum, Epidamnum u. colonia, propter inauſpicatum nomen a Romanis Dyrrachium appellata: flumen Aous x. a quibusdam y. Aeas nominatum: Apollonia, quondam

*1. Sic ex MSS. H.* LXXVIIII. *Gr. et Al.* *2. in ora ciuium Rom. Epidamnum. Pint.*

Liuio, L. XXVII. p. 312. Regio ipſa Δασσαρῆτις, Polyb. L. V. p. 621. Horum oppidum Lychnidus, Ptol. Vnde apud Marcellin. Com. Lychnidenſis Epiſcopus Illyrici laudatur: hodie *Locrida*, in Albania. H.

s. *Montes Candauiae*) Deſerta Candauiae Seneca vocat epiſtola 31. lib. IV.

*Candauiae*) De his Strabo, L. VII. p. 323. Apud Ptol. l. c. ΚΑΝΔΑΟΤΙΩΝ ὀρέων mentio, pro ΚΑΝΔΑΟΥΙΩΝ. Hi Albaniam a Macedonia proprie dicta diſterminat. Deſerta Candauiae Senecae, ep. 31. p. 230. *Qua vaſtos aperit Candauia ſaltus*, inquit Lucan. L. VI. v. 331. H.

t. *Denda*) Vide Not. et Em. N. LXXXV. (hic poſ.) *Denda ciuium Romanorum Epidamnum colonia*) Sic libri omnes, MSS. atque vulgati: quam lectionem probo, et ſi eius nominis oppidum prope Dyrrachium nondum invenerim: cum ciuium Romanorum oppida differre a coloniis non vno in loco auctor indicauerit. Quod non animaduertens Pintianus, vocem *Denda*, ne ſibi moleſtiam faceret, confidenter expunxit. H.

u. *Epidamnum*) Lege Val. Max. cap. 5. lib. I. in exemplo et hiſtoria Apolloniatarum Plaut. in Menaech. *Propterea huic vrbi nomen Epidamnum inditum eſt; Quia nemo ferme huc ſine damno diuertitur. Dalec.*

*Epidamnum*) Mela, L. II. c. 4. *Romani nomen Epidamnum mutauere, quia velut in damnum ituris omen id viſum eſt.* Vide et Dionem, L. XLI. p. 176. Nunc *Durazzo*. H.

x. *Aous*) Sic appellatur a Liuio L. XXXII. p. 385. Ab Apolloniae vicinio, hodie *la Pollona* vocatur: cum oppidi ipſius rudera tantum extent. Mela, L. II. c. 3. *Aeas ſecundum Apolloniam.* H.

y. *Quibuſdam Aeas*) Αἴας. Vide Not. et Em N. LXXXVI. (hic adi.) *A quibuſdam Aeas*) Sic enim vocatur a Pomponio Mela, vt diximus. A Scylace quoque: Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τῶν Ἰλλυρίδων ὀρῶν παρὰ τὴν Ἀπολ-

dam Corinthiorum z. colonia, IV. [1] M. paſſuum a mari recedens: cuius in finibus celebre Nymphaeum a. accolunt barbari, Amantes b. et c. Buliones [2]. At in ora oppidum Oricum d. a Colchis conditum. Inde initium Epiri, montes Acroceraunia e., quibus hunc Europae determinauimus f. ſinum. Oricum, a Salentino Italiae promontorio diſtat g. LXXXV. [3] M. paſſuum.



1. *Sic ex MSS. em. H. conſ. Ch.* VII. *Gr. et Al.* 2. *Cicero de Orat. Bullienſes vocat. Steph. Bollidenſes. Turn. cap.* 13. *lib.* XXI. *Aduerſ.* 2. LXXX. *M. Chiff.*

Ἀπολλωνίαν παῤῥεῖ. Lycophron, v. 1015. et 1019. Αἴας Αἴαντος inflexit, qua forma Graeci ipſius Aiacis, ducis inter Graecos notiſſimi, nomen inflectunt. Vnde Valerii Maximi locus illuſtratur, ita ſcribentis, L. I. c. 5. p. 36. *Atque illi flumen vicinum moenibus nomine Aeantem in adiutorium ſeſe miscere dixiſſent.* Apolloniatae ſcilicet ab Epidamniis ſuppetias poſtulabant: Reſponderunt illi: Habetis Αἴαντα: Ab eo ſubſidium petite. Ludebant homines Graeci in fluminis et Aiacis affini, atque adeo ſimili prorſus nomine. H.

*Apolloniati agro.* Egimus de eo L. II. ſ. 110. H.

b. *Amantes*) Oricum Scylax, p. 19. in Amanticorum agro locat, et Steph. H.

c. *Buliones*) Straboni, L. VII. p. 326. Βυλλίονες. In nummis apud Goltz. ΒΥΛΛΙΩΝΩΝ Oppidum Βυλλίς, Ptol. L. II. c. 13. vnde Bullidenſis colonia Plinio, L. IV. ſ. 17. H.

d. *Oricum*) Ὠρικὸς Stephano, et Appiano, L. II. Belli Ciuil. p. 462. Nunc *Orſo*, in confinio Albaniae et Epiri. H.

e. *Acroceraunia*) Virgilio *Ceraunia:* nunc *Monte di Chimera*, Epirum ab Albania dirimunt. H.

f. *Determinauimus*) ſect. 15. H.

g. *LXXXV. M.*) Straboni, L. VI. p. 281. abeſt a Ceraunii Salentinum, ſtadiis DCC. hoc eſt, millibus paſſuum LXXXVII. et quingentis paſſ. H.

1. Sic ex MSS. em. H. conſ. Ch. VII. Gr. et Al. 2. Cicero de Orat. Bullienſes vocat. Steph. Bollidenſes. Turn. cap. 13. lib. XXI. Aduerſ. 2. LXXX. M. Chiff.

z. *Corinthiorum*) Ita Thucydides L. I. p. 19. et Dio, L. XLI. p. 174. A Corcyraeis et Corinthiis conditam aiunt Strabo, L. VII. p. 316. Scymnus, p. 18. aliique. H.

a. *Nymphaeum*) Liuius, L. XLII. p. 540. *Nymphaeum in*

XXVII. (XXIV.*) A h. Tergo Carnorum et Iapydum, qua ſe fert magnus Iſter, Rhaetis iunguntur Norici. i. Oppida eorum, Virunum k., Celeia l., Teurnia m., Aguntum n., o. Vianiomina [1], Claudia p., Flavium q. Soluenſe. Noricis iunguntur lacus Peiſo r., deſerta Boiorum: iam tamen colonia Diui Claudii

1. *Viana, Aemonia Gr. et Al.*

* *Noricum*) Pancirol. ſuper notic. occid. cap. 63. *Dal.* v. Indic. Librr. L. II.

h. *A tergo Carnorum et Iapidum qua ſe fert magnus Iſter*) Haec in Manuſc. et vet. annectuntur cap. ſuperiori. *D.*

i. *Norici*) Bauariae partem ab Aeno amne, Auſtriamque vniuerſam, praeter Carnuntum, in confinio Auſtriae, Hungariaeque poſitum. Norici olim tenuere, et Carinthiam, Stiriamque. H.

k. *Virunum*) Apud Gruterum, p. 569. NORICVS. COL. C. VIRVNO. Apud Ptol. L. II. c. 14. in Norico Οὐέρουον. Nunc *Volkmark* ad amnem Drauium. H.

l. *Celeia*) Κέλειαι Ptol. l. c. Grut. p. 130. CELEIAE, reperta inſcriptio in Carniolae oppido, quod vetuſtum nomen retinet, *Cilley*. H.

m. *Teurnia*) Ptolem. l. c. Τεύρνια. Nunc *Villach*, in Carinthia ſuperiore, ad Dravum amnem. H.

n. *Aguntum*) Ἄγουντον, Ptol. l. c. H.

o. *Vianiomina*) Nunc Vienna Auſtriae. Vide Not. et Em. N. LXXXVII. (hic poſ.) *Vianiomina*) Sic MSS. omnes, Reg. Colb. etc. Parm. edit. *Viuana mommia*. Hermolaus ex Rhaetia Ptolemaei, *Viana* primum, mox ex coniectura *Aemonia* adiecit, quam in hoc tractu agnouit nemo. Vianiomina Plinii eſt, quae Antonino Vindobona, a Scarabantia, M. P. LIV. et alibi Vindomona dicitur, in itinere de Pannonia in Gallias: apud Gruter. p. 540. VIANNA. H.

p. *Claudia*) Κλαυδιόπολις Ptol. in Norico, l. c. Nunc *Clagenfurt*, Carinthiae oppidum. H.

q. *Flauium Soluenſe*) Apud Grut. inſcriptio reperta Cibini in Hungaria, FL. SOLVA. Aiunt eſſe *Solfeldt*, in Carinthia, prope Clagenfurtum. H.

r. *Peiſo*) In Auſtriae Hungariaeque confinio, *Nuſtydlerzée*, Vide Not. et Em. N. LXXXVIII. (hic coll.) *Noricis iunguntur lacus Peiſo, deſerta Boiorum*) Rectius forte *Lacu Speiſo*: vt ſit, lacu illo coniungi Noricis deſerta Boiorum. H.

dii Sabaria s., et oppido [1] Scarabantia t. Iulia habitantur.

XXVIII. (XXV.*) Inde u. glandifera Pannoniae [2], qua miteſcentia Alpium iuga, per medium Illyricum a ſeptemtrione ad meridiem verſa molli in dextra ac laeva deuexitate conſidunt. Quae pars ad mare Adriaticum ſpectat, appellatur Dalmatia, et Illyricum ſupra dictum. Ad ſeptemtriones Pannonia x. vergit: finitur inde Danubio. In ea coloniae, Aemona y., Siſcia z. Amnes clari et nauigabiles



1. *oppidum Sarabantia quibusdam legitur pro zum Rotteu.* 2. *In glandifera Pannoniae Gr. et Al. Pannonia. V.*

s. *Sabaria)* Etiamnum retinet nomen in Hungariae Auſtriaeque confinio. Ibi reperta inſcript. quam refert Grut. p. 389. C. C. S. hoc eſt, Colonia Claudia Sabaria. Σαβαρία Ptolem. L. II. c. 15. in Panonia ſuperiore. Et apud Goltzium Claudii nummus, COL. SABAR. CLAVDIANA. AVGVSTA. H.

t. *Scarabantia)* A Sabaria M. P. XXXIV. apud Anton. Hodie *Scapring* ſupra Sabariam: aliis *Sopron*, ſiue *Oedenburg*, in eodem tractu. H.

* *Pannonia)* Onuph. Panvin. Imp. Rom. pag. 800. et Pancirol. ſuper notit. occid. cap. 63. *Dal.* v. Ind. Librr. L. II.

u. *Inde glandifera)* Ita MSS. omnes, non *In glandifera*. Hoc eſt, poſt eas gentes, ac vrbes, quas antea memoravit, glandifera ſunt Pannoniae. Apud Hygenum, L. de limitibus conſtituendis, p. 206. legimus in Pannonia Syluis glandiferis vectigal conſtitutum. H.

x. *Pannonia vergit)* Carniolae partem, deinde Croatiam, Sclauoniam, Hungariamque complexa, Danubium vſque. H.

y. *Aemona)* *Laubach*, vt diximus ſ. 22. Carniolae primarium oppidum. Ἡμωνα Ptolemaeo, L. II. c. 15. ſub Norico Pannoniae. H.

z. *Siſcia)* Siſciam ab aliis vocari, Sauiam vero in not. Rom. Imp. et prope Albanum montem citra Sauum in Pannonia ſuperiore ſitam, olim-

que

in Danubium defluunt, a. Drauus [1] e Noricis violentior, Sauus, ex Alpibus Carnicis placidior: CXX. [2] M.

1. *Drauus. V.* 2. CXV. *Gr.*

que monetam ibi cusam fuisse, ideoque et propositum thesaurorum ibidem versatum et monetae procuratorem notat Pancirol. super d. notic. lib. II. c. 36. et 37. Videatur et Ortel. Onomast. aut Thes. Sed et stationem vnius ex quatuor Danubianis classibus prope eandem, statiuaque in ipsa cohortis tertio Alpinorum sub Pannoninae Duce merentium fuisse is, de quo paulo ante mentionem fecimus, Pancirol. de lib. c. 81. commonet. *Dal.*

*Siscia)* Σίσκια Ptol. l. c. Vulgo *Sissech*, ad Sauum. Cave autem Siscium hanc existimes designari in nummis Augustorum Gallieni et Probi: quamuis in illo scribitur, SISCIA AVG. in isto, SISCIA. PROBI AVG. Neque enim Siscium Plinius dicit inter amnes duos sitam esse, vt in nummo Probi pingi videtur; sed tantum iuxta Siscium Colapin in Saum influere: vt iuxta Parisios Matrona in Sequanam delabitur. Nec vero Latine bono aliquo sensu dici posse videmus, Roma Augusti, Roma Traiani, Roma Antonini: nec proinde *Siscia Augusti*, vel *Probi*. Cum aliquid autem offendit in nummorum inscriptionibus insolens, id certo indicio est, latere ibi sententiam aliquam sub primis vocum literis. Legendum itaque arbitramur in Gallieni numismate: SISCIA AVG. *Secusianorum Inclytus Senatus Colit Impense Amicitiam AVgusti Gallieni.* Fluuius in nummo pictus Araris est, *La Saone*, qui medios Secusianos olim secabat. In altero similiter SISCIA PROBI AVG. *Secusianorum Inclytus Senatus Colit Impense Amicitiam* PROBI AVG. Dea stat in isto inter duos amnes, Ararim scilicet Rhodanumque, qui Lugdunum in Agro Secusianorum alluunt. H.

a. *Draus)* Δράβος et Σάυος Straboni, L. VII, p. 314, Nomen retinent, *Drave* et *Sau*, VideNot. et Em. N. LXXXIX. (hic pos.) *Draus*, etc.) Sauus et Drauus suo quisque alueo, vt Plinius ait, Danubium intrat: contra quem perperam a Strabone proditum est, Savum in Drauum, Drauum iuxta Segesticam in Noarum, Noarum accepto exIapydibus Colapi, in Danubium influere, L. VII. p. 314. H.

M. paſſ. interuallo. Drauus per Serretes b., Serrapillos, Iaſos c., d. Andizetes [1]: e. Sauus [2] per Colapianos, Breucosque. f. Populorum haec capita. Praeterea Ariuates, Azali g., Amantes, Belgites, Catari [3], Cornacates, h. Erauiſci [4], Hercuniates, Latouici, Oſeriates, Varciani. Mons Claudius i., cuius in fronte Scordiſci [5], in tergo Tauriſci. Inſula in Sauo Metubarris k., amnicarum maxima. Praeterea

1. *Sandizetes. Ch. Sandrizetes Gr. et Al.* 2, *ſic Vet. Saus Gr. qui vbique Saus legit.* 3. *Cartari. V.* 4. *ſic ex MSS. H. Erauiſci. Ch. Corneates, Arauiſci. Gr. et Al.* 5. *Cordici Ch.*

b. *Serretes)* Hi et Serrapilli, Carinthiam tenuere, ripamque geminam Draui amnis. H.

c. *Iaſos)* Ἰασσίας appellat Ptol. L. II. c. 15. H.

d. *Andizetes)* Ἀνδιζήτιοι Vide Not. et Em. N. XC. (hic coll.) *Iaſos, Andizetes)* Prius legebatur *Sandrizetes*. At ex Strabone locum emendauimus, L. VII. p. 314. Pannonicas inter gentes cum Breucis, de quibus ſtatim Plin. Andizetios enumerante, Βρεῦκος, Ἀντιζήτιοι. Vnde etiam in Ptolemaei Pannonia ſuperiore, L. II. c 16. ſequentibus Breucis, videntur Andizetes agnoſcendi, non Andiantes. H.

e. *Colapianos)* A fluuio Colapi, cuius mox Plinius, aliique meminere. H.

f. *Breucoſque)* Βρεῦκοι Ptol. L. II. c. 16. et Straboni, L. VII. p. 314. Βρευκοὶ Dioni, L. LV. p. 568. H.

g. *Azali* etc.) Ἄζαλοι Ptol. in Pannonia ſuperiore, L. II. c 15. Ἀμαντηνοὶ, in inferiore, c. 16. Catari, forte pro *Curtari*: nam in inferiore Pannonia Κάρτα oppidum apud Ptolem. Sic Cornacates (ita enim habent MSS. non *Corneates*) a Κόρναικον eiusdem Pannoniae oppido apud Ptolem. H.

h. *Erauiſci)* Sic enim Alphabeti ſeries exigit: ii ſunt qui Ptolemaeo in inferiore Pannonia, L. II. c. 16. Ἀράβισκοι. Idem ibi Ἐρκανιᾶτας Amantenis ſubiicit. In ſuperiore Λατοβίκας, Ὀσσεριᾶτας, et Οὐαρκιανὰς locat, c. 15. H.

i. *Claudius)* Tauriſcos a Scordiſcis, hoc eſt, Hungaros Sclauoſque a Croatis diſterminans. H.

k. *Metubarris)* Hodie *Zagrabia*. H.

terea amnes memorandi, l. Colapis [1] in Sauum influens iuxta Siſciam, gemino alueo inſulam ibi efficit [2], quae Segeſtica appellatur. Alter m. amnis Bacuntius [3] in Sauum Sirmio n. oppido influit: vbi o. ciuitas Sirmienſium et Amantinorum. Inde XLV. M. paſſ. Taurunum p., vbi Danubio miſcetur Sauus. Supra q. influunt Valdaſus [4], Vrpanus, et ipſi non ignobiles.

XXIX.

1. *Calapis. Gr. et Al.* 2. *conf. Ch.* 3. *Acuntius. Ch.* 4. *Sic ex MSS. Hard. Valdanus Gr. et Al. Vadaſus. Ch.*

l. *Colapis)* Κόλοψ Dioni, L. XLIX. p. 414. qui eum amnem ait Sciſciae vrbis moenia primum alluiſſe, poſt vero a Tiberio Caeſare ducta foſſa, totam vrbem circum ambiiſſe, inſulamque facere, mox redire in priſtinum alueum. Σεγετικὴν vocat idem, L. LI. p. 461 quae Plinio Segeſtica dicitur. Strabo, L. VII. p. 314. Σεγεσικὴν. H.

m. *Alter amnis)* Vide Not. et Em. N. XCI. (hic poſ.) *Alter amnis Bacuntius)* Ita MSS. Reg. et Colb. Quid ſi legas, *Alterum Biſacuntius in Sauum Sirmio oppido influens.* Vt ſit intellectus Biſacuntium amnem alteram efficere inſulam, qua Sirmienſes et Amantini continerentur. H.

n. *Sirmio)* Hodie *Sirmich*, in Sclauoniae parte quae Turcis paret inter Sauum et Travum. H.

o. *Vbi ciuitas)* Non oppidum, ſed ditio, ager, communitas. H.

p. *Taurunum)* Ταυρῆνος, vbi ſe Saus Iſtro immiſcet, inquit etiam Arrian. in Indic. p. 517. Hodie *Belgrade*. H.

q. *Supra)* Supra Saum Dravmque. Valduſius, nunc *Volpo* inter Saum Draumque Danubio ſe immiſcens: ſupra Draum Vrpanus nunc *Sarroietz*. H.

XXIX. (XXVI.r.) Pannoniae s. iungitur prouincia, quae t. Moesia appellatur, ad Pontum vsque cum Danubio decurrens. Incipit u. a confluente supra dicto.

In

r. *Moesia*) Moesia superior, hodie Bosna, cum parte Serviae: Moesia inferior, hodie Bulgaria, cum parte Walachiae, Bulgari olim Triballi. Ptolemaeus, qui saeculo Antonini Imperatoris scripsit, meminit vtriusque. Vopiscus tamen longe posterior, scribit Aurelianum Dacos, qui vltra Danubium habitabant, in Moesiam traduxisse, in eum tractum scilicet, vbi nunc Seruia est, et Moesiam in duos secuisse. *Dal.* v. Ind. Librr. L. II.

s. *Pannoniae iungitur provincia*) Pannoniae pars Dacia, siue Transsyluania. Hanc tenent tres gentes: Teotones, siue Teutones, oriundi a Saxonibus, bello fortes, hodie Sibenburgenses, a septem vrbibus quas possident, nominati. Vnde et Latini *Septemcastra* eam prouinciam vocant, Siculi, Vngari vetustissimi, et, vt aiunt, nobilissimi. Agros ii quamuis colant, et greges pascant, invicem sibi occurrentes generosos se Dominos salutant. Immunes sunt, nisi cum rex coronatur. Tum enim quisque paterfamilias taurum pendit. Sexaginta millia ea gens se daturam pacta est. Iussi nisi ad bellum proficiscuntur, plectuntur capite, ac omnium bonorum iactura, quae fisco adiudicantur. Tertii, Walachi, Istro finitimi a meridie. Rosanis, siue Rutenis, a septemtrione. Nomadibus, Scythis, siue Tartaris, versus Tyran fluvium: olim Getae, qui Darium Hystaspis repulerunt. A Flacco, qui eo coloniam deduxit, Flaccos, postea Walachos dictos arbitrantur: vt Seruiam prouinciam, quod teste Strabone, Getarum, et Dacorum, vnde Dauus Terentianus quasi Dacus, seruilia nomina sint, et in Seruiam Daci siue Getae transierint. Steph. de vrb. in verb. Δακία καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δάοι καὶ Γέται. *Dal.*

t. *Quae Moesia*) A Belgrada ad Pontum, vbi nunc Seruia et Bulgaria est. τὴν Μυσίδα vocat Dio, L. LI. p. 461. H.

u. *Incipit a confluente*) Vbi Danubio Sauus miscetur, vt dictum est. H.

In x. ea Dardani, Celegeri, Triballi, Timachi [1], Moesi, Thraces, Pontoque contermini Scythae. Flumina clara, e Dardanis Margis y., Pingus, Timachus: ex Rhodope Oescus z.: ex Haemo, Vtus a., Escamus [2], Ieterus. Illyrici latitudo, qua maxima est, CCCXXV. M. pass. colligit. Longitudo b. a flumine Arsia ad flumen Drinium DCCC M. c.A [3] Drinio ad promontorium Acroceraunium, CLXXII. M. Agrip-

1. *Trimachi. Gr. et Al.* 2. *Aescamus. Ch.* 3. *Aescamus. Ch.* 3. *Malim veterem lectionem, quae sic habet: A Drinio ad promontorium Acroceraunium* CLXX. (DLX. *Ch.*) *M. Agrippa prodidit: vniuersum autem sinum Italiae et Illyrici ambitu* XIII. (XIV. *Ch.*)

x. *In ea Dardani, etc.*) Haec pariter Tzetzes, Chil. XI. hist. 396. Δάρδανοι Ptolem. in Mysia superiore, L. III. c. 9. Vbi nunc Seruia est. Τριβαλλοὶ in inferiore, c. 10. Timachi ab oppido Τίμαχον Mysiae superioris, ab eumdem Ptol. H.

y. *Margis*) Hodie *Morawa*, per Seruiam in Danubium labens. Is Pingum et Timachum in Istrum defert. Oppidum ei olim appositum fuit eiusdem nominis Margum, cuius mentio in notitia Imp. Rom. sect. 52. sub dispos. Ducis Moesiae primae. H.

z. *Oescus*) Nunc *Ischa* in Bulgaria. Et Oescum oppidum ab amne cognomine, in Notit. Imp. sect. 31. p. 54. Triballis adscribitur a Ptolem. L. III. c. 10. H.

a. *Vtus etc.*) Et hi Bulgariam alluunt. Vtum oppidum in Notit. Imp. s. 31. p. 53. sub. dispos. Ducis Daciae Ripensis. H.

b. *Longitudo*) Haec Martian. totidem fere verbis L. VI. c. de secundo Europae sinu, p. 209. Tamen MSS. Reg. et Colb. DXXX. H.

c. *A Drinio*) Amne quem Drilonem superius dixit, s. 26. H.

Agrippa prodidit vniuerſum hunc ſinum Italiae et Illyrici ambitu d. XIIII. In eo duo maria, (quo e. diſtinximus fine:) f. Ionium [1], in prima parte, interius Adriaticum, quod Superum vocant.

1. *Inferum ſiue Ionium Gr. et Al.*

d. XIIII.) Hoc eſt, ambitu patere hunc ſinum maris Agrippa prodidit quatuor decies centena millia paſſuum. H.

e. *Quo diſtinximus*) ſect. 16. H.

f. *Ionium*) Qua parte in Adriaticum ſinum irrumpit. Vide Not. et Em. N. XCII. (hic poſ.) *Ionium*) In libris vulgatis hactenus, *Inferum ſiue Ionium.* At has voces *Inferum* ſiue expungendas admonent MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Pariſ. etc. a quibus abſunt. Diuerſum enim Ionium mare ab Infero eſt: nihilque magis alienum a vero, quam ſinu hoc Europae ſecundo mare inferum contineri. H.

Bauo t.: et capris laudata Brattia u., Iſſa x. civium Romanorum [1], et y. cum oppido Pharia z. Ab

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Iſſa ciuium Rom. reliqua, et cum opp. Ph. Gr. et Al.*

*Contra Tragurium*) Vide Not. et Em. N. XCIII. (hic adp.) *Contra Traiurium*) Prius *contra Surium* legebatur. Nos cum Pintiano, *contra Tragurium* confidenter ſcripſimus: vltima praecedentis vocis ſyllaba, in hac caſtigatione fere tantummodo repetita. Huic enim prope Salonum Spalatumue oppido, nunc etiam *Traw* dicto, oppoſita cernitur priſcum retinens nomen Brattia inſula. H.

t. *Bauo*) Boas inſulam Dalmatiae vocat Ammianus, L. XXII. p. 206. oppido Tragurienſi ponte iungitur, et *Boue* nuncupatur. Vide Not. et Em. N. XCIV. (hic poſ.) *Bauo et capris laudata Brattia*) At bubus carere Brattiam conſtat: et in MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. *Bauo* legitur, non *bubus*. In Tabula Peutingeri ſegm. 4. *Inſula Boa*. Et L. LIII. de haereticis, L. XVI. Cod. Theod. tit. 5. iubet Honorius Imp. Iovinianum haereticum in *inſulam Boam* deduci, quae fuit ea tempeſtate exſiliis famoſa: quod et Ammianus docet, L. XXII. *Florentini*, inquit, *contruſus in inſulam Dalmatiae Boas*. H.

u. *Brattia*) Meminit Anton. in Itin. Marit. Nunc *Bracchia* In Tab. Peuting. ſegm. 4. *Inſula Brattia: Inſula Pharia*. H.

x. *Iſſa*) Ἴσσα Scymno, p. 17. Stephano, aliisque. H.

y. *Et cum oppido Pharia*) Ptolemaeus cum Plinio *Pharia*. At Strabo, Stephanus, Pomponius, Polybius, *Pharus*, qualis illa Alexandria, quam ſcriptores omne famigerant. *Dal.*

z. *Pharia*) Straboni, L. VII. p. 315. Φάρος, olim Πάρος, Pariorum colonia. Nunc *Liſſina*. H.

Ab his Corcyra a., Melaena cognominata, cum Gnidiorum oppido, distat XXV.[1] M. passuum; inter quam et Illyricum Melita b., vnde catulos Melitaeos appellari Callimachus c. auctor est: XV.[2] millia passuum ab ea IV. Elaphites. d. In e. Ionio

1. *Sic ex MSS. Hard. conf. Ch.* XXII. *Gr. et Al.*
2. *sic ex MSS. Hard. conf. Ch.* XII. *M. p. ab ea* III. *Elaphites. Gr. et Al.*

a. *Corcyra)* Nunc *Curzola*, teste Ioh. Lucio. Oppidum a Cnidiis conditum testatur quoque Scymnus, p. 18. Μέλαινα seu Nigra cognominata est. H.

b. *Melita)* Melita duplex; altera inter Africam et Siciliam ante Pachynum Malta, a quo Strabo Melitaeos canes vocatos scribit: altera Plinii Dalmatica siue Illyrica, e regione Ragusae veteris, ab Antonino in Itinerario memorata, et Stephano, qui cum Plinio canes inde cognominatus censet. Veneti more antiquo, triremium praefectis mandant, vt Venetias redeuntes, dextrorsum et introrsum per Melitensem canalem nauigent, non laevorsum. Vide prouerbium: Melitaeus canis. *Dalecamp.*

*Melita)* Alia haec est ab Africana, Melita, quae Rhodiorum Equitum sedes, *Melada*. H.

c. *Callimachus)* Et Steph. et Auct. Etymol. Hanc laudem alteri Melitae alii adiudicant. Litem decidere haud procliue, cum in neutra hodie catelli similes reperiantur. H.

d. *Elaphites)* Nomen a cervorum copia factum. H.

e. *In Ionio autem mari ab Orico*, M. M. *passuum)* Scribendum videtur L. M. *passuum*. Nam Strabo libro sexto, a Brundisio ad Saſonem CCCC. stadiorum interuallum esse ait, quae agunt passuum L. M. et Saſonem insulam in medio sitam esse scribit, eius spatii quod est inter Epirum et Brundisium: quod Plinius, ipse supra capite II. dixit esse C. M. passuum, non amplius. Quod interuallum pedestri continuare transitu: pontibus iactis,

Ionio autem mari ab Orico III. millia paſſuum I, S ſonis f. piratica ſtatione nota.

1. *Paſſuum prope Saſonis. Chiff.*

ćlis, primum cogitaſſe Pyrrhum Epiri regem, poſt eum M. Varronem, cum claſſibus Pompeii praeeſſet piratico bello, et vtrumque aliis impeditum curis a propoſito deſtitiſſe. Porro in Strabone Latino falſo XL. ſcriptum eſt pro CCCC. Quin etiam Plinius, quod magis adhuc caſtigationem noſtram confirmat, ſupra c. XXII. Oricon. a Salentino Italiae promontorio abeſſe tradit LXXXV M. paſſ. *Pintian.*

f. *Saſonis)* Scylaci, p. 10. Σασών. Hodie *Saſena*. Luçan. L. V. v. 650. *Non humilem Saſona vadis.* Tabula Peuting. *Inſula Saſonis.* Aethicus: *Inſula Saſo.* Prius hic legebatur, *M. millia paſſuum*, pro *III. millia paſſuum.* H.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google